D cat. 23. q. 5. dicat. Hebre. 7. De cõſec. di. 2. c. I calice. ⁊ ca. accepit. 21. di. denique. De cõſec. c. ſi. creauit celuz ⁊ terram: et benedictus deus excelſus quo ꝓtegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex oĩbus. Dixit autẽ rex ſodomoꝝ ad abrã. Da mihi aĩas: cetera tolle tibi. Qui reſpõdit. Leuo manuz meam ad dñm deum excelſum poſſeſſorem celi et terre: ꝙ a filio ſubtegminis vſq; ad corrigiã caligę nõ accipiaz ex omnibus que tua ſunt: ne dicas: ego ditaui abram: exceptis his que comederunt iuuenes: ⁊ partibus viroꝝ q̃ venerũt mecũ aner eſchol et mambre. Iſti accipiant partes ſuas.

¶ Capitulũ Summariũ. De promiſſione facta a deo abre ꝙ ſemen ſuum ſicut ſtellas celi multiplicaret: et de ſigno dato ad hoc: quod filij eius deberent peregrinari in terra nõ ſua: ⁊ de firma promiſſione terre chanaan poſſidende per filios. Capitulum. XV.

H Is itaq; tranſactis: factus eſt ſermo dñi ad abram per viſionẽ: dicẽs. Noli timere

B 23. q. 5. dicat. abrã ego protector tuꝰ ſum: ⁊ merces tua magna nimis. Dixitq; abram. Dñe deꝰ q̃d dabis mihi? Ego vadã abſq; liberis et filius procuratoris domꝰ mee iſte damaſcꝰ eliezer. Addiditq; abrã. Mihi aũt nõ dediſti ſemen: et ecce vernaculꝰ meꝰ: heres meus erit. Statimq; ſermo dñi factꝰ eſt ad eum: dicẽs. Nõ erit hic heres tuꝰ: ſed q̃ egredieť de vtero tuo ipſum habebis heredẽ. Eduxitq; euz foras: ⁊ ait illi. Suſcipe celũ ⁊ numera ſtellas ſi potes. Et dixit ei. Sic

B Alr. + non hz abram. Roma. 4. a. Gal. 3. a. Jaco. 2. d. Alr. + rñdens 35. q. 1. cuz igiť hac itaq;. Alr. + non hz ea. erit ſemẽ tuũ. Credidit † abram deo: ⁊ reputatũ eſt illi ad iuſtitiam. Dixitq; ad eũ. Ego dñs qui eduxi te de hur caldeoꝝ vt darem tibi terram iſtã: ⁊ poſſideres eaz. At ille ait. Dñe deus vnde ſcire poſſum ꝙ poſſeſſurus ſim eam? Et † rñdens dñs. Sume (inquit) mihi vaccã triennẽ ⁊ capram trimã: ⁊ arietem annoꝝ triũ: turturẽ quoq; ⁊ colũbã. Qui tollens vniuerſa hec diuiſit † ea ꝑ mediũ: ⁊ vtraſq; partes cõtra ſe altrinſecꝰ poſuit. Aues aũt nõ diuiſit. Deſcenderũtq; volucres ſup cadauera: ⁊ abigebat eas abrã. Cũq; ſol oc

C Actuum. 7. a 23. q. 5. c. vlt. ꝑ pertinentes cumberet: ſopor irruit ſup abrã: ⁊ horror magnꝰ ⁊ tenebroſus inuaſit eum. Dictumq; eſt ad eũ. Scito prenoſcẽs ꝙ peregrinũ futurum ſit ſemen tuũ in terra non ſua ⁊ ſubijcient eos ſeruituti: ⁊ affligent quadringẽtis annis. Uerũtamen gentẽ cui ſeruituri ſunt ego iudicabo: ⁊ poſthec egredienť

D cũ magna ſubſtãtia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace ſepultus in ſenectute bona. Gñatiõe aũt quarta reuerteť huc. Necdũ eĩ cõplete ſunt iniq̃tates ãmorreoꝝ vſq; ad pñs tps. Cũ ergo occubuiſſet ſol: facta ẽ caligo tenebroſa: ⁊ apparuit

pauit clibanus fumans ⁊ lampas ignis tranſiens inter di-
uiſiones illas. In illo die pepigit dñs fedus cum abraȝ di
cens. Semini tuo dabo terraȝ hanc: a fluuio egypti uſqȝ ad
fluuiū † magnum eufratem. Cineos et ceneſeos: cethmo-
neos ⁊ ethcos: et phereȝeos: raphaim quoqȝ ⁊ ammorreos
eueos ⁊ chananeos ⁊ gergeſeos ⁊ iebuſeos.

23.d.5.c.ult. ℔. perſcientes.
Als + non h̄ȝ magnum.
23.q.5.ſi de rebus.

¶ Capituli Summarium. De cōceptu agar: ⁊ fuga eius: et natiuitate hiſmael. Cap. XVI.

A
23.q.4. dixit ſara. ⁊.c.q.§.1. in prin. ⁊.c.q̄s ignoret. 2.q.7. tm valet.
Als + liberos
Als + acquieuiſſet.
als + ceperat
B
Als + in ſinu tuo.
Als + nō habet aque.
C
23.q.4.q̄ſi.⁊.c. ſi eccleſia.
32.q.4.recurrat.
Judicū. 13. b.

Igitur ſarai vxor abram non genuerat ſibi liberos: ſed habēs ancillā egyptiam noīe agar dixit marito ſuo. Ecce concluſit me dñs ne parerem. Ingredere ad ancillam meā: ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiā † filios Cūqȝ ille † acquieſceret deprecanti: tulit agar egyptiam ancillam ſuā poſt annos decem q̄ habitare † ceperāt in terra chanaam: ⁊ dedit eā viro ſuo vxorē. Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa concepiſſe ſe videns: deſpexit dominā ſuā. Dixitqȝ ſarai ad abrā. Inique agis contra me. Ego dedi ancillā meam † in ſinū tuū: q̄ videns ꝙ cōceperit deſpectui me habet. Judicet dñs inter me ⁊ te. Cui reſpondēs abrā. Ecce (ait) ancilla tua in manu tua eſt vtere ea vt libet. Affligēte igit̄ eam ſarai: fugā iniit. Cūqȝ inueniſſet eā angelus dñi iuxta fontē † aque in ſolitudine que eſt in via ſur in deſerto dixit ad illā. Agar ancilla ſarai vnde venis: ⁊ quo vadis? Que reſpondit. A facie ſarai dñe mee ego fugio. Dixitqȝ ei angel⁹ dñi. Reuertere ad dominā tuā: ⁊ humiliare ſub manu illi⁹. Et rurſum. Multiplicans (inquit) multiplicabo ſemē tuū: ⁊ nō numerabitur pre multitudine. Ac deinceps: ecce (ait) cōcepiſti ⁊ paries filiū vocabiſqȝ nomen eius hiſmael eo ꝙ audierit dñs afflictionē tuam. Hic erit ferus homo.

D

Manus eius cōtra oēs ⁊ manus omniuȝ contra eum: ⁊ e regione vniuerſorum fratrū ſuorū figet tabernacula. Vocauit aūt agar nomē dñi qui loquebatur ad eam: tu deus qui vidiſti me. Dixit enī. Profecto hic vidi poſteriora vidētis me. Propterea appellauit puteū illum: puteū viuētis ⁊ videntis me. Ipſe eſt inter cades ⁊ barad. Peperitqȝ agar abre filium. Qui vocauit nomē eius hiſmael. Octoginta et ſex annorum erat abram quando peperit ei agar hiſmaelem.

¶ Cap. Sum. De mutatione nominum et circūciſione et promiſſione yſaac. Cap. XVII

A

Poſtq̄ vero nonaginta ⁊ nouē annorū eſſe ceperat: apparuit ei deus. Dixitqȝ ad cuȝ ego deus omnipotēs. Ambula coram me: et eſto perfect⁹. Ponāqȝ fedus meū inter me ⁊ te ⁊ multiplicabo te vehement̄ nimis Cecidit abrā pronus in faciem. Dixitqȝ ei deus. Ego ſuȝ: ⁊ † ponam pactū meū tecū: erisqȝ pater multarum gentiuȝ. Nec vltra vocabitur nomē tuū abrā: ſed appellaberis abraam quia patrem multarū gentium cōſtitui te. Faciāqȝ te creſcere vehemētiſſime: ⁊ ponā te in gentib⁹: regeſqȝ ex te egredientur. Et ſtatuā pactum meum inter me ⁊ te: ⁊ inter ſemē tuū poſt te in gñationib⁹ ſuis federe ſempiterno: vt ſim deus tuus: ⁊ ſeminis tui poſt te. Daboqȝ tibi ⁊ ſemini tuo poſt te terrā peregrinationis tue: omnē terram chanaan in poſſeſſionē eternā: eroqȝ de⁹ eoȝ. Dixitqȝ iterum deus ad abrā. Et tu ergo cuſtodies pactū meū ⁊ ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc eſt pactum meū qd̄ obſeruabitis inter me ⁊ vos: ⁊ ſemē tuū poſt te. Circūcidet̄ ex vobis omne maſculinū: ⁊ circūcidetis carnē preputij veſtri: vt ſit in ſignum federis inter me ⁊ vos. Infans octo dierum circūcidetur in vobis. Omne maſculinū in generationib⁹ veſtris tā vernaculus q̄ emptitius circūcidet̄ ⁊ quicūqȝ nō fuerit de ſtirpe veſtra. Eritqȝ pactū meum in carne veſtra: in fedus eternum. Maſculus cui⁹ preputij caro circūciſa nō fuerit: delebit̄ aīa illa de ppl'o ſuo: q: pactuȝ

Als + non eſt ponam.
† eodem.
Eccl. 44.c.
Roma. 4.c.
32.q.4. recurrat. §. his ita. q3. de cele. miſſa. cum marte §. ceterum.
B
35.di. ab exordio.
Luce. 2.c.
25.q.1.c. 16.§. ita ergo. verſ. octa.
De bap.c. maiores. ℔. cum ergo.
19.q.7. et hec dicimus.
De cōſe. di. 4. ℔ baptizat. et

meū irritū fecit. Dixit quoqȝ deus ad abrā. Sarai vxorem tuā nō vocabis ſarai. ſed ſaram. Et benedicā ei: ⁊ ex illa dabo tibi filium. cui benedicturus ſum. Eritqȝ in nationes: ⁊ reges populoȝ orientur ex eo. Cecidit abraam in faciem † ſuā: ⁊ riſit in corde ſuo dicēs. Putaſne centenario naſcet̄ filius ⁊ ſara nonagenaria pariet? Dixitqȝ ad dñm. Utinam hiſmael viuat corā te. Et ait dñs ad abraaȝ. Sara vxor tua pariet tibi filium vocabiſqȝ nomē ei⁹ Iſaac. Et cōſtituaȝ pactum meū illi in fedus ſempiternuȝ et ſemini eius poſt eum. Sup hiſmael quoqȝ exaudiui te. Ecce benedicā ei: ⁊ augebo et multiplicabo eum valde. Duodeciȝ duces generabit et faciā illū † creſcere in gentem magnaȝ. Pactū vero meū ſtatuam ad Iſaac: quem pariet tibi ſara tempore iſto: in anno altero. Cūqȝ finitus eſſet ſermo loquentis cū eo aſcēdit deus ad † abraam. Tulit aūt abraā hiſmael filium ſuum et oēs vernaculos domus ſue vniuerſoſqȝ quos emerat: ⁊ cūctos mares ex omnibus viris domus ſue: ⁊ circūcidit carnem preputij eorum ſtatim in ipſa die ſicut preceperat ei deus. Abraam nonaginta et nouem erat annorum quādo circuncidit carnem preputij ſui: ⁊ hiſmael filius ſuus tredecim annos impleuerat tpe circūciſionis ſue. Eadem die circunciſus eſt abraam ⁊ hiſmael filius eius et omnes viri domus illius tam vernaculi q̄ emptitij. Et alienigene pariter circunciſi ſunt.

c.qd̄ apōr.c. non ex quo.
C
§. eodem.
Als + nō habet ſuam.
Als + non habet creſcere.
D
al + ababraā memphiſ que nunc cayr⁹ dicōdiur.
De pe. di. 1.c. porro in fine.



¶ Cap. Sum. De tribus viris q̄ apparuerūt abrae: ⁊ de cōfabulatiōe dei ⁊ abrae ſup interitu ſodome. Cap. XVIII.

A
Actuū. 16.c.

Apparuit autē ei dñs in cōualle mābre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui: in ipſo feruore diei. Cūqȝ eleuaſſet oculos apparuerūt ei tres viri ſtantes prope eū. Quos cuȝ vidiſſet: cucurrit in occurſum eoruȝ de oſtio tabernaculi ſui ⁊ adorauit in terra ⁊ dixit. Dñe ſi inueni gratiā i oculis tuis: ne trāſeas ſeruū tuū: ſed afferam paugillum aque ⁊ lauentur pedes veſtri: ⁊ requieſcite ſub arbore. Ponāqȝ † buccellā panis ⁊ † cōfortet̄ cor veſtrum: poſtea trāſibitis. Idcirco enī declinaſtis ad ſeruū veſtrum. Qui dixerūt. Fac vt locutus es. Feſtinauit abraā in tabernaculū ad ſaraȝ dixitqȝ ei: Accelera tria ſata ſimile cōmiſce ⁊ fac ſubcinericios panes. ipſe vero ad armentū cucurrit ⁊ tulit inde vitulū tenerrimū ⁊ optimū: deditqȝ puero. Qui feſtinauit ⁊ coxit illū tulit quoqȝ butyruȝ ⁊ lac ⁊ vitulū quē coxerat: ⁊ poſuit corā eis. Ipſe vero ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cūqȝ comediſſent dixerūt ad eum. Ubi eſt ſara vxor tua? Ille rn̄dit. Ecce i tabernaculo eſt. Cui dixit. Reuertens veniam ad te tempore iſto: vita comite: ⁊ habebit filium ſara vxor tua. Quo audito ſara riſit poſt oſtiuȝ tabernaculi. Erant autem ambo ſenes prouectiqȝ etatis et defecerāt ſare fieri muliebria. Que riſit occulte dicēs. Poſt q̄ cōſenui ⁊ dñs meus vetulus eſt. voluptati operaȝ dabo?

als + nō eſt q
Als + confortare.
1. regum. 25.d. 35. diſt.c. ſecte. dic. ⁊. 42. di. § 1. ⁊.c. quieſcamus.
B
4. regū. 4.c.
Roma. 6.b.
Luce. 1.b.

Alſ. ✝ non eſt vxor tua. Petri. 3. a.

Dixit autē dominus ad abraam. Quare riſit ſara † vxor dicens. Num vere paritura ſum anus? Nunquid deo quicq̄ eſt difficile? Iuxta condictū reuertar ad te hoc eodem tempore: vita comite ⁊ habebit ſara filium. Negauit ſara dicēs. Non riſi timore perterrita. Dominus autē. Nō eſt (inquit) ita ſed riſiſti. Cum ergo ſurrexiſſent inde viri direxerūt oculos contra ſodomam: ⁊ abraam ſimul gradiebatur deducēs eos. Dixitqꝫ dominus. Num celare potero abraam que geſturus ſum: cum futurus ſit in gentem magnā ac robuſtiſſimam: ⁊ benedicende ſint in eo oēs natiōes terre? Scio enī ꝙ precepturus ſit filiis ſuis ⁊ domui ſue poſt ſe vt cuſtodiant vias domini: et faciant iudiciū ⁊ iuſtitiam vt adducat dominꝰ propter abraā omnia que locutus eſt ad eū. Dixit itaqꝫ dominus. Clamor ſodomorū ⁊ gomorreorū multiplicatus eſt: ⁊ peccatū eorū aggrauatū eſt nimis. Deſcēdam ⁊ videbo: vtrū clamorē qui venit ad me opere cōpleuerint an nō eſt ita vt ſciā. Conuerterūtqꝫ ſe inde: ⁊ abierūt ſodomam. Abraam vero adhuc ſtabat coram dn̄o. Et appropinquās ait. Nunquid perdes iuſtum cū impio? Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate: peribūt ſimul ⁊ nō parces loco illi ꝓpter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in eo? Abſit a te vt rem hanc facias: et occidas iuſtum cum impio: fiatqꝫ iuſtus ſicut impius. Non eſt hoc tuum qui iudicas oēm terram. Nequaq̄ facias iudicium hoc. Dixitqꝫ dn̄s ad eum. Si inuenero ſodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis: dimittam omni loco ꝓpter eos. Reſpōdit abraā ⁊ ait. Quia ſemel cepi: loquar ad dn̄m meū cū ſim puluis ⁊ cinis. Quid ſi minꝰ quinquaginta iuſtis quinqꝫ fuerint: delebis ꝓpter quadragintaquinqꝫ vniuerſam vrbem? Et ait nō delebo ſi inuenero ibi quadragintaquinqꝫ. Rurſumqꝫ locutus eſt ad eum. Sin autē quadraginta ibi inuenti fuerint quid facies? Ait. Non percutiā ꝓpter quadraginta. Ne queſo (inquit) indigneris dn̄e: ſi loquar. Quid ſi inuenti fuerint triginta? Reſpōdit. Nō faciā: ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel (ait) cepi: loquar ad dn̄m meū. Quid ſi ibi inuēti fuerit viginti? Ait. Nō interficiā ꝓpter viginti. Obſecro inquit ne iraſcaris dn̄e ſi loquar adhuc ſemel. Quid ſi inuēti fuerint ibi decem? Dixit. Non delebo ꝓpter decē. Abiit dn̄s poſtq̄ ceſſauit loqui ad abraam ⁊ ille reuerſus eſt in locum ſuum.

C

23. q. 1. deus. de accu. qualiter ⁊ c. cū dilec. Ione. 1. a. di. c. catholica. q. 1. moyſes. de ſym. licet eli.

D

¶ Cap. Sum. De ſubuerſiōe ſodomorum et liberatione. Loth: ⁊ ſtupro filiarum eius. Ca. XIX

VEnerūtqꝫ duo angeli ſodomā veſpere ſedente loth in foribus ciuitatis. Qui cum vidiſſet eos ſurrexit ⁊ iuit obuiā eis: adorauitqꝫ ꝓnus in terram ⁊ dixit. Obſecro dn̄i declinate in domū pueri veſtri: et manete ibi lauate pedes veſtros ⁊ mane ꝓficiſcemini in viā veſtrā. Qui dixerūt. Minime: ſed in platea manebimus. Cōpulit illos oppido vt diuerterēt ad eū. Ingreſſiſqꝫ domum illius fecit cōuiuium: coxit azima ⁊ comederūt. Prius autē q̄ irēt cubitū viri ciuitatis vallauerūt domū illiꝰ a puero vſqꝫ ad ſenē oīs ꝑplꝰ ſimul. Vocauerūtqꝫ loth ⁊ dixerunt ei. Ubi ſunt viri qui introierūt ad te nocte? Educ illos huc vt cognoſcamus eos. Egreſſus ad eos loth poſt tergū accludens oſtium ait. Nolite queſo fratres mei: nolite malum hoc facere. Habeo duas filias que necdum cognouerunt virū. Educā eas ad vos ⁊ abutimini eis ſicut vobis placuerit: dūmodo viris iſtis nihil mali faciatis: quia igreſſi ſunt ſub † vmbra culminis mei. At illi dixerūt. Recede illuc. Et rurſus. Ingreſſus es (inquiunt) vt aduena: nūquid vt iudices? Te ergo ipſum magis q̄ hos affligemus. Vimqꝫ faciebāt loth vehemētiſſime. Iāqꝫ ꝓpe erat vt effringerēt fores et ecce miſerūt manū viri ⁊ introduxerūt ad ſe loth: clauſeruntqꝫ oſtiū: ⁊ eos q̄ foris erāt ꝑcuſſerūt cecitate a minimo vſqꝫ ad maximū: ita vt oſtium inuenire non poſſent. Dixerūt autē ad loth. Habes hic quēpiam tuorū generum aut filios aut filias. Oēs q̄ tui ſunt educ de vrbe hac. Delebimꝰ enī locū iſtū: eo ꝙ increuerit clamor eorum corā dn̄o q̄ miſit nos vt ꝑdamus illos. Egreſſus itaqꝫ loth locutꝰ eſt ad generos ſuos q̄ accepturi erāt filias eiꝰ ⁊ dixit. Surgite egredimini de loco iſto: q: delebit dn̄s ciuitatē hāc. Et viſus eſt eis quaſi ludēs loqui. Cūqꝫ mane eſſet cogebāt eū āgeli dicētes. Surge tolle vxorē tuā ⁊ duas filias quas habes: ne ⁊ tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. Diſſimulāte illo apprehenderūt manū eiꝰ ⁊ manū vxoris ac duarū filiarū eius eo ꝙ parceret dn̄s illi: eduxerūtqꝫ eū ⁊ poſuerūt extra ciuitatem: ibiqꝫ † locuti ſunt ad eū dicētes. Salua aīam tuā noli reſpicere poſt tergū: nec ſtes in omni circa regione: ſed in monte ſaluum te fac: ne ⁊ tu ſimul pereas. Dixitqꝫ loth ad eos. Queſo dn̄e mi: q: inuenit ſeruꝰ tuꝰ † grām coram te ⁊ magnificaſti glīam ⁊ mīam tuā quā feciſti mecū vt ſaluares aīam meā: nec poſſum in monte ſaluari: ne forte apprehēdat me malū ⁊ moriar. Eſt ciuitas hic iuxta ad quā poſſum fugere parua: ⁊ ſaluabor in ea. Nūquid non modica eſt: ⁊ viuet aīa mea? Dixitqꝫ ad eū. Ecce etiā in hoc ſuſcepi ꝑces tuas: vt nō ſubuertam vrbē ꝓ qua locutus es. Feſtina ⁊ ſaluare ibi: q: non potero facere quicq̄ donec egrediaris illuc. Idcirco vocatū eſt nomen vrbis illius ſegor. Sol egreſſus eſt ſuper terrā ⁊ loth ingreſſus eſt ſegor. Igit̄ dn̄s pluit ſuper ſodomā ⁊ gomorram ſulphur ⁊ ignē a dn̄o de celo: ⁊ ſubuertit ciuitates has ⁊ oēm circa regionē vniuerſos habitatores vrbium ⁊ cūcta terre virentia. Reſpiciēſqꝫ vxor eiꝰ poſt ſe verſa eſt in ſtatuā ſalis. Abraam autē cōſurgēs mane vbi ſteterat prius cū dn̄o intuitus eſt ſodomā ⁊ gomorram ⁊ vniuerſam terrā regionis illius. Viditqꝫ aſcendentem fauillā de terra quaſi fornacis fumū. Cum enī ſubuerteret dn̄s ciuitates regionis illiꝰ recordatus eſt abrae ⁊ liberauit loth de ſubuerſione vrbiū in q̄bus habitauerat. Aſcēditqꝫ loth de ſegor et manſit in mōte: due qꝫ filie eius cū eo. Timuerat enī manere in ſegor. Et manſit in ſpelūca ipſe ⁊ due filie eius cum eo. Dixitqꝫ maior ad minorē. Pater noſter ſenex eſt ⁊ nullus virorū remāſit in terra qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſe terre. Veni inebriemus eū vino: dormiamuſqꝫ cū eo vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemē. Dederūt itaqꝫ patri ſuo bibere vinū nocte illa. Et igreſſa eſt maior dormiuitqꝫ cū patre. At ille nō ſenſit: nec q̄n accubuit filia nec q̄n ſurrexit. Altera quoqꝫ die dixit maior ad minorem. Ecce dormiui heri cū patre meo. Demꝰ ei bibere vinū etiā hac nocte ⁊ dormies cū eo: vt ſaluemus ſemen de patre noſtro. Dederuntqꝫ etiā ⁊ illa nocte patri ſuo † bibere vinū. Ingreſſaqꝫ minor filia dormiuit cū eo. Et nec tūc q̄dē ſenſit q̄n cōcubuerit vel q̄n illa ſurrexit. Cōceperūt ergo due filie loth de patre ſuo. Peperitqꝫ maior filium et vocauit nomen eius moab. Ipſe eſt pater moabitarum vſqꝫ in preſentem diem. Minor quoqꝫ peperit filium ⁊ vocauit nomē eius ammon id eſt filius ꝑplī mei: ipſe eſt pater ammonitarū vſqꝫ hodie.

A — Damaſcꝰ conditur in ſyria.

Luce. 24. d.

B — di. 14. q̄d ait. 7. q. 1. aduerſitas. §. hinc. q. 7. offerenge.

Alſ. ✝ vmbraculum. 42. diſ. hoſpitalem. 7. q. 2. c. greſſus.

C — Iudith. 10. f. q. 5. ca. accuſatores 2. q. 6. ges.

2. Pe. 2. b. 4. reg. 6. 27. 2. c. greſſus. c. puſq.

D

Sap. 10. a.

Alſ. ✝ locutus eſt dn̄s ad eū. Sap. 10. a. Alſ. ✝ gloriā.

E

Eſa. 13. a. Hiere. 50. f. 23. q. 5. ſi quid ergo. De pe. di. 1. §. ⁊ cōtinuo. 1. q. 4. eccl'a. §. item. dicendum. 24. q. 3. §. 1. in prin.

F — 32. q. 7. flagitia. di. 42. §. 1. de pe. di. 3. ſunt plures. §. authoritas de exceſ. prelato. clerici. Ezech. 16. f. Oſee. 11. c. Amos. 4. d.

G — 84. diſtin. c. 1. Sapien. 10. a.

Alſ. ✝ non eſt bibere. 35. diſt. c. ſexto die. 32. q. 4. dixit ſara in fine 15. q. 1. illud. et c. inebriauerūt 40. di. quibet.

¶ Cap. Sum. De peregrinatione abrae in geraris: ⁊ de ablatione ſare et reſtitutione. Cap. XX.

PRofectus inde abraam in terrā auſtralem habitauit inter cades ⁊ ſur: ⁊ peregrinatꝰ eſt in † geraris. Dixitqꝫ de ſara vxore ſua: ſoror mea ē. Miſit ergo abimelech rex gerare et tulit eā. Venit autē deus ad abimelech per ſomnium nocte: ⁊ ait illi. En morieris ꝓpter mulierē quam tuliſti. Habet enī virum. Abimelech vero nō tetigerat eam: ⁊ ait. Dn̄e nū gentē ignorātem ⁊ iuſtā interficies? Nōne ipſe dixit mihi ſoror mea eſt: ⁊ ipſa ait frater meꝰ eſt? In ſimplicitate cordis mei ⁊ mūdicia manuū mearū feci hoc. Dixitqꝫ ad eū deus. Et ego ſcio ꝙ ſimplici corde feceris: ⁊ ideo cuſtodiui te ne peccares in me: et nō dimiſi vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro ſuo vxorem ⁊ orabit pro te: q: propheta eſt: ⁊ viues. Si autē nolueris reddere

A

Alſ. ✝ terra. 22. q. 2. queritur.

B — 32. q. 4. cum mo 0. 5. ad dn̄m in glo.

C

Alſ+poſtulãs alſ+explorãs. Iupiter prim⁹ archadia re- gnat. Et ma- trimonia re- parauit. Supra.12.a.

D

22.q.1.ſi p ſoꝛ- tuitas. De pen.dl.1.c. voluiſſent.§. ſerpens.

ris reddere:ſcito ꝙ morte morieris:tu ⁊ oĩa q̄ tua ſunt. Sta-
timq; de nocte conſurgẽs abimelech vocauit omnes ſeruos
ſuos:⁊ locutus eſt vniuerſa verba hec in auribus eorum. Ti
muerũtq; oẽs viri valde. Uocauit aũt abimelech etiã abra-
am ⁊ dixit ei. Quid feciſti nobis? Quid peccauimus in te:
q: induxiſti ſup me ⁊ ſuper regnũ meũ pctm̃ grande? Que
non debuiſti facere feciſti nobis. Rurſumq; † expoſtulãs:
ait. Quid vidiſti vt hoc faceres? Rñdit abraam. Cogitaui
mecũ dicẽs. Forſitan non eſt timor dei in loco iſto et interfi
ciẽt me propter vxorẽ meã. Alẽs aũt ⁊ vere ſoror mea eſt filia
patris mei ⁊ non filia matris mee:⁊ duxi eã in vxorẽ. Poſt
q̄ aũt eduxit me deus de domo patris mei:dixi ad eã. Hãc
miſericordiã facies mecũ. In oĩ loco ad quem ingrediemur
dices ꝙ frater tuus ſim. Tulit igitur abimelech oues et bo
ues ⁊ ſeruos ⁊ ancillas:⁊ dedit abraã. Reddiditq; illi ſarã
vxorem ſuam:⁊ ait. Terra coram vobis eſt:vbicũq; tibi pla
cuerit habita. Sare aũt dixit:ecce mille argẽteos dedi fra-
tri tuo. Hoc erit tibi in velamen oculorũ ad oẽs q̄ tecũ ſunt
⁊ quocũq; perrexeris memẽtote deprehenſam. Orãte au
tẽ abraã:ſanauit deus abimelech ⁊ vxorem ancillaſq; eius
⁊ pepererunt. Concluſerat eñ dñs omnẽ vuluã dom⁹ abi-
melech propter ſadam vxorẽ abrae.

¶ Capitu. Summarium. De natiuitate iſaac ⁊ eiectione
agar cum filio:de federe inito inter abraã ⁊ abimelech ad
puteum iuramenti. Capitulum. XXI.

A

alſ+deus. Heb.11.c. Ioſue.24.a. Mat.1.a.

47.di.quãtu- libet. Roma.9.b. Gal.4.d.

B

56.di.c.hiſma el. Roma.9.b. 2.q6.4.recur- rat.c.dicat. De homi.c.la tor.c.exhibita in glo.

Viſitauit aũt † dñs ſarã ſicut promiſerat et
impleuit que locutus eſt. Concepitq; ⁊ pe
perit filiũ in ſenectute ſua tempore quo pre
dixerat ei deus. vocauitq; abraã nomẽ fi
lij ſui quẽ genuit ei ſara: Iſaac:⁊ circũcidit
eũ octauo die ſicut preceperat ei deus cum
centũ eſſet annorũ. Hac quippe etate patris natus eſt iſaac.
Dixitq; ſara. Riſum fecit mihi deus:⁊ q̄cũq; audierit cor
ridebit mihi. Rurſumq; ait. Quis auditur⁹ crederet abra
am:ꝙ ſara lactaret filiũ quẽ peperit ei iã ſeni? Creuit igit̃
puer:⁊ ablactat⁹ eſt. Fecit abraã grande conuiuiũ i die ab
lactationis ei⁹. Cumq; vidiſſet ſara filium agar egyptie lu-
dentẽ cũ iſaac filio ſuo:dixit ad abraam. Eijce ancillã hanc
⁊ filiũ eius. Nõ eñ erit heres fili⁹ ancille cũ filio meo iſaac
Dure accepit hoc abraã pro filio ſuo. Cui dixit deus. Non
tibi videat̃ aſperũ ſup puero ⁊ ſup ancilla tua. Oĩa que di-
xerit tibi ſara:audi vocẽ eius:q: in iſaac vocabit̃ tibi ſemẽ.
Sed ⁊ filiũ ancille faciã in gentem magnã:q: ſemẽ tuũ eſt.
Surrexit itaq; abraam mane ⁊ tollẽs panem ⁊ vtrem aque
impoſuit ſcapule eius:tradiditq; puerũ ⁊ dimiſit eã. Que
cum abijſſet:errabat in ſolitudine berſabee. Cũq; conſum-
pta eſſet aqua in vtre:abiecit puerum ſubter vnã arborẽ q̄
ibi erat:⁊ abijt. Seditq; e regione procul quantum poteſt
ar cus iacere. Dixit eñ. Non videbo morientẽ puerũ:et ſe-
dens contra leuauit vocẽ ſuã ⁊ fleuit. Exaudiuit autẽ deus
vocem pueri. Uocauitq; angelus dñi agar de celo dicens.
Quid agis agar? Noli timere. Exaudiuit enim deus vo-
cem pueri:de loco in quo eſt. Surge:tolle puerum:et tene
manum illius:quia in gentem magnã faciã eum. Aperuit-
q; oculos eius deus. Que videns puteũ aque abijt:⁊ im-
pleuit vtrem:deditq; puero bibere ⁊ fuit cũ eo. Qui creuit
⁊ moratus eſt in ſolitudine:factuſq; eſt iuuenis ſagittari⁹.
Habitauitq; i deſerto pharã. Et accepit illi mater ſua vxo
rẽ de terra egypti. Eodẽ tpe dixit abimelech ⁊ phicol prin-
ceps exercitus eius ad abraam. Deus tecũ eſt in vniuerſis
que agis. Iura ergo per deum ne noceas mihi ⁊ poſteris
meis ſtirpiq; mee:ſed iuxta miſericordiã quam feci tibi:fa-
cias mihi ⁊ terre in qua † verſat⁹ es aduena. Dixitq; abraã
Ego iurabo. Et increpauit abimelech propter puteum aq̄
quem vi abſtulerant ſerui eius. Rñditq; abimelech. Neſci
ui quis fecerit hãc rem ſed ⁊ tu nõ indicaſti mihi ⁊ ego non

C

Celius crete rex pr̃ ſaturni claret.

Infra.26.

alſ+conuer- ſatus.

D

audiui preter hodie. Tulit itaq; abraã oues ⁊ boues:⁊ de-
dit abimelech. Percuſſeruntq; ambo fed⁹. Et ſtatuit abraã
ſeptem agnas gregis ſeorſum. Cui dixit abimelech. Quid
ſibi volunt ſeptem agne iſte quas ſtare feciſti ſeorſum? At il-
le. Septẽ (inquit) agnas accipies de manu mea vt ſint mi
hi in teſtimoniũ:qm̃ ego fodi puteum iſtum. Idcirco voca-
tus eſt locus ille berſabee:q: ibi vterq; iurauit. Et inierũt
fedus pro puteo iuramenti. Surrexit aũt abimelech ⁊ phi
col princeps exercitus eius:reuertiq; ſunt in terram pale-
ſtinorum. Abraam vero plantauit nem⁹ in berſabee:⁊ inuo
cauit ibi nomen dñi dei eterni ⁊ fuit colonus terre † pale-
ſtinorum diebus multis.

Ueſta mater ſaturni ⁊ gẽti lum ſacerdoſ caret.

Minerua le- niſicũ textu- ram olei vſuz ⁊ quadrigarũ et alia multa inuenit.

alſ+ philiſti- norum.

¶ C. S. De tentatione abrae ⁊ ariete immolato pro filio
⁊ melcham genuiſſe nũciatur. Ca. XXII.



Hec poſtq̄ geſta ſunt tentauit deus Abra-
am:⁊ dixit ad eum. Abraam Abraam. At il
le rñdit. Adſum. Ait illi. Tolle filiũ tuũ vni
genitũ quẽ diligis iſaac.⁊ vade in terrã vi
ſionis:atq; ibi † offeres eũ in holocauſtũ
ſup vnũ montiũ quẽ mõſtrauero tibi. Igit̃
abraam de nocte cõſurgẽs ſtrauit aſinum ſuum:ducẽs ſecũ
duos iuuenes ⁊ iſaac filiũ ſuũ. Cũq; cõcidiſſet ligna in ho-
locauſtum abijt ad locũ quem preceperat ei deus. Die au-
tem tertio eleuatis oculis vidit locũ procul:dixitq; ad pue
ros ſuos. Expectate hic cum aſino:ego ⁊ puer illuc uſq; p-
perantes:poſtquam adorauerimus reuertemur ad vos.
Tulit quoq; ligna holocauſti:⁊ impoſuit ſuper iſaac filium
ſuum:ipſe vero portabat in manibus ignem ⁊ gladiũ. Cũ-
q; duo pergerent ſimul dixit Iſaac patri ſuo. Pater mi. At
ille reſpondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis ⁊ ligna:
vbi eſt victima holocauſti? Dixit autem abraam. Deus pro
uidebit ſibi victimam holocauſti fili mi. Pergebant ergo
pariter:veneruntq; ad locum quem oſtenderat ei deus. In
quo edificauit altare:et deſuper ligna compoſuit. Cumq;
colligaſſet iſaac filium ſuum:poſuit eũ in altare ſuper ſtru-
em lignorum. Extenditq; manum:et arripuit gladium: vt
immolaret filium ſuum. Et ecce angelus domini de celo
clamauit dicens. Abraam: Abraam. Qui reſpondit. Ad-
ſum. Dixitq; ei. Non extendas manum tuam ſuper pue-
rum:neq; facias illi quicquam. Nunc cognoui: ꝙ timeas
dominum et non pepercſti vnigenito filio tuo propter me.
Leuauit Abraam oculos ſuos:viditq; poſt tergum arietẽ
inter vepres herentem cornibus. Quem aſſumens obtulit
holocauſtum pro filio. Appellauitq; nomen loci illius: do-
minus videt. Unde vſq; hodie dicitur in monte dominus
videbit. Uocauit autem angelus domini Abraam ſecundo
de celo dicens. Per memetipſum iuraui dicit dñs, quia fe-
ciſti hanc rem:Et non pepercſti filio tuo vnigenito pro-
pter me:Benedicam tibi ⁊ multiplicabo ſemen tuum ſicut

A

Iudith.8.c. Hebre.11.d 22.q.2.§ quibꝫ §.abraam. ⁊.§.anteq. Alſ+offer. 23.q.3.ſi nõ lz §.ite non occi des. Itẽ.c lex eter na.q.8.occidit

B

C

1.Mach.2.e.

Eccle.44.d. Hiere.44.f. Hebre.7.c.

ſtellas celi: ⁊ velut arenam que eſt in litore maris. Poſſi-
debit ſemen tuū portas inimicoꝝ ſuoꝝ: ⁊ benedicētur in ſe-
mine tuo oēs gētes terre: q̄ obediſti voci mee. Reuerſus
D eſt abraā ad pueros ſuos: abierūtqꝫ berſabee ſimul: ⁊ habi-
Gal.3.a tauit ibi. His itaqꝫ geſtis: nunciatū eſt abraā q̄ melcha q̄
genuiſſet filios nachor fratri ſuo: hus primogenitū ⁊ buʒ
fratrē ei⁹: ⁊ chamuel patreʒ ſyroꝝ: ⁊ caſeth: ⁊ eſau: pheldas
quoqꝫ ⁊ iedlaſac bathuel: de quo nata eſt rebecca. Octo
iſtos genuit melcha nachor: fratri abraaʒ. Cōcubina ṽo il-
lius noīe roma peperit thabee ⁊ gaon: ⁊ thaas ⁊ maacha.

¶ Cap. Sum. De morte ſare: de emptione agri ⁊ ſpelun-
ce duplicis in ſepulturā ab ephron. Cap. XXIII.

B Vixit aūt ſara centum viginti ſeptem ānis
et mortua eſt in ciuitate arbee: que eſt he-
bron in terra chanaaʒ. Venitqꝫ abraam vt
plangeret ⁊ fleret eaʒ. Cūqꝫ ſurrexiſſet ab
officio funeris: locutus eſt ad filios heth
dicens. Aduena ſuʒ ⁊ peregrin⁹ apud vos.
date mihi ius ſepulchri vobiſcū: vt ſepeliam mortuum meū
Reſponderūtqꝫ filij heth dicentes. Audi nos dn̄e. Prin-
ceps dei es apud nos. In electis ſepulchris noſtris ſepeli
B mortuuʒ tuū nulluſqꝫ te phibere poterit. qui in monumēto
alꝰ + foro. ei⁹ ſepelias mortuū. Surrexit abraā ⁊ adorauit pplʒ terre
filios videlʒ heth. Dixitqꝫ ad eos. Si placet aīe vr̄e vt ſepe-
liā mortuū meū audite me. ⁊ itercedite pro me apud ephrō
filium ſeor: vt det mihi ſpeluncam duplicem quaʒ habet in
extrema parte agri ſui. Pecunia digna tradat eaʒ mihi co-
ram vobis in poſſeſſionem ſepulchri. Habitabat aūt ephrō
Alꝰ + non eſt in medio filiorum heth. Reſpondit † ephron ad abraā cun-
ephron. ctis audientibus qui igrediebantur portaʒ ciuitatis illius:
3.q.2.c. queſta dicens nequaq̄ ita fiat domine mi: ſed tu magis auſculta
C quod loquor. Agrū trado tibi ⁊ ſpelūcaʒ q̄ in eo eſt preſen-
tibus filijs populi mei: ſepeli mortuū tuū. Adorauit abraaʒ
coram dn̄o ⁊ populo terre ⁊ locutus eſt ad ephron circūſtā-
3.q.2.c. poſtq̄ te plebe eius queſo vt audias me. Dabo pecuniā pro agro:
alꝰ + quadri- ſuſcipe eam: ⁊ ſic ſepeliam mortuum meum in eo. Reſpon-
gentis. ditqꝫ ephron. Dn̄e mi audi me. Terra quaʒ poſtulas † qua-
D
alꝰ + quadrin drigentos ſiclos argenti valet. Iſtud eſt precium inter me
gentis. ⁊ te. Sed quantū eſt hoc? Sepeli mortuū tuū. Qd̄ cum au-
Nota q̄ tā tpe diſſet abraā appendit pecuniā quā ephrō poſtulauerat au-
abrae erat mo dientibus filijs heth † quadringentos ſiclos argenti pba-
neta publica te monete publice. Confirmatuſqꝫ eſt ager quondā ephro-
nis in quo erat ſpelūca duplex reſpiciens mābre: tā ipſe q̄
ſpelunca ⁊ omnes arbores eius in cūctis terminis ei⁹ per
circūitum abrae in poſſeſſionem vidētibus filijs heth: ⁊ cū-
ctis qui intrabāt portam ciuitatis illius. Atqꝫ ita ſepeliuit
B.q.2.c. hebrō abraam ſaram vxorem ſuaʒ in ſpelunca agri duplici: que re-
De ſepul.c.1. ſpiciebat mambre: hec eſt hebron in terra chanaan. Et con-
firmatus eſt ager ⁊ antrum qd̄ erat in eo abrae in poſſeſſio-
nem monumenti a filijs heth.

¶ C.S. Mittitur ſeruus abrae ⁊ adducitur rebecca pro
vxore iſaac. Cap. XXIIII.

A Erat aūt abraam ſenex dierū multorum: ⁊ dn̄s
Infra 47.f. in cunctis benedixerat ei. Dixitqꝫ ad ſeruum ſe-
Infra eodē.p nioꝛem domus ſue: qui preerat omnibus q̄ ha-
bebat. Pone manum tuam ſubter femur meuʒ
vt adiurē te per dominum deum celi ⁊ terre: vt nō accipias
vxorem filio meo de filiabus chananeorum inter quos ha-
bito ſed ad terram ⁊ ad cognationem meā proficiſcaris: et
inde accipias vxorem filio meo iſaac. Reſpondit ſeru⁹. Si
alꝰ + habeo. noluerit mulier venire mecū in terram hanc: nunq̄d reduce-
re † debeo filium tuum ad locum de quo tu egreſſus es?
Dixitqꝫ abraā. Caue ne quando reducas filium meuʒ illuc
Dn̄s deus celi ⁊ terre qui tulit me de domo patris mei: et
de terra natiuitatis mee: qui locutus eſt mihi: ⁊ iurauit mi-
hi dicens. Semini tuo dabo terram hanc: ipſe mittet ange-
lum ſuum coram te: ⁊ accipies inde vxorem filio meo. Sin
autē mulier noluerit ſequi te: non teneberis iuramēto. Fi-
lium meū tm̄ ne reducas illuc. Poſuit ergo ſeruus manum
ſub femore abrae dn̄i ſui. ⁊ iurauit illi ſup ſermone hoc. Tu-
litqꝫ decē camelos de grege dn̄i ſui: ⁊ abijt: ex oībus bonis B
eius portans ſecum. Profectuſqꝫ perrexit in Meſopota-
miam ad vrbem nachor. Cumqꝫ camelos feciſſet accūbere Judith.9.a
extra oppidū iuxta puteuʒ aque veſpere: eo tpe quo ſolent
mulieres egredi ad hauriendā aquam: orauit dn̄m dicens.
Dn̄e deus dn̄i mei abraam occurre obſecro mihi hodie: et
fac miſericordiam cū domino meo abraam. Ecce ego ſto p-
pe fontem aque: ⁊ filie habitatorū huius ciuitatis egrediē-
tur ad hauriendam aquā. Igitur puella cui ego dixero in-
clina hydriam tuam vt bibā: ⁊ illa reſponderit bibe: quin ⁊
camelis tuis dabo potum: Ipſa eſt quam preparaſti ſeruo
tuo iſaac. Et per hoc intelligā q̄ feceris miſericordiam cū
dn̄o meo abraam. Necduʒ intra ſe verba compleuerat: ⁊ ec-
ce rebecca egrediebatur filia bathuel filij melche vxoris na-
chor fratris abraam habens hydriaʒ in ſcapula ſua: puella
decora nimis virgoqꝫ pulcherrima: ⁊ incognita viro. De-
ſcenderat autem ad fontem ⁊ impleuerat hydriam aqua ac
reuertebatur. Occurritqꝫ ei ſeruus: ⁊ ait. Pauxillū aque C
mihi ad † bibendum prebe de hydria tua. Que reſpondit. alꝰ + ſorbēdū
Bibe domine mi. Celeriterqꝫ depoſuit hydriam ſuper vl-
nam ſuam: ⁊ dedit ei potum. Cumqꝫ ille bibiſſet: adiecit.
Quin ⁊ camelis tuis hauriam aquam: donec cuncti bibāt.
Effundenſqꝫ hydriam in canalibus: recurrit ad puteum: vt
hauriret aquam: ⁊ hauſtam omnibus camelis dedit. Ille
autem contemplabatur eam tacitus: ſcire volens vtrū pro-
ſperum iter ſuum feciſſet deus an non. Poſtq̄ autem bibe-
runt cameli: ptulit vir in aures aureas appendētes ſiclos
duos ⁊ armillas totidē pondo ſiclorum decem. Dixitqꝫ ad
eam. Cuius es filia? Indica mihi. Eſt in domo patris tui
locus ad manendum? Que reſpondit Filia ſum Bathue-
lis filij Nachor quē peperit ei Melcha. Et addidit dicēs.
Palearum quoqꝫ ⁊ feni plurimum eſt apud nos: et locus
ſpacioſus eſt ad manendum. Inclinauit ſe homo: et adora- D
uit dominum: dicens. Benedictus dominus deus domini
mei abraam qui non abſtulit miſericordiam ⁊ veritatē ſuaʒ
a domino meo: ⁊ recto itinere me perduxit in domum fra-
tris domini mei. Cucurrit itaqꝫ puella: et nunciauit in do-
mum matris ſue omnia que audierat. Habebat autem re-
becca fratrem nomine Laban: qui feſtinus egreſſus eſt ad
hominem vbi erat fons. Cumqꝫ vidiſſet in aures ⁊ armillas
in manibus ſororis ſue: ⁊ audiſſet cuncta verba referentis:
hec locutus eſt mihi homo: venit ad virum qui ſtabat iuxta
camelos ⁊ prope fontē aque: dixitqꝫ ad eum. Ingredere be-
nedicte domini. Cur foris ſtas? Preparaui domum ⁊ locū
camelis tuis. Et introduxit eum in hoſpitium: ac deſtrauit
camelos deditqꝫ paleas ⁊ fenum: ⁊ aquam ad lauandos pe-
des camelorum ⁊ virorum qui venerant cum eo. Et appoſi-
tus eſt in conſpectu eius panis. Qui ait. Non comedā: do-
nec loquar ſermones meos. Reſpondit ei. Loquere. At il-
le. Seruus (inquit) abraam ſum: ⁊ dominus benedixit do-
mino meo valde: ⁊ magnificatus eſt. Et dedit ei oues ⁊ bo-
ues: argentum ⁊ aurū: ſeruos ⁊ ancillas: camelos ⁊ aſinos.
Et peperit ſara vxor domini mei filiū domino meo in ſene-
ctute ſua deditqꝫ illi oīa q̄ habuerat. Et adiurauit me dn̄s
meus dicēs. Non accipies vxorē filio meo de filiabus cha- Supra.21.e
naneorum: in quorū terra habito: ſed ad domū patris mei
perges: ⁊ de cognatiōe mea accipies vxorē filio meo. Ego
vero rn̄di domino meo. Quid ſi noluerit venire mecum mu- Supra eo.a.
lier? Dn̄s (ait) in cuius conſpectu ambulo mittet angelum E
ſuum tecum: ⁊ diriget viā tuaʒ: accipieſqꝫ vxorem filio meo
de cognatiōe mea ⁊ de domo pr̄is mei. Innocēs eris a ma-
ledictiōe mea cū veneris ad pxīos meos: ⁊ nō dederit tibi.

venit

Veni ergo hodie ad fontē aque ⁊ dixi. Dñe deus dñi mei abraā: ſi direxiſti viā meā in qua nunc ambulo: ecce ſto iuxta fontem aque: ⁊ virgo q̄ egredietur ad hauriēdā aquā audierit a me: da mihi pauxillū aque ad bibēdū de hydria tua: ⁊ dixerit mihi: et tu bibe ⁊ camelis tuis hauriā: ipſa eſt mulier quam preparauit dñs filio dñi mei. Cumq̄ hec tacitus mecū voluere apparuit rebecca veniens cū hydria quā portabat in ſcapula: deſcenditq̄ ad fontem ⁊ hauſit aquā. Et aio ad eam. Da mihi paululum bibere. Que feſtinans depoſuit hydriā de humero ⁊ dixit mihi. Et tu bibe ⁊ camelis tuis tribuam potum. Bibi ⁊ adaquauit camelos. Interrogauitq̄ eam ⁊ dixi. Cuius es filia? Que reſpondit. Filia Bathuelis ſum filij nachor. quem peperit ei Melcha.

F Suſpendi itaq̄ inaures ad ornandam faciem eius: ⁊ armillas poſui in manibus eius. Pronuſq̄ adoraui dominū: benedicens domino deo domini mei abraā: qui perduxit me recto itinere: vt ſumerē filiam fratris domini mei filio eius. Quamobrem ſi facitis miſericordiam ⁊ veritatem cum domino meo indicate mihi. Sin autem aliud placet: ⁊ hoc dicite mihi: vt vadā ad dexteram ſiue ad ſiniſtrā. Reſponderunt laban ⁊ Bathuel. A domino egreſſus eſt ſermo. Nō

Bonus nūcius minō vult re. ſine certo reſponſo. poſſumus extra placitum eius quicquā aliud loqui tecum. En rebecca coram te eſt. Tolle eam: ⁊ proficiſcere: ⁊ ſit vxor filij domini tui: ſicut locutus eſt dominus. Quod cū audiſ-

5.q.cap.1.in principio. ſet puer abraam procidens adorauit in terram dñm. Prolatiſq̄ vaſis argenteis et aureis ac veſtibus. dedit ea Rebecce pro munere. Fratribus quoq̄ eius ⁊ matri dona obtulit. Initoq̄ conuiuio: veſcentes pariter ⁊ bibentes manſerunt ibi. Surgens autem mane locutus eſt puer. Dimit-

G

2.q.2.honorātur. tite me vt vadam ad dominum meū. Reſponderuntq̄ frater eius ⁊ mater. Maneat puella ſaltem decem dies apud nos ⁊ poſtea proficiſcetur. Nolite (ait) me retinere: q: dominus direxit viam meā. Dimittite me vt pergam ad dñm meū. Et dixerunt. Vocemus puellam: ⁊ queramus ipſius voluntatem. Cumq̄ vocata veniſſet: ſciſcitati ſunt. Vis ire cum homine iſto? Que ait. Vadam. Dimiſerunt ergo eam ⁊ delboram nutricem illius ſeruumq̄ abraā ⁊ comites eius imprecantes proſpera ſorori ſue: atq̄ dicentes. Soror noſtra es. Creſcas in mille milia ⁊ poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Igitur rebecca ⁊ puelle illius aſcēſis camelis ſecute ſunt virū. Qui feſtinus reuertebatur ad dominū ſuum. Eo autē tpe deambulabat iſaac ꝑ viā que ducit ad puteū: cuius nomen eſt viuētis ⁊ videntis. Habitabat enī in terra auſtrali: ⁊ egreſſus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die. Cumq̄ eleuaſſet oculos vidit ca-

[illegible].q.5.nec illo melos venientes ꝓcul. Rebecca quoq̄ conſpecto iſaac deſcendit de camelo: ⁊ ait ad puerum. Quis eſt ille homo qui venit per agrum in occurſū nobis? Dixitq̄ ei. Ipſe eſt do-

[illegible] † teriſtrū. minus meus. At illa tollēs cito † palliū ſuū operuit ſe. Seruus autē cuncta que geſſerat narrauit domino ſuo Iſaac. Qui introduxit eā in tabernaculū ſare matris ſue: ⁊ accepit eā vxorē. Et intantū dilexit eā: vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat temperaret.

¶ Capituli Summariū. De ſepultura ⁊ morte abrae et filijs hiſmael: de natiuitate eſau ⁊ iacob: ⁊ venditione primogeniture.

Capitulum.XXV.

A

32.q.4.c.2.⁊.3. al's † iexan. al's † ieſue. vel ieſua. al's † epher. al's † opher. 1.Paral.1.c.

Abraam vero aliam duxit vxorē noīe cethurā que peperit ei zamram: ⁊ † ieſan: ⁊ madam ⁊ madiam: ⁊ ieſboch: ⁊ † ſue. Ieſcan quoq̄ genuit ſaba ⁊ dadan. Filij dadā fuerunt aſſurim ⁊ latuſim: ⁊ † laomim. at vero ex madiā ortus ē epha: ⁊ † epher: ⁊ enoch: ⁊ abida: ⁊ belda. Omnes hi filij cethure. Deditq̄ abraā cuncta que poſſederat iſaac: filijs aūt concubinarū largitus eſt munera: ⁊ ſeparauit eos ab iſaac filio ſuo dū adhuc ipſe viueret ad plagā orientalē. Fuerunt aūt dies vite abrae centum ſeptuaginta quinq̄ anni. Et deficiens mortuus eſt in ſenectute bona prouecteq̄ etatis ⁊ plenus dierū cōgregatuſq̄ eſt ad populū ſuū. Et ſepelierunt eum iſaac ⁊ Iſmael filij ſui in ſpelunca duplici: q̄ ſita eſt in agro ephron filij † Seor ethei e regione mābre: quā emerat a filijs heth. Ibi ſepultus eſt ipſe ⁊ ſara vxor eius: ⁊ poſt obitū illius bñdixit deus iſaac filio eius: q̄ habitabat iuxta puteum noīe viuentis et videntis. He ſunt generationes hiſmael filij abrae quē peperit ei agar egyptia famula ſare: ⁊ hec noīa filiorū eius in vocabulis ⁊ gñationibus ſuis. Primogenitus hiſmaelis nabaioth deinde cedar: ⁊ abdehel: ⁊ mabſan: maſma q̄ ⁊ duma ⁊ maſa: adad: ⁊ thema: ⁊ † iachur: ⁊ napis ⁊ cedma. Iſti ſūt filij hiſmael ⁊ hec noīa ꝑ caſtella ⁊ oppida eorū duodecim principes tribuū ſuarū ⁊ facti ſunt anni vite hiſmaelis centum trigintaſeptē deficiēſq̄ mortuus eſt: ⁊ appoſitus ad populū ſuū. Habitauit aūt ab euila vſq̄ ſur: q̄ reſpicit egyptū introeuntibus aſſyrios. Corā cunctis fratribus obijt. He q̄ ſunt gñationes iſaac fili: abraam: abraā genuit iſaac: qui cū quadraginta eſſet annorū duxit vxorem rebeccam filiam bathuelis ſyri de meſopotamia ſororē laban: deprecatuſq̄ eſt iſaac dñm pro vxore ſua: eo q̄ eſſet ſterilis. Qui exaudiuit eum ⁊ dedit conceptū rebecce: ſed collidebant in vtero eius paruuli. Qui ait. Si ſic mihi futurum erat: quid neceſſe fuit concipere? Perrexitq̄ rebecca vt conſuleret dñm. Qui reſpondēs ait. Due gētes ſunt in vtero tuo ⁊ duo ppli ex vētre tuo diuidentur: populuſq̄ populū ſuperabit: ⁊ maior ſeruiet minori. Iā tēpus pariēdi aduenerat: ⁊ ecce gemini i vtero eius reperti ſunt. Qui † primus egreſſus eſt rufus erat ⁊ totus in morē pellis hiſpidus. Vocatūq̄ eſt nomē eius eſau. Protinus alter egrediēs plantā fratris tenebat manu. Et idcirco appellauit eū iacob. Sexagenarius erat iſaac qñ nati ſunt paruuli. Quibus adultis factus eſt eſau vir gnarus venādi ⁊ homo agricola: iacob aūt vir ſimplex habitabat in tabernaculis. Iſaac amabat eſau: eo q̄ de venationibus illius veſceretur: ⁊ rebecca diligebat iacob. Coxit aūt iacob pulmētum. Ad quem cū veniſſet eſau de agro laſſus ait. Da mihi de coctione hac rufa: q: oppido laſſus ſum. Quā ob cauſam vocatū eſt nomē eius edom. Cui dixit iacob. Vende mihi primogenita tua. Ille reſpōdit. En morior. q̄d mihi ꝓderunt primogenita? Ait iacob. Iura ergo mihi. Iurauit ei eſau: ⁊ vendidit primogenita. Et ſic accepto pane ⁊ lentis edulio comedit ⁊ bibit: ⁊ abijt ꝑuipēdens q̄ primogenita vendidiſſet.

B
84.di.c. porro al's † ſoor. 13.q.2.hebron. De ſepul.c.1.

1.Para.11.b. al's † itar. al's † itur.

C

Rom.5.b.

7.q.1.c.in apibus. al's † prius. Ro.9.c.

D
Ioſue.25.a. Oſee.12.a.

Abdi.1.a.

7.q.1.quā periculoſum. De pe.di.3.in das.glo.1. 22.q.3.§.ſi. 32.q.5.eſt ordo glo.ſi.

¶ Capitu. Summariū. De peregrinatione iſaac in geraris: de iurgio pro puteis: de federe cum abimelech.

Capitulum.XXVI.

A

Orta autem fame ſuper terram poſt eā ſterilitatem que acciderat in diebus abraā: abijt iſaac ad abimelech regem paleſtinorū in gerara. Apparuitq̄ ei dominus ⁊ ait. Ne deſcendas in egyptum: ſed quieſce in terram quam dixero tibi: ⁊ peregrinare in ea: eroq̄ tecum ⁊ benedicā tibi. Tibi enim ⁊ ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has: complens iuramentum: qđ ſpopondi abraam patri tuo: et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas celi. Daboq̄ poſteris tuis vniuerſas regiones has: et benedicentur in ſemine tuo omnes gētes terre: eo quod obedierit abraam voci mee: ⁊ cuſtodierit precepta ⁊ mandata mea ⁊ cerimonias: legeſq̄ ſeruauerit. Manſit ita Iſaac in Geraris. Qui cum interrogaretur a viris loci illius ſuper vxore ſua reſpondit. Soror mea eſt. Timuerat enim cōfiteri q̄ ſibi eſſet ſociata coniugio: reputans ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cumq̄ pertranſiſſent dies plurimi ⁊ ibidem moraretur proſpiciens abimelech rex paleſtinorum per feneſtram vidit eum iocantem cū rebecca vxore ſua. Et accerſito eo ait. Perſpicuū ē q̄ vxor tua ſit. Cur mentitus es eā ſororem tuam eſſe? Reſpondit.

B
Roma.4.d.

C

no. grãde peccatũ eſſe adulteriũ. Hec ſnia abimelech regis cõcordat cũ diſpõne legũ ciuiliũ q̃ eodem nãt adulteros ad mortez ait eñ lex. Sacrilegos nuptiarũ gladio feriri oportet.

Timui ne morerer propter eam. Dixitq; abimelech. Quare impoſuiſti nobis? Potuit coire quiſpiam de populo cũ vxore tua: ꝛ induxeras ſuper nos grande peccatum. Precepitq; omni populo dicens. Qui tetigerit hominis huiꝰ vxorem morte morietur. Seminauit autem Iſaac in terra illa ꝛ inuenit in ipſo anno centuplum. Benedixitq; ei deꝰ ꝛ locupletatus eſt homo: ꝛ ibat proficiens atq; ſuccreſcens donec magnus vehemẽter effectus eſt. Habuit quoq; poſſeſſiones ouium et armentorum et familie plurimum. Ob hec inuidentes ei paleſtini: omnes puteos quos foderant ſerui patris illius abraam illo tempore obſtruxerũt implentes humo intantũ vt ipſe abimelech diceret ad Iſaac. Receде a nobis quoniam potentior nobis factꝰ eſt valde. Et

D

ille diſcedẽs vt veniret ad torrentez gerare: habitaretq; ibi rurſum fodit alios puteos quos foderant ſerui patris ſui Abraam ꝛ quos illo mortuo oliz obſtruxerant Philiſtim. Appellauitq; eos eiſdez nominibus quibus pater ante vocauerat. Foderuntq; in torrẽte et repererunt aquam viuã.

E

Sed et ibi iurgium fuit paſtoruz gerare aduerſus paſtores Iſaac dicentium. Noſtra eſt aqua. Quamobrem nomẽ putei ex eo quod acciderat vocauit calumniam. Foderunt autem ꝛ alium. Et pro illo quoq; rixati ſunt. Appellauitq; euz inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum: pro quo non contenderunt. Itaq; vocauit nomen eius latitudo: dicens. Nunc dilatauit nos dominus: ꝛ fecit creſcere ſup terram. Aſcendit autem Iſaac ex illo loco in Berſabee. Ubi apparuit ei dominus in ipſa nocte dicens. Ego ſum deus abraam patris tui. Noli timere: quia ego tecum ſum. Benedicam tibi ꝛ multiplicabo ſemen tuuz propter ſeruũ meũ Abraam. Itaq; edificauit ibi altare domino: ꝛ inuocato nomine domini extendit tabernaculuz: precepitq; ſeruis ſuis vt foderent puteum. Ad quem locum cum veniſſent de geraris Abimelech ꝛ ochozath: amicus illius ꝛ phicol dux militum locutus eſt eis Iſaac. Quid veniſtis ad me homines quem odiſtis: ꝛ expuliſtis a vobis? Qui reſponderunt. Uidimus tecũ eſſe dominũ ꝛ idcirco nos diximꝰ. Sit iuramentum inter nos ꝛ ineamus fedus: vt non facias nobis quicquam mali: ſicut ꝛ nos nihil tuorum attigimus: nec fecimꝰ quod te lederet: ſed cum pace dimiſimꝰ auctũ benedictiõe † domini. Fecit ergo eis conuiuiũ. Et poſt cibum ꝛ potũ ſurgentes mane iurauerunt ſibi mutuo. Dimiſitq; eos Iſaac pacifice in locũ ſuum. Ecce autem venerũt in ipſo die ſerui Iſaac: annunciantes ei de puteo quẽ foderãt: atq; dicẽtes. Inuenimus aquã. Unde appellauit eam abundantiam: et nomẽ vrbi impoſitũ eſt berſabee, vſq; in preſentẽ diẽ. Eſau vero quadragenarius duxit vxores duas iudith filiã beeri ethei: ꝛ baſemath filiam elon: eiuſdẽ loci. Que ambe offenderant animum iſaac ꝛ rebecce.

ianus regnat i italia primꝰ a quo ianuarius.

F

Supra. 21. c. Iudicũ. 11. a.

alr + dei.

G

22. q. 5. i. c. monet in fi.



Capituli Summarium. Pro eſau benedicitur iacob: mater monet fugere Iacob: deinde loqui patri: ꝛ fuit deceptus in ſenſibus excepto auditu. Cap. XXVII.

A

Enuit autem Iſaac: ꝛ caligauerunt oculi eius et videre nõ poterat. Uocauitq; eſau filium ſuum maiorem: et dixit ei. Fili mi. Qui reſpondit. Adſum. Cui pater: vides (inquit) quod ſenuerim: et ignorem diem mortis mee. Sume arma tua: pharetraz ꝛ arcum: ꝛ egredere foras. Cumq; venatu aliquid apprehenderis fac mihi inde pulmentum ſicut velle me noſti: et affer vt comedam: et benedicat tibi anima mea antequam moriar. Quod cum audiſſet Rebecca ꝛ ille abijſſet in agrum: vt iuſſionem patris expleret: dixit filio ſuo Iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum eſau fratre tuo: ꝛ dicẽtem ei. Affer mihi de venatione tua: ꝛ fac cibos vt comedam ꝛ benedicam tibi coram domino anteq̃ moriar. Nunc ergo fili mi acquieſce conſilijs meis: ꝛ pergens ad gregem affer mihi duos hedos optimos vt faciã ex eis eſcas patri tuo quibus libenter veſcitur. Quas cũ intuleris ꝛ comederit: benedicat tibi priuſq̃ moriatur. Cui ille rñdit. Noſti q̃ Eſau frater meus homo piloſus ſit ꝛ ego lenis. Si attrectauerit me pater meus ꝛ ſenſerit: timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere: ꝛ inducat ſuper me maledictionẽ pro benedictione. Ad quem mater. In me ſit (ait) iſta maledictio fili mi: tãtũ audi vocem meam ꝛ pergens affer que dixi. Abijt ꝛ attulit deditq; matri. Parauit illa cibos ſicut velle nouerat patrẽ illius: ꝛ veſtibus eſau valde bonis: q̃s apud ſe habebat domi induit eũ: pelliculaſq; hedorũ circumdedit manibus ꝛ colli nuda protexit. Deditq; pulmentũ ꝛ panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille reſpondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq; Iacob. Ego ſum primogenitus tuus Eſau. Feci ſicut precepiſti mihi. Surge: ſede ꝛ comede de venatione mea vt benedicat mihi anima tua. Rurſumq; Iſaac ad filium ſuum: Quomodo (inquit) tam cito inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit. Uoluntas dei fuit vt cito mihi occurreret quod volebã. Dixitq; Iſaac. Accede huc vt tãgam te fili mi ꝛ probẽ vtruz tu ſis filius meus eſau an non. Acceſſit ille ad patrem ꝛ palpato eo: dixit iſaac. Uox quidem vox iacob eſt: ſed manus manus eſau ſunt. Et nõ cognouit eũ: quia piloſe manus ſimilitudinem maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus eſau. Reſpondit. Ego ſum. At ille † Affer mihi (inquit) cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comediſſet obtulit ei etiam vinum. Quo hauſto dixit ad euz. Accede ad me ꝛ da mihi oſculum fili mi. Acceſſit ꝛ oſculatus eſt eum: ſtatimq; vt ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam: benedicens illi: ait. Ecce odor filij mei ſicut odor agri † pleni cui benedixit dominꝰ. Det tibi deus de rore celi: et de pinguedine terre: abundantiam frumenti: vini et † olei: ꝛ ſeruiant tibi populi et adorent te tribus. Eſto dominus fratrum tuorum: et incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi ſit ille maledictus: et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Uix Iſaac ſermonem impleuerat: et egreſſo Iacob foras: venit Eſau: coctoſq; de venatione cibos intulit patri: dicens. Surge pater mi: et comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi Iſaac. Quis enim es tu? Qui reſpondit. Ego ſum filius tuus primogenitus eſau. Expauit Iſaac ſtupore vehementi: et vltra quam credi poteſt admirans ait. Quis igitur ille eſt qui dudum captam venationem attulit mihi: ꝛ comedi ex omnibus priuſq̃ tu venires? Benedixiq; ei ꝛ erit benedictus. Auditis Eſau ſermonibꝰ patris irrugijt clamore magno: ꝛ conſternatus ait. Benedic etiam ꝛ mihi pater mi. Qui ait. Uenit germanꝰ tuꝰ fraudulẽter: ꝛ accepit benedictionẽ tuã. at ille ſubiũxit: Iuſte vocatũ ẽ nomẽ eiꝰ iacob ſupplantauit

Heb. 11. a.

86. di. c. eſau

B

C

22. q. 2. querit De diuort. ca. ſuademus.

D

alr + offer.

Heb. 11. d.

alr + ſupereſt pleni.

alr + ſupereſt et olei.

24. q. 3. cum et 50. § ſed quid dixi. iſaac.

E

F

1. q. 1. c. nunq̃.

5 Supplantauit eñ me en altera vice. Primogenita mea an
te tulit ⁊ nunc ſecūdo ſurripuit benedictionem meā. Rur-
ſumqꝫ ad patrē: nūquid nō ſeruaſti (ait) ⁊ mihi benedictio
nē. Rñdit iſaac. Dñm tuū illū conſtitui ⁊ oēs fratres ſuos
Als + ſupereſt oleo. ſuiruti ei⁹ ſubiugaui. Frumēto ⁊ vino ⁊ † oleo ſtabiliui eū:
⁊ tibi poſt hec fili mi vltra quid faciā? Cui eſau: Num vnā:
Hebre.12.c. Et de pe.di.3.in ſedes. inqt: tm̄ benedictionē habes pater? Mihi quoqꝫ obſecro
vt benedicas. Cumqꝫ eiulatu magno fleret: motus iſaac di
xit ad eū. In pinguedine terre ⁊ in rore celi deſup erit bene
4.Regum.8. dictio tua. Viues in gladio ⁊ fratri tuo ſeruies. Tempuſqꝫ
veniet cū excutias ⁊ ſoluas iugū eius de ceruicibus tuis.
Abdi.1.a. Oderat ergo ſemper eſau iacob pro benedictione qua be-
nedixerat ei pater: dixitqꝫ in corde ſuo. Venient dies luct⁹
B patris mei: ⁊ occidā iacob fratrē meū. Nunciata ſunt hec
rebecce. Que timens ⁊ vocans iacob filiū ſuū dixit ad eū.
Ecce eſau frater tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo fi-
li mi audi vocem meam: ⁊ conſurgens fuge ad laban fratrē
meum in Aram. Habitabiſqꝫ cum eo dies paucos: donec
requieſcat furor fratris tui: ⁊ ceſſet indignatio eius obliui
ſcaturqꝫ eorum que feciſti in eum. Poſtea mittam ⁊ addu-
cam te inde huc. Cur vtroqꝫ orbabor filio in vno die? Dixit
quoqꝫ rebecca ad Iſaac. Tedet me vite mee propter filias
heth. Si acceperit iacob vxorem de ſtirpe huius terre: no-
lo viuere.

C.S. Jacob mittit ad laban: videt ſcalā vouet votū.

Capitulum. XXVIII.

A 32.q.1.c.cum ſigit.§.hec ita-qꝫ. Vocauit itaqꝫ iſaac iacob ⁊ benedixit eum
precepitqꝫ ei dicens. Noli accipere coniu-
gem de genere chanaam: ſed vade ⁊ profi-
ciſcere in meſopotamiam ſyrie ad domū ba-
thuel patris matris tue: ⁊ accipe tibi inde
vxorē de filiabus labā auūculi tui. Deus
autem omnipotens benedicat tibi ⁊ creſcere te faciat: atqꝫ
multiplicet: vt ſis in turbas populorum: ⁊ det tibi benedi-
ctiones abrae: ⁊ ſemini tuo poſt te: vt poſſideas terrā pe-
regrinationis tue quam pollicitus eſt auo tuo. Cumqꝫ di-
miſiſſet eū iſaac profectus peruenit in Meſopotamiam ſy-
B rie ad laban filium bathuel ſyri fratrē rebecce matris ſue.
Vidēs aūt eſau ꝙ benedixiſſet pater ſuus iacob: ⁊ miſiſſet
eum in meſopotamiam ſyrie vt inde vxorem duceret: et qḋ
poſt benedictionem precepiſſet ei dicēs: nō accipies vxorē
de filiabus chanaan: quodqꝫ obediens Jacob parētibus
ſuis iſſet i ſyriam: probans quoqꝫ ꝙ nō libēter aſpiceret fi-
lias chanaan pater ſuus iuit ad hyſmaelem ⁊ duxit vxorē
abſqꝫ his quas prius habebat: Melech filiam Jſmael filij
abraam ſororem nabaioth. Igitur egreſſus iacob de berſa
Als + tharam bee: pergebat † aram. Cumqꝫ veniſſet ad quendam locum
⁊ vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum tulit de lapi
C dibus qui iacebant ⁊ ſupponens capiti ſuo dormiuit in eo
B.di.ca.1.2.q.7.c.plerumqꝫ §.his itaqꝫ.ꝟ.hos etiam ſignificauerant dem loco. Viditqꝫ in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terrā:
⁊ cacumen illius tangens celum: angelos quoqꝫ dei aſcen-
dentes ⁊ deſcendentes per eam ⁊ dominum innixum ſca-
le dicentem ſibi. Ego ſum domin⁹ deus abraam patris tui
Als + germē. ⁊ deus iſaac. Terram in qua dormis tibi dabo ⁊ ſemini tuo
eritqꝫ † ſemen tuū quaſi puluis terre. Dilataberis ad oriē-
tem ⁊ occidentē ⁊ ſeptentrionem ⁊ meridiem: ⁊ benedicē-
tur in te ⁊ in ſemine tuo cuncte tribus terre. Et ero cuſtos
tuus quocunqꝫ perrexeris: et reducam te in terram hanc:
nec dimittam niſi compleuero vniuerſa que dixi. Cūqꝫ eui-
gilaſſet iacob de ſomno ait. Vere dominus eſt in loco iſto:
et ego neſciebam. Pauenſqꝫ: quam terribilis eſt (inquit)
D locus iſte. Non hic eſt aliud niſi dom⁹ dei ⁊ porta celi. Sur
De cōſ.diſ.1.c. alteria.in gl.1 Sap.10.b. gens ergo iacob mane tulit lapidem quem ſuppoſuerat ca
piti ſuo ⁊ erexit in titulū fundens oleum deſuper. Appella-
uitqꝫ nomen † loci. Bethel: que prius luza vocabatur. Vo
Als + vrbis. Als + deus. uit etiam votum dicens. Si fuerit † dñs mecū ⁊ cuſtodie-
rit me i via per quā ego ambulo: ⁊ dederit mihi panem ad
veſcēdū ⁊ veſtimētū ad induēdū: reuerſuſqꝫ fuero ꝓſpere Act.12.b. Infra.13.b.
ad domū patris mei: erit mihi dñs in deū: ⁊ lapis iſte quē 16.q.7.c.⁊ hoc
erexi in titulum vocabit̄ domus dei: cunctorūqꝫ que dede- dicimus
ris mihi decimas offeram tibi. 6.q.7.c. deci mas deo.

Capituli Summariū. Venit iacob primo ad puteum ⁊
ad laban: ⁊ ſeruit pro rachel: ſupponitur lya: ⁊ iterū ſeruit
pro rachel. Lya quatuor filios peperit rachaele ſterili.

Capitulum. XXIX.

Profect⁹ ergo iacob venit i terrā orīē A Regnum grecorum icipit.
talē: ⁊ vidit puteū in agro: tres quo-
qꝫ greges ouiū accubantes iuxta eū.
Nā ex illo adaquabantur pecora ⁊ os Als + motis
ei⁹ grādi lapide claudebat̄. † Moriſ-
qꝫ erat vt cūcti ouib⁹ cōgregatis deuol
uerēt lapidē: ⁊ refectis gregib⁹ rurſū 1.43.
ſup os putei ponerēt. Dixitqꝫ ad pa- Phorone⁹ iudicia inſtituit ⁊ leges cōſcripſit.
ſtores. Fratres vñ eſtis? Qui reſponderūt: de arā. Quos
interrogās. Nūquid: ait noſtis laban filiū nachor? Dixe-
runt. Nouim⁹. San⁹ ne eſt: inquit? Valet: inquiunt ⁊ ecce
rachel filia eius venit cū grege ſuo. Dixitqꝫ iacob. Adhuc B Phoge⁹ phoronei frater tēpora p mēſes ⁊ annos inſtituit numerari ſacella ⁊ aras conſtituit.
multū diei ſupereſt: nec eſt tēpus vt reducant̄ ad caulas gre
ges. Date aū potū ouib⁹: ⁊ ſic eas ad paſtū reducite. Qui
reſponderūt. Nō poſſum⁹ donec oīa pecora congregent̄ ⁊
amoueamus lapidem de ore putei vt adaquemus greges.
Adhuc loquebantur: ⁊ ecce rachel veniebat cum ouib⁹ pa-
tris ſui. Nam gregem ipſa paſcebat. Quā cum vidiſſet. Ja C Yſis filia inachi: lras agriculturā ⁊ mores cōpoſitos egyptios docet.
cob ⁊ ſciret conſobrinam ſuam: oueſqꝫ laban auunculi ſui:
amouit lapidem quo puteus claudebat̄. Et adaquato gre
ge: oſculatus eſt eā. Et eleuata voce fleuit: ⁊ indicauit ei ꝙ
frater eſſet patris ſui ⁊ filius rebecce. At illa feſtinans nun
ciauit patri ſuo. Qui cum audiſſet veniſſe iacob filium ſoro
ris ſue: † occurrit obuiam ei: complexuſqꝫ eum ⁊ in oſcula Als + cucurrit.
ruens: duxit in domum ſuam. Auditis autem cauſis itine-
ris: reſpondit. Os meum es: ⁊ caro mea. Et poſtquā † im- D Als + expleti
pleti ſunt dies menſis vnius: dixit ei. Num quia frater me-
us es: gratis ſeruies mihi? Dic quid mercedis accipias?
Habebat vero duas filias. Nomen maioris Lya: minor
vero appellabatur Rachel. Sed Lya lippis erat oculis.
Rachel decora facie ⁊ venuſto aſpectu. Quam diligēs ia-
cob ait. Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem
annis. Reſpondit Laban. Melius eſt vt eam tibi dem: ꝙ
alteri viro. Mane apud me. Seruiuit ergo Jacob pro ra
chel ſeptem annis: ⁊ videbātur illi pauci dies: pre amoris E
magnitudine. Dixitqꝫ ad Laban. Da mihi vxorem meam:
quia iam tempus † impletum eſt vt ingrediar ad illā. Qui Als + expletū
vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit nupti
as: et veſpere Lyam filiam ſuam introduxit ad illū: dans
ancillam filie Zelpham nomine. Ad quam cum ex more ia-
cob fuiſſet ingreſſus: facto mane vidit Lyam: et dixit ad ſo Joan.6.d.ni
cerum ſuum. Quid eſt quod facere voluiſti? Nonne p Ra
chel ſeruiui tibi? Quare impoſuiſti mihi? Reſpondit Labā.
Non eſt in loco noſtro conſuetudinis vt minores ante tra-
damus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum hui⁹ co- 29.q.1.ꝟ.ſed obiicitur.
pule: ⁊ hanc quoqꝫ dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es 35.q.1.§.1.
mihi ſeptem annis alijs. Acquieuit placito ⁊ hebdomada F
tranſacta: Rachel duxit vxorem. Cui pater ſeruam Balā
tradiderat. Tandemqꝫ potitus optatis nuptijs amorē ſe Diluuium geſculare I achaia.
quentis priori pretulit: ſeruiens apud eū ſeptē annis alijs
Videns autem dominus quod deſpiceret Lyam: aperuit
vuluam eius ſorore ſterili permanente. Que conceptū ge- De renū.c.niſi.in ſi. de regularibus c.licet.in fine.c.
nuit filium. vocauitqꝫ nomen eius ruben: dicens. Vidit do
minus humilitatem meam. Nūc amabit me vir me⁹. Rur-
ſumqꝫ cōcepit ⁊ peperit filiū ⁊ ait. Quī vidit me dñs haberi G
cōtēptui: dedit etiā iſtū mihi. Vocauitqꝫ nomē eius ſymeō.

Conceptiq; tertio ⁊ genuit alium filium. Dixitq;. Nūc q̄
1. para. ii. a. copulabitur mihi maritus meus: eo ꝙ pepererim ei tres fi-
lios. Et idcirco appellauit nomen eius leui. Quarto conce
pit ⁊ pepit filium ⁊ ait. Modo confitebor dño. Et ob hoc
vocauit eum iudam. Ceſſauitq; parere.

¶ C. S. Rachel ancillam dat marito: poſt hoc lya facit ſi
militer. Lya mandragoras accipit: rachel ioſeph peperit:
iacob reditū parat: merces ei promittitur: pactū ſtatuūt.

Capitulum. XXX.

A Ernens autem rachel ꝙ infecunda eſſet:
inuidit forori ſue ⁊ ait marito ſuo. Da mi-
hi liberos: alioquin moriar. Cui irat⁹ rñ-
32. q. 4. §. 1. ⁊ c. obiiciuntur. De diuor. gau demus. dit iacob. Num p deo ego ſum: q̄ priuauit
te fructu ventris tui? At illa: habeo: inq̄t:
famulā balam: ingredere ad illā vt pariat
32. q. 4. §. 1. ⁊ c. obiiciuntur. et. c. recurrat. Ibidem. q. 7. c. tā valet. ſup genua mea: ⁊ habeā ex illa filios. Deditq; illi balā i cō-
iugiū. Que ingreſſo ad ſe viro concepit ⁊ peperit filiū. Di-
xitq; rachel. Iudicauit mihi dñs: ⁊ exaudiuit vocem meā
dans mihi filiū: Et idcirco appellauit nomen eius dan. Rur
ſumq; bala cōcipiens peperit alterum: pro quo ait rachel.
B Cōparauit me dñs cū ſorore mea: ⁊ inualui. Vocauitq; eū
neptalim. Sentiēs lya ꝙ parere deſiiſſet zelphā ancillā ſuā
marito tradidit. Qua poſt conceptum edente filium dixit.
Feliciter. Et idcirco vocauit nomen eius gad. Peperit q̄
zelpha alterū. Dixitq; lya. Hoc pro beatitudine mea. Bea
Theſſalie regnum oritur. tam quippe me dicēt oēs mulieres. Propterea appellauit
eum aſer. Egreſſus aūt Ruben tempore meſſis triticee in
agrum reppērit mandragoras: quas matri Lye detulit.
Dixitq; rachel. Da mihi partem de mandragoris filii tui.
Illa reſpondit. Parū ne tibi videt ꝙ preripueris maritū
mihi: niſi etiam mandragoras filii mei tuleris. Ait rachel.
C Dormiat tecū hac nocte pro mādragoris filii tui. Redeūti-
q; ad veſperam iacob de agro egreſſa eſt in occurſum ei⁹
lya: ⁊ ait. Ad me (inquit) intrabis: quia mercede conduxi
te: pro mandragoris filii mei. Dormiuitq; cū ea nocte illa ⁊
exaudiuit deus preces eius. Concepitq; ⁊ peperit filiū q̄n-
tum ⁊ ait. Dedit deus mercedem mihi: quia dedi ancillam
meam viro meo. Appellauitq; nomen eius Iſachar. Rur-
ſum Lya concipiens peperit ſextum filium: ⁊ ait. † Dota-
al's † ditauit. uit me deus dote bona. Etiam hac vice mecum erit marit⁹
meus: eo ꝙ genuerim ei ſex filios. Et idcirco appellauit
D nomen eius zabulon. Poſt quem peperit filiam nomie dy-
nam. Recordatus quoq; dominus rachelis exaudiuit eā:
⁊ aperuit vuluam eius. Que concepit ⁊ peperit filiū dicēs
Abſtulit deus opprobrium meum. Et vocauit nomen illius
3. Reg. ii. d. Ioſeph: dicēs. Addat mihi dñs filiū alterū. Nato autē io
ſeph: dixit iacob ſocero ſuo. Dimitte me vt reuertar in pa-
triam meam ⁊ ad terram meam. Da mihi vxores ⁊ liberos
meos pro quibus ſeruiui tibi vt abeam. Tu vero noſti ſer-
uitutem quam ſeruiui tibi. Ait illi Laban. Inueniam gra-
tiam in conſpectu tuo. Experimento didici: quia benedixe
rit mihi deus propter te. Conſtitue mercedem tuam quam
dem tibi. At ille reſpondit. Tu noſti quomodo ſeruierim ti
bi: ⁊ quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua. Modi-
E cum habuiſti antēq̄ venirem ad te: et nunc diues effectus
es: benedixitq; tibi deus ad introitum meum. Iuſtum eſt
igitur: vt aliqñ prouideam etiā domui mee. Dixitq; laban.
Quid tibi dabo? At ille ait. Nihil volo. Sꝫ ſi feceris qđ po
ſtulo: iterum paſcam ⁊ cuſtodiam pecora tua. Gira omnes
greges tuos ⁊ ſepara cunctas oues varias: ⁊ ſparſo velle-
al's † ruffum. re: ⁊ quodcumq; † fuluum ⁊ maſculoſū variumq; fuerit tā
in ouibus quam in capris: erit merces mea. Reſpondebitq; mi
hi cras iuſtitia mea: quando placiti tempus aduenerit co-
al's † ruffa. ram te: ⁊ omnia que non fuerint varia ⁊ maculoſa ⁊ † fulua
tam in ouibus q̄ in capris furti me arguēt. Dixitq; laban.
Gratū habeo qđ petis: ⁊ ſeparauit i die illa capras ⁊ oues ⁊
F hyrcos et arietes varios et maculoſos. Cunctū aūt gregem
vnicolorem .i. albi aut nigri velleris tradidit in manu filio-
rū ſuorū: ⁊ poſuit ſpacium itineris trium dierū inter ſe ⁊ ge-
nerū: q̄ paſcebat reliquos greges eius. Tollēs ergo iacob
virgas populeas virides ⁊ amigdalinas: ⁊ ex platanis ex
parte decorticauit eas: detractiſq; corticib⁹ i his q̄ ſpolia-
ta fuerant candor apparuit: illa vero que integra fuerāt vi
ridia permanſerunt: atq; in hunc modum color effectus eſt
varius. Poſuitq; eas in canalibus vbi effundebat aqua vt
G cū veniſſent greges ad bibendum: ante oculos haberēt vir
gas: ⁊ in aſpectu earum conciperent. Factumq; eſt vt i ip-
ſo calore coitus oues intuerentur virgas: ⁊ parerēt macu-
loſa ⁊ varia ⁊ diuerſo colore reſperſa. Diuiſitq; gregem ia-
cob ⁊ poſuit virgas in canalibus ante oculos arietū. Erāt
autem alba ⁊ nigra queq; laban: cetera vero iacob: ſepara-
tis inter ſe gregibus. Igitur quando primo tempore aſcen
debant oues: ponebat iacob virgas in canalibus aquarū
ante oculos arietum ⁊ ouium: vt in earum contemplatiōe
conciperent. Quando vero ſerotina admiſſura erat ⁊ con-
ceptus extremus: non ponebat eas. Factaq; ſunt ea que
erant ſerotina laban: ⁊ que primi tēporis iacob. Ditatuſq;
eſt homo vltra modum: ⁊ habuit greges multos: ancillas
⁊ ſeruos: camelos ⁊ aſinos.

¶ Capituli Summarium. Fugit iacob cū ſuis: laban in-
ſequitur: rachel abſcondit idola: iacob ⁊ labā fedus ineūt.

Capitulum. XXXI.

POſtq̄ aūt audiuit verba filiorū laban di A
centiū: tulit iacob oīa q̄ fuerūt patris no-
ſtri ⁊ illius facultate ditatus factus eſt in-
clytus: animaduertit q̄ faciē laban ꝙ non eſ-
ſet erga ſe ſicut heri ⁊ nudiuſtertius: maxi
me dicente ſibi domino reuertere in terrā
patrum tuorum: ⁊ ad generationē tuā: eroq; tecū: miſit ⁊
vocauit rachel ⁊ lyam in agrum vbi paſcebat greges. dixit
q; eis. Video faciē patris veſtri ꝙ non ſit erga me ſicut he-
ri ⁊ nudiuſtertius. Deus aūt patris mei fuit mecū: ⁊ ipſe
noſtis ꝙ totis viribus meis ſeruierim patri veſtro. Sed ⁊
pater veſter circūuenit me ⁊ mutauit mercedem meam de-
cem vicibus ⁊ tamen non dimiſit eum deus vt noceret mi-
hi. Sic quando dixit varie erunt mercedes tue: pariebant
omnes oues varios fetus: ſi vero econtrario ait: alba que-
q; accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. al's † ſupereſt deus.
Tulitq; † deus ſubſtantiam patris veſtri: et dedit michi.
Poſtq̄ eīn cōceptus ouiū tempus aduenerat: leuaui ocu- B
los meos ⁊ vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper femi-
nas varios et maculoſos et diuerſorum colorum. Dixitq;
angelus domini ad me in ſomnis Iacob. Et ego reſpondi.
Adſum. Qui ait. Leua oculos tuos ⁊ vide vniuerſos ma-
ſculos aſcendentes ſuper feminas varios maculoſos atq;
reſperſos. Vidi enim omnia que fecit tibi laban. Ego ſum Supra. 28. d.
deus Bethel. vbi vnxiſti lapidem et votum vouiſti mihi. Infra. 35. c.
Nunc ergo ſurge et egredere de terra hac: reuertens iter-
ram natiuitatis tue. Reſponderuntq; Rachel et lya. Nū-
quid habemus reſidui quicquām in facultatibus ⁊ heredi
tate domus patris noſtri? Nonne quaſi alienas reputauit C
nos: et vendidit: comeditq; precium noſtrum? Sed deus
tulit opes patris noſtri: et eas tradidit nobis ac filiis no-
ſtris. Unde omnia que precepit tibi dominus fac. Sur-
rexit itaq; iacob ⁊ impoſitis liberis ac coniugibus ſuis ſu
per camelos abiit. Tulitq; omnem ſubſtantiam ſuam ⁊ gre
ges: ⁊ quicquid in meſopotamia acquiſierat: pergens ad
iſaac patrem ſuum in terram chanaā. Eo tempore ierat la-
ban ad tondendas oues: et rachel furata eſt idola patris
ſui. Noluitq; iacob confiteri ſocero ſuo ꝙ fugeret. Cumq;
abiiſſet tam ipſe quā omnia que iuris ſui erant: amne tranſ-

miſſo

miſſo pergeret cõtra montẽ galaad: nunciatũ eſt laban die
tertio ꝙ fugeret iacob. Qui aſſumptis fratribus ſuis per-
ſecutus eſt eũ diebus ſeptẽ: ⁊ comprehẽdit eũ in monte ga-
laad. Viditqꝫ in ſomnis dicentẽ ſibi dñm. Caue ne quicꝗ̃
D alſ + ſupeſtis aſpere loquaris contra iacob. Iã qꝫ iacob extẽderat in mõ-
alſ + ſupereſt te tabernaculum. Cũqꝫ † ille cõſecutus † fuiſſet eũ cuꝫ fra-
fuiſſet. tribus ſuis in eodem mõte galaad fixit tẽtoriũ. Et dixit ad
iacob. Quare ita egiſti: vt clã me abigeres filias meas quaſi
captiuas gladio? Cur ignorante me fugere voluiſti: nec in-
dicare mihi vt proſequerer te cũ gaudio: ⁊ cãticis ⁊ tympa
2. reg. 13. c. 1. para. 6. c. nis ⁊ cytharis. Nõ es paſſus vt oſcularer filios meos ⁊ fi-
lias? Stulte operatus es. Et nũc quidẽ valet man⁹ mea red-
alſ + ſupereſt contra. dere tibi malũ. Sꝫ de⁹ patris tui heri dixit mihi. Caue ne
alſ + eſto ad. loquaris † cõtra iacob quicꝗ̃ duri⁹. † Et ſi ad tuos ire cu-
piebas ⁊ deſyderio erat tibi domus patris tui: cur furatus
es deos meos? Rñdit iacob. Quod inſcio te profect⁹ ſum
timui ne violẽter auferres filias tuas. Qḋ aũt furti me ar-
guis: apud quẽcũqꝫ inueneris deos tuos: necetur corã fra-
E tribus noſtris. Scrutare quicqḋ tuorum apud me inueneris
aufer. Hec dicens ignorabat ꝙ rachel furata eſſet idola.
Ingreſſus itaqꝫ laban tabernaculum iacob ⁊ lye ⁊ vtriuſqꝫ
famule: non inuenit. Cumqꝫ intraſſet tentoriũ rachelis: illa
alſ + ſuper feſtinanter abſcondit idola ſubter ſtramẽta cameli ⁊ ſedit †
deſup ſcrutantiqꝫ omne tentoriũ ⁊ nihil inuenienti: ait. Ne
iraſcatur dñs meus ꝙ corã te aſſurgere nequeo: quia iuxta cõ-
Le. 15. d. ſuetudinem feminarum nunc accidit mihi. Sic deluſa ſolli-
citudo querentis eſt. Tumenſqꝫ iacob cũ iurgio ait. Quã
ob culpã meã ⁊ ob quod peccatũ meũ ſic exarſiſti poſt me
⁊ ſcrutatus es omnẽ ſupellectilem meã? Quid inueniſti de
cuncta ſubſtantia domus tue? Pone hic coram fratribus
F meis ⁊ fratribus tuis: ⁊ iudicent inter me ⁊ te. Idcirco vi-
ginti annis fui tecum. Oues tue ⁊ capre ſteriles nõ fuerũt
arietes gregis tui non comedi: nec captuꝫ a beſtia oſtendi
tibi. Ego damnum omne reddebam. Quicquid furtim pe-
rierat a me exigebas die noctuqꝫ eſtu vrgebar ⁊ gelu: fugie
Supra. 29. batqꝫ ſomnus ab oculis meis. Sicqꝫ per viginti annos in
domo tua ſeruiui tibi: quatuordeciꝫ pro filiabus: ⁊ ſex pro
gregibus tuis. Immutaſti quoqꝫ mercedem meam decem
vicibus. Niſi deus patris mei abraam ⁊ timor iſaac affuiſ-
ſet mihi: forſitan modo nudũ me dimiſiſſes. Afflictionẽ me-
am ⁊ laborem manuum mearum reſpexit domin⁹: ⁊ arguit
te heri. Reſpondit ei laban. Filie mee ⁊ filij ⁊ greges tui ⁊
omnia que cernis mea ſunt. Quid poſſum facere filiis ⁊ ne-
potibus meis? Veni ergo ⁊ ineamus fedus vt ſit teſtimo-
nium inter me ⁊ te. Tulit itaqꝫ iacob lapidem ⁊ erexit illum
in tituluꝫ. Dixitqꝫ fratribus ſuis. Afferte lapides. Qui cõ-
gregantes fecerunt tumulum: comederuntqꝫ ſuper eum.
Quem vocauit laban tumulum teſtis: ⁊ iacob aceruum te-
ſtimonij: vterqꝫ iuxta proprietatem lingue ſue. Dixitqꝫ la-
ban. Tumulus iſte erit teſtis inter me ⁊ te hodie. Et idcir-
G co appellatum eſt nomen eius galaad. i. tumulus teſtis. Et
22. q. 1. ca. mouet. adiecit laban. Intueatur ⁊ iudicet domin⁹ inter nos quã-
do receſſerimus a nobis ſi affligeris filias meas ⁊ ſi intro-
duxeris alias vxores ſuper eas. Nullus ſermonis noſtri te-
ſtis eſt abſqꝫ deo qui preſens reſpicit. Dixitqꝫ rurſus ad ia-
cob. En tumulus hic ⁊ lapis queꝫ erexi inter me ⁊ te teſtis
erit. Tumulus inꝗ̃ iſte ⁊ lapis ſint in teſtimonium. Si aũt
ego tranſiero illum pergens ad te: aut tu preterieris malũ
mihi cogitans. Deus abraam ⁊ deus nachor iudicet inter
nos: deus patris eorum. Iurauit ergo iacob per timorem
patris ſui iſaac. Immolatiſqꝫ victimis in mõte: vocauit fra-
tres ſuos vt ederent panem. Qui cum comediſſent manſe-
runt ibi. Laban vero de nocte conſurgens oſculatus eſt fi-
lios ⁊ filias ſuas et benedixit illis: reuerſuſqꝫ eſt in locum
ſuum.

¶ Capituli Summarium. Jacob angelos obuiam videt
ad Eſau nuncios mittit: ⁊ cum angelo luctatur. C. XXXII. A

IAcob autẽ abijt in itinere quod ceperat:
fueruntqꝫ ei obuiam angeli dei. Quos cũ
vidiſſet ait. Caſtra dei ſunt hec. Et appel-
lauit nomen loci illius manaim: id eſt ca-
ſtra. Miſit autem et nuncios ante ſe ad alſ + regiõis.
eſau fratrem ſuum in terram ſeyr † in regio-
ne edom precepitqꝫ eis dicens. Sic loquimini domino meo
eſau. Hec dicit frater tuus iacob. Apud laban peregrina-
tus ſum: ⁊ fui vſqꝫ in preſentem diem. Habeo boues et aſi- B
nos ⁊ oues ⁊ ſeruos ⁊ ancillas: mittoqꝫ nunc legationẽ ad
dominum meum vt inueniam gratiam in conſpectu tuo.
Reuerſiqꝫ ſunt nũcij ad iacob dicẽtes. Venimus ad eſau
fratrem tuum: ⁊ ecce properat in occurſum tuum cum qua-
dringentis viris. Timuit iacob valde ⁊ perterritus diuiſit
populum qui ſecum erat: greges quoqꝫ ⁊ oues et boues et
camelos in duas turmas dicens: Si venerit eſau ad vnam
turmam ⁊ percuſſerit eam. alia turma que reliqua eſt ſalua-
bitur. Dixitqꝫ iacob. Deus patris mei abraam: ⁊ deus pa- C
tris mei iſaac: domine qui dixiſti mihi: reuertere in terram
tuam ⁊ in locum natiuitatis tue ⁊ benefaciã tibi: minor ſuꝫ Supra. 31. b.
cunctis miſerationibus tuis: ⁊ veritate tua quam expleſti
ſeruo tuo. In baculo tuo tranſiui iordanem iſtum: ⁊ nũc cũ
duab⁹ turmis regredior: erue me de manu fratris mei eſau
quia valde eum timeo: ne forte veniens percutiat † matreꝫ alſ + matres.
cum filijs. Tu locutus es † quod bene faceres mihi: ⁊ dila- alſ + vt.
tares ſemen meum ſicut arenam maris: que pre multitudi-
ne numerari non poteſt. Cumqꝫ dormiſſet ibi nocte illa ſe- D
parauit de his que habebat munera. Eſau fratri ſuo: ca-
pras ducentas: Hircos viginti: Oues ducentas: arietes
viginti: Camelos fetas cum pullis ſuis triginta: Vaccas
quadraginta: et tauros viginti: aſinas viginti: ⁊ pullos ea-
rum decem. Et miſit per manus ſeruorum ſuorum ſingu-
los ſeorſum greges. Dixitqꝫ pueris ſuis. Antecedite me:
et ſit ſpacium inter gregem et gregem. Et precepit priori
dicens. Si obuium habueritis fratrem meum Eſau: et in-
terrogauerit te cuius es: aut quo vadis: aut cuius ſunt iſta
que ſequeris? Reſpondebis. Serui tui Jacob. Mune- E
ra miſit domino ſuo Eſau. Ipſe quoqꝫ poſt nos venit. Si-
militer dedit mandata ſecundo et tertio: et cunctis qui ſe-
quebantur greges: dicens. Hiſdem verbis loquimini ad
Eſau cum inueneritis euꝫ. Et addetis. Ipſe quoqꝫ ſeruus
tuus Jacob: iter noſtrum inſequitur. Dixit enim. Placa-
bo illum muneribus: que precedunt: et poſtea videbo illuꝫ.
Forſitan propitiabitur mihi. Preceſſerunt itaqꝫ munera
ante eum. Ipſe vero manſit nocte illa in caſtris. Cumqꝫ ma-
ture ſurrexiſſet tulit duas vxores ſuas et totidem famu-
las cum vndecim filijs: et trãſiuit vadum Jaboch. Tradu- F
ctiſqꝫ omnibus que ad ſe pertinebant manſit ſolus. Et ecce
vir luctabatur cum eo vſqꝫ mane. Qui cum videret quod Oſee. 12. a.
eum ſuperare non poſſet tetigit neruum femoris eius ⁊ ſta-
tim emarcuit. Dixitqꝫ ad eum. Dimitte me. Iam eniꝫ aſcẽ- Infra. 35. b.
dit aurora. Reſpondit. Non dimittam te: niſi benedixeris
mihi. Ait ergo. Quod eſt nomen tibi? Reſpondit. Jacob
At ille. Nequaquam (inquit) Jacob appellabitur nomen
tuum: ſed Iſrael. Quoniam ſi contra deuꝫ fortis fuiſti quã- Judith. 13. c.
to magis contra homines preualebis? Interrogauit eum
iacob. Dic mihi: quo appellaris nomine? Reſpondit. Cur G
queris nomen meum quod eſt mirabile? Et benedixit ei in
eodem loco. Vocauitqꝫ iacob nomen loci illius phanuel di-
cens. Vidi dominum facie ad faciem: ⁊ ſalua facta eſt ani-
ma mea. Ortuſqꝫ eſt ei ſtatim ſol poſtꝗ̃ tranſgreſſus ẽ pha-
nuel. Ipſe vero claudicabat pede. Quam ob cãm nõ come-
dunt neruũ filij iſrl' qui emarcuit in femore iacob vſqꝫ in pñ-
tem diẽ eo ꝙ tetigerit neruum femoris eius ⁊ obſtipuerit.

¶ C.S. Eſau ad iacob peruenit: oſculatᷣ: munera vix acci
pit. Eſau coactus a iacob precedit: ⁊ ſic tãdez diuiduntur.

Capitulum. XXXIII.

A Leuãs aũt iacob oculos ſuos vidit veniẽ
tez eſau ⁊ cũ eo quadringentos viros. Di
uiſitqꝫ filios lye ⁊ rachel: ambarũqꝫ famu
larũ ⁊ poſuit vtrãqꝫ ancillã et liberos earꝫ
als + liberos. in principio: lyã vo † ⁊ filios ei⁹ in ſcdo lo
co. Rachel aũt ⁊ ioſeph nouiſſimos. Et ip
B ſe pgrediens adorauit pnus in terrã ſepties donec appro
pinquaret frater ei⁹. Currẽs itaqꝫ eſau obuiã fratri ſuo: am
plexatus eſt eũ ſtringenſqꝫ collũ eius ⁊ oſculãs fleuit. Le
uatiſqꝫ oculis vidit mulieres ⁊ puulos earũ: ⁊ ait. Quid ſi
bi volunt iſti ⁊ ſi ad te ptineãt? Rñdit: paruuli ſunt ꝗs do
nauit mihi de⁹ ſeruo tuo. Et appropinquãtes ancille et filij
als + ꝗ earũ icuruati ſunt. Acceſſit † ꝗꝫ lya cũ † pueris ſuis. Et cuꝫ
als + liberis. ſilij adoraſſent: extremi ioſeph ⁊ rachel adorauerũt dixitqꝫ
eſau. Quenã ſunt iſte turme: quas obuiam habui? Rñdit.
Vt inuenirez grãm coram domino meo. At ille ait. Habeo
plurima frater mi: ſint tua tibi. Dixitqꝫ iacob: noli ita obſe
cro: ſed ſi inueni gratiaꝫ in oculis tuis accipe munuſculum
C de manibus meis. Sic eñi vidi faciẽ tuã quaſi viderim vultũ
2. Reg. 19. c. dei. Eſto mihi propiti⁹ et ſuſcipe bñdictionẽ quã attuli tibi
1. Reg. 15. c. ⁊ quã dõauit mihi de⁹ tribuẽs oĩa vix fratre cõpellẽte ſuſci
Heſt. 15. d. piẽs ait. Gradiamur ſimul: eroqꝫ ſoci⁹ itineris tui. Dixitqꝫ
iacob. Noſti dñe mi ꝙ paruulos habeam teneros ⁊ oues
et boues fetas mecũ quas ſi plus in ãbulãdo fecero labora
re: morienᷣ vna die cuncti greges. Precedat dñs me⁹ ante
ſeruũ ſuũ: et ego ſequar paulatim veſtigia ei⁹: ſicut videro
D paruulos meos poſſe donec veniã ad dñm meũ in ſeyr. Re
ſpõdit eſau. Oro te vt de pplo qui meũ eſt ſaltẽ ſocij rema
als + ſupereſt tantum. neant vie tue. Nõ eſt (inqͭt) neceſſe. Hoc vno † tm̃ idigeo:
als + dñi mei. vt inueniã gratiã i cõſpectu † tuo dñe mi. Reuerſus ẽ itaqꝫ
illo die eſau itinere quo venerat in ſeyr: ⁊ iacob venit in ſo
coth: vbi edificata domo ⁊ fixis tentorijs appellauit nomẽ
loci illius ſochot. i. tabernacula. Trãſiuitqꝫ in ſalem vrbem
ſichimorũ que eſt in terra chanaan: poſtꝗ̃ reuerſus eſt de
meſopotamia ſyrie: et habitauit iuxta oppidũ. Emitqꝫ par
tem agri in qua fixerat tabernacula a filijs emor patris ſy
chem centum agnis. Et erecto ibi altari inuocauit ſup illõ
fortiſſimum deum iſrael.

¶ C.S. Dyna ad videndũ mulieres egreſſa opprimitur.
Sichimite circuncidunᷣ et occidunᷣ pro quorum occiſiõe
iacob arguit filios. Cap. XXXIIII.

A Greſſa eſt aũt dyna filia lye vt videret mulieres
De pe. diſt. 5. c. 1. ante fi. regionis illius. Quam cum vidiſſet ſychem fili⁹
Emor euei princeps terre illius adamauit † eã
als + ſupereſt ea. et rapuit ⁊ dormiuit cum illa vi opprimẽs virgi
nem. Et conglutinata eſt anima eius cum ea: triſtemqꝫ deli
2. reg. 13. c. niuit blanditijs. Et pergens ad emor patrem ſuum: accipe
inquit mihi puellam hãc coniugem. Quod cum audiſſet ia
cob abſentibus filijs et in paſtu pecorum occupatis: ſiluit
donec redirent. Egreſſo autez emor patre ſychem: vt loque
retur ad iacob: ecce filij eius veniebant de agro. Auditoqꝫ
quod acciderat irati ſunt valde: eo ꝙ fedam rem operatus
eſſet in iſrael: et violata filia iacob rem illicitã perpetraſſet.
B Locutus eſt itaqꝫ emor ad eos. Sichez filij mei adheſit ani
ma filie veſtre. Date eã illi vxorem: et iungamus viciſſim cõ
nubia. Filias veſtras tradite nobis: et filias noſtras acci
pite et habitate nobiſcũ. Terra in poteſtate veſtra eſt: exer
cete: negotiamini et poſſidete eam. Sed et ſychem ad pa
trem: et ad fratres eius ait. Inueniam gratiam coram vo
bis: et quecunqꝫ ſtatueritis dabo. Augete dotem et mune
ra poſtulate: ⁊ libenter tribuam quod petieritis: tantuꝫ da
te mihi puellaꝫ hanc vxorem. Reſponderũt filij iacob ſichẽ
et patri eius in dolo ſeuiẽtes ob ſtuprũ ſororis. Non poſſu
mus facere quod petitis: nec dare ſororẽ noſtram homini
incircunciſo: quod illicitum ⁊ nephariuꝫ eſt apud nos. Sꝫ
in hoc valebimus federari: ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri: et
circũcidaᷣ in vobis oĩs maſculini ſexus: tunc dabimus ac
cipiemus mutuo filias veſtras: ac noſtras et habitabimus
vobiſcum: erimuſqꝫ vnus populus. Si autẽ circuncidi no
lueritis: tollemus filiam noſtram ⁊ recedem⁹. Placuit ob C
latio eoruꝫ emor ⁊ ſichem filio eius. Nec diſtulit adoleſcẽs
quin ſtatim quod petebatur expleret. Amabat eñi puellam
valde ⁊ ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui. Ingreſ
ſiqꝫ portam vrbis locuti ſunt ad populum. Viri iſti pacifici
ſunt ⁊ volunt habitare nobiſcum. Negotientur in terra et
exerceant eam que ſpacioſa et lata cultoribus indiget. Fi
lias eorũ accipiemus vxores: ⁊ noſtras illis dabim⁹. Vnũ
eſt quo differtur tantum bonum. Si circuncidamus ma
ſculos noſtros ritum gentis imitantes ⁊ ſubſtantia eorum
et pecora ⁊ cuncta que poſſident noſtra erunt. Tantum in
hoc acquieſcamus ⁊ habitantes ſimul: vnuꝫ efficiamus po
pulum. Aſſenſiqꝫ ſunt omnes: circunciſis cunctis maribus D
Et ecce die tertio quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt
arreptis duo filij iacob ſymeon ⁊ leui fratres dyne gladijs
ingreſſi ſunt vrbem cõfidenter. Interfectiſqꝫ omnibus ma
ſculis emor ⁊ ſichem pariter necauerunt: tollentes dynam
de domo ſichem ſororem ſuam. Quibus egreſſis irruerunt
ſuper occiſos ceteri filij iacob: ⁊ depopulati ſunt vrbem in
vltionem ſtupri: oues eorum ⁊ armenta ⁊ aſinos: cunctaqꝫ
vaſtantes que in domibus ⁊ in agris erant: paruulos quo
qꝫ eorum ⁊ vxores duxerunt captiuas. Quibus perpetra
tis audacter: iacob dixit ad ſymeon ⁊ leui. Turbaſtis me ⁊
odioſum feciſtis me chananeis ⁊ phereзeis habitatoribus
terre huius. Nos pauci ſumus: illi congregati percutient
me: ⁊ delebor ego ⁊ domus mea. Rñderunt. Nunquid vt
ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

¶ C.S. Jacob idola infodit ſub therebinthum: Rachel
moritur. Jacob iſrael vocaᷣ: naſcitur beniamin: ruben cum
bala in lectum patris dormit: filij iacob numerantur.

Cap. XXXV.

Nterea locut⁹ eſt deus ad iacob. Surge ⁊ aſcẽ A
de bethel ⁊ habita ibi: Facqꝫ altare deo qui ap
paruit tibi quando fugiebas eſau fratrem tuũ.
Jacob vero cõuocata omni domo ſua ait. Ab
ijcite deos alienos qui in medio veſtri ſunt: et mundamini
ac mundate veſtimenta veſtra. Surgite ⁊ aſcendamus in
Bethel: vt faciamus ibi altare domio qui exaudiuit me in
die tribulationis mee: ⁊ ſocius fuit itineris mei. Dederũt
ergo ei omnes deos alienos quos habebant et inaures: ꝗ
erant in auribus eorum. At ille infodit † eas ſubter there Als + ea.
binthum que eſt poſt vrbem ſichem. Cumqꝫ profecti eſſent
terror † dei inuaſit omnes per circumitum ciuitates ⁊ non als + domini
ſunt auſi perſequi recedentes: Venit igitur iacob luzam ꝗ
eſt in terra Chanaan cognomento. Bethel: ipſeqꝫ et omnis
populus cum eo. Edificauitqꝫ ibi altare: et appellauit no
men loci † illius domus dei. Ibi enim apparuit ei deus cuꝫ B als + ſupereſt
fugeret fratrem ſuum. Eodem autem tempore mortua eſt illius.
† Delbora nutrix Rebecce: et ſepulta eſt ad radices Be al + debbora
thel ſubter quercum. Vocatumqꝫ eſt nomen loci illi⁹ quer
cus fletus. Apparuit autem iterum deus iacob poſtquam
reuerſus eſt de meſopotamia ſyrie: † ⁊ venit in Bethel be als + ſupereſt ⁊ venit.
nedixitqꝫ ei dicens. Non vocaberis vltra iacob ſed Iſrael ſupra. 32. f.
erit nomen tuum. Et appellauit euꝫ iſrael. Dixitqꝫ ei. Ego
deus omnipotens. Creſce ⁊ multiplicare: gentes et popu
li nationum ex te erunt. Reges de lumbis tuis egredietur
terramqꝫ quaꝫ dedi abraam ⁊ iſaac. dabo tibi et ſemini tuo
poſt te. Et receſſit ab eo. Ille vero erexit titulum lapideum
in loco quo locut⁹ fuerat ei deus: libans ſup eum libamina
⁊ effundens

⁊ effundēs oleū vocāſq; nomē loci illius bethel. Egreſſus
aūt inde venit verno tēpoꝛe ad terram que ducit effratam.
Saturnus celi filius creta a filio ioue expulſus i italia regnat ⁊ pͥmo nummos aureos cudit. 13.q.2.§.ecōtra In qua cum parturiret rachel ob difficultatē partus peri
clitari cepit. Dixitq; ei obſtetrix. Noli timere: q2 ⁊ hunc ha
bebis filium. Egrediente autem anima pꝛe doloꝛe et immi-
nente iam moꝛte: vocauit nomen filij ſui bennoni: id eſt filiꝰ
doloꝛis mei. Pater vero appellauit eū beniamin id eſt filiꝰ
dextre. Moꝛtua eſt ergo rachel: ⁊ ſepulta eſt in via que du
D cit effratam: hec eſt bethleem. Erexitq; iacob titulū ſuper
ſepulchꝛum eius. Hic eſt titulus monumenti rachel vſq; in
pꝛeſentem diem. Egreſſus inde fixit tabernaculū trans tur
rem gregis. Cumq; habitaret in illa regione: abijt ruben: ⁊
doꝛmiuit cū bala concubina patris ſui. Quod illū minime
latuit. Erant aūt filij iacob duodecim. Filie lye pꝛimogeni-
tus ruben ⁊ ſymeō ⁊ leui ⁊ iudas ⁊ iſachar ⁊ zabulon. Filij
rachel ioſeph ⁊ beniamin. Filij bale ancille rachelis: dan
et neptalim. Filij zelphe ancille lye gad et aſer. Hi ſunt filij
iacob: q̄ nati ſunt in meſopotamia ſyrie. Uenit etiā ad iſaac
patrem ſuum in mambꝛe ciuitatem arbee: hec eſt hebꝛon in
qua peregrinatus eſt abꝛaā ⁊ iſaac. Et completi ſunt dies
iſaac centum octoginta annoꝛum: conſumptuſq; etate moꝛ-
tuus eſt. ⁊ appoſitus eſt populo ſuo ſenex ⁊ plenus dierū.
Et ſepelierunt eum eſau ⁊ iacob filij ſui.

¶ Cap̄. Sum. Eſau a fratre ſeparatur. Generatiōes eſau diuerſi duces numerantur. Cap̄. XXXVI.

A He ſunt autem generationes eſau: ipſe eſt edom.
Eſau accepit vxoꝛes de filiabus chanaā: ada fi-
alſ + anne. liam elon ethei: ⁊ oolibama filiā † ane: filij ſebeō
euei. Baſemath quoq; filiam hiſmael ſoꝛoꝛē n a
Alſ + rauhel. baioth. Peperit autē ada eliphaz. Baſemath genuit † ra
huel. Oolibama genuit iehus ⁊ ihelon ⁊ choꝛe. Hi filij eſau
qui nati ſunt in terra chanaā. Tulit aūt Eſau vxoꝛes ſuas ⁊
filios ⁊ filias ⁊ omnem animā domus ſue ⁊ ſubſtantiam et
pecoꝛa: et cuncta q̄ habere poterat in terra chanaā: ⁊ abijt
in alteram regionem: receſſitq; a fratre ſuo iacob. Diuites
enim erant valde: ⁊ ſimul habitare non poterāt nec ſuſtine-
bat eos terra peregrinationis eoꝝ pꝛe multitudine gregū.
Supra.12.q. Habitauitq; eſau in monte ſeyr: ipſe eſt edom. He autē ſunt
B generationes eſau patris edom in monte ſeyr: ⁊ hec nomi-
alſ + rauhel na filioꝛum eius. Eliphaz filius ada vxoꝛis eſau † rahuel q̄
filius baſemath vxoꝛis eius. Fueruntq; eliphaz filij themā:
alſ + ſephe. omar † ſephua ⁊ gathan: ⁊ chenez ⁊ choꝛe. Erat autē tham
na concubina eliphaz filij eſau que peperit ei amelech. Hi
Alſ + rauhel ſunt filij ada vxoꝛis eſau. Filij autem † rahuel: naath: ⁊ za-
ra zemma ⁊ meza. Hi filij baſemath vxoꝛis eſau. Iſti quoq;
Alſ + ſeboin. erant filij oolibama filie ane filij † ſebeon vxoꝛis eſau: quos
genuit ei iehus ⁊ ihelon ⁊ choꝛe. Hi duces filioꝛum eſau. Fi
lij eliphaz pꝛimogeniti eſau dux theman: dux omar: dux † ſe
Alſ + ſephin phua: dux cenez: dux choꝛe: dux gathan: dux amelech. Hi fi
lij eliphaz i terra edom ⁊ hi filij ada. Hi quoq; filij † rahuel
Alſ + rauhel filij eſau dux naath: dux zara: dux zemma dux meza. Hi aūt
Alſ + rauhel duces † rahuel i terra edom. Iſti filij baſemath vxoꝛis eſau
C Hi autem filij oolibama vxoꝛis eſau: dux iehus: dux ihelon
dux choꝛe. Hi duces oolibama filij ane vxoꝛis eſau. Iſti ſūt
filij eſau: et hi duces eoꝛum: ipſe eſt edom. Iſti ſunt filij ſeyr
hoꝛrei habitatoꝛis terre: lothan et ſobal ⁊ ſebeon ⁊ anan ⁊
diſon: eſer ⁊ diſan. Hi duces hoꝛrei filij ſeyr in terra edom.
Alſ + hoꝛri. Facti ſunt aūt filij lothan: † hoꝛrei † ⁊ eman. Erat autē ſo
Alſ + anama roꝛ lothan thamna. Et iſti filij zobal: aluban: ⁊ maneeth: et
hebal: ⁊ ſephi: ⁊ onan. Et hi filij ſebeō achaia ⁊ † anan. Iſte
Alſ + ana. eſt ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudine cum paſce-
ret aſinas ſebeon patris ſui. Habuitq; filiū diſam ⁊ filiam
oolibama. Et iſti filij diſan: abdan ⁊ ieſban ⁊ iethꝛan ⁊ cha-
ran. Hi quoq; filij eſer: † balaanā ⁊ zeuan ⁊ achan. Habuit
Alſ + balaan alſ + eraman autem filios diſan: hus ⁊ † arā. hi duces hoꝛreoꝝ. Dux lo
D than: dux ſobal: dux ſebeō: dux ana: dux diſon: dux eſe: dux
diſan. Iſti duces hoꝛreoꝛum qui imperauerūt in terra ſeyr.
Reges autem qui regnauerunt in terra edom: antequam
haberent regem filij iſrael: fuerunt hi. Balach filius beoꝛ
nomenq; vꝛbis eius denaba. Moꝛtuus eſt autē balach ⁊
regnauit pꝛo eo iobab filius zare de boſra. Cumq; moꝛtuus
eſſet iobab regnauit pꝛo eo huſan de terra themanoꝛum.
Hoc quoq; moꝛtuo regnauit pꝛo eo adad filius badadi
qui percuſſit madian in regione moab et nomen vꝛbis eius
auith. Cumq; moꝛtuus eſſet adad regnauit pꝛo eo ſemla de
maſerecha. Hoc quoq; moꝛtuo: regnauit pꝛo eo ſaul de flu
uio roboth. Cumq; et hic obijſſet: ſucceſſit in regnum balaa
nan filiꝰ achoboꝛ. Iſto quoq; moꝛtuo regnauit p̄ eo adad:
nomenq; vꝛbis eius phou. Et appellabatur vxoꝛ eius me-
zabel filia matreth filie mizaad. Hec ergo nomina ducum
Eſau in cognitionibus ⁊ locis ⁊ vocabulis ſuis. Dux thā-
na: dux aluba: dux ietheth: dux oolibama: dux ela: dux phi-
non: dux cenez: dux theman: dux mabſar: dux mabdiel: dux
hyrā. Hi duces edon habitantes in terra imperij ſui: ipſe
eſt eſau pater idumeoꝛum. Habitauit autem iacob in terra
chanaan in qua pater ſuus peregrinatus eſt et he ſunt ge-
nerationes eius.

¶ Cap̄. Summa. Ioſeph: fratres ſuos apud patrem accuſat illi inuident: ioſeph ſomnia videt fratribꝰ narrat: iſmaelitis venditur. Cap̄. XXXVII.



Ioſeph cū ſexdecim eſſet annoꝛum: paſce A
bat gregē cum fratribus ſuis adhuc puer
⁊ erat cum filijs bale ⁊ zelphe vxoꝛum pa
tris ſui. Accuſauitq; fratres ſuos apd̄ pa
trem crimine peſſimo. Iſrael autē dilige-
bat ioſeph ſup omnes filios ſuos: eo q̄ in
ſenectute genuiſſet eū. Fecitq; ei tunicam polymitam. Ui-
dentes autem fratres eius q̄ a patre plus cūctis filijs ama
retur: oderant eū: nec poterant ei quicq̄ † pacifice loqui. alſ + pacificē
Acciditq; vt viſum ſomniū referret fratribus ſuis: q̄ cauſa B
maioꝛis odij ſeminariū fuit. Dixitq; ioſeph fratribus ſuis.
Audite ſomnium meū quod vidi. Putabam nos † ligare al. + colligare
manipulos in agro ⁊ quaſi conſurgere manipulum meum
† ⁊ ſtare: veſtroſq; manipulos circunſtantes adoꝛare mani Alſ + ſtantē
pulum meum. Reſponderūt fratres eius. Nunquid rex no
ſter eris: aut ſubijciemur ditioni tue? Hec ergo cauſa ſom-
nioꝛum atq; ſermonū inuidie et odij fomitem miniſtrauit.
Aliud quoq; vidit ſomniū quod narrans fratribus ait. Ui
di per ſomnium quaſi ſolem ⁊ lunam ⁊ ſtellas vndecim ado
rare me. Quod cū patri ſuo ⁊ fratribus retuliſſet increpa-
uit eū pater † ſuus ⁊ dixit. Quid ſibi vult hoc ſomnium q̄d Alſ + ſuper. ſuus.
vidiſti? Num ego ⁊ mater tua ⁊ fratres tui adoꝛabimus te C
ſuper terrā? Inuidebant igitur ei fratres ſui: pater vero ta
citus rem conſiderabat. Cumq; fratres illius in paſcendis

gregibus patris morarentur in ſichem: dixit ad eū Iſrael.
Fratres tui paſcūt oues in ſichimis: veni mittā te ad eos.
1.Regū.3.c. Quo reſpondente preſto ſum: ait. Uade ⁊ vide ſi cuncta ꝓ
ſpera ſint erga fratres tuos ⁊ pecora: ⁊ renūcia mihi quid
agatur. Miſſus de valle ebron venit in ſichem. Inuenitqꝫ
eum vir errantem in agro ⁊ interrogauit quid quereret. At
D ille reſpōdit. Fratres meos quero. Indica mihi vbi paſcāt
greges. Dixitqꝫ ei vir. Receſſerunt de loco iſto. Audiui au-
Math. 21.d. tem eos dicentes. Eamus in dothaim. Perrexit itaqꝫ io-
Mar.12.a. ſeph poſt fratres ſuos ⁊ inuenit eos in dothaim. Qui cum
Luce.20.a. vidiſſent eum procul: antequā accederet ad eos cogitauerūt
illū occidere: ⁊ mutuo loquebantur. Ecce ſomniator venit
Uenite occidamus eum: ⁊ mittamus in ciſternam veterē:
diceműſqꝫ: fera peſſima deuorauit eum. Et tunc apparebit
E quid illi proſint ſomnia ſua. Audiens autem hec ruben: nite
Alio + interficiatis. batur liberare eum de manibus eorum: ⁊ dicebat. Nō † in-
Alio + effundatis. terficiamus aīam ei⁹: nec † effundamus ſanguinē eius: ſed
alio + hanc. proiicite eum in ciſternā † veterem que eſt in ſolitudine ma
nuſqꝫ veſtras ſeruate innoxias. Hoc aūt dicebat volēs eri
pere eum de manibus eorū ⁊ reddere patri ſuo. Confeſtim
igitur vt peruenit ad fratres ſuos: nudauerunt eum tuni-
ca talari ⁊ polymita: miſeruntqꝫ eum in ciſternam veterem
que non habebat aquam. Et ſedētes vt comederent panē:
viderunt hiſmaelitas viatores venire de galaad ⁊ camelos
Iuppiter ſecūdus frater ſaturni claret. eorum portantes aromata: reſinam ⁊ ſtacten in egyptū. Di
xit ergo iudas fratribus ſuis. Quid nobis prodeſt ſi occi-
F derimus fratrē noſtrū: ⁊ celauerimus ſanguinem ipſius?
Melius eſt vt venundet hiſmaelitis: et manus noſtre non
polluantur. Frater enim ⁊ caro noſtra eſt. Acquieuerūt fra
tres ſermonibus illius: ⁊ pretereūtib⁹ madianitis negocia
toribus extrahentes eum de ciſterna vendiderunt eū hiſ-
maelitis viginti argēteis. Qui duxerunt eū in egyptū. Re
uerſuſqꝫ ruben ad ciſternā non inuenit puerū ⁊ ſciſſis veſti
bus pergens ad fratres ſuos ait. Puer non cōparet: ⁊ ego
quo ibo? Tulerunt aūt tunicam eius ⁊ in ſanguinē edi quē
occiderant tinxerunt: mittētes qui ferrent ad patrē ⁊ dixe
runt. Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui ſit an nō.
G Quam cum cognouiſſet pater ait. Tunica filij mei eſt. Fe-
ra peſſima comedit eū: beſtia deuorauit ioſeph. Sciſſiſqꝫ ve
ſtibus: indutus eſt cilicio: lugens filium ſuū multo tēpore.
Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolo-
rem patris: noluit conſolationem accipere: ſed ait. Deſcen
dam ad filiū meū lugens in infernū. Et illo perſeuerante in
fletu madianite vendiderunt ioſeph in egypto putiphari
eunucho pharaonis magiſtro militum.

Cap. Summa. De iuda et fratribus eius: et Thamar
nuru ſua. Cap. XXXVIII.

EOdem tempore diſcedēs iudas a fratri-
A bus ſuis diuertit ad virū odollamitem no
mine hyram. Uiditqꝫ ibi filiā hominis cha
nanei vocabulo ſue. Et accepta vxore in-
greſſus eſt ad eam. Que concepit ⁊ pepe-
rit filiū ⁊ vocauit nomen eius her. Rur-
ſumqꝫ concepto fetu natum filiū vocauit onan. Tertiū quoqꝫ
peperit quē appellauit ſela. Quo nato: parere vltra ceſſauit
Dedit autē iudas vxorē primogenito ſuo her: nomine tha-
mar. Fuit quoqꝫ her primogenitus iude nequā in conſpectu
domini: ⁊ ideo ab eo occiſus eſt. Dixit ergo iudas ad onan
B filium ſuum. Ingredere ad vxorem fratris tui: ⁊ ſociare illi
vt ſuſcites ſemen fratri tuo. Ille ſciēs nō naſci ſibi filios in-
troiens ad vxorē fratris ſui: ſemen fundebat in terrā: ne li
beri fratris noīe naſcerētur. Et idcirco percuſſit eum dñs:
eo ꝙ rem deteſtabilem faceret. Quamobrē dixit iudas tha
mar nurui ſue. Eſto vidua ī domo patris tui: donec creſcat
Alio + frater. ſela filius meus. Timebat enim ne ⁊ ipſe moreret ſicut † fra
tres eius. Que abijt ⁊ habitauit in domo patris ſui. Euo-
luti ꝫ autē multis annis mortua eſt ſue vxor iude. Qui poſt
luctū conſolatione † ſuſcepta aſcendebat ad tōſores ouiū C
ſuarum ipſe ⁊ hyras opilio gregis odollamita in thamnas alio + accepta
Nunciatumqꝫ eſt thamar ꝙ ſocer illius aſcenderet in thā- Prometheus frater athlantis pm⁹ hoīes rudes doctos fecit hoīs imagine ambulare artificialiter fecit annulum et vſum eius primus inuenit.
nas ad tondendas oues. Que depoſitis viduitatis veſti-
bus: aſſumpſit teriſtrum: ⁊ mutato habitu ſedit in biuio iti
neris quod ducit thamnam: eo ꝙ creuiſſet ſela et non eum
accepiſſet maritum. Quam cum vidiſſet iudas: ſuſpicatus
eſt eē meretricem. Operuerat enim vultū ſuum ne agnoſce
retur. Ingrediénſqꝫ ad eam ait. Dimitte me vt coeam tecū.
Neſciebat enim ꝙ nurus ſua eſſet. Qua reſpondente quid
dabis mihi vt fruaris cōcubitu meo? dixit. Mittā tibi he D
dum de gregibus. Rurſumqꝫ illa dicente: patiar quod vis: Tritolomus agriculturam ampliauit. Ceres inſtrumenta arādi ⁊ mēſurādi prima inuenit. ꝫ Rhod⁹ códik.
ſi dederis mihi arrabonem donec mittas quod polliceris.
Ait iudas. Quid vis tibi pro arrabone dari? Reſpondit.
Annulum tuum et armillam ⁊ baculum quem manu tenes.
Ad vnum igitur coitum mulier concepit. Et ſurgens abijt.
Depoſitoqꝫ habitu quem ſumpſerat: induta eſt viduitatis
veſtibus. Miſit autem iudas edum per paſtorem ſuū odol E
lamitē vt reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cū Athlas aſtrologiam docet. Apis arguorū rex ⁊ poſt ea egyptiorū idolū claret.
nō inueniſſet eam: interrogauit homines loci illius. Ubi eſt
mulier que ſedebat in biuio? Reſpondentibus cunctis: nō
fuit in loco iſto meretrix: reuerſus eſt ad iudam. et dixit ei.
Non inueni eam. Sed ⁊ homines loci illius dixerunt mihi
nunquā ſediſſe ibi ſcortum. Ait iudas. Habeat ſibi. Certe mē F
dacij arguere nos non poterit. Ego miſi hedum quē pro- 56.diſt.c.dñs. De cōſe. di.3. c.aquā ī glo.
miſeram: ⁊ tu non inueniſti eam. Ecce autem poſt tres men
ſes nunciauerunt iude dicentes. Fornicata eſt thamar nu-
rus tua: ⁊ videtur vterus illius intumeſcere. Dixitqꝫ iudas
Producite eam vt comburatur. Que cum duceretur ad pe
nam miſit ad ſocerum ſuum: dicens. De viro cuius hec ſunt
concepi. Cognoſce cuius ſit annulus ⁊ armilla ⁊ baculus.
Qui agnitis muneribus ait. Iuſtior me eſt: quia non tradi
di eam ſela filio meo. Attamen vltra nō cognouit eā. Inſtā G
te autē partu apparuerunt gemini in vtero: atqꝫ in ipſa effu Apollo medicus floret. Chyron medicus claret.
ſione infantium vnus protulit manū in qua obſtetrix liga-
uit coccinum dicens. Iſte egredietur prior. Illo vero retra 1. Para.2.a.
hente manum egreſſus eſt alter. Dixitqꝫ mulier. Quare di- Math.1.a.
uiſa eſt propter te maceria? Et ob hanc cauſam vocauit no Uenus impudiciſſima habē
men eius phares. Poſtea egreſſus eſt frater eius in cuius fedatur.
manu erat coccinum: quem appellauit zaram.

Cap. Summa. De ioſeph ⁊ putiphare domino ſuo eu-
nucho pharaonis. Ioſeph tentatur a domina ſua per dies
plurimos nec conſentit: reliquit pallium: tandem incarcera
tur. Cap. XXXIX.

IGitur Ioſeph duct⁹ eſt in egyptū: emitqꝫ
cum putiphar eunuchus Pharaonis pri A
ceps exercitus ſui vir egyptius de manu 1.q.1. ſicut eunuchus.
Hiſmaelitarum: a quibus perduct⁹ erat.
Fuitqꝫ dominus cum eo: et erat vir in cū-
ctis proſpere agens. Habitauitqꝫ in do-
mo domini ſui: qui optime nouerat dominum eſſe cum eo:
et omnia que gereret ab eo dirigi in manu illius. Inuenit-
qꝫ Ioſeph gratiam coram domino ſuo et miniſtrabat ei.
A quo prepoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi do-
mum: et vniuerſa que ei † tradita fuerant. Benedixitqꝫ Alio + credita
dominus domui egyptij propter Ioſeph: et multiplicauit
tam in edibus quam in agris cunctam eius ſubſtantiam.
Nec quicquam aliud nouerat: niſi panem quo veſceba-
tur. Erat autem Ioſeph pulchra facie: et decorus aſpe- B
ctu. Poſt multos itaqꝫ dies: iecit domina ſua oculos 1.regum.16.b. infra eodem.
ſuos in Ioſeph: et ait. Dormi mecum. Qui nequaquam ac-
quieſcens operi nefario: dixit ad eam. Ecce dominus
meus

meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo ſua: nec quicq̄ eſt quod non in mea fuit poteſtate vel nō tradiderit mihi preter te que vxor ei⁹ es. Quomodo ergo poſſum hoc malum facere: ⁊ peccare in dominum meum? Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies † loquebatur ⁊ mulier

Al' + ſupereſt loquebatur.

C molesta erat adoleſcenti: et ille recuſabat ſtuprum. Accidit autem quadam die vt introiret Joſeph domum: et operis quippiam abſq; arbitris faceret: ⁊ illa apprenſa lacinia veſtimenti eius diceret. Dormi mecum. Qui relicto in manu

Supra eodẽ

eius pallio fugit ⁊ egreſſus eſt foras. Cumq; vidiſſet mulier veſtẽ in manibus ſuis ⁊ ſe eſſe contemptã: vocauit ad ſe homines dom⁹ ſue: ⁊ ait ad eos. En introduxit virũ hebreũ vt illuderet nobis. Ingreſſus eſt ad me, vt † coiret mecum.

al' + dormiret

Cũq; ego ſuccla maſſem ⁊ audiſſet vocẽ meã: reliquit palliũ quod tenebam: ⁊ fugit foras. In argumentum ergo fidei

D retentum pallium oſtendit marito reuertenti domũ: ⁊ ait. Ingreſſus eſt ad me ſeruus hebreus quem adduxit vt illuderet mihi. Cumq; audiſſet me clamare: reliquit pallium quod tenebam ⁊ fugit foras. His auditis dominus et † nimium

als + multũ.

credulus verbis coniugis iratus eſt valde. tradiditq; Joſeph in carcerem vbi vincti regis cuſtodiebantur: ⁊ erat ibi clauſus. Fuit autem dominus cũ Joſeph ⁊ miſertus eſt illius ⁊ dedit ei gratiã in cõſpectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur: ⁊ quicquid fiebat ſub ipſo erat: nec nouerat aliquid cunctis ei creditis. Dominus enim erat cũ illo: ⁊ oĩa opera eius dirigebat.

Capitu. Summa. De duobus eunuchis pharaonis et ſomnijs eorum: ⁊ natalitio die pharaonis. Cap. XL.

A His itaq; geſtis accidit vt peccarẽt duo eunuchi pincerna regis egypti ⁊ piſtor domino ſuo. Iratuſq; cõtra eos Pharao (nam alter pincernis preerat: alter piſtorib⁹) miſit eos in carcerẽ principis militum in quo erat vinctus ⁊ Joſeph. At cuſtos carceris tradidit eos Joſeph: qui ⁊ miniſtrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat: ⁊ illi in cuſtodia tenebãtur. Videruntq; ambo ſomnium nocte vna iuxta interpretationem congruã

B ſibi. Ad quos cũ introiſſet Joſeph mane: ⁊ vidiſſet eos triſtes ſciſcitatus eſt eos dicens. Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra? Qui responderunt. Somnium vidimus: ⁊ non eſt qui interpretetur nobis. Dixitq; ad eos ioſeph. Nunquid non dei eſt interpretatio? Referte mihi q̄d videritis: Narrauit prior ꝓpoſitus pincernarũ ſomniũ ſuũ. Videbam coram me vitẽ in qua erant tres propagines: creſcere paulatim in gẽmas ⁊ poſt flores vuas matureſcere caliceq; Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas ⁊ expreſſi in calicem quem tenebam: ⁊ tradidi poculum Pharaoni.

C Reſpondit Joſeph. Hec eſt interpretatio ſomnij. Tres propagines tres adhuc dies ſunt: poſt quos recordabit̃ pharao † miniſterij tui: et reſtituet te in gradum priſtinum dabiſq; ei calicẽ iuxta officiũ tuum ſicut ante facere conſueueras. Tantum memento mei cum tibi bene fuerit: et facies

al' + magiſterij.

mecum miſericordiam vt ſuggeras Pharaoni vt educat me de iſto carcere: quia furtim ſublatus ſuũ de terra hebreorum: ⁊ hic innocens in lacum miſſus ſum. Videns piſtorum magiſter ꝙ prudenter ſomnium diſſolueſſet. ait. Et ego vidi ſomnium ꝙ tria caniſtra farine haberem ſuper caput meũ ⁊ in vno caniſtro quod erat excelſius portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte piſtoria: auesq; comederent ex eo.

D Reſpondit Joſeph. Hec eſt interpretatio ſomnij. Tria caniſtra tres adhuc dies ſũt poſt quos auferet pharao caput tuum: ac ſuſpendet te in cruce ⁊ lacerabũt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius † natalitius Pharaonis erat.

als + natalis.

Qui faciens grande conuiuiũ pueris ſuis recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum et piſtor principis: reſtituitq; alterum in locum ſuũ: vt porrigeret ei poculũ: alterum ſuſpendit in patibulo: vt cõiectoris veritas probaretur. Et tamen ſuccedentibus proſperis: ꝓpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

Capituli Summarium. Pharao ſomniat. Joſeph ſomnium exponit. egypto preponitur: filij ſibi naſcũtur: anni ſterilitatis veniunt. Cap. XLI.



A Poſt duos annos vidit Pharao ſomniũ. Putabat ſe ſtare ſuper fluuiũ: de quo aſcẽdebant ſeptẽ boues pulchre ⁊ craſſe nimis ⁊ paſcebantur in locis paluſtribus. Alie q̄ ſeptem emergebant de flumine fede cõfecteq; macie ⁊ paſcebãtur in ipſa amnis ripa in locis virẽtibus: deuorauerũtq; eas quarũ mira ſpecies ⁊ habitudo corporũ erat. Expergefact⁹ Pharao rurſum † dormiuit ⁊ vidit alterũ ſomnium. Septem ſpice pullulabant in culmo vno plene atq; formoſe: alie quoq; totidẽ

Als + obdormiuit.

B ſpice tenues: ⁊ percuſſe vredine oriebantur deuorantes oẽs priorum pulchritudinẽ. Euigilans Pharao poſt quietem ⁊ facto mane pauore perterritus: miſit ad omnes coniectores egypti cunctoſq; ſapientes. Et accerſitis narrauit ſomnium nec erat qui interpretaretur. Tunc demũ reminiſcẽs pincernarum magiſter ait. Cõfiteor peccatũ meum. Irat⁹ rex ſeruis ſuis me ⁊ magiſtrum piſtorum retrudi iuſſit in carcerem principis militũ: vbi vna nocte vterq; vidimus ſomniũ preſagium futurorum. Erat ibi puer hebreus eiuſdem ducis militum famulus: cui narrantes ſomnia: audiuimus q̄cquid poſtea rei probauit euentus. Ego enim redditus ſum officio meo: ⁊ ille ſuſpenſus eſt in cruce. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Joſeph totonderunt ac veſte mutata obtulerũt ei. Cui ille ait. Vidi ſomnia nec eſt qui ediſſerat: que audiui te ſapientiſſime cõijcere. Reſpõdit Joſeph. Abſq; me deus reſpõdebit proſpera Pharaoni. Nar-

C rauit ergo Pharao que viderat. Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis et ſeptem boues de amne conſcendere pulchras nimis et obeſis carnibus que in paſtu paludis vireta carpebant. Et ecce aſſequebantur alie ſeptem boues in tantum deformes ⁊ macilente vt nunq̄ tales in terra egypti viderim. Que deuoratis et conſumptis prioribus nullum ſaturitatis dedere veſtigiũ: ſed ſimili macie: ⁊ ſqualore torpebant. Euigilans rurſus ſopore depreſſus vidi ſomnium. Septem ſpice pullulabãt in culmo vno plene atq; pulcherrime. Alie quoq; ſeptem tenues et percuſſe vredine oriebantur e ſtipula que priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui cõiectoribus ſomnium et nemo eſt qui ediſſerat.

D Reſpondit Joſeph. Somniũ regis vnum eſt. Que facturus eſt deus oſtendit Pharaoni. Septem boues pulchre: ⁊ ſeptẽ ſpice plene: ſeptem vbertatis anni ſunt: eandemq;

alɪs + compre- vim ſomnij † comprehendunt. Septē quoq; boues tenues
henderunt. atq; macilente que aſcenderunt poſt eas et ſeptem ſpice te-
nues et vento vrente percuſſe: ſeptem anni venturi ſunt fa-
mis qui hoc ordine complebuntur. Ecce ſeptez anni veniēt
fertilitatis magne in vniuerſa terra egypti quos ſequētur
ſeptē anni alij tante ſterilitatis vt obliuioni tradatur cun-
cta retro abundantia. Conſumptura eſt eñ fames omnem
terram ꝛ vbertatis magnitudinez perditura eſt inopie ma
gnitudo. Quod aūt vidiſti ſecundo ad eandem rē pertinēs
ſomnium firmitatis iudicium eſt: eo ꝙ fiat ſermo dei. ꝛ velo
cius impleatur. Nunc ergo prouideat rex virum ſapientem
ꝛ induſtrium ꝛ preficiat euz terre egypti: qui conſtituat pre
poſitos per cunctas regiones: ꝛ quintaz partem fructuum
per ſeptez annos fertilitatis qui iam nunc futuri ſunt: con-
greget in horrea: ꝛ omne frumentum ſub Pharaonis pote
ſtate condatur: ſeruetur q; in vrbibus ꝛ preparetur future
E ſeptem annorum fami que oppreſſura eſt Egyptum: et non
conſumetur terra inopia. Placuit Pharaoni conſilium et
cunctis miniſtris eius. Locutus q; eſt ad eos. Num inueni-
re poterimus talem virum qui ſpiritu dei plenus ſit? Dixit
ergo ad Joſeph. Quia oſtendit tibi deus omnia que locu-
tus es: nunquid ſapientiorem ꝛ conſimilem tui inuenire po
tero? Tu eris ſuper domum meam: ꝛ ad tui oris imperium
cunctus populus obediet. Uno tantuz regni ſolio precedā
al' + dicēs de. te. † Dixitq; rurſus Pharao ad Joſeph. Ecce conſtitui te
Danielis. 2. g. ſuper vniuerſam terram Egypti. Tulitq; † annulum de ma
al' + ſupeſt q. nu ſua ꝛ dedit eum in manu eius: veſtiuitq; euz ſtola biſſina
ꝛ collo torquem auream circumpoſuit. Fecitq; eum aſcen-
dere ſuper currum ſuum ſecundum: clamante pcone vt oēs
F coram eo genuflecterent: et prepoſitum eſſe ſcirent vniuer-
ſe terre Egypti. Dixit quoq; rex Egypti ad Joſeph. Ego
+ Joſeph dicit ꝙ pharao ſum Pharao abſq; tuo imperio non mouebit quiſquam
appellauit Jo manum aut pedem in omni terra Egypti. Uertitq; nomen
ſeph ſphontō eius: ꝛ vocauit eum lingua egyptiaca † ſaluatorem mundi.
panicos id eſt Deditq; illi vxorem aſſenem filiam Putipharis ſacerdotis
inuētorem ab heliopoleos. Egreſſus eſt itaq; Joſeph ad terram Egypti
ſconditorum. Triginta autem annorum erat quando ſtetit in cōſpectu re
gis Pharaonis: et circuiuit omnes regiones Egypti. Ue-
23. q. 8. §. quis nitq; fertilitas ſeptem annorum: et in manipulos redacte
in ptn. ſegetes congregate ſunt in horrea Egypti. Omnis etiam
frugum abundantia in ſingulis vrbibus condita eſt. Tan-
taq; fuit abūdantia tritici: vt arene maris coequaretur: et
copia menſurā excederet. Natiq; ſunt Joſeph filij duo an-
teq̄ veniret fames: quos peperit ei Aſſenem filia Putipha
Infra. 46. c. ris ſacerdotis Helioploeos. Uocauitq; nomen primogeni
ti Manaſſes dicens. Obliuiſci me fecit deus omnium la-
G borum meorum ꝛ domum patris mei. Nomen quoq; ſecun
di appellauit Effraim dicēs. Creſcere me fecit deus ī terra
paupertatis mee. Igitur trāſactis ſeptem vbertatis annis
qui fuerant in egypto: ceperunt venire ſeptem anni inopie
quos predixerat Joſeph: et in vniuerſo orbe fames preua-
luit. In cuncta autem terra Egypti fames erat. Qua eſuriē
5. q. 5. num oīs te: clamauit populus ad Pharaonem: alimenta petens.
ibi exercet fa- Quibus ille reſpondit. Ite ad Joſeph: et quicquid ipſe vo
me priarchas bis dixerit: facite. Creſcebat autem quotidie fames in om-
ni terra. Aperuitq; Joſeph vniuerſa horrea ꝛ vēdebat egy-
ptijs. Nam ꝛ illos oppreſſerat fames. Omneſq; prouincie
veniebant in Egyptum vt emerent eſcas: et malum inopie
temperarent.

¶ Capituli Summarium. Fratres Joſeph pro frumen-
to in Egyptum veniunt. Joſeph dura loquitur. Symeon
religatur: ceteri redeunt: in ore ſaccorum pecuniam repe-
riunt. Beniamim petitur: pater denegat.

Cap. XLII.

Uidiens autem Jacob ꝙ alimēta ven-
derentur in Egypto dixit † filijs ſuis. A
Quare negligitis? Audiui ꝙ triticum alɪs + fratrib'.
venundetur in Egypto. Deſcendite et 5. q. 5. c. nō oīs
emite vobis neceſſaria: vt poſſimus vi-
uere ꝛ nō conſumamur inopia. Deſcen
dentes igitur fratres Joſeph decez vt
emerent frumenta in Egypto. Beniamim domi retento a
Jacob: qui dixerat fratribus eius ne forte in itinere q̄cq̄
patiatur mali: ingreſſi ſunt terrā Egypti cum alijs qui per
gebant ad emēdum. Erat autem fames in terra chanaam: B
ꝛ Joſeph erat princeps in terra egypti: atq; ad eius nutuz
frumenta populis vēdebantur. Cumq; adoraſſent eum fra-
tres ſui ꝛ agnouiſſet eos: quaſi ad alienos durius loqueba
tur interrogans eos. Unde veniſtis? Qui reſponderunt.
De terra chanaam: vt emamus victui neceſſaria. Et tamē
fratres ipſe cognoſcens non eſt cognitus ab eis. Recorda
tuſq; ſomniorū que aliquando viderat: ait ad eos. Explora
tores eſtis: vt videatis infirmiora terre veniſtis. Qui dixe-
runt. Non eſt ita domine: ſed ſerui tui venerunt vt emerent
cibos. Oēs filij vnius viri ſumus. Pacifici venimus: nec † al' + vllas mo
quicq̄ famuli tui machinantur mali. Quib' ille reſpondit limur iſidias.
Aliter eſt. Immunita terre huius conſyderare veniſtis. At C
illi dixerunt. Duodecim (inquiūt) † fratres ſerui tui ſum' Als + non hz
filij viri vnius in terra chanaan. Minimus cū patre noſtro fratres.
eſt: alius non eſt ſuper. Hoc eſt (ait) quod locutus ſum. Infra eodem
Exploratores eſtis. Jam nunc experimentū veſtri capiam. 22. q. 1. c. mo-
Per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc: donec ve- net. §. ſicut ēt.
niat frater veſter minimus. Mittite ex vobis vnum vt ad-
ducat eum vos autem eritis in vinculis donec probentur q̄ D
dixiſtis: vtrum vera an falſa ſint. Alioquin per ſalutē Pha-
raonis exploratores eſtis. Tradidit ergo illos cuſtodie tri
bus diebus. Die autem tertio eductis de carcere ait. Faci
te que dixi et viuetis. Deum enim timeo. Si pacifici eſtis
frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite ꝛ fer-
te frumenta que emiſtis in domos veſtras: et fratrez veſtrū
minimum ad me adducite vt poſſim veſtros probare ſermo
nes: et non moriamini. Fecerunt vt dixerat. et locuti ſunt
adinuicem. Merito hec patimur: quia peccauimus in fra- Et ideo bñ di
trem noſtrum videntes anguſtias anime illius dum depre- cit ppheta pec
caretur nos et non audiuimus. Idcirco venit ſup nos iſta catuz meū cō
tribulatio. E quibus vnus Ruben ait. Nunquid non dixi tra me eſt ſep
vobis nolite peccare in pueruz et non audiſtis me? En ſan E
guis eius exquiritur. Neſciebant autem ꝙ intelligeret Jo Infra. 34. g. e
ſeph: eo ꝙ per interpretem loqueretur ad eos. Auertitq; ſe
parumper: et fleuit: et reuerſus locutus eſt ad eos. Tol-
lenſq; Symeon: et ligans illis preſentibus: iuſſit miniſtris
vt implerent eorum ſaccos tritico et reponerent pecunias
ſingulorum in ſaccis ſuis: datis ſupra cibarijs in via. Qui
fecerunt ita. At illi portantes frumenta in aſinis ſuis profe
cti ſunt. Apertoq; vnus ſacco vt daret iumento pabuluz in
diuerſorio contemplatus pecuniam in ore ſacculi dixit fra
tribus ſuis. Reddita eſt mihi pecunia. En habetur in ſac-
co. Et obſtupefacti turbatiq; mutuo dixerunt. Quidnā eſt
hoc quod fecit nobis deus? Ueneruntq; ad Jacob patrem
ſuum in terra chanaan: et narrauerunt ei omnia que acci-
diſſent ſibi dicentes. Locutus eſt nobis dominus terre du
re ꝛ putauit nos exploratores eſſe puincie. Cui reſpondi-
mus. Pacifici ſumus nec vllas molimur inſidias. Duode- Supra eodez
cim fratres vno patre geniti ſumus: vnus non eſt ſup: mi-
nimus cum patre noſtro eſt in terra chanaan. Qui ait no-
bis. Sic probabo ꝙ pacifici ſitis. Fratrem veſtrum vnum
dimittite apud me: ꝛ cibaria domibus veſtris neceſſaria ſu-
mite et abite. Fratremq; veſtrum minimuz adducite ad me
vt ſciam ꝙ nō ſitis exploratores: ꝛ iſtum qui tenetur in vin-
culis

culis recipere poſſitis:ac deinceps que vultis emendi ha-
E beatis licentiã. His dictis cum frumenta effunderent: ſin-
guli repererunt in oꝛe ſaccoꝛum ligatas pecunias. Exterri
tiſqꝫ ſimul omnib⁹ dixit pater Jacob. Abſqꝫ liberis me eſſe
feciſtis. Joſeph non eſt ſuper:ſymeon tenetur in vinculis:⁊
beniamin auferetis. In me hec omnia mala reciderũt. Cui
reſpondit ruben. Duos filios meos interfice ſi non reduxe
ro †illũ tibi. Trade †illum in manu mea:ego cuʒ tibi reſti-
Alr + ſupeſt illum. tuam. Ait ille. Non deſcendet (inquit) filius meus vobiſcũ:
Alr + eum. frater eius mortuus eſt ⁊ ipſe ſolus remãſit. Si qd ei aduer
ſitatis acciderit in terra ad quam pergitis: deducetis ca-
nos meos cum doloꝛe ad inferos.

¶ Cap. Summa. Fratres redeunt in egyptum cum Ben
iamin:ſimul epulantur. Cap.XLIII.

Interim fames omnem terram vehemen-
A ter premebat. Conſumptiſqꝫ cibis quos
ex Egypto detulerant:dixit Jacob ad fi-
lios ſuos. Reuertimini ⁊ emite nobis pau
xillum eſcarum. Reſpondit Judas. De-
alr + teſtifica tione iurãdi. nunciauit nobis vir ille ſub † atteſtatio-
ne iuriſiurandi dicens. Non videbitis faciem meaʒ niſi fra
trem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcuʒ. Si ergo vis
eum mittere nobiſcum: pergemus pariter et emenus tibi
neceſſaria:ſi autem non vis:non ibimus. Uir enim (vt ſepe
Infra.44.e. B diximus) denunciauit nobis dicens. Non videbitis facieʒ
meam abſqꝫ fratre veſtro minimo. Dixit eis iſrael. In meã
hoc feciſtis miſeriam:vt indicaretis ei et alium habere vos
fratrem. At illi reſponderunt. Interrogauit nos homo per
oꝛdinem noſtram progenieʒ:ſi pater viueret: ſi haberemus
Sparta ſeu la cedemonia cõ dicitur i grecia. fratrem. Et nos reſpondimus ei conſequenter, iuxta id qd
fuerat ſciſcitatus. Nunquid ſcire poteramus quod dictu-
rus eſſet:adducite fratrem veſtrum vobiſcum? Judas quo
qꝫ dixit patri ſuo. Mitte puerum mecum vt proficiſcamur
et poſſimus viuere:ne moꝛiamur nos ⁊ paruuli noſtri. Ego
ſuſcipio puerum de manu mea require illum. Niſi reduxe-
Infra.44.g. alr + tradide ro. ro et † reddidero eum tibi:ero peccati reus in te omni tem-
poꝛe. Si non interceſſiſſet dilatio iaʒ vice altera veniſſem⁹.
C Igitur iſrael pater eoꝛum dixit ad eos. Si ſic neceſſe eſt:fa
alr + fructib⁹ cite quod vultis. Sumite de optimis terre † frugib⁹ in va
ſis veſtris et deferte viro munera modicum reſine ⁊ mellis
⁊ † ſtoꝛacis ſtactes ⁊ terebinthi ⁊ amigdalarũ. Pecuniãqꝫ
alr + ſtyracis duplicem ferte vobiſcum ⁊ illam quam inueniſtis in ſaccu-
lis repoꝛtate: ne foꝛte erroꝛe factum ſit. Sed ⁊ fratrem ve-
ſtrum tollite: et ite ad virum. Deus autem meus omnipo-
tens faciat vobis eum placabilem:⁊ remittat vobiſcum fra
Alr + ſupeſt. in vinculis. trem veſtrum quem tenet † in vinculis et hunc beniamin.
Ego autem quaſi oꝛbatus abſqꝫ liberis ero. Tulerunt ergo
viri munera et pecuniam duplicem ⁊ beniamin. Deſcende-
D runtqꝫ in Egyptum et ſteterunt coꝛaʒ Joſeph. Quos cum
ille vidiſſet ⁊ beniamin ſimul:precepit diſpenſatoꝛi domus
ſue dicens. Introduc viros domum ⁊ occide victimas ⁊ in-
ſtrue conuiuium quoniam hodie mecum ſunt comeſturi me
ridie. Fecit ille quod ſibi fuerat imperatum: et introduxit
Arg⁹ ter ſapiẽ tiſſimus hõ⁹ naue cõdidit. viros domum. Ibiqꝫ exterriti dixerũt mutuo. Propter pe
cuniam quam retulimus prius in ſaccis noſtris introducti
ſumus vt deuoluat in nos calumniam:⁊ violenter ſubijciat
ſeruituti ⁊ nos ⁊ aſinos noſtros. Quamobrem in ipſis foꝛi-
bus accedentes ad diſpenſatoꝛem locuti ſunt. Oꝛamus do
E Supra.42.b. mine,vt audias nos. Jam ante deſcendimus vt emeremus
eſcas. Quibus emptis cum veniſſemus ad diuerſoꝛiũ ape-
al. + ſacculos ruimus † ſaccos noſtros:⁊ inuenimus pecuniam in oꝛe ſac
coꝛum quam nunc eodem pondere repoꝛtauimus. Sed et
aliud attulimus argentum vt emamus que nobis neceſſa-
ria ſunt. Nõ eſt in noſtra conſcientia,quis poſuerit eam in
marſupijs noſtris. At ille reſpõdit. Pax vobiſcũ. Nolite ti-
mere. Deus veſter ⁊ deus patris veſtri dedit vobis theſau
ros in ſaccis † veſtris. Nam pecuniam quam dediſtis mi- alr + ſacculis
hi pꝛobataʒ ego habeo. Eduxitqꝫ eos ad ſymeon. Et intro
ductis domum attulit aquam et lauerunt pedes ſuos: de-
ditqꝫ † pabulum aſinis eoꝛum. Illi vero parabant munera a lr + pabula
donec ingrederetur Joſeph meridie. Audierant eniʒ ꝙ ibi
comeſturi eſſent panem. Igitur ingreſſus eſt ioſeph domũ F
ſuam:obtuleruntqꝫ ei munera: tenentes in manibus ſuis: Alr + eum.
et adoꝛauerunt † pꝛoni in terram. At illi clementer reſalu- alr + ſupereſt eos.
tatis eis interrogauit † eos dicens. † Sanus ne eſt pater Supra.29.a
veſter ſenex:de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui re- Alr + ſaluus
ſponderunt. Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter. Adhuc
viuit. Et incuruati adoꝛauerunt eum. Attollens autem io-
ſeph oculos vidit beniamin fratrem ſuum vterinum :et ait.
Iſte eſt frater veſter paruulus: de quo dixeratis mihi? Et
rurſum. Deus (inquit) mereatur tui fili mi. Feſtinauitqꝫ
† in domum:quia commota fuerant viſcera eius ſuper fra- Alr + ſupeſt in domum.
tre ſuo et erumpebant lachꝛyme:et introiens cubiculuʒ fle- G
uit. Rurſumqꝫ lota facie egreſſus:continuit ſe: et ait. Po-
nite panes. Quibus appoſitis ſeoꝛſum Joſeph: ⁊ ſeoꝛſum
fratribus: Egyptijs quoqꝫ qui veſcebantur ſimul ſeoꝛſum.
Illicitum eſt enim Egyptijs comedere cum hebꝛeis: ⁊ pꝛo- Alr + ergo.
phanum putant huiuſcemodi conuiuium. Sederunt † co-
ram eo pꝛimogenitus iuxta pꝛimogenita ſua :et minimus
iuxta etatem ſuam. Et mirabãtur nimis ſumptis partibus
quas ab eo acceperant. Maioꝛqꝫ pars venit beniamin:ita
vt quinqꝫ partibus excederet. Biberũtqꝫ et inebꝛiati ſunt
cum eo.

¶ Capituli Summarium. De ſcipho repoſito et inuento
in ſacco beniamin :regreſſis fratribus Judas loquitur ad
Joſeph. Cap.XLIIII.

Precepit autem Joſeph diſpenſatoꝛi A
domus ſue dicẽs. Imple ſaccos eoꝛũ
frumento quantum poſſunt capere: ⁊
pone pecuniã ſingulorum in ſummita
te ſacci. Sciphum aũt meuʒ argenteũ
⁊ pꝛeciuʒ quod dedit tritici:pone i oꝛe
ſacci iunioꝛis. Factũqꝫ eſt ita. Et oꝛto
mane dimiſſi ſunt cuʒ aſinis ſuis. Jãqꝫ Alr + tum.
vꝛbem exierant ⁊ proceſſerant paululuʒ. † Tunc Joſeph ac
cerſito diſpẽſatoꝛe domus ait. Surge (inquit) ⁊ perſeqˀre
viros ⁊ appꝛehẽſis dicito. Quare reddidiſtis maluʒ ꝓ bo B
no? Sciphus quem furati eſtis: ipſe eſt in quo bibit domi Al + augurio ri.
nus meus :et in quo † augurari ſolet. Peſſimam rem feci- Alr + apprehenſiſqꝫ.
ſtis. Fecit ille vt iuſſerat:et † appꝛehenſis per oꝛdinem lo-
cutus eſt. Qui reſponderũt. Quare ſic loquitur dominus
noſter:vt ſerui tui tantuʒ flagitij commiſerint? Pecuniam
quam inuenimus in ſummitate ſaccoꝛum repoꝛtauimus ad
te de terra chanaan. Et quomodo conſequens eſt:vt fura-
ti ſimus de domo domini tui aurum vel argentum? Apud
quemcũqꝫ fuerit inuentum ſeruoꝛum tuoꝛum quod queris
moꝛiatur: et nos erimus ſerui domini † noſtri. Qui dixit Alr + tui.
eis. Fiat iuxta veſtram ſententiam. Apud quemcunqꝫ fue- C
rit inuentum ipſe ſit ſeruus meus : vos autem eritis inno-
xij. Itaqꝫ feſtinato deponentes in terram ſaccos aperue-
runt ſinguli. Quos ſcrutatus incipiens a maioꝛe vſqꝫ ad
minimum inuenit ſcyphum in ſacco beniamin. At illi ſciſſis
veſtibus oneratiſqꝫ rurſum aſinis reuerſi ſunt in oppiduʒ.
Primuſqꝫ iudas cum fratribus ingreſſus eſt ad Joſeph.
Necdum enim de loco abierat. Omneſqꝫ ante eum pari- D
ter in terram coꝛruerunt. Quibus ille ait Cur ſic agere vo 22.q.2.c. ꝙ a
luiſtis? An ignoꝛatis ꝙ non ſit ſimilis mei † augurandi Alr + augurandi.
ſcientia? Cui iudas. Quid reſpondebimus (inquit) do- De homici.c
mino meo vel quid loquemur. aut quid iuſte poterimus ob latoꝛ in glo.
tendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruoꝛum tuoꝛum. En
omnes ſerui ſumus domini mei; et nos ⁊ apud quem inuẽ-

tus eſt ſciphus. Reſpondit Joſeph. Abſit a me vt ſic agaꝫ.
Qui furatus eſt ſciphum ipſe ſit ſeruus meus: vos autem
abite liberi ad patrem veſtrum. Accedens autem propius
Judas: confidenter ait. Oro domine audi me: vt loquatur
ſeruus tuus verbum in auribus tuis: et ne iraſcaris famu-
lo tuo. Tu es enim poſt pharaonem dominus meus. Inter
rogaſti prius ſeruos tuos: habetis patrem aut fratrem: et
nos reſpondimus tibi domino meo. Eſt nobis pater ſenex
⁊ puer paruulus qui in ſenectute illius natus eſt: cuius vte
rinus frater eſt mortuus: et ipſum ſolum habet mater ſua:
pater vero tenere diligit eū. Dixiſtiqꝫ ſeruis tuis. Adduci-
te eum ad me: et ponam oculos meos ſuper illum. Sugge-
ſſimus tibi domino meo: non poteſt puer relinquere patreꝫ
Supra. 43.a. ſuum. Si enim illum dimiſerit morietur. Et dixiſti ſeruis
F tuis. Niſi venerit frater veſter minimus vobiſcum: non vi-
debitis amplius faciem meam. Cum ergo aſcēdiſſemus ad
famulum tuum patrem noſtrum: narrauimus ei omnia que
locutus eſt dominus meus. Et dixit pater noſter. Reuerti
mini et emite nobis parum tritici. Cui diximus. Non poſ-
ſumus ire. Si frater noſter minimus deſcenderit nobiſcuꝫ
Supra.37.d. proficiſcemur ſimul. alioquin illo abſente non audemus vi
G dere faciem viri. Ad que ille reſpondit. Uos ſcitis ꝙ duos
filios genuerit mihi vxor mea. Egreſſus eſt vnus: ⁊ dixiſtis
beſtia deuorauit eum: et huculqꝫ non comparet. Si tuleri-
tis et iſtum ⁊ aliquid ei in via contigerit deducetis canos
meos cum merore ad inferos. Igitur ſi intrauero ad ſeruū
tuum patrem noſtrum ⁊ puer defuerit: cum anima illius ex
huius anima dependeat: videritqꝫ eum non eſſe nobiſcum
morietur: et deducent famuli tui canos eius cum dolore ad
inferos. Ego proprie ſeruus tuus ſim: qui in meam hunc
recepi fidem: et ſpopondi dicens. Niſi reduxero euꝫ pecca
ti reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaqꝫ
Supra.43.b. ſeruus tuus ꝓ puero in miniſterio domini mei: ⁊ puer aſcē-
dat cum fratribus ſuis. Non enim poſſum redire ad patreꝫ
abſente puero ne calamitatis que oppreſſura eſt patrē meū
teſtis aſſiſtam.

¶ Capituli Summarium. Joſeph ſe fratribus manife-
ſtat: mandat pro patre: munera mittit ⁊ adhuc viuere patri
nunciatur. Cap.XLV.

A NOn ſe poterat vltra cohibere ioſeph mul
tis corā aſtantibus. Unde precepit vt egre
derentur cuncti foras: et nullus intereſſet
al.+cognitõi alienus † agnitioni mutue. Eleuauitqꝫ vo
Supra.42.c. cem cum fletu: quam audierunt Egyptij:
et.43.g. omniſqꝫ domus Pharaonis: et dixit fra-
22.q.2.c.quod tribus ſuis. Ego ſum Joſeph. Adhuc pater meus viuit:
ait ibi extus Non poterant reſpondere fratres nimio † terrore perter
docuit.
als+timore. riti. Ad quos ille clementer. Accedite (inquit) ad me. Et
B cum acceſſiſſent prope: ego ſum (ait) Joſeph frater veſter
Infra.50.c. quē vendidiſtis in Egyptuꝫ. Nolite pauere: neqꝫ vobis du
rum eſſe videatur ꝙ vendidiſtis me in his regionibꝰ. Pro
ſalute enim veſtra miſit me deus ante vos in Egyptū. Bie
nium eſt enim ꝙ cepit fames in terra eſſe et adhuc quinqꝫ
anni reſtant quibus nec arari poterit nec meti. Premiſitqꝫ
me deus vt reſeruemini ſuper terram: et eſcas ad viuenduꝫ
habere poſſitis. Non veſtro conſilio ſed dei voluntate huc
miſſus ſum qui fecit me quaſi patrem Pharaonis et domi
num vniuerſe domus eius ac principem in omni terra Egy
pti. Feſtinate et aſcendite ad patrem meum: et dicetis ei.
C Hec mandat filius tuus Joſeph. Deus fecit me dominuꝫ
l.+mortalis. vniuerſe terre Egypti. Deſcende ad me † moreris: et ha-
lo+teſſen. bitabis in terra † geſſen. Eriſqꝫ iuxta me tu et filij tui et fi-
lo+geſſem. lij filiorū tuorum: oues tue et armenta tua et vniuerſa que
poſſides: ibiqꝫ te paſcam. Adhuc enim quinqꝫ anni reſidui

ſunt famis: ne et tu pereas et omnis domus tua: et omnia
que poſſides. En oculi veſtri et oculi fratris mei Benia- D
min vident ꝙ os meum loquatur ad vos. Nunciate patri
meo vniuerſam gloriam meaꝫ: et cuncta que vidiſtis in egy
pto. Feſtinate et adducite eum ad me. Cumqꝫ amplexatus Attende ma-
recidiſſet in collum Beniamin fratris ſui fleuit: illo quoqꝫ gnam clemen
ſimiliter flente ſuper collum eius. Oſculatuſqꝫ eſt Joſeph tiam ioſeph.
omnes fratres ſuos: et plorauit ſuper ſingulos. Poſt que E
auſi ſunt loqui ad eum. Auditumqꝫ eſt et celebri ſermone
vulgatum in aula regis. venerūt fratres Joſeph. Et gaui-
ſus eſt Pharao: atqꝫ omnis familia eius. Dixitqꝫ ad Jo-
ſeph vt imperaret fratribus ſuis dicens. Onerantes iumē
ta: ite in terram chanaan et tollite inde patrem veſtrum et
cognationeꝫ et venite ad me: ⁊ ego dabo vobis omnia bo-
na egypti: vt comedatis medullam terre. Precipe etiam vt
tollant plauſtra de terra egypti: ad ſubuectionem paruulo F
rum ſuorum ac coniugum. Et dicito. Tollite patrem veſtrū
et properate quā totius venientes: nec dimittatis quicquā
de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Egypti veſtre erūt
Feceruntqꝫ filij Iſrael vt eis mandatum fuerat. Quibus
dedit Joſeph plauſtra: ſecundum Pharaonis imperium:
⁊ cibaria in itinere. Singulis quoqꝫ proferri iuſſit binas ſto
las: Beniamin vero dedit trecentos argenteos cuꝫ quinqꝫ
ſtolis optimis: tantumdem pecunie ⁊ veſtium mittens pa-
tri ſuo: addens ei aſinos decem: qui ſubueherent ex omni-
bus diuitijs Egypti: ⁊ totidem aſinas triticum in itinere: G
paneſqꝫ portantes. Dimiſit ergo fratres ſuos: ⁊ proficiſcē- 22.q.1.c.mo-
tibus ait. Ne iraſcamini in via. Qui aſcendentes ex egypto net.§.ſicut ex.
venerunt in terrā chanaan ad patrem ſuum Jacob: et nun- h. poſitꝰ erat
ciauerūt ei dicentes. Joſeph filius tuus viuit ⁊ ipſe domi- in infimis.
natur in omni terra egypti. Quo audito Jacob: quaſi de De tude.c.pe.
graui ſomno euigilans: tamen non credebat eis. Illi † ecō in glo.
tra referebant omnem ordinem rei. Cumqꝫ vidiſſet plauſtra als+contra.
et vniuerſa que miſerat: reuixit ſpiritus eius: et ait. Suffi-
cit mihi ſi adhuc Joſeph filius meus viuit: vadam et vide-
bo illum anteqꝫ moriar.

¶ Capituli Summarium. Jacob cum filijs ⁊ nepotibus
in egyptum deſcendit: eorum qui cum Jacob deſcenderunt
nomina: Joſeph patri occurrit.

Capitulum.XLVI.

PRofectuſqꝫ Iſrael cum omnibus que ha- A
bebat venit ad puteum iuramenti. Et ma-
ctatis ibi victimis deo patris ſui iſaac: au-
diuit eum per viſionem nocte vocantem
ſe: et dicentem ſibi. Jacob Jacob. Cui re-
ſpondit. Ecce adſum. Ait illi deus. Ego ſuꝫ
fortiſſimus deus patris tui. Noli timere: ſed deſcende in
Egyptum: quia in gentem magnam faciam te ſibi. Ego de-
ſcendam tecum illuc. et ego inde adducam te reuertentem.
Joſephꝰ quoqꝫ ponet manus ſuas ſuper oculos tuos. Sur
rexit Jacob mane a puteo iuramenti: tuleruntqꝫ eum filij
cum paruulis et vxoribus ſuis in plauſtris que miſerat pha
rao ad portandum ſenem: et omnia que poſſederat in terra
chanaan. Ueniqꝫ in Egyptum cum omni ſemine ſuo: filij
eius et nepotes: filie ⁊ cuncta ſimul progenies. Hec ſunt au B
tem nomina filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt in Egyptum Exo.1.a.6.b.
ipſe cum liberis ſuis. Primogenitus ruben. Filij Ruben Numeri.26.a.
enoch ⁊ phalu ⁊ eſron ⁊ charmi. Filij ſymeon iemuhel et † 1.paral.5.a.
iamin ⁊ abod ⁊ iachin ⁊ ſaber ⁊ ſaul filius chananitidis. Fi- als+iam.
lij leui gerſon et caath et merari. Filij iuda her et onan ⁊ ſe
la et Phares et zara. Mortui ſunt autem her et Onan in
terra Chanaan. Natiqꝫ ſunt filij Phares et Eſron et
Amul. Filij iſachar thola: et phua et † Jobab ⁊ Semron: Als+iob.
Filij zabulon Sareth et † ehelon et † iahelel. Hi filij lye Als+helon.
quos genuit in Meſopotamia ſyrie cum Dyna filia ſua. Als+iahel.
Omnes

Omnes anime filiorum eius et filiarum triginta tres. Filij
alſ + ſephiō. gad † ꝛ ſephō ꝛ † aggi ꝛ eſebon ꝛ ſuni ꝛ heri ꝛ arodi ꝛ are-
Alſ + taggi. li. Filij aſer † iemna ꝛ ieſua ꝛ ieſui ꝛ beria ſara quoqꝫ ſoror
Alſ + iamne. eorum. Filij beria heber ꝛ ꝛ melchiel. Hi filij zelphe quam
dedit laban lye filie ſue ꝛ hos genuit iacob ſexdeci animas.
C Filij rachel vxoris Jacob ioſeph et beniamin. Natiqꝫ ſunt
al + aſſenech ioſeph filij in terra egypti quos genuit ei † aſſenez filia pu-
tipharis ſacerdotis helyopoleos manaſſes ꝛ effraim. Filij
alſ + bochor. beniamin bela et † bechor ꝛ aſbel ꝛ gera ꝛ naamā ꝛ † iechri
alſ + echi. et ietros ꝛ reſemophi et ophin: ꝛ ared. Hi filij rachel quos
genuit Jacob. Omnes anime quatuordecim. Filij dan †
alſ + vſim. vſan. Filij neptalim iaſiel et guni et ieſer et † ſalem. Hi filij
alſ + ſillem. bale: quam dedit laban rachel filie ſue: et hos genuit iacob
omnes anime ſeptem. Cunctequꝫ anime que ingreſſe ſunt cū
iacob in egyptum: ꝛ egreſſe ſunt de femore illius abſqꝫ vxo
ribus filiorum eius ſexaginta ſex. Filij autem Joſeph qui
Deuter. 10. d. nati ſunt ei in terra Egypti anime due. Omnes anime do-
mus iacob que ingreſſe ſunt Egyptum fuere ſeptuaginta.
Miſit autem iacob iudam ante ſe ad Joſeph in egyptum
vt nunciaret ei: et ille occurreret in geſſen. Quo cum perue
niſſet iuncto Joſeph curru ſuo aſcendit obuiaꝫ patri ad eū-
dem locum. Videnſqꝫ eum irruit ſuper collum eius ꝛ inter
D amplexus fleuit. Dixitqꝫ pater ad Joſeph. Jam letus mo-
riar quia vidi faciem tuam et ſuperſtitem te relinquo. At il-
le locutus eſt ad fratres ſuos: et ad omnem domum patris
ſui. Aſcendam ꝛ nunciabo Pharaoni: dicamqꝫ ei. Fratres
mei et domus patris mei qui erant in terra chanaan vene
runt ad me: et ſunt viri paſtores ouium curamqꝫ habent
alendorum gregum. Pecora ſua ꝛ armēta ꝛ omnia que ha
bere potuerunt adduxerunt ſecum. Cumqꝫ vocauerit vos ꝛ
dixerit: quod eſt opus veſtrum? Reſpōdebitis. Viri paſto
res ſumus ſerui tui ab infantia noſtra vſqꝫ in preſens: et
nos et patres noſtri. Hec autem dicetis vt habitare poſſi-
tis in terra geſſen: quia deteſtātur Egyptij omnes paſto-
res ouium.

¶ Cap. Summa. Joſeph patrem et fratres ad pharao-
nem introducit: dat eis terram geſſen: egyptij cibos petūt
ꝛ pecora ꝛ terrā vendūt. quinta pars fructuuꝫ fit regis: iſrl'
adiurat ioſeph de ſua ſepultura. Cap. XLVII.

A Ingreſſus ergo ioſeph nunciauit pharao-
ni dicēs. Pater meus et fratres oues eorū
et armenta et cuncta que poſſident vene-
runt de terra chanaan: ꝛ ecce conſiſtunt in
terra geſſen. Extremos quoqꝫ fratruꝫ ſuo
rum quinqꝫ viros ſtatuit corā rege. Quos
ille interrogauit. Quid habetis operis? Reſponderunt.
Paſtores ouium ſumus ſerui tui: et nos et patres noſtri.
Ad peregrinandum in terram tuam venimus quoniam nō
eſt herba gregibus ſeruorum tuorum ingraueſcente fame
alſ + regione † in terra chanaan. Petimuſqꝫ vt eſſe nos iubeas ſeruos
B tuos in terra geſſen. Dixit itaqꝫ rex ad Joſeph. Pater tuꝰ
et fratres tui venerunt ad te. Terra egypti in cōſpectu tuo
eſt: in optimo loco fac eos habitare et trade eis terram geſ
ſen. Quod ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios cōſtitue illos
Geſſen eſt the- magiſtros pecorum meorum. Poſt hec introduxit ioſeph
baida. patrem ſuum ad regem et ſtatuit eum coram eo. Qui bene-
dicens illi et interrogatus ab eo quot ſunt dies annorum
vite tue? Reſpondit: dies peregrinationis vite mee centuꝫ
triginta annorum ſunt parui ꝛ mali: ꝛ non peruenerunt vſqꝫ
C ad dies patrum meorum quibus peregrinati ſunt. Et be-
nedicto rege egreſſus eſt foras. Joſeph vero patri ꝛ fratribꝰ
ſuis dedit poſſeſſionem in Egypto in optimo terre loco ra-
maſſes vt preceperat Pharao ꝛ alebat eos omnemqꝫ do-
Ro. maximā mum patris ſui: prebens cibaria ſingulis. In toto enim or-
famem. be panis deerat: et oppreſſerat fames terraꝫ: maxime Egy-
pti ꝛ chanaan. E quibus omnem pecuniaꝫ congregauit ꝑ
venditione frumenti: ꝛ intulit eaꝫ in erarium regis. Cumqꝫ
defeciſſet † emptoribus preciū venit cuncta egyptus ad io alſ + ēptoris
ſeph dicens. Da nobis panes. Quare morimur coram te: D
deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit. Adducite peco-
ra veſtra: et dabo vobis ꝑ eis cibos: ſi preciuꝫ non habetis
Que cū adduxiſſent dedit eis alimenta ꝑ equis ꝛ ouibus ꝛ
bobus ꝛ aſinis ſuſtentauitqꝫ eos illo anno pro commuta-
tione pecorum. Venerunt quoqꝫ anno ſecundo: et dixerunt
ei. Non celamus † dño noſtro: ꝙ deficiente pecunia peco- Alſ + dñm noſtrum.
ra ſimul defecerunt: nec clā te eſt ꝙ abſqꝫ pecoribus ꝛ terra
nihil habeamꝰ. Cur ego morimur te vidēte? Et nos ꝛ terra
noſtra tui erimus. Eme nos in ſeruitutem regiam et prebe
ſemina: ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudineꝫ.
Emit igitur ioſeph omnem terrā egypti vēdentibus ſingu E
lis poſſeſſiōes ſuas pre magnitudine famis. Subiecitqꝫ eā 23. q. 8. c. tribu-
pharaoni: et cunctos populos eius a nouiſſimis terminis tum. §. cōuto.
egypti vſqꝫ ad extremos fines eius preter terram ſacerdo- De imunita. c. nō minus ꝑ
tum que a rege tradita fuerat eis. Quibus ꝛ ſtatuta ciba- archidiaco.
ria ex horreis publicis prebebantur: ꝛ idcirco nō ſunt com De ceſi. c. ꝗꝗ lib. vi.
pulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo Joſeph ad po- 2. Eſdre. 6.
pulos. En vt cernitis ꝛ vos ꝛ terram veſtraꝫ pharao poſſi- F
det: accipite ſemina ꝛ ſerite agros vt fruges habere poſſi-
tis. Quintā partē regi dabitis: quatuor reliquas permitto
vobis in ſementem: ꝛ in cibū familijs ꝛ liberis veſtris. Qui
reſponderunt. Salꝰ noſtra in manu tua eſt. Reſpiciat nos
tantum dominus noſter: ꝛ leti ſeruiemus regi. Ex eo tēpo-
re vſqꝫ in preſentem diem in vniuerſa terra egypti regibus
quinta pars ſoluitur. Et factuꝫ eſt quaſi in legem abſqꝫ ter
ra ſacerdotali: que libera ab hac conditione fuit. Habitauit
ergo iſrael in egypto. id eſt in terra geſſen: ꝛ poſſedit eā au-
cluſqꝫ eſt ꝛ multiplicatus nimis. ꝛ vixit in ea decem ꝛ ſeptē
annis. Factiqꝫ ſunt omnes dies vite illius centum quadra
ginta ſeptem annorum. Cumqꝫ appropinquare cerneret diē
mortis eius: vocauit filium ſuum Joſeph et dixit ad eum.
Si inueni gratiam in conſpectu tuo: pone manum tuā ſub Supra. 24. a.
femore meo: ꝛ facies mihi miſericordiam ꝛ veritatem: vt nō
ſepelias me in egypto: ſed dormiā cuꝫ patribꝰ meis: ꝛ aufe-
ras me de terra hac: condaſqꝫ in ſepulchro maiorum † meo Alſ + ſuperſ meorum.
rum. Cui reſpondit ioſeph. Ego faciam quod iuſſiſti. Et il-
le. Jura ergo (inquit) mihi. Quo iurāte adorauit iſrael do Supra. 25. d.
minum conuerſus ad lectuli caput.

¶ Capi. Summarium. Jacob egrotat: filijs ioſeph bene
dicit: ephraim manaſſe preponit: vrbem ſichem ioſeph filio
ſpecialiter donat. Cap. XLVIII



A His itaqꝫ tranſactis nūciatum eſt ioſeph ꝙ egro
taret pater ſuus. Qui aſſumptis duobus filijs
manaſſe et ephraim ire perrexit. Dictumqꝫ eſt
ſeni. Ecce filius tuus Joſeph venit ad te. Qui

confortatus ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe Joſeph: ait.
Deus omnipotens apparuit mihi in luza q̄ eſt in terra cha-
naan: benedixitq; mihi ⁊ ait: ego te augebo ⁊ multiplicabo
⁊ faciam te in turbas populorum. Daboq; tibi terrā hanc:
⁊ ſemini tuo poſt te in poſſeſſionē ſempiternam. Duo ergo
filij tui qui nati ſunt tibi in terra egypti anteq̄ huc venirem
ad te mei erunt ephraim ⁊ manaſſes: ſicut rubē ⁊ ſymeon re
putabuntur mihi. Reliquos autē quos genueris poſt eos
B tui erunt ⁊ nomine fratrum ſuorum vocabūtur in poſſeſſio
nibus ſuis. Mihi enim quando veniebaꝫ de meſopotamia
mortua eſt rachel in terraꝫ chanaan in ipſo itinere. Eratq;
vernum tempus. Et ingrediebar effratam: et ſepeliui eam
iuxta viam effrate: que alio nomine appellatur bethleem.
Uidens autem filios eius. Dixit ad eum. Qui ſunt iſti? Re
ſpondit. Filij mei ſunt quos donauit mihi dominus in hoc
loco. Adduc (inquit) eos ad me: vt benedicam illis. Oculi
enim iſrael caligauerant pre nimia ſenectute: ⁊ clare videre
non poterat. Applicitoſq; ad ſe deoſculatus ⁊ circumplex⁹
eos dixit ad filium ſuum. Non ſum fraudatus aſpectu tuo:
inſuper oſtendit mihi deus ſemen tuum. Cumq; tuliſſet eos
Joſeph de gremio patris: adorauit pronus in terram: ⁊ po
C ſuit effraim ad dexteram ſuam: id eſt ad ſiniſtram iſrael: ma-
23.diſt.c. eccleſiaſticarū. in ver. ſcriptura in glo. naſſen vero in ſiniſtra ſua ad dexteram ſcilicet patris: ap-
plicuitq; ambos ad eum. Qui extendens manum dextram
poſuit ſuper caput effraim iunioris fratris: ſiniſtram autē
ſuper caput Manaſſe qui maior natu erat commutans ma
nus. Benedixitq; iacob filijs Joſeph ⁊ ait. Deus in cuius
conſpectu ambulauerunt patres mei abraā: ⁊ iſaac: deus q̄
paſcit me ab adoleſcentia mea vſq; in preſentem diē. Ange-
lus qui eruit me de cunctis malis: benedicat pueris iſtis: ⁊
inuocetur ſuper eos nomen meum: nomina quoq; patrum
meorum abraam et iſaac: et creſcant in multitudinem ſuper
D terram. Uidens autem Joſeph ꝙ poſuiſſet pater ſuus de-
xteram manum ſuper caput effraim grauiter accepit. Et ap
prehenſam manum patris leuare conatus eſt de capite ef-
fraim: et transferre ſuper caput Manaſſe. Dixitq; ad patrē
Non ita conuenit pater: quia hic eſt primogenitus. Pone
dexteram tuam ſuper caput eius. Qui renuens ait. Scio fi
li mi ſcio: et iſte quippe erit in populos ⁊ multiplicabitur.
Sed frater eius iunior maior erit illo: et ſemē illius creſcet
in gentes. Benedixitq; eis in tempore illo dicens. In te be
nedicet iſrael atq; dicetur. Faciat tibi deus ſicut effraim ⁊
ſicut Manaſſe. Conſtituitq; effraim ante manaſſen. Et ait
ad Joſeph filium ſuuꝫ. En ego morior: ⁊ erit deus vobiſcū
reducetq; vos ad terram patrum veſtrorum. Do tibi partē
vnam extra fratres tuos quam tuli de manu amorrei in gla
dio et arcu meo.

Capituli Summarium. Iſrael filios benedixit de ſepul
tura mandat: ⁊ moritur. Cap. XLIX.

A Vocauit autem iacob filios ſuos et ait eis.
Congregamini vt annunciem que ventu-
ra ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Con-
gregamini et audite filij Jacob: audite iſ-
rael patrem veſtrum. Ruben primogeni-
tus meus. Tu fortitudo mea ⁊ principium
24.q.3.capi.ſi igitur. doloris mei. Prior in donis: maior in imperio. Effuſus es
ſicut aqua. Non creſcas quia aſcendiſti cubile patris tui: ⁊
maculaſti ſtratum eius. Symeon et leui et fratres vaſa ini-
quitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima
mea: et in cetu illorum nō ſit gloria mea. Quia in furore ſuo
occiderunt virum et in voluntate ſua ſuffoderunt murum.
Maledictus furor eorum: quia pertinax: et indignatio eo-
rum: quia dura. Diuidam eos in Jacob: et diſperdam eos
B in iſrael. Juda te laudabūt fratres tui. Manus tue in cer-
uicibus inimicorum tuorum adorabūt te filij patris tui. Ca
tulus leonis iuda. Ad predam fili mi aſcendiſti: requieſcēs
accubuiſti vt leo ⁊ quaſi leena. Quis ſuſcitabit eum? Non
auferetur ſceptrum de iuda: ⁊ dux de † femore eius: donec Alſ. + femoribus.
veniat qui mittendus eſt: ⁊ ipſe erit expectatio gentiū. Li-
gans ad vineam pullum ſuum: ⁊ ad vitem o fili mi: aſinā ſuā
Lauabit in vino ſtolaꝫ ſuam: et in ſanguine vue palliuꝫ ſuū.
Pulchriores ſunt oculi eius vino: ⁊ dentes eius lacte can-
didiores: zabulon in littore maris habitabit ⁊ in ſtatiōe na
uium pertingens vſq; ad ſydonem. Iſachar aſinus fortis
accubans inter terminos. Uidit requiē ꝙ eſſet bona: et ter-
ram ꝙ optima: ⁊ ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum
factuſq; eſt tributis ſeruiens. Dan iudicabit populū ſuum
ſicut ⁊ alia tribus in iſrael. Fiat dan coluber in via: et cera- C
ſtes in ſemita mordens vngulas equi: vt cadat aſcenſor ei⁹
retro. Salutare tuū expectabo domine. Gad accinctus pre
liabitur ante eum: ⁊ ipſe accingetur retrorſuꝫ. Aſer pinguis
panis eius: ⁊ prebebit delicias regibus. Neptalim ſeruus
emiſſus et dans eloquia pulchritudinis. Filius accreſcens
Joſeph filius accreſcens ⁊ decorus aſpectu. Filie diſcurre
runt ſuper murum: ſed exaſperauerunt eum ⁊ iurgati ſunt:
inuideruntq; illi habentes iacula. Sedit in forti arcus ei⁹:
⁊ diſſoluta ſunt vincula brachiorum ⁊ manuum illius ꝑ ma
nus potentis iacob. Inde paſtor egreſſus eſt: lapis iſrael.
Deus patris tui erit adiutor tuus ⁊ omnipotēs benedicet
tibi benedictionibus celi deſuper: benedictionibus abyſſi
iacentis deorſum: benedictionibus vberum ⁊ vulue. Bene
dictiones patris tui confortate ſunt benedictiōibus patrū
eius: donec veniret deſyderium collium eternorum. Fiāt in D
capite ioſeph: ⁊ in † vertice nazarei inter fratres ſuos. Bē- Alſ. + ceruice
iamin lupus rapax: mane comedet predam: ⁊ veſpere diui-
det ſpolia. Omnes hi in tribubus iſrael duodecim. Hec lo-
cutus eſt eis pater ſuus: benedixitq; ſingulis benedictio- 13.q.2.c.hebrō
nibus proprijs ⁊ precepit eis dicens. Ego cōgregor ad po- De ſepul.c.1.
pulum meum. Sepelite meeuꝫ patribus meis in ſpeluca du Supra.25.c.
plici que eſt in agro ephron ethei contra mambre in terra
chanaan: quā emit abraam cum agro ab ephrō etheo in poſ
ſeſſionem ſepulchri. Ibi ſepelierunt eum: ⁊ ſaram vxorē ei⁹.
Ibi ſepultus eſt iſaac cuꝫ rebecca coniuge † ſua. Ibi ⁊ lya Alſ + ſuper ſua.
condita iacet. Finitiſq; mandatis quibus filios inſtruebat
collegit pedes ſuos ſuper lectulum ⁊ obijt: appoſituſq; eſt
ad populum ſuum.

Capituli Summarium. Joſeph patreꝫ ſepelit in ebron
Joſeph moritur in egypto: adiurat fratres de oſſib⁹ aſpor-
tandis.
Cap. L.

Quod cernens ioſeph ruit ſuper faciem pa A
tris flens et deoſculans eum. Precepitq; 13.q.2.c.qz alij
ſeruis ſuis medicis vt aromatibus condi-
rent patreꝫ. Quibus iuſſa explentib⁹: trā-
ſierunt quadraginta dies. Iſte q̄ppe mos
erat cadauerum conditorum. Fleuitq; eū
Egyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto planctus tempo Supra.47.g
re. Locutus eſt ioſeph ad familiam Pharaonis. Si inue-
ni gratiam in conſpectu veſtro: loquimini in auribus Pha
raonis: eo ꝙ pater meus adiurauerit me dicēs. En morior
in ſepulchro meo quod fodi mihi in terram chanaan ſepe-
lies me. Aſcendam igitur et ſepeliam patreꝫ meum ac reuer B
tar. Dixitq; ei Pharao. Aſcende et ſepeli patrem tuum: ſi-
cut adiuratus eſt. Quo aſcendente ierunt cum eo omnes ſe
nes domus pharaonis: cunctiq; maiores natu terre Egy-
pti: domus Joſeph cuꝫ fratribus ſuis abſq; paruulis ⁊ gre
gibus abſq; armentis: que dereliquerunt in terra geſſen.
Habuit quoq; in comitatu currus ⁊ equites ⁊ facta eſt tur
ba non modica. Ueneruntq; ad aream † achad: que ſita eſt Alſ.+ azad.
trans iordaneꝫ. Ubi celebrantes exequias planctu magno Alſ.+ aphad
atq; vehementi impleuerunt ſeptem dies. Quod cum vi- Alſ + adad. 13.q.2.c.qz alij
diſſent

diſſent habitatores terre chanaan:dixerunt. Planct⁹ ma‑
gnus eſt iſte egyptijs. Et idcirco vocatum eſt nomen loci il
lius planctus egypti. Fecerunt ergo filij iacob ſicut prece‑
perat eis:⁊ portantes eum in terram chanaan ſepelierūt eū
in ſpelunca duplici quam emerat Abraam in agro cum poſ‑
ſeſſionem ſepulchri ab ephron ⁊ etheo contra faciē mābre.
C Reuerſuſqꝫ eſt ioſeph in egyptum cum fratribus ſuis ⁊ om
ni comitatu ſepulto patre. Quo mortuo timentes fratres
eius ⁊ mutuo colloquentes ne forte memor ſit iniurie quaꝫ
paſſus eſt:et reddat nobis omne malum quod fecimus mā
dauerunt ei:dicentes. Pater tuus precepit nobis anteq̄
moreretur:vt hec tibi verbis illius diceremus. Obſecro vt
obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum:⁊ peccati atqꝫ malicie
quam exercuerunt in te. Nos quoqꝫ oram⁹ vt ſeruo dei pa‑
tri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit
ioſeph. Veneruntqꝫ ad eum fratres ſui:⁊ proni adorantes
D in terram:dixerunt. Serui tui ſumus. Quibus ille reſpon
als + renuere. dit. Nolite timere. Num dei poſſumus † reſiſtere volunta‑
Sapia. 45.b. ti? Vos cogitaſtis de me malum:ſed deus vertit illud in bo
num vt exaltaret me ſicut in preſentiarum cernitis ⁊ ſaluos
faceret multos populos. Nolite timere. Ego paſcam vos:
⁊ paruulos veſtros. Conſolatuſqꝫ eſt eos:⁊ blande ac leni‑
ter eſt locutus:⁊ habitauit in egypto cum omni domo pa‑
tris ſui. Vixitqꝫ centumdecem annis:⁊ vidit effraim filios
vſqꝫ ad tertiam generationem. Filij quoqꝫ machir filij ma‑
naſſe nati ſunt in genibus ioſeph. Quibus tranſactis locu‑
tus eſt fratribus ſuis. Poſt mortem meam deus viſitabit
vos:⁊ aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quā iura
11.q.2.ſoror. uit abraam iſaac ⁊ iacob. Cūqꝫ adiuraſſet eos atqꝫ dixiſſet
poſt.c. hebron deus viſitabit vos aſportate oſſa mea vobiſcū de loco iſto.
Exo.13.d. Mortuus eſt expletis centumdecem vite ſue annis. Et cō
12.q.2.cap.he‑ ditus aromatibus repoſitus eſt in loculo in egypto.
bron.

C Explicit liber Geneſis.

C De decem plagis egypti Verſus.

Sanguis:rana:culex:muſce:pecus:vlcera:grando:
Brucus:caligo:mors pignora prima necando.
Prima rubens vnda:ranarum plaga ſecunda.
Inde culex triſtis:poſt muſca nocentior iſtis.
Quinta pecus ſtrauit:veſicas ſexta creauit.
Inde ſubdit grando:poſt brucus dente nephando.
Nona tegit ſolem:primam necat vltima prolem.

C Incipit liber Vellesmoth:quem
nos Exodum dicimus.



C Capituli Summarium. Nomina filiorūꝫ iſrael q̄ egreſ‑
ſi ſunt egyptum et eorum multiplicatio. Quanto oppreſſi
ſunt ab egyptijs:tanto magis multiplicabantur. Obſtetri
cum clementia.

Capitulum.I.

A Ec ſunt noīa filio‑ A Gen.46.b.
rum iſrael qui ingreſſi ſunt Egyptum
cum iacob. Singuli cum domib⁹ ſuis
introierunt: Ruben: Simeon Leui:
Iudas: Iſachar: zabulon:et Benia‑
min: Dan:et Neptalim: Gad et Aſer
Erant igitur omnes anime eorūꝫ qui
egreſſi ſunt de femore iacob ſeptuaginta. Ioſeph autem in B
egypto erat. Quo mortuo ⁊ vniuerſis fratribus eius: oīqꝫ Actuum.7.c.
cognatione ſua filij iſrael creuerunt: et quaſi germinantes
multiplicati ſunt ac roborati nimis impleuerunt terram.
Surrexit interea rex nouus ſuper egyptum:qui ignorabat
ioſeph. Et ait ad populum ſuum Ecce populus filiorum iſ‑
rael multus ⁊ fortior nobis eſt. Venite ſapienter:opprima‑
mus eum ne forte multiplicetur: et ſi ingruerit contra nos
bellum addatur inimicis noſtris:expugnatiſqꝫ nobis egre
diatur de terra. Prepoſuit itaqꝫ eis magiſtros operūꝫ: vt
affligerent eos oneribus. Edificaueruntqꝫ vrbes taberna‑
culorū Pharaoni phiton:⁊ † rameſſes. Quanto oppreme‑ Als + rame‑
bant eos tantomagis multiplicabantur ⁊ creſcebāt. Ode‑ ſes.
rantqꝫ filios iſrael egyptij ⁊ affligebāt illudētes ⁊ inuiden‑ C
tes eis: atqꝫ ad amaritudinem perducebant vitam eorum
operibus duris luti et lateris:omniqꝫ famulatu quo in ter‑
re operibus premebantur. Dixit autēꝫ rex egypti obſtetri
cibus hebreorum quarum vna vocabatur ſephora: altera
phua precipiens eis. Quando obſtetricabitis hebreas ⁊ tē
pus partus aduenerit:ſi maſculus fuerit interficite illum:ſi
femina reſeruate. Timuerunt aūt obſtetrices deū ⁊ nō fece
runt iuxta preceptum regis egypti:ſed conſeruabāt mares
Quibus accerſitis ad ſe rex:ait. Quidnā eſt hoc quod fa‑
re voluiſtis:vt pueros ſeruaretis? Que reſponderunt. Nō
ſunt hebree ſicut egyptie mulieres. Ipſe enim obſtetricādi
habent ſcientiā:⁊ priuſq̄ veniamus ad eas pariunt. Bene
ergo fecit deus obſtetricibus ⁊ creuit populus cōfortatuſ‑
qꝫ eſt nimis. Et quia timuerunt obſtetrices deum: edifica‑
uit eis domos. Precepit ergo pharao omni populo ſuo di
cens. Quicquid maſculini ſexus natum fuerit in flumen p‑
ijcite:quicquid feminini reſeruate.

Maia athlā‑
tis filia q̄ ma‑
ionenſi nome‑
dedit florēt.
Mercuri⁹ p‑
mus vir doct‑
ſimuſqꝫ claret.
Mercuri⁹ tri‑
megiſtus.
Egyptius v‑
maxim⁹ ⁊ pot‑
tiſſim⁹ claret
Mercuri⁹ h‑
mes ital⁹ m‑
dulātie inue‑
tor.
22.q.2.ca.ſi
qualibet.

C Capituli Summarium. Moyſes naſcitur: occultatur:
in aquam proijcitur:a filia pharaonis adoptatur: percuſſo
egyptio fugit ad terram madian:vbi ſephoram ietro filiam
vxorem duxit:mortuo egypti rege filij iſrael ad dominū cla‑
mant. Capi.II.

A
E Greſſus eſt poſt hec vir de domo leui:⁊ ac De natiuit‑
cepit vxorem ſtirpis ſue. Que concepit et te moyſi vid‑
peperit filium. Et videns eum elegantem ſephū li.2.an‑
abſcondit tribus menſibus. Cumqꝫ iam ce c.6. quali ſe‑
lare non poſſet:ſumpſit fiſcellam ſcirpeam ba quidā e‑
⁊ liniuit eam bitumine ac pice:poſuitqꝫ in pri⁹ p̄dicere‑
tus infantulum ⁊ expoſuit eum in carecto ripe fluminis ſtā natiuitatem
te procul ſorore eius:⁊ conſyderante euentum rei. Ecce au moyſi alia p‑
tem deſcendebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine: ⁊ chre ſcribit
puelle eius gradiebantur per crepidinem aluei. Que cum ſephus in.d.
vidiſſet fiſcellam in papirione miſit vnam e filiabus ſuis: et que diligēt‑
allatam aperiens cernenſqꝫ in ea paruulum vagientem:mi‑ perſcrutate.
ſerta eius ait. De infantibus hebreorum eſt hic. Cui † ſo‑ alia nymph‑
ror pueri. Vis (inquit) vt vadā ⁊ vocem tibi mulierem he‑ aſie miſoꝫ i‑
bream:que nutrire poſſit infantulum? Reſpondit. Vade. perat ⁊ non
Perrexit puella ⁊ vocauit matrē ſuā. Ad quam locuta filia dedit.
pharaonis. Accipe (ait) puerū iſtū ⁊ nutri mihi:ego dabo + Que ſm
tibi mercedem tuā. Suſcepit mulier ⁊ nutriuit puerū adul ſephū voca‑
tūqꝫ tradidit filie pharaōis:quē illa adop[illegible]uit i locū filijvo tur maria.
B
De pe.diſ.2
vt cognoſce‑
§.apponitu‑
prīn.in glo.

22.q.3.c.nõ inferenda.
De pe.di.2.c. vt cognouerit §.itẽ ꝓponit.
32.q.5.+.ca. ni mirum.

cauitqꝫ nomen eius moyſes: dicens quia de aqua tuli eum: In diebus illis poſtꝙ creuerat moyſes: egreſſus eſt ad fratres ſuos: viditqꝫ afflictionem eorum ⁊ virũ egyptium percutientem quendam de hebreis fratribus ſuis. Cumqꝫ circunſpexiſſet huc atqꝫ illuc: ⁊ nullũ adeſſe vidiſſet percuſſum egyptiũ abſcondit ſabulo. Et egreſſus die altero conſpexit duos hebreos rixantes. Dixitqꝫ ei qui faciebat iniuriam.

De cõſe.diſ.1. cap.1.
Actuum.7.b.
C

Quare percutis proximum tuum? Qui reſpondit. Quis conſtituit te principem ⁊ iudicem ſuper nos? Num occidere me tu vis ſicut heri occidiſti egyptium? Timuit moyſes: ⁊ ait. Quomodo palam factum eſt verbum iſtud? Audiuitqꝫ Pharao ſermonem hunc ⁊ querebat occidere Moyſen

Quid moyſes geſſerit ꝓ rege egypti ante fugam. vide ioſephum li.2.anti.cap.7.

Qui fugiens de conſpectu eius moratus eſt in terra Madian: ⁊ ſedit iuxta puteum. Erant autem ſacerdoti madian ſeptem filie que venerant ad hauriendam aquam: ⁊ impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris ſui. Superuenere paſtores ⁊ eiecerunt eas. Surrexitqꝫ moyſes: et defenſis puellis adaquauit † oues earum. Que cum reuertiſſent ad ietro patrem ſuum dixit ad eas. Cur velocius veniſtis ſolito? Reſ̃derunt. Vir egyptiꝰ liberauit nos de manu paſtorum. Inſuper ⁊ hauſit aquam nobiſcum potumqꝫ dedit ouibus. At ille. vbi eſt iquit? Quare dimiſiſtis hominem. Vocate eum vt comedat panem. Iurauit ergo Moyſes qđ habitaret cum eo. Accepitqꝫ ſephoram filiam eiꝰ vxorem. Que peperit ei filium quẽ vocauit gerſan dicens. Aduena fui in terra aliena. Alterum vero peperit: quẽ vocauit eliezer dicẽs. Deus enĩ patris mei adiutor meus: ⁊ eripuit me de manu pharaonis. Poſt multum vero temporis mortuus eſt rex egypti. Et ingemiſcentes filij iſrael ꝓpter opera vociferati ſunt. Aſcenditqꝫ clamor eorum ad deũ ab operibus ⁊ audiuit gemitum eorum ac recordatus eſt federis qđ pepigerat cum abraam iſaac ⁊ iacob. Et reſpexit dominus filios iſrael ⁊ liberauit eos.

Als + greges
De pen.d.2.c. vt cognoueſt. § itẽ opponit in glo.

D

Infra.13.a.
apollo delphicꝰ phitonie inuentor claret.
Dyana virgo claret.
Eſculapiꝰ medicus claret.
Pluto ⁊ Neptunus vel reges clarent.

Capituli Sum. Dñs moyſi de rubo loquitur: ⁊ in egyptum mittit. Capitu.III.



A

MOyſes autem paſcebat oues Ietro ſoceri ſui ſacerdotis Madiam. Cumqꝫ minaſſet gregem ad interiora deſerti venit ad montem dei oreb. Apparuitqꝫ ei dñs in flãma ignis de medio rubi. ⁊ videbat ꝙ rubꝰ arderet ⁊ non cõbureretur. Dixit ergo moyſes. Vadam ⁊ videbo viſionem hanc magnam: quare nõ cõburatur rubus. Cernens autem dominus qđ pergeret ad videndum. Vocauit eum de medio rubi ⁊ ait. Moyſes moyſes. Qui reſpondit adſum. At ille. Ne appropies (inquit) huc. Solue calciamentum de pedibus tuis. Locus eniz in quo ſtas terra ſancta eſt. Et ait. Ego ſum deus patris tui: deus abraam: deus iſaac: ⁊ deus iacob. Abſcondit moyſes faciem ſuam. Non enim audebat aſpicere contra deuz. Cui ait dominus. Vidi afflictionem populi mei in egypto: ⁊ clamorem eius audiui propter duriciam eorũ qui preſunt operibus. Et ſciens dolorem eius deſcendi vt liberem eum de manibus egyptiorum ⁊ educam de terra illa in terraz bonam ⁊ ſpacioſam in terram que fluit lacte ⁊ melle ad loca cananei: ⁊ ethei: ⁊ amorrei: ⁊ pherezei: ⁊ Euei: ⁊ Iebuſei. Clamor ergo filioꝝ iſrael venit ad me: vidiqꝫ afflictionem eoruz qua ab egyptijs opprimuntur. Sed veni: mittam te ad pharaonem vt educas populũ meum filios iſrael de egypto. Dixitqꝫ moyſes ad deum. Quis ſum ego vt vadam ad pharaonem: et educã filios iſrael de egypto? Qui dixit ei. Ego ero tecum. Et hoc habebis ſignum quod miſerim te. Cum eduxeris populum meum de egypto immolabis deo ſuper montem iſtum. Ait moyſes ad deum. Ecce ego vadam ad filios iſrael ⁊ dicam eis. Deus patrum veſtrorum miſit me ad vos. Si dixerint mihi quod eſt nomen eiꝰ? quid dicam eis Dixit dominus ad moyſen. Ego ſum qui ſum. Ait: Sic dices filijs iſrael. Qui eſt miſit me ad vos. Dixitqꝫ iteruz deꝰ ad moyſen. Hec dices filijs iſrael. Dominus deus patrum veſtrorum: deus abraaz: ⁊ deus iſaac ⁊ deus iacob miſit me ad vos. Hoc nomen mihi eſt in eternum: ⁊ hoc memoriale meũ in generatione ⁊ generationem. Vade congrega ſeniores iſrael ⁊ dices ad eos. Dñs deus patrum veſtrorum apparuit mihi: deus abraam: deus iſaac: et deus iacob dicẽs. Viſitans viſitaui vos ⁊ vidi omnia que acciderunt vobis in egypto: et dixi vt educam vos de afflictione egypti: in terrã chananei: ⁊ ethei: et amorrei ⁊ phereſei: ⁊ euei: ⁊ iebuſei: ad terram fluentem lacte ⁊ melle: ⁊ audient vocem tuam. Ingredierisqꝫ tu ⁊ ſeniores iſrael ad regem egypti: ⁊ dices ad eum. Dñs deus hebreorum vocauit nos. Ibimus viã triuz dierum in ſolitudinez vt immolemus dño deo noſtro. Sed ego ſcio ꝙ non dimittet vos rex egypti vt eatis niſi per manum validam. Extendã enĩ manum meã et percutiam egyptum in cunctis mirabilibus meis que facturus ſum in medio eorum. Poſt hoc dimittet vos: daboqꝫ gratiam populo huic coram egyptijs. Et cum egrediemini nõ exibitis vacui ſed poſtulabit mulier a vicina ſua ⁊ ab hoſpita ſua vaſa argentea ⁊ aurea: ac veſtes ponetiſqꝫ eas ſuper filios ⁊ filias veſtras: ⁊ ſpoliabitis egyptum.

B
de pe.diſt.1.c. ſunt q̃.in.v.miniſterij.I glo.
Deute.24.a.
Ioſue.5.d.
De pe.di.1.ca. ſunt qui
32.q.4.c.recurrat.
B
1.q.1.ca. teneamus ibi in vnitate erat populus.

C
Athenieſiũ regni principibus. Dyrachiũ cõditur.
calcis euboee inſule ciuitas que nigropõs dicitur cõdit.

D

E

F
Infra.8.g.

G
ſ.11.a.⁊.ſ.12.e.
37.di.c.legimus.§.ſed ecõtra.14.q.5.ca. ſcriptũ.§.econtra. in exodo. itẽ.c.dixit dñs ꝺ diuortijs.c. gaudemus

Capituli Summariũ. Dat deus moyſi ſigna ⁊ de locutione aaron: ⁊ dimittit ietro moyſes vxorez aaron occurrit loquitur ad filios iſrael. Cap.IIII.

A

REſpondens moyſes ait. Non credent mihi: neqꝫ audient vocem meam: ſed dicent: nõ apparuit tibi dñs. Dixit ergo ad eum. † Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpondit. Virga. Dixitqꝫ dominus. Proijce † eam in terram. Proiecit ⁊ verſa eſt in colubrum: ita vt fugeret moyſes. Dixitqꝫ dominus. Extẽde manum tuam ⁊ apprehende caudam eius. Extendit et tenuit verſaqꝫ eſt in virgã: vt credant (inquit) ꝙ apparuerit tibi dñs deus patrum tuorũ deꝰ abraã: ⁊ deꝰ yſaac ⁊ deꝰ iacob. Dixitqꝫ † dominus rurſum. Mitte manum tuam in ſinum tuum. Quam cum miſiſſet in ſinum protulit leproſam: inſtar niuis. Retrahe (ait) manum tuam in ſinum tuũ. Retraxit ⁊ protulit iterum: ⁊ erat ſimilis carni relique. Si nõ crediderint (inquit) tibi: neqꝫ audierit ſermonẽ ſigni prioris: credent verbo ſigni ſequentis. Quod ſi nec duobꝰ quidem his ſignis crediderint neqꝫ audierint vocẽ tuaz: ſume aquam fluminis: ⁊ effunde eam ſuper aridam: ⁊ quicquid hauſeris de fluuio vertetur in ſanguinem. Ais moyſes. Obſecro dñe non ſum eloquens ab heri: ⁊ nudiuſtertius: ⁊ ex quo locutus es ad ſeruum tuum: impeditioris ⁊ tardioris lingue ſuz. Dixit dñs ad eum. Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus eſt mutum et ſurdum: videntem et cecum? Nonne ego? Perge igitur ⁊ ego ero in ore tuo: doceboqꝫ te qđ loquaris. At ille. Obſecro domine (inquit) mitte quẽ miſſurus

Als + hz deꝰ
Als + illam.
De her.c.cum ex iniuncto

B
als + ſupeſt qꝫ

hec tria ſigna ſcribit etiã Ioſephꝰ li.2.anti. c.9.⁊ ponit aliã pulchraz collocutionez dei cũ moyſe.
C

D miſſurus es. Iratus dominus in moyſen ait. Aaron frater tuus leuites ſcio ꝙ eloquens ſit. Ecce ipſe egredietur in occurſum tuum: videnſqꝫ te letabitur corde. Loquere ad eū ⁊ pone verba mea in ore eius: et ego ero in ore tuo ⁊ in ore illius: ⁊ oſtendā vobis quid agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te ad populum et erit os tuum: tu autem eris ei in his que ad deum pertinent. Virgam quoqꝫ hanc ſume in manu tua in qua facturus es ſigna. Abijt Moyſes ⁊ reuerſus eſt ad iethro ſocerum ſuum. Dixitqꝫ ei. Vadam: et reuertar ad
E fratres meos in egyptum: vt videam ſi adhuc viuant. Cui ait Jethro. Vade in pace. Dixit ergo dominus ad Moyſen in Madian: Vade et reuertere in egyptum. Mortui ſunt enim omnes qui querebant animam tuam. Tulit ergo moyſes vxorem ſuā: et filios ſuos † et impoſuit eos ſuper aſinū reuerſuſqꝫ eſt in egyptum portans virgam dei in manu ſua. Dixitqꝫ ei dominus reuertenti in egyptum. Vide vt omnia oſtenta que poſui in manu tua facias coram Pharaone.
F Ego indurabo cor eius ⁊ non dimittet populum. Diceſqꝫ ad eum. Hec dicit dominus. Filius meus primogenitus iſrael. Dixi tibi. Dimitte filiū meū vt ſeruiat mihi: ⁊ noluiſti dimittere eum. Ecce ego interficiam filiū tuum primogenitum. Cumqꝫ eſſet in itinere in diuerſorio occurrit ei dominus ⁊ volebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutiſſimam petram ⁊ circumcidit preputium filij ſui. Tetigitqꝫ pedes eius: ⁊ ait. Sponſus ſanguinū tu mihi es. Et dimiſit eum
G poſtquam dixerat: ſponſus ſanguinum tu mihi es ob circūciſionem. Dixitqꝫ dominus ad aaron. Vade in occurſum moyſi in deſertum. Qui perrexit obuiam ei in montem dei. Et oſculatus eſt eum. Narrauitqꝫ Moyſes Aaron omnia verba domini pro quibus miſerat eum et ſigna que mandauerat. Veneruntqꝫ ſimul ⁊ congregauerunt cūctos ſeniores filiorum iſrael. Locutuſqꝫ eſt aaron omnia verba que dixerat dñs ad Moyſen: et fecit ſigna coram populo: ⁊ credidit populus. Audieruntqꝫ ꝙ viſitaſſet dñs filios iſrael: ⁊ ꝙ reſpexiſſet afflictionem illorum ⁊ proni adorauerunt.

De pe. di. 2. c. vt cognoueſt. §. item opponitur.
§. q. 1. c. in ſcriptura.
Deuchaliō prometheī filius claret in theſſalia.
+ ſcꝫ. gerſan ⁊ elieſar.

Capituli Summarium. Moyſes ⁊ aarō intrāt ad pharaonē: pharao iratus ꝓhibet palcas dari populo: magis affliguntur: rogat Moyſes dominum pro populo Ca. V



A Poſt hec ingreſſi ſunt Moyſes et Aaron: ⁊ dixerunt Pharaoni. Hec dicit dominus deus Iſrael. Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto. At ille reſpondit. Quis eſt dominus vt audiam vocem eius ⁊ dimittā iſrael Neſcio dominum ⁊ iſrael non dimittam. Dixeruntqꝫ. Deus Hebreorum vocauit nos vt eamus viam trium dierū in ſolitudinem ⁊ ſacrificemus domino deo noſtro ne forte accidat nobis peſtis aut gladius. Ait ad eos rex egypti. Quare moyſes ⁊ Aaron ſollicitatis populum ab operibus ſuis? Ite ad onera veſtra. Dixitqꝫ pharao. Multus eſt populus terre. Videtis ꝙ turba ſuccreuerit quanto magis ſi dederitis eis requiem ab operibus? Precepit ergo in die illo prefectis operum ⁊ exactoribus populi dicens. Nequaquam
B vltra dabitis palcas populo ad conficiendos lateres ſicut prius: ſed ipſi vadant ⁊ colligant ſtipulas ⁊ menſuras laterum quam prius faciebant imponetis ſuper eos nec minuetis quicꝗ. Vacant enim ⁊ idcirco vociferātur dicentes. Eamus ⁊ ſacrificemus deo noſtro. Opprimantur operibus: ⁊ expleant ea vt non acquieſcant verbis mendacibus. Igitur egreſſi prefecti operū ⁊ exactores ad populū dixerūt. Sic dicit pharao. Non do vobis palcas. Ite ⁊ colligite ſi-
C cubi inuenire poteritis nec minuetur quicquam de opere. Diſperſuſqꝫ eſt populus per omnem terram egypti ad colligendas palcas. Prefecti quoqꝫ operum inſtabant dicētes. Complete opus veſtrum quotidie vt prius facere ſolebatis quando dabantur vobis palee. Flagellatiqꝫ ſunt qui preerant operibus filiorum iſrael ab exactoribus Pharaonis dicentibus. Quare non impleſtis menſuram laterum ſicut prius: nec heri: nec hodie? Veneruntqꝫ prepoſiti filiorū iſrael ⁊ vociferati ſunt ad pharaonē dicentes. Cur ita agis contra ſeruos tuos? Palee non dantur nobis: et lateres ſi-
D militer imperantur. En famuli tui flagellis cedimur ⁊ iniuſte agitur contra populum tuum. Qui ait. Vacatis ocio: et idcirco dicitis. Eamus ⁊ ſacrificemus domino. Ite ergo ⁊ operamini. Palee non dabuntur vobis et reddetis cōſuetum numerum laterum. Videbantqꝫ ſe prepoſiti filiorum iſrael in malum eo ꝙ diceretur eis: non minuetur quicquā operis de lateribus per ſingulos dies. Occurreruntqꝫ moyſi et aaron qui ſtabant ex aduerſo egredientes a pharaone ⁊ dixerunt ad eos. Videat dominus ⁊ iudicet quoniam fetere feciſtis odorem noſtrum coram pharaone ⁊ ſeruis eius: ⁊ prebuiſtis ei gladium vt occideret nos. Reuerſuſqꝫ eſt moyſes ad dominum ⁊ ait. Domine cur affligiſti populum † iſtū Quare miſiſti me? Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonem vt loquerer ex nomine tuo afflixiſti populum tuū: ⁊ non liberaſti eos.

Infra eodem
Supra eodem
Helles deuca- lionis fil' v- iſignus clare-
alias + tuum

Capituli Summariū. Dñs mādat ꝙ eruet eos de manu egyptiorum: populus iſrael non audit. Narrant generationes ruben: Simeon ⁊ leui vſqꝫ ad moyſen ⁊ aaron quorum pater ⁊ mater nominantur. Cap. VI.

A Dixit dominus ad moyſen. Nunc videbis que facturus ſum pharaoni. Per manum enim fortem dimittet eos ⁊ in manu robuſta eijciet illos de terra ſua. Locutuſqꝫ eſt dominus ad moyſen dicens. Ego dominus qui apparui Abraam: iſaac ⁊ iacob in deo omnipotente ⁊ nomen meū adonay non indicaui eis. Pepigiqꝫ fedus cum eis vt darem eis terram chanaan: terrā peregrinationis eorum in qua fuerunt aduene. Ego audiui gemitum filiorum Iſrael quo egyptij oppreſſerunt eos ⁊ recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filijs iſrael. Ego dominus qui educam vos de ergaſtulo egyptiorum ⁊ eruā de ſeruitute ac redimam in brachio excelſo ac iudicijs magnis ⁊
B aſſumā vos mihi in pplm ⁊ ero veſter deus. Et ſcietis quia ego ſum dominus deus veſter qui eduxerim vos de ergaſtulo egyptiorum ⁊ induxerim vos in terrā ſup quā leuaui manū meā vt darē eā abraā iſaac ⁊ iacob: daboqꝫ illā poſſidendā vobis ego dñs. Narrauit ergo moyſes oīa filijs iſrael. Qui non acquieuerunt ei propter anguſtiā ſpiritus ⁊ opus duriſſimum. Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen dicens. Ingredere ⁊ loquere ad pharaonem regē egypti vt dimittat filios iſrael de terra ſua. Reſpondit moyſes coram domino. Ecce filij iſrael non audiunt me ⁊ quomodo audiet Pharao: preſertim cū incircūciſus ſim labijs? Locutuſqꝫ eſt dominus ad moyſen ⁊ aarō: ⁊ dedit mandatum ad filios iſrl' ⁊ ad pharaonem regē egypti vt educerent filios iſrael de ter-

Phetō cu- tpe magnu- fuit incendiu- claret.
Corith' cōd- in achaia.
Job patiē- mus hoc tp- claret.
Jannes ⁊ m- bres phara- nis malefici- ri doctiſſimi clarent.

ra egypti. Iſti ſunt principes domorum per familias ſuas
Filij ruben primogeniti iſrael: enoch: ⁊ phallu: eſron: ⁊ car
Supra.1.a. mi. Hec cognationes ruben. Filij ſymeon: Iamuel ⁊ iamin:
Gen.46.a. ⁊ iami: ⁊ Abod: et iachin: ⁊ ſoher: et ſaul filius chananitidis
Numeri.25.a. Hec progenies ſymeon. Et hec nomina filiorum Leui p co-
1.Para.5.d gnationes ſuas Gerſon ⁊ chaath: ⁊ merari. Anni aūt vite
leui, fuerūt centū trigintaſeptez. Filij Gerſon lobeni: et ſe-
mei per cognationes ſuas. Filij chaath: amram: ⁊ Iſuar: ⁊
hebron: ⁊ ozihel. Anni quoqꝫ vite caath: centuz trigintatres
1.Parall.23.a. Filij merari: mooli ⁊ muſi. Hec cognationes leui per fami-
Supra.2.a. lias ſuas. Accepit autem amran vxorem iochabeth patrue
Numeri.26.g. lem ſuam que peperit ei aaron ⁊ moyſen ⁊ mariam. Fuerūt
qꝫ anni vite amran centum trigintaſeptem. Filij qꝫ Iſuar:
chore ⁊ nepheg ⁊ zechri. Filij qꝫ oziel: miſael ⁊ eliſaphan: et
D ſechri. Accepit aūt aaron vxorem eliſabeth filiā aminadab.
ſororē naaſon que peperit ei nadab ⁊ abiu: ⁊ eleazar: ⁊ itha
mar. Filij qꝫ chore aſer: ⁊ Helchana ⁊ abiaſath. Hec ſunt co
gnationes chorıtarum. At vero Eleazar filius aaron acce-
pit vxorem de filiabus phuthiel: que peperit ei phinees.
Hi ſunt principes familiarum leuiticarum per cognatiōes
ſuas. Iſte eſt aaron ⁊ moyſes quibus precepit dominus vt
educerent filios iſrael de terra egypti per turmas ſuas. Hi
ſunt qui loquuntur ad pharaonem regem egypti vt educāt
filios iſrael de egypto. Iſte eſt moyſes ⁊ aaron in die qua lo
cutus eſt dominus ad moyſen in terra egypti. Et locut⁹ eſt
dominus ad moyſen: dicens. Ego dominus. Loquere ad
pharaonem regem egypti omnia que ego loquor tibi. Et
ait moyſes coram domino. En incircūciſus labijs ſum. quo
modo audiet me pharao?

Capituli Summarium. Moyſes deus pharaonis cō-
ſtituitur. Intrant ad pharaonem moyſes ⁊ aaron: virga ver
titur in colubrum: aqua virga percutitur: ⁊ fit ſanguis.

Capitulum. VII.

A Dixitqꝫ dominus ad moyſen. Ecce conſti-
tui te deum pharaonis ⁊ aarō frater tuus
al's + loquere. erit propheta tuus. Tu † loqueris omnia
q̄ mando tibi: ⁊ ille loquet ad pharaonem:
vt dimittat filios iſrael de terra ſua. Sed
ego indurabo cor ei⁹ ⁊ multiplicabo ſigna
⁊ oſtenta mea in terra egypti: ⁊ non audiet vos. Immittam-
qꝫ manum meam ſuper egyptum ⁊ educam exercitum ⁊ po
pulum meum filios iſrael de terra egypti per iudicia maxi-
ma. Et ſcient egyptij quia ego ſum dominus qui extende-
rim manum meam ſuper egyptum ⁊ eduxerim filios iſrael
de medio eorum. Fecit itaqꝫ moyſes ⁊ aaron ſicut precepe-
B rat dominus ita egerunt. Erat autem moyſes octogīta an
norum ⁊ aaron octogintatrium quando locuti ſunt ad pha
raonem. Dixitqꝫ dominus ad Moyſen ⁊ Aaron. Cum di-
xerit vobis pharao oſtēdite ſigna: dices ad aarō. Tolle vir-
gam tuam ⁊ proijce eam coram pharaone: ac vertatur in co
lubrum. Ingreſſi itaqꝫ moyſes ⁊ aaron ad pharaonē fecerūt
26.q.5.ca. nec mirum. ſicut preceperat dn̄s. Tulitqꝫ aaron virgam coram pharao
2.Timo.2.b ne ⁊ ſeruis eius que verſa eſt in colubrum. Vocauit autem
pharao ſapientes ⁊ maleficos ⁊ fecerunt etiā ipſi per incan
1.q.1.ca. teneamus. tatiōes egyptias ⁊ archana quedam ſimiliter. Proiecerūt-
qꝫ ſinguli virgas ſuas: que verſe ſunt in dracones. Sed de-
26.q.5. ca. nec mirum. uorauit virga aaron virgas eorum. Induratūqꝫ eſt cor pha
De cōſ.di.2. c. reuera. raonis ⁊ non audiuit eos ſicut preceperat dominus. Dixit
autem dominus ad moyſen. Ingrauatum eſt cor Pharao
Infra eodem nis ⁊ non vult dimittere populum. Vade ad eum mane. Ec
23.q.4. Nabuchodonoſor. ce egredietur ad aquas. Et ſtabis in occurſum eius ſuper
C ripā fluminis: ⁊ virgam que conuerſa eſt in draconez tolles
Arch. de re iudi.ca.2.li.6. in manu tua: dicesqꝫ ad eum. Dominus deus Hebreoꝝ miſ-
ſit me ad te dicens: dimitte populum meum vt ſacrificet mi
Infra.8.a. hi in deſerto ⁊ vſqꝫ ad preſens audire noluiſti. Hec igitur
dicit dominus. In hoc ſcies quod ſim dominus. Ecce per-
cutiam virga que in manu mea eſt aquam fluminis ⁊ verte-
tur in ſanguinem. Piſces quoqꝫ qui ſunt in fluuio morien- Infra.11.a.
tur ⁊ computreſcent aque: ⁊ affligentur Egyptij bibentes
aquā fluminis. Dixit quoqꝫ domin⁹ ad moyſen. Dic ad aa-
ron. Tolle virgam tuam ⁊ extende manum tuā ſuper aquas
egypti ⁊ ſuper fluuios eorum ⁊ riuos: ac paludes ⁊ omnes
lacus aquarum vt vertant in ſanguinem. ⁊ ſit cruor in omni D
terra egypti tam in ligneis vaſis quaz in ſaxeis. Feceruntqꝫ 1.q.1.ca. teneamus.
Moyſes ⁊ aaron ſicut preceperat dominus. Et eleuās vir De cōſe.di.2.c.
gam percuſſit aquam fluminis coram pharaone ⁊ ſeruis ei⁹ reuera. ꝟ. currebant.
Que verſa eſt in ſanguinem ⁊ piſces q̄ erant in flumine mor
tui ſunt. Computruitqꝫ fluuius. Et non poterant Egyptij
bibere aquaz fluminis. Et fuit ſanguis in tota terra egypti
Feceruntqꝫ ſimiliter malefici egyptiorū incantationibus
ſuis. Et induratum eſt cor pharaonis nec audiuit eos ſicut
preceperat dominus. Auertitqꝫ ſe ⁊ ingreſſus eſt domū ſuā
nec appoſuit cor etiam hac vice. Foderunt autē omnes egy
ptij per circuitum fluminis aquam vt biberent. Non eni
poterant bibere aquam fluminis. Impletiqꝫ ſunt ſeptem
dies poſtq̄ percuſſit dominus fluuium.

Capituli Summariū. Pharao populum dimittere p-
mittens ⁊ non faciēs percutitur egyptus rana: cyniſe ⁊ mu
ſca grauiſſima. Pharao ſacrificare populo iſrael permitti
tit.

Cap. VIII.

Dixit quoqꝫ dominus ad moyſen. Ingre- A
dere ad pharaonem ⁊ dices ad eum. Hec Supra.7.c.
dicit dominus. Dimitte populum meū vt
ſacrificet mihi. Si autem nolueris dimit-
tere: ecce ego percutiaz omnes terminos
tuos ranis ⁊ ebulliet fluuius ranas. Que
aſcendent ⁊ ingredientur domum tuam ⁊ cubiculum lectu
li tui: ⁊ ſuper ſtratum tuum ⁊ in domos ſeruorum tuorum: ⁊
in populum tuum: ⁊ in furnos tuos: ⁊ in reliquias ciborum
tuorum: et ad te: et ad populum tuum: et ad omnes ſeruos
tuos intrabunt rane. Dixitqꝫ dominus ad Moyſen. Dic B
ad aaron. Extende manum tuam ſuper fluuios et ſuper ri-
uos ⁊ paludes ⁊ educ ranas ſuper terram egypti. Et exten
dit aaron manum ſuper aquas egypti ⁊ aſcenderunt rane: 1.q.1. ca. teneamus in glo. de
operueruntqꝫ terram egypti. Fecerunt autem ⁊ malefici pe. di.1.c. null⁹
per incantationes ſuas ſimiliter: eduxeruntqꝫ ranas ſuper debite. in glo.
terram egypti. Vocauit autem Pharao Moſen ⁊ aaron:
⁊ dixit eis. Orate dominum vt auferat ranas a me: et a po- C
pulo meo: et dimittam populum vt ſacrificet domino. Di-
xitqꝫ Moyſes † ad Pharaonem. Conſtitue mihi quādo al's + pharaoni.
deprecer pro te: et pro ſeruis tuis: et pro populo tuo vt abi-
gātur rane a te: et a domo tua: et a ſeruis tuis: et a populo
tuo: ⁊ tantum in flumine remaneant. Qui reſpondit. Cras
At ille. Iuxta (inquit) verbum tuum faciam vt ſcias † quo Al's + quia
niam non eſt ſicut dominus deus noſter: et recedēt rane a
te: et a domo tua: et a ſeruis tuis ⁊ a populo tuo ⁊ tantum
in flumine remanebunt. Egreſſiqꝫ ſunt Moyſes et Aaron
a Pharaone. Et clamauit Moyſes ad dominum pro ſpon D
ſione ranarum quam condixerat pharaoni. Fecitqꝫ domi-
nus iuxta verbū Moyſi ⁊ mortue ſunt rane de domibus ⁊
de villis ⁊ de agris. Cōgregaueruntqꝫ eas in immēſos ag- 1.q.1.ca. teneamus in gloſa.
geres ⁊ cōputruit terra. Videns autē pharao q̄ data eſſet E
requies ingrauauit cor ſuū ⁊ non audiuit eos ſicut prece- + Cyniſes Ioſephus ſcribit
perat dn̄s. Dixitqꝫ dn̄s ad moyſen. Loquere ad aaron. Ex fuiſſe pediculos.
tende virgā tuā ⁊ percute puluerē terre: ⁊ ſint † cyniſes in
vniuerſa terra egypti. Feceruntqꝫ ita. Et extendit Aarō ma
nū virgā tenēs: percuſſitqꝫ puluerē terre: ⁊ facti ſunt cyni-
ſes in hoībus ⁊ iumētis. Oīs puluis terre verſus eſt in cy-
niſes per totam terram egypti. Feceruntqꝫ ſimiliter male-
fici incantationibus ſuis vt educerent Cyniſes: et non po-
tuerunt

fuerunt. Erantq; cyniſes tam in hominibus ꝙ in iumētis.
Et dixerunt malefici ad pharaonem. Digitus dei eſt hic.
Infra.19.a. Induratumq; eſt cor Pharaonis: ⁊ non audiuit eos ſicut
preceperat dominus. Dixit quoq; dominus ad Moyſen.
Conſurge diluculo ⁊ ſta corā Pharaone. Egredietur eniꝫ
Mathſlene ci utas cōditur. ad aquas. Et dices ad eum. Hec dicit domin⁹. Dimitte po
pulum meum vt ſacrificet mihi. Qḋ ſi non dimiſeris eum ec
ce ego mittam in te ⁊ in ſeruos tuos ⁊ in populum tuum: et
in domos tuas omne genus muſcarum: ⁊ implebuntur om
nes domus egyptiorum muſcis diuerſi generis ⁊ vniuerſa
terra in qua fuerint. Faciamq; mirabilem in die illa terram
F Dioniſius d⁊ liber pr̄ timēs egyptū peritu rū ꝓpter plagas dei fugit in indiam ⁊ eā domuit. Geſſem in qua populus meus eſt: vt non ſint ibi muſce. Ut
ſcias quoniam ego dominus in medio terre: ponamq; diui
ſionem inter populum meum ⁊ populum tuum. Cras erit ſi
gnum iſtud. Feceitq; dominus ita. Et venit muſca grauiſſi
ma in domos pharaonis ⁊ ſeruorum eius ⁊ in omneꝫ terrā
egypti corruptaq; eſt terra ab huiuſcemodi muſcis: voca
uitq; Pharao Moyſen ⁊ aaron: ⁊ ait eis. Ite ⁊ ſacrificate
deo veſtro in terra hac. Et ait Moyſes. Nō poteſt ita fieri
Abominationes enim egyptiorum immolabimus domino
G Supra.3.f. deo noſtro: Qḋ ſi mactauerimus ea que colunt egyptij co
ram eis: lapidibus nos obruent. Uiam trium dieruꝫ perge
mus in ſolitudinem ⁊ ſacrificabimus domino deo noſtro: ſi
cut precepit nobis. Dixitq; Pharao. Ego dimittam vos:
vt ſacrificetis domino deo veſtro in deſerto: verumtamē lō
gius ne abeatis. Rogate pro me: ⁊ ait Moyſes. Egreſſus
a te orabo dominum ⁊ recedet muſca a Pharaone ⁊ a ſer
uis ſuis: ⁊ a populo eius cras. Uerumtamen noli vltra falle
re vt non dimittas populuꝫ ſacrificare domino. Egreſſuſq;
Moyſes a Pharaone orauit dominuꝫ. Qui fecit iuxta ver
bum illius: ⁊ abſtulit muſcas a Pharaone ⁊ a ſeruis ſuis ⁊
a populo eius. Non ſuperfuit nec vna quidem. Et ingraua
tum eſt cor Pharaonis: ita vt nec hac quidem vice dimitte
ret populum.

¶ Capituli Summarium. Mors pecudum; veſice turgē
tes: ⁊ grando. Pharao promittit dimittere populū: Moy
ſes orat dominum: ⁊ tonitrua ceſſant. Pharao poſtea non
vult dimittere populum. Cap.IX.

A Infra eodem Dixit autem dominus ad Moyſen. Ingre
dere ad Pharaoneꝫ ⁊ loquere ad eū. Hec
dixit dn̄s deus Hebreorum. Dimitte po
pulum meum vt ſacrificet mihi. Quod ſi
adhuc renuis et retines eos: ecce manus
mea erit ſup agros tuos ⁊ ſup equos ⁊ aſi
nos: ⁊ camelos: ⁊ oues: ⁊ boues peſtis valde grauis. Et fa
ciet dominus mirabile inter poſſeſſiones iſrael ⁊ poſſeſſio
nes egyptiorum vt nil omnino pereat ex his que pertinent
ad filios iſrael. Conſtituitq; dominus tēpus dicens. Cras
faciet dominus verbuꝫ iſtud in terra. Fecit ergo dominus
verbuꝫ hoc altera die: ⁊ mortua ſunt omnia animantia egy
B ptiorum. De animalibus vero filiorum iſrael nihil omnino
periit. Et miſit Pharao ad videndum nec erat quicꝙ mor
tuum de his que poſſidebat Iſrael. Ingrauatumq; eſt cor
Pharaonis ⁊ non dimiſit populum. Et dixit dominus ad
Moyſen ⁊ Aaron. Tollite plenas manus cineris de cami
no: ⁊ ſpargat illum Moyſes in celum coraꝫ Pharaone: ſit
q; puluis ſuper omnem terram egypti. Eruntenim in homi
nibus ⁊ iumentis vlcera: ⁊ veſice turgentes in vniuerſa ter
ra egypti. Tuleruntq; cinerem de camino ⁊ ſteterunt coraꝫ
Pharaone et ſparſit illum moyſes in celum. Factaq; ſunt
vlcera veſicarum turgentium in hominibus ⁊ iumentis nec
poterant malefici ſtare coram Moyſe propter vlcera que
C in illis erant: ⁊ in omni terra egypti. Indurauitq; domin⁹
Supra.8.c. cor Pharaonis: ⁊ non audiuit eos: ſicut locutus eſt domi
Supra codeꝫ. nus ad Moyſen. Dixitq; dn̄s ad Moyſen. Mane ꝯſurge
⁊ ſta coram Pharaone: ⁊ dices ad eum. Hec dicit domin⁹
deus Hebreorum. Dimitte populum meum vt ſacrificet mi
hi: quia in hac vice mittā omnes plagas meas ſuper cor tu
um † ⁊ ſuper † ſeruos tuos: ⁊ ſuper populum tuum vt ſcias alſ + ſupeſt ⁊
quod non ſit ſimilis mei in omni terra. Nunc eīn extendēs alſ + hꝫ oēs.
manum percutiam te ⁊ populum tuuꝫ peſte: peribiſq; de ter D Ro.9.c.
ra. Idcirco autem poſui te vt oſtendam in te fortitudinem
meam ⁊ narretur nomē meū in omni terra. Adhuc retines
populū meū ⁊ non vis eum dimittere. En pluā cras hac ip
ſa hora grandinem multam nimis: qualis non fuit in Egy Genua ciui-
pto a die qua fundata eſt vſq; in preſens † tempus. Mitte tas conditur.
ergo iam nunc ⁊ congrega iumenta tua: et omnia que ha Hec grando
bes in agro. Homines eīn ⁊ iumenta ⁊ vniuerſa que inuen fuit mirabilis
ta fuerint foris nec congregata de agris: cecideritq; ſuper egyptijs ſꝫ to
ea grando: morientur. Qui timuit verbū dn̄i de ſeruis pha ſe.cū nūꝗ an-
raonis fecit cōfugere ſeruos ſuos ⁊ iumēta in domos. Qui tea in egypto
autē neglexerit ſermonē dn̄i: dimiſit ſeruos ſuos ⁊ iumēta grādo viſa fue
in agris. Et dixit dominus ad Moyſen. Extende manum rit.
E tuā in celum vt fiat grando in vniuerſa terra Egypti ſuper
homines ⁊ ſuper iumēta ⁊ ſuper omnē herbā agri in terra
egypti. Extenditq; Moyſes virgā in celum ⁊ dn̄s dedit to
nitrua ⁊ grandinem ac diſcurrentia fulgura ſuper terram.
Pluitq; dominus grandinē ſuper terrā egypti: ⁊ grando ⁊ Ps.77.
ignis mixta pariter ferebantur. Tātq; fuit magnitudinis ps.104.
quanta ante nūꝙ apparuit in vniuerſa terra egypti: ex quo
F gens illa condita eſt. Et percuſſit grādo in omni terra egy
pti: cuncta que fuerunt in agris ab hoīe vſq; ad iumentum. i.q.i.ca.eccl'a
Cunctamq; herbam agri percuſſit grando ⁊ omne lignum §. itē peccato
regionis cōfregit. Tantū in terra geſſem vbi erāt filij Iſrl: egyptiorum.
grando non cecidit. Miſitq; Pharao ⁊ vocauit Moyſen
⁊ aaron dicens ad eos. Peccaui etiam nunc. Domin⁹ iu
ſtus ⁊ ego ⁊ populus meus impij. Orate dominum vt deſi
nant tonitrua dei ⁊ grando: vt dimittam vos ⁊ nequaꝙ hic
vltra maneatis. Ait Moyſes. Cum egreſſus fuero de vrbe G
extendā palmas meas ad dominum: ⁊ ceſſabunt tonitrua ⁊
grando non erit: vt ſcias quia domini eſt terra. Noui aūt
ꝙ ⁊ tu ⁊ ſerui tui necdum timeatis dominum deū. Linum
ergo ⁊ hordeum leſum eſt eo quod hordeum eſſet virens ⁊
linū iam folliculos germinaret. Triticū autē ⁊ far non ſunt
leſa: quia ſerotina erant. Egreſſuſq; moyſes a Pharaone
ex vrbe tetendit manus ad dominū ⁊ ceſſauerunt tonitrua
⁊ grando nec vltra ſtillauit pluuia ſuper terram. Uidēs au
tē Pharao ꝙ ceſſaſſet pluuia ⁊ grādo ⁊ tonitrua auxit pec
catum: ⁊ ingrauatum eſt cor eius ⁊ ſeruorum illius: ⁊ indu
ratum † nimis: nec dimiſit filios iſrael ſicut preceperat do Alſ + habent
minus per manum moyſi.

¶ Capituli Summa. Hic venit locuſta poſtea tenebre.
Cap.X

Et dixit dominus ad moyſen. Ingredere A
ad Pharaonem. Ego eīn indurauī cor ei⁹ 23.q.4. Nabu-
⁊ ſeruorum eius vt faciā ſigna mea hec in chodonoſor.
eo ⁊ narres in auribus filij tui ⁊ nepotum
tuorꝫ quoties contriuerim egyptios et ſi
gna mea fecerim in eis: ⁊ ſciatis qꝛ ego do
min⁹ de⁹. Introierunt ergo moyſes ⁊ aaron ad pharaonē: Supra.7.c & 8.⁊.9.a.
⁊ dixerunt ei. Hec dicit dn̄s deus hebreorū. Uſq; quo non
vis ſubijci mihi: Dimitte populū meum: vt ſacrificet mihi.
Sin aūt reſiſtis ⁊ nō vis dimittere eū: ecce ego inducā cras
locuſtā in fines tuos: q̄ operiet ſuperficieꝫ terre ne q̄cꝙ eis
appareat: ſed comedat quod reſiduū fuerit grandini. Cor B
rodet eīn oīa ligna que germināt i agris ⁊ implebūt domos
tuas ⁊ ſeruorū tuorum: ⁊ omnium egyptiorum. quantā non
viderunt patres tui ⁊ aui ex quo orti ſunt ſuper terrā vſq; i
preſentem diē. Auertitq; ſe: ⁊ egreſſus eſt a pharaone. Di
xerūt aūt ſerui pharaonis ad eū. Uſquequo patiemur hoc
ſcandalū: Dimitte homines vt ſacrificent domino deo ſuo.

Nonne vides ꝙ perierit egyptus? Reuocaueruntqꝫ moy-
ſen ⁊ aaron ad pharaonē. Qui dixit eis. Jte ſacrificate do-
C mino deo veſtro. Quinam ſunt ꝗ ituri ſunt? Ait moyſes: cū
paruulis noſtris ⁊ ſenioribus pergemus cum filijs ⁊ filiab⁹
cum ouibus ⁊ armentis. Eſt ei ſolēnitas domini dei noſtri.
Et rñdit pharao. Sic dominus ſit vobiſcū: quomodo ego
dimittam vos ⁊ paruulos veſtros. Cui dubiū eſt ꝙ peſſime
cogitetis? Non fiat ita: ſed ite tm̄ viri ⁊ ſacrificate domio.
Hoc enim ⁊ ipſi petiſtis. Statimqꝫ eiecti ſunt de cōſpectu
pharaonis. Dixit autem dñs ad Moyſen. Extende manū
tuam ſuper terram egypti ad locuſtam: vt deſcendat ſuper
Ps.104. eam: ⁊ deuoret omnem herbam que reſidua fuerit grandi-
Sap.10.b. ni. Et extendit Moyſes virgam ſuper terram egypti: ⁊ do
Joelis.1.a. minus induxit ventum vrentem tota die illa ⁊ nocte. Et ma
D ne facto ventus vrens leuauit locuſtas. Que aſcenderūt ſu-
per vniuerſam terram egypti: ⁊ ſederunt in cunctis finibus
egyptiorum innumerabiles: quales ante illud tempus non
fuerunt: nec poſtea future ſunt. Operueruntqꝫ vniuerſam
ſuperficiem terre vaſtantes omnia. Deuorata eſt igiť her-
ba terre: ⁊ quicquid pomorum in arboribus fuit que gran-
E do dimiſerat. Nihil quoqꝫ omnino virens relictum eſt in li
gnis ⁊ in herbis terre in cuncta egypto. Quamobrem feſti
nus Pharao vocauit moyſen ⁊ aaron ⁊ dixit eis. Pecca-
ui in dominum deum veſtrum ⁊ in vos. Sed nunc dimittite
peccatum mihi etiam hac vice: ⁊ rogate dominum deū ve-
Ps.13. ſtrum vt auferat a me mortem iſtam. Egreſſuſqꝫ eſt moyſes
de conſpectu pharaonis ⁊ orauit dominum. Qui flare fecit
Ps.104. ventum ab occidente vehementiſſimum ⁊ arreptam locuſtā
F proiecit in mare rubrum. Non remāſit neceuna quidē in cū-
Sap.17.a. ctis finibus egypti. Et indurauit dñs cor Pharaonis nec
⁊.18.a. dimiſit filios iſrael. Dixit aūt dominus ad Moyſen. Extē-
de manum tuā in celum ⁊ ſint tenebre ſuper terrā egypti
tam denſe vt palpari queant. Extenditqꝫ moyſes manū in
celum. Et facte ſunt tenebre horribiles i vniuerſa terra egy
pti. Tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum nec mouit ſe
de loco in quo erat. Vbicunqꝫ autem habitabant filij iſrael
lux erat. Vocauitqꝫ Pharao Moyſen ⁊ Aaron. ⁊ dixit eis
G Jte ſacrificate domino. Oues tantum veſtre ⁊ armenta re-
maneant: paruuli veſtri eant vobiſcum. Ait Moyſes. Ho-
ſtias quoqꝫ ⁊ holocauſta dabis nobis: que offeramus do-
mino deo noſtro. Cuncti greges pergent nobiſcum. Non
remanebit ex eis vngula que neceſſaria ſunt in cultum do-
mini dei noſtri: preſertim cum ignoremus quid debeat im-
molari: donec ad ipſum locum perueniamus. Indurauit au-
tem dominus cor Pharaonis ⁊ noluit dimittere eos. Di-
xitqꝫ Pharao ad Moyſen. Recede a me ⁊ caue ne vltra vi
deas faciem meam quocūqꝫ die apparueris mihi morieris.
Reſpondit Moyſes. Jta fiat vt locutus es. Non videbo
vltra faciem tuam.

¶ Capituli Summarium. Loquitur dominus ad Moy
ſen: De morte primogenitorum: et de vaſis: ⁊ veſtibus pe-
tendis ab egyptijs: ⁊ de Pharaonis obſtinatione.

Capitulum. XI.

A Et dixit dñs ad moyſen. Adhuc vna plaga
Supra.3.g. tangam pharaonē ⁊ egyptū: ⁊ poſt hec di
Infra.12.e. mittet vos ⁊ exire compellet. Dices ergo oī
Ps.104. plebi vt poſtulet vir ab amico ſuo ⁊ mulier
Eccle.45.a a vicina ſua vaſa argentea ⁊ aurea: ⁊ veſtē
dabit aūt dñs gratiam populo ſuo corā
B egyptiis. Fuitqꝫ moyſes vir magnus valde in terra egypti
Infra.12.d. corā ſeruis pharaonis ⁊ omni pplo. Et ait. Hec dicit dñs
Ps.77.34.a. Media nocte ingrediar egyptum ⁊ morieť omne primoge
nitū in terra egyptiorū a primogenito pharaonis qui ſedet
C in ſolio eius vſqꝫ ad primogenitum ancille ꝗ eſt ad molam:
⁊ oīa primogenita iumentorum. Eritqꝫ clamor magnus in
vniuerſa terra egypti qualis nec ante fuit nec poſtea futur⁹
eſt. Apud oēs aūt filios iſrael non mutiet canis ab homine
vſqꝫ ad pecus vt ſciatis quanto miraculo diuidet dñs egy-
ptios ⁊ iſrael. Deſcendentqꝫ oēs ſerui tui iſti ad me ⁊ adora D
bunt me dicentes. Egredere tu ⁊ omnis populus qui ſub-
iectus eſt tibi. Poſt hec egrediemur. Et exiuit a pharaōe
iratus nimis. Dixit autē dominus ad moyſen. Nō audiet
vos pharao vt multa ſigna fiāt in terra egypti. Moyſes au
tem ⁊ aaron fecerunt omnia ſigna † ⁊ oſtenta ꝗ ſcripta ſunt alias + portenta.
coram pharaone. Et indurauit dominus cor pharaōis nec
dimiſit filios iſrael de terra ſua.

¶ Capituli Summarium. De eſu agni: de ſanguine ſuper
poſtes: de fermento: de exitu de egypto: de religione phaſe.

Capitulum. XII.

Dixit quoqꝫ dominus ad Moyſen ⁊ Aarō A
in terra egypti. Menſis iſte vobis princi
pium menſiū. primus erit in mēſibus anni
Loquimini ad vniuerſum cetum filiorum
iſrael ⁊ dicite eis. Decima die menſis hu-
ius tollat vnuſquiſqꝫ agnum per familias
⁊ domos ſuas. Sin autē minor eſt numerus vt ſufficere poſ
ſit ad veſcendum agnum aſſumet vicinum ſuum qui coniun
ctus eſt domui eius iuxta numerum animarum que ſuffice-
cere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus abſqꝫ macu-
la maſculus anniculus. Juxta quem ritum tolletis ⁊ hedū: De conſe. di. c.
⁊ ſeruabitis eum vſqꝫ ad quartamdecimam diem mēſis hu- Quid ſit ſan-
ius. Jmmolabitqꝫ eum vniuerſa multitudo filiorum Jſrael guis. d. h. c. ec
ad veſperam. Et ſument de ſanguine eius ac ponent ſuper cleſiaſticarū. in glo.
vtrumqꝫ poſtē: ⁊ in ſuperliminaribus domorum in quib⁹ B
comedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni ⁊ azi
mos panes cū lactucis agreſtibus. Non comedetis ex eo
crudum quid: nec coctum aqua: ſed aſſum tantum igni. Ca
put cum pedibus eius ⁊ inteſtinis vorabitis: nec remane-
bit quicquam ex eo vſqꝫ mane. Si quid reſiduū fuerit igne
comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes veſtros
accingetis: ⁊ calciamenta habebitis in pedibus tenentes
baculum in manibus: ⁊ comedetis feſtinanter. Eſt enī pha Heb.9.c.
ſe: id eſt tranſitus domini. Et tranſibo per terrā egypti no
cte illa percutiamqꝫ omne primogenitū in terra egypti ab
homine vſqꝫ ad pecus: ⁊ in cunctis dijs egypti faciam iudi-
cia: ego dominus. Erit autem ſanguis vobis in ſignum in
edibus in quibus eritis: ⁊ videbo ſanguinem: et tranſibo C
vos: nec erit vobis plaga diſperdens: quando percuſſero
terram egypti. Habebitis autem hunc diem in monumen-
tum: ⁊ celebrabitis eum ſolennem domino in generationi-
bus veſtris cultu ſempiterno. Septem diebus azima come
detis. Jn die primo non erit fermentatum in domibus ve-
ſtris. Quicunqꝫ comederit fermentatum peribit anima il-
la de iſrael a primo die vſqꝫ ad diem ſeptimum. Dies prima
erit ſancta atqꝫ ſolennis: et dies ſeptima eadem feſtiuitate
venerabilis. Nihil operis facietis in eis: exceptis his que
ad veſcendum pertinent et obſeruabitis azima. Jn eadem Leui.23.a.
enim ipſa die educam exercitum veſtrum de terra egypti: ⁊ Nume.28.c.
cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpe
tuo. Primo menſe quartadecima die menſis ad veſperā co
medetis azima vſqꝫ ad diem viceſimamprimam eiuſdē men
ſis ad veſperam. Septem diebus fermentatum nō inuenie D
tur in domibus veſtris. Qui comederit fermētatū peribit di.11.c. eccleſia-
anima eius de cetu iſrael: tā de aduenis ꝙ de indigenis ter rū l ꝑ. ſcriptu-
re. Omne fermentatum non comedetis. Jn cunctis habita ra. in glo.
culis veſtris edetis azima. Vocauit autem moyſes oēs ſe- de pſe. di. 2. ca.
niores filiorū iſrael: ⁊ dixit ad eos. Jte tollentes animal per qd ſit ſanguis
familias veſtras ⁊ immolate phaſe. Faſciculumqꝫ hyſopi tin- ⁊. c. accipite
gite in ſanguine qui eſt in limine: ⁊ aſpgite ex eo ſupliminā-
re ⁊ vtrumqꝫ poſtem. Nullus veſtrum egrediatur oſtium
domus ſue vſqꝫ mane. Tranſibit enim dominus percutiēs
egyptios

egyptios. Cumq; viderit ſanguinem in ſuperliminari: et in vtroq; poſte tranſcendet oſtiū domus: et non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras ⁊ ledere. Cuſtodi verbū iſtō legitimum tibi ⁊ filijs tuis vſq; in eternum. Cumq; introieris terram quam dominus deus daturus eſt vobis vt pollicitus eſt: obſeruabitis ſerimonias iſtas. Et cū dixerit vobis filij veſtri: que eſt iſta religio? Dicetis eis. Victima tranſitus domini eſt quando tranſiuit ſuper domos filiorū Iſrael in egypto percutiēs egyptios: ⁊ domos noſtras liberans. Incuruatuſq; populus adorauit. Et egreſſi filij iſrael

77.

fecerunt ſicut preceperat domin⁹ Moyſi ⁊ Aaron. Factū

ſap.8.b.

eſt autem in noctis medio percuſſit dominus omne primogenitum in terra egypti a primogenito Pharaonis qui in ſolio eius ſedebat: vſq; ad primogenitum captiue que erat

E

in carcere ⁊ omne primogenitum iumentorum. Surrexitq; Pharao nocte ⁊ omnes ſerui eius: cunctaq; egyptus: ortus eſt clamor magnus in egypto. Neq; enim erat domus

p.104.
.134.
ſap.5.b.

in qua non iaceret mortuus. Vocatiſq; Pharao Moyſe ⁊ Aaron nocte ait. Surgite egredimini a populo meo ⁊ vos ⁊ filij iſrael. Ite ⁊ immolate domino ſicut dicitis. Oues veſtras ⁊ armenta aſſumite vt petieratis: ⁊ abeuntes benedicite mihi. Urgebantq; egyptij populum iſrael de terra exire velociter dicētes. Omnes moriemur. Tulit igit̄ popul⁹

7.d.c. legim⁹ ꝗ ecōtra.
ſupra.c.3.⁊.6.
q.5.ca.ſcris
ſiū.§. econtra

conſperſam farinam antequam fermentaret: ⁊ ligās in pallijs poſuit ſuper humeros ſuos. Fecerūtq; filij Iſrael ſicut preceperat dominus Moyſi. Et petierūt ab egyptijs vaſa argentea ⁊ aurea: veſtemq; plurimam. Dominus autē de-

F
Item.c. dixit dominus. de domorijs. gaudemus.
Supra.11.a.et ſupra eodem.
regum.6.h.

dit gratiam populo coram egyptijs: vt commodarent eis ⁊ ſpoliauerūt egyptios. Profectiq; ſunt filij iſrael de rameſſe in ſochot ſexcenta fere milia peditum virorum abſq; paruulis ⁊ mulieribus: ſed ⁊ vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis oues ⁊ armenta ⁊ animantia diuerſi generis multa nimis. Coxeruntq; farinam quā dudū de egypto conſperſam tulerāt: ⁊ fecerunt ſubcinericios panes azimos. Neq; enim poterant fermentari cogentib⁹ exire egyptijs: ⁊ nullam facere ſinentibus moram: nec pulmēti quicꝙ occurrerat preparare. Habitatio autem filiorum iſrl̄ qua manſerunt in egypto fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis eadē die egreſſus eſt omnis exercitus domini de terra egypti. Nox iſta ē obſeruabilis domini quando eduxit eos de terra egypti. Hanc obſeruare debent omnes filij iſrael in generationibus ſuis. Dixitq; dominus ad moyſen ⁊ aaron. Hec eſt religio phaſe. Oīs alienigena non comedet ex eo. Oīs aūt ſeruus emptitius circumcidetur ⁊ ſic comedet. Aduena ⁊ mercēnari⁹ nō edēt ex eo. In vna domo comedetur: nec efferetis de carnibus ei⁹ foras: nec os illius cōfringetis. Omnis cetus filiorum iſrl̄ faciet illud. Quod ſi quis peregrinorum in veſtrā voluerit trāſire coloniā ⁊ facere phaſe dn̄i circūcidet̄ prius omne maſculinū eius: ⁊ tunc rite celebrabit: eritq; ſicut indigena terre. Si quis aūt circūciſus non fuerit nō veſcetur ex eo. Eadem lex erit indigene ⁊ colono qui peregrinat̄ apud vos. Feceruntq; omnes filij iſrael ſicut preceperat dn̄s Moyſi et aaron ⁊ eadē die eduxit dominus filios iſrael de terra egypti per turmas ſuas.

Lide qd dicat ic ioſeph⁹ in .li. anti.cap. .in fine.

G
Numeri.9.g.
q.1. c.audi
.§.ſi autē
ſi.itē cum
ha.⁊.c.et fo
⁊.c.qm̄ ver⁹
Ioan.19.g.

¶ Capituli Summarium. De ſanctificatione primogenitorū: de azimis: per viā deſerti pergunt: oſſa ioſeph deferūt Columna ignis ⁊ nubis comitatur. Capit.XIII.

Locutuſq; eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Sanctifica mihi omne primogenitū quod aperit vuluam in filijs iſrael tā de hominibus ꝙ̄ de iumentis. Mea ſunt eniz omnia. Et ait moyſes ad ppl̄m. Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de egypto: ⁊ de domo ſeruitutis quoniam in manu forti eduxit vos dn̄s de loco iſto: vt non comedatis fermentatum panē. Hodie egre

A
Infra.22.d.⁊.34.c.
Nu.2.b.⁊.8.c.
5.q.1.c. nec is qui inuitus. de voto.c.magne.
ps.113.

dimini menſe nouarum frugum. Cumq; introduxerit te dominus in terrā chananei. ⁊ ethei: ⁊ amorrei: ⁊ euei ⁊ iebuſei quam iurauit patribus tuis vt daret tibi terram fluentē lacte ⁊ melle: celebrabitis hunc morem ſacrorum menſe iſto. Septem diebus veſceris azimis ⁊ in die ſeptimo erit ſolennitas domini. Azima comedetis ſeptem diebus. Nō apparebit apud te aliquid fermentatum: nec in cunctis finibus tuis. Narrabiſq; filio tuo in die illo dicēs. Hoc eſt qꝺ fecit mihi dn̄s quando egreſſus ſum de egypto. Et erit quaſi ſignum in manu tua ⁊ quaſi monimentum ante oculos tuos ⁊ vt lex dn̄i ſemper ſit in ore tuo. In manu enī forti eduxit te dominus de egypto. Cuſtodies huiuſcemodi cultum ſtatuto tempore a diebus in dies. Cūq; introduxerit te dn̄s in terram chananei ſicut iurauit tibi ⁊ patribus tuis: ⁊ dederit tibi eā ſepabis omne qꝺ aperit vuluam dn̄o: ⁊ qꝺ primitiuum eſt in pecoribus tuis. Quicquid habueris maſculini ſexus conſecrabis domino. Primogenitum aſini mutabis oue. Qꝺ ſi non redemeris interficies. Omne autē primogenitum hominis de filijs tuis precio redimes. Cumq; interrogauerit te filius tuus cras dicēs: quid eſt hoc? reſpondebis ei. In manu forti eduxit nos dn̄s de terra egypti de domo ſeruitutis. Nam cum induratus eſſet Pharao ⁊ nollet nos dimittere: occidit dn̄s omne primogenitū in terra egypti a primogenito hominis vſq; ad primogenitum iumētorum. Idcirco immolo domino omne quod aperit vuluā maſculini ſexus: ⁊ omnia primogenita filiorum meoꝝ redimo. Erit igitur quaſi ſignum in manu tua: ⁊ quaſi appenſū ꝗd ob recordationem ante oculos tuos: eo ꝙ i manu forti eduxit nos dominus de egypto. Igitur cum emiſiſſet Pharao populū nō eos duxit dominus per viā terre philiſtijm: que vicina eſt reputans ne forte peniteret eum ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere: ⁊ reuerteretur in egyptum: ſed circunduxit per viam deſerti que eſt iuxta mare rubrum. Et armati aſcenderunt filij iſrael de terra egypti. Tulit quoq; Moyſes oſſa ioſeph ſecum: eo ꝙ adiuraſſet filios Iſrael dicens. Viſitabit vos deus: afferte oſſa mea hinc vobiſcum. Profectiq; de ſochot caſtrametati ſunt in ethā: i extremis finibus ſolitudinis. Dominus autē precedebat eos ad oſtēdendā viā per diē in colūna nubis: ⁊ per noctē in columna ignis vt dux eſſet itineris vtroq; tpe. Nūꝙ̄ defuit columna nubis p diem: nec colūna ignis p noctē coram populo.

Deutero.5.
B
16.q.3.c. porro
23.q.5.c. remittunt.§.hoc notandū in ſbo egypciaca.

13.q.5.c.remittunt.§. periciētes in fine.

C
Supra eod.b.
23.q.4.c.nabuchodonoſor.
5.q.5.c.nō oīs in ver.populū contumacem.

D
Ioſeph⁹ dicit filios iſrl̄ fuiſſe inermes i certis bn̄ ꝯcordat cū hoc.c.
Gen̄.50.d.
Ioſue.24.g.
13.q.2.hebron.
Numeri.14.c.
1.corin.10.a.
ps.104.
Neemie.9.a.

¶ C.S. Inſequit̄ Pharao fugiētes. populus māſit: pharao ſubmergitur ⁊ equitatus eius. Ca.XIIII.

A

Locutus eſt autem dominus ad moyſen dicens. Loquere filijs iſrael. Reuerſi caſtrametētur e regione phiairoth: que eſt inter magdalum ⁊ mare contra beelſephon. In cōſpectu eius caſtra ponetis ſup mare. Dicturuſq; eſt pharao ſup filijs iſrael. Coartati ſunt in terra: concluſit eos deſertū: ⁊ indurabo cor ei⁹ ac perſequet̄ vos ⁊ glorificabor in pharaone ⁊ in omni exercitu eius: ſcietq; egyptij qꝛ ego ſum dn̄s. Feceruntq; ita. et nunciatū eſt regi egyptioꝝ ꝙ fugiſſet populus: immutatūq; eſt cor pharaonis ⁊ ſeruoꝝ ei⁹ ſup ppl̄m: ⁊ dixerūt. Quid volumus facere vt dimitteremus iſrael ne ſeruiret nobis? Iunxit ergo currū ⁊ oēm ppl̄m ſuū aſſumpſit ſecū. Tulitq; ſexcētos currus electos ⁊ quicquid in egypto curruū fuit ⁊ duces totius exercitus. † Indurauitq; dn̄s cor pharaōis regis egypti ⁊ perſecutus eſt filios iſrael. At illi egreſſi erāt in manu excelſa. Cumq; pſequerent̄ egyptij veſtigia pcedētium reppererunt eos in caſtris ſuper mare. Omnis equitatus ⁊ currus pharaonis ⁊ vniuerſus exercitus erant in phiairoth contra beelſephon. Cūq; appropinquaſſet pharao: leuātes filij iſrael oculos viderunt egyptios poſt ſe: et timuerunt valde. Clamaueruntq; ad dominum ⁊ dixerunt ad Moyſen. Forſitan nō erāt ſepulchra in egypto: ideo tu-

B
Supra.c.
† Qui exercitus ſm̄ ioſep. c.11.antiq. fuit eqtū quinquaginta milium ⁊ ducēta milia armatorū cū dictis ſexcētis curribus.

liſti nos vt moreremur in ſolitudine. Quid hoc facere voluiſti vt educeres nos ex egypto? Nonne iſte eſt ſermo quem loquebamur ad te in egypto: dicẽtes: recede a nobis: vt ſeruiamus egyptijs. Multo enim melius erat ſeruire eis quã mori in ſolitudine. Et ait Moyſes ad populum. Nolite timere. State et videte magnalia domini que facturus eſt hodie. Egyptios enim quos nunc videtis nequaquã vltra videbitis vſqz in ſempiternum. Dominus pugnabit pro vobis: vos tacebitis. Dixitqz dominus ad moyſen. Quid clamas ad me? Loquere filijs iſrael vt proficiſcantur. Tu autẽ eleua virgam tuam et extende manum tuam ſuper mare et diuide illud vt gradiantur filij iſrael in medio mari per ſiccum. Ego autem indurabo cor egyptiorum vt perſequantur vos et glorificabor in pharaone: et in omni exercitu eius: et in curribus et in equitibus illius: et ſcient egyptij: quia ego ſum dominus cum glorificatus fuero in Pharaone et in curribus atqz in equitibus eius. Tollenſqz ſe angelus domini qui precedebat caſtra iſrael: abijt poſt eos: et cum eo pariter columna nubis priora dimittens poſt tergum ſtetit inter caſtra egyptiorum et caſtra iſrael. Et erat nubes tenebroſa et illuminans noctem: ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non valerẽt. Cumqz extendiſſet moyſes manum ſuper mare abſtulit illud dominus flante vento vehementi et vrẽte tota nocte et vertit in ſiccum. Diuiſaqz eſt aqua et ingreſſi ſunt filij iſrael per medium ſicci maris. Erat enĩ aqua quaſi murus a dextra eorum et leua. Perſequenteſqz egyptij ingreſſi ſunt poſt eos: et omnis equitatus pharaonis currus eius et equites per medium maris. Iamqz aduenerat vigilia matutina et ecce reſpiciens dñs ſuper caſtra egyptiorũ per columnam ignis et nubis interfecit exercitum eorum: et ſubuertit rotas curruum ferebanturqz in profundũ. Dixerunt ergo egyptij. Fugiamus iſraelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dñs ad Moyſen. Extende manum tuam ſuper mare vt reuertantur aque ad egyptios ſuper currus et equites eorum. Cumqz extendiſſet Moyſes manum cõtra mare: reuerſum eſt primo diluculo ad priorẽ locũ. Fugientibus egyptijs occurrerunt aque: et inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuerſeqz ſunt aque: et operuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis: qui ſequentes ingreſſi fuerant mare. Nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij autem iſrael perrexerunt per mediũ ſicci maris et aque eis erant quaſi pro muro a dextris et a ſiniſtris. Liberauitqz dominus in die illo iſrael de manu Egyptiorum et viderunt egyptios mortuos ſuper littus maris: et manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Timuitqz populus dominum et crediderunt domino et moyſi ſeruo eius.

D Vide ioſepho ca. xi. qualiter moyſes locutus eſt ad populũ iſrael.

Clamas ad me vide i ioſepho ca. predicto orationem q orauit moyſes ad dñm.

E Neemie. 9. b.

De pe. diſ. 2. c. reuera. in ver. circũcluſus ioſ. 2. b. et 4. d. Iudith. 5. b. ps. 77. Eccle. 32. c.

F Iudith. 9. b.

G Sap. 10. d. 23. q. 5. c. quid ergo. de pe. di. 2. c. et cognouerũt. §. ite opponit in 2. ſtatue ſigno ru. di. 3. c. ſunt pica §. autori tas. de conſecr. di. 4. cap. nec quequa. in fi. ps. 105. Eſa. 11. d

¶ Capituli Summarium. Decantant canticũ venerũt in marath: hic aque amare dulcorãtur: et poſtea venerunt i helym et in deſertum ſyn. Cap. XV.

Tunc cecinit moyſes et filij iſrael carmẽ hoc dño: et dixerunt. Cantemus dño. Glorioſe enĩ magnificat⁹ eſt: equũ et aſcẽſorẽ deiecit in mare. Fortitudo mea et laus mea dñs et factus eſt mihi in ſalutem. Iſte deus me⁹: et glorificabo eum: deus patris mei et exaltabo eum. Dñs quaſi vir pugnator oĩpotẽs nomẽ eius currus pharaonis et exercitũ ei⁹ proiecit in mare. Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro: abyſſi operuerũt eos deſcẽderũt in profundũ quaſi lapis. Dextera tua dñe magnificata eſt in fortitudine dextera tua dñe percuſſit inimicum et in multitudine glorie tue depoſuiſti aduerſarios noſtros. Miſiſti iram tuam que deuorauit eos ſicut ſtipulã et in ſpiritu furoris tui congregate ſunt aque. Stetit vnda fluens et cõgregate ſunt abyſſi in medio mari. Dixit inimic⁹. Perſequar et cõprehendã et diuidã ſpolia: implebit aĩa mea. Euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea. Flauit ſpũs tuus et operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbũ in aquis vehementibus. Quis ſimilis tui in fortibus dñe? Quis ſimilis tui? Magnificus i ſanctitate: terribilis atqz laudabilis faciens mirabilia. Extendiſti manum tuam et deuorauit eos terra. Dux fuiſti in miſericordia tua pplo quẽ redemiſti. Et portaſti eum in fortitudine tua: ad habitaculum ſanctum tuum. Aſcenderunt populi et irati ſunt: dolores obtinuerunt habitatores philiſthijm. Tunc conturbati ſunt principes edom: robuſtos moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores chanaan irruit ſuper eos formido et pauor in magnitudine brachij tui. Fiãt immobiles quaſi lapis donec pertranſeat populus tuus domine: donec pertrãſeat populus tuus iſte quem poſſediſti. Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tue firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es domine. Sanctuarium tuũ domine quod firmauerũt manus tue. Dominus regnabit in eternum et vltra. Ingreſſus eſt enim eques pharao cum curribus et equitibus eius in mare et reduxit ſuper eos dominus aquas maris. Filij autem iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius. Sumpſit ergo maria prophetiſſa ſoror aaron tympanũ in manu ſua. Egreſſeqz ſunt oẽs mulieres poſt eã cũ tympanis et choris quibus precinebat dicẽs Cantemus domino. Glorioſe enĩ magnificatus eſt: equum et aſcenſorem eius deiecit in mare. Tulit autem Moyſes iſrael de mari rubro: et egreſſi ſunt in deſertum ſur. Ambulaueruntqz tribus diebus per ſolitudinem: et non inueniebãt aquã. Et venerunt in † marath: nec poterãt bibere aquas de marath: eo qd eſſent amare. Unde et congruum loco nomẽ impoſuit: vocans illud marath. i. amaritudinem: et murmurauit populus contra moyſen dicens. Quid bibemus? At ille clamauit ad dominũ. Qui oſtendit ei lignũ. Quod cum miſiſſet in aquas in dulcedinem verſe ſunt. Ibi conſtituit ei precepta atqz iudicia: et ibi tentauit eũ dicẽs. Si audieris vocem domini dei tui: et qd rectũ eſt coram eo feceris et obedieris mandatis eius: cuſtodieriſqz omnia precepta illius cunctũ languorem quem poſui in egypto non inducam ſuper te. Ego enim ſum domin⁹ deus ſaluator tu⁹. Uenerũt aũt in helym filij iſrael vbi erant duodecim fontes aquarũ et ſeptuaginta palme et caſtrametati ſunt iuxta aquas.

A Infra eodem

Ps. 135. Eſa. 12. a.

B

De pe. di. 3. ſunt plures autoritas.

C 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor. et de pe. di. 4. c. nec quequã. 2. q. 7. plerũqz. §. in obijcitur.

Supra eodem

D

alias marath ſecundum ioſephum. De pe. di. 2. c. reuera. † marath. Nume. 33. b. Locus iſte ille et fontes ... me erãt inutiles filiis iſrael q propter loci ariditatẽ ... me nullũ fructum ferebant nec aqua fontium erat vtilis ad bibendum q cenoſa erat. Hec ioſe. li. ... anti. c. 1.

¶ Capituli Summa. Populus pro cibo murmurauit. coturnix datur: manna pluit: et duplum ſexta die colligi iubet.

Capitulum. XVI.



Profectiqz ſunt de helym et venit omnis multitudo filiorum Iſrael in deſertũ ſyn: quod eſt inter Helym et ſynai quintodecimo die menſis ſecundi poſtquam egreſſi ſunt de terra egypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum iſrael cotra moyſen et Aaron in ſolitudine. Dixeruntqz filij Iſrael ad eos.

Utinam

Dicit ioſephꝰ ꝙ filii iſrael volebant lapidare moyſen.

Utinã mortui eſſemus per manum dñi in terra egypti quã
do ſedebamus ſuper ollas carnium: ⁊ comedebamus panẽ
in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud vt occi-
deretis omnem multitudinẽ fame? Dixit aũt dñs ad moy
ſen. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediatur po-
B pulus ⁊ colligat que ſufficiunt per ſingulos dies vt tentem
De ꝯſe. di. 2. c. reuera. in prĩ. ⁊ c. inquit. eum: vtrum ambulet in lege mea an non. Die autẽ ſexto pa-
rent quod inferant: ⁊ ſit duplum ꝙ colligere ſolebant p ſin
gulos dies. Dixerũtqꝫ moyſes ⁊ aaron ad oẽs filios iſrael.
Ueſpere ſcietis ꝙ dñs eduxerit vos de terra egypti: ⁊ ma-
ne videbitis gloriam domini. Audiui enĩ murmur veſtrum
contra dominũ. Nos vero quid ſumus: quia muſitaſtis cõ-
tra nos? Et ait moyſes. Dabit vobis dominus veſpere car
C nes edere. Et mane panes in ſaturitate: eo ꝙ audierit mur
murationes veſtras: quibus murmurati eſtis contra eum.
Nos enĩ quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrum
ſed contra dñm. Dixit quoqꝫ moyſes ad aaron. Dic vniuer
ſe congregationi filiorum iſrael. Accedite coram dño. Audi
uit enim murmur veſtrum. Cumqꝫ loqueretur aaron ad oẽs
cetum filiorum iſrael: reſpexerunt ad ſolitudinem. Et ecce
gloria domini apparuit in nube. Locutus eſt autem domi-
Uocat auẽs ſi las ioſephꝰ coturnices ſeu orti gometras q naſcuntur in arabia. nus ad moyſen dicens. Audiui murmurationes filiorũ iſrl'
Loquere ad eos. Ueſpere comedetis carnes ⁊ mane ſatu-
rabimini panibus: ſcietiſqꝫ ꝙ ego ſũ dominus deus veſter
Factum eſt ergo veſpere ⁊ aſcẽdens coturnix cooperuit ca
ſtra: mane quoqꝫ ros iacuit per circuitum caſtrorũ. Cũqꝫ
D operuiſſet ſuperficiem terre: apparuit in ſolitudine minutũ
⁊ quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruine ſuper terrã. Quõ
cum vidiſſent filij iſrael. Dixerunt ad inuicem. Manhu?
Quod ſignificat. Quid eſt hoc. Ignorabant enĩ quid eſſet.
Quibus ait moyſes. Iſte eſt panis quem dominus dedit
De ꝯſe. di. 2. c. nec moyſes. De ꝯſe. di. 4. c. nec quiſqꝫ. i. ꝓ. eius equalitatis. di. 2. vbi pars. 2. Cor. 8. c. vobis ad veſcendum. Hic eſt ſermo quem ꝑcepit vobis do
minus. Colligat vnuſquiſqꝫ ex eo quantum ſufficiat ad ve-
ſcendum gomor per ſingula capita. Iuxta numerum anima
rum veſtrarũ que habitant in tabernaculo ſic tolletis. Fe
ceruntqꝫ ita filij iſrael: ⁊ collegerunt alius plus: aliꝰ minus:
⁊ menſi ſunt ad menſuram gomor. Nec qui plus collegerat
habuit amplius: nec qui minus parauerat repperit minus
E ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant congregauerunt.
Dixitqꝫ moyſes ad eos. Nullꝰ relinquat ex eo i mane. Qui
non audierunt eum ſed dimiſerunt quidam ex eis vſqꝫ ma-
ne: ⁊ ſcatere cepit vermibus atqꝫ computruit. Et iratus eſt
contra eos moyſes. Colligebant autem mane ſinguli quã-
De ꝯſe. di. 2. c. reuera. in verbo obnoxium tum ſufficere poterat ad veſcendum. Cumqꝫ incaluiſſet ſol
liqueſiebat. In die autẽ ſexto collegerunt cibos duplices:
id eſt duo gomor per ſingulos hoĩes. Uenerunt aũt omnes
principes multitudinis ⁊ narrauerunt moyſi. Qui ait eis.
F Hoc eſt quod locutus eſt dominus. Requies ſabbati ſan-
De ꝯſe. di. 2. c. reuera. in verbo obnoxium ctificata eſt domino. Cras quodcũqꝫ operandũ eſt facite:
⁊ que coquenda ſunt coquite. Quicquid aũt reliquũ fuerit
reponite vſqꝫ in mane. Feceruntqꝫ ita vt preceperat moyſes
Eze. 20. b. ⁊ non computruit: neqꝫ vermis inuentus eſt in eo. Dixitqꝫ
moyſes. Comedite illud hodie. Quia ſabbatum eſt domi-
no: non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in
die aũt ſeptimo ſabbatũ eſt dñi: idcirco nõ inuenietur. Ue-
nitqꝫ ſeptima dies: ⁊ egreſſi de populo vt colligerent: nõ in-
Cū q̄ appropinquaſſet ad caſtra vidit vitulū ⁊ choros. Iratuſq̄ valde proiecit de manu tabulas ⁊ cōfregit eas ad radicē montis. Arripienſq̄ vitulū quē fecerant combuſſit ⁊ contrivit vſq̄ ad pulverē quem ſparſit in aquam ⁊ dedit ex eo potū filijs iſrael. Dixitq̄ ad aaron. Quid tibi fecit hic pp̄lus: vt induceres ſuper eum peccatū maximum? Cui ille reſpōdit: ne indignetur dn̄s me⁹. Tu enī noſti pp̄lm iſtum ꝙ pronus ſit ad malum. Dixerunt mihi. Fac nobis deos q̄ nos precedant. Huic enī moyſi qui nos eduxit de terra egypti: neſcimus quid acciderit. Quibus ego dixi. Quis veſtrum habet aurum? Tulerunt ⁊ dederūt mihi: ⁊ proieci illud in ignē: egreſſuſq̄ eſt hic vitulus. Uidēs ergo moyſes pp̄lm ꝙ eſſet nudatus: ſpoliaverat enī eum Aaron propter ignominiam ſordis ⁊ inter hoſtes nudū conſtituerat: ⁊ ſtans in porta caſtrorum ait. Si quis eſt dn̄i iungatur mihi. Congregatiq̄ ſunt ad eum omnes filij levi. Quibus ait. Hec dicit domin⁹ deus iſrael. Ponat vir gladium ſuper femur ſuū. Ite ⁊ redite de porta vſq̄ ad portam per mediū caſtrorū: et occidat vnuſquiſq̄ fratrem ſuū ⁊ amicū ⁊ proximū ſuū. Fecerūtq̄ filij levi iuxta ſermonē moyſi: cecideruntq̄ in die illa quaſi viginti tria milia hoīm. Et ait moyſes. Conſecraſtis man⁹ veſtras hodie dn̄o vnuſquiſq̄ in filio ⁊ fratre ſuo vt detur vobis benedictio. Facto aūt altero die locutus eſt moyſes ad pp̄lm. Peccaſtis peccatū maximū: aſcendam ad dn̄m: ſi quomodo quivero eum deprecari ꝓ ſcelere veſtro. Reverſuſq̄ ad dn̄m ait. Obſecro: peccavit pp̄ls iſte peccatū maximū: feceruntq̄ ſibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi nō facis dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Cui reſpōdit dn̄s. Qui peccaverit mihi delebo eum de libro meo. Tu autem vade ⁊ duc pp̄lm iſtum quo locutus ſum tibi. Angelus meus precedet te. Ego aūt in die vltiōis viſitabo ⁊ hoc peccatum eorū. Percuſſit ergo dominus populū pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

Hercules primus argivus vir doctus claret.

F

Nume. 25. a. 45. di. ca. diſciplina. 23. q. 4. c. guilliſarius. ⁊ c. qđ crudele.

G

24. q. 3. c. ſi affirmamus. De pe. diſ. 2. c. ⁊ cognoverūt. 5. q. 5. non oīs. Ibi populū ꝯtumacē. ā. 23. c.

De pe. diſ. 2. c. ⁊ cognoverūt §. itē opponit.

C. S. Populus ornatum deponit: tabernaculum extra caſtra tetendit: dominus in colūna loquitur moyſi: faciē domini petit videre. Cap. XXXIII.

A

De pe. di. 4. c. peccatum. Qualis fuerit iſta colūna nubis ⁊ q̄r appe hat vide per ioſephū lib. 3. antiqui. c. xij. col. ij. vbi pulchre loquitur.

Locutus eſt: dn̄s ad moyſen dicens. Uade aſcēde de loco iſto tu ⁊ populus tuus quē eduxiſti de terra egypti: in terrā quā iuravi abraam: iſaac: ⁊ iacob: dicens. Semini tuo dabo eā. Et mittā precurſorē tui angelum: vt eijciā chananeū: ⁊ amorreū ⁊ etheū ⁊ phereȝeum: ⁊ eveum ⁊ iebuſeum: ⁊ intres in terrā fluentē lacte ⁊ melle. Non enī aſcendam tecū: q: populus dure cervicis eſt: ne forte diſperdā te in via. Audienſq̄ populus ſermonē hunc peſſimū luxit: ⁊ nullus ex more indutus eſt cultu ſuo. Dixit dn̄s ad moyſen. Loquere filijs iſrael. Populus dure cervicis es: ſemel aſcendam in medio tui ⁊ delebo te. Jam nūc depone ornatum tuum vt ſciam quid faciam tibi. Depoſuerunt ergo filij iſrael ornatū ſuum a mōte oreb. Moyſes quoq̄ tollens tabernaculū: tetendit extra caſtra procul: vocavitq̄ nomen eius tabernaculū federis. Et omnis populus qui habebat aliquam queſtionem: egrediebatur ad tabernaculū federis extra caſtra. Cumq̄ egrederetur moyſes ad tabernaculū: ſurgebat vniverſa plebs: ⁊ ſtabat vnuſquiſq̄ in oſtio papillionis ſui: reſpiciebantq̄ tergum moyſi: donec ingrederetur tentorium. Ingreſſo autē illo tabernaculū federis: deſcendebat columna nubis et ſtabat ad oſtium. Loquebaturq̄ dn̄s cum moyſe cernentibus vniverſis: ꝙ columna nubis ſtaret ad oſtium tabernaculi. Stabantq̄ ipſi ⁊ adorabant per fores tabernaculorum ſuorum. Loquebatur autē dominus ad moyſen facie ad faciē ſicut ſolet loqui homo ad amicū ſuū. Cumq̄ ille reverteretur in caſtra miniſter eius Joſue filius Nun puer non recedebat de tabernaculo. Dixit aūt moyſes ad dominū. Precipis vt educā populū iſtum ⁊ non indicas mihi quem miſſurus es mecū: preſertim cum dixeris novi te ex nomine: et inveniſti gratiam coram me. Si ergo inveni gratiā in cōſpectu tuo: oſtende mihi faciē tuam: vt ſciam te ⁊ inveniā gratiam ante oculos tuos. Reſpice populū tuum gentē hanc. Dixitq̄ dominus. Facies mea precedet te: ⁊ requiē dabo tibi. Et ait moyſes: ſi nō tuipſe precedas ne educas nos de loco iſto. In quo enī ſcire poterimus ego ⁊ pp̄ls tuus inveniſſe nos grām in cōſpectu tuo: niſi ambulaveris nobiſcum vt glorificemur ab oībus pp̄lis qui habitāt ſuper terrā: dixit aūt dn̄s ad moyſen: ⁊ verbum iſtud quod locut⁹ es faciā. Inveniſti enī grām coram me ⁊ teipſum novi ex noīe. Qui ait. Oſtende mihi gl'iam tuā. Rn̄dit. Ego oſtendam omne bonū tibi: ⁊ vocabor in noīe dn̄i coram te: ⁊ miſerebor cui voluero: ⁊ clemens ero in quem mihi placuerit. Ruſumq̄ ait Nō poteris videre faciem meā. Nō enī videbit me homo ⁊ vivet. Et iterum. Ecce (inquit) eſt locus apud me: ⁊ ſtabis ſupra petram. Cūq̄ tranſibit gloria mea ponam te in foramine petre: ⁊ protegam dextera mea donec tranſeā. Tollāq̄ manū meā: ⁊ videbis poſteriora mea: faciem autem meā videre non poteris.

B

88. di. ca. 1. ꝑſi. nonne.

35. diſt. c. fina. 11. q. 3. c. ſīmo ꝑpere. ꝑ. hic eſt ⁊ per archidi. de re iudi. li. 6. Numeri. 12.

8 q. 1. c. moyſes

C

De pe. diſ. 2. c. cognoverūt. § itē opponit. ꝑ. quo autem.

D

Roma. 9. a.

Joan. 17. d. 24. q. 1. c. q: ex ſola. ꝑ. 1 petra. 8. q. 1. ca. moyſes in glo. 2.

C. S. De renovatione tabularū: dn̄s corā moyſe trāſit: de non habenda ſocietate gentiū. Repetitio de primogenitis redimendis: de ſabbato: de tribus tēporib⁹ anni: de fermento: de victimis: de hedo nō coquēdo: quadraginta diebus ieiunavit moyſes. deſcēdit de mōte cornut⁹ velat faciē. Cap. XXXIIII.



Hec deinceps precide (ait) tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum: ⁊ ſcribam ſuper eas verba que habuerūt tabule quas fregiſti. Eſto parat⁹ manē vt aſcēdas ſtatī montem ſynai ſtabiſq̄ mecū ſup verticem mōtis. Nullus aſcēdat tecū: nec videatur quiſpiam per totum montem: boves quoq̄ ⁊ oves non paſcantur econtra. Excidit ergo duas tabulas lapideas quales antea fuerant: et de nocte conſurgens aſcendit in montem ſynai ſicut preceperat ei dominus portans ſecum tabulas. Cumq̄ deſcendiſſet dominus per nubem: ſtetit moyſes cum eo invocans nomen domini. Quo tranſeunte corā eo: ait. Dominator dn̄e deus: miſericors ⁊ clemens patiens et multe miſerationis ac verax: qui cuſtodis miſericordiā in milia: qui aufers iniquitatē ⁊ ſcelera atq̄ peccata nulluſq̄ apud te per ſe innocens eſt qui reddis iniquitatē patrū filijs ac nepotibus in tertiam ⁊ quartā ꝓgeniem. Feſtinuſq̄ moyſes incurvatus eſt pronus in terram adorās ait. Si inveni gratiā in conſpectu tuo domine, obſecro vt gradiaris

A

Deutero. 10. a.

Antheus libycus vir doctiſſimus claret.

Hiere. 32. c. De pe. diſ. 1. c. quid eſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nobiſcum populus enim dure ceruicis eſt: vt auferas iniq-
tates noſtras atq; pctã: noſq; poſſideas. Reſpondit domi-
nus. Ego inibo pactum videntibus cunctis: ſigna faciam:
que nunq̄ viſa ſunt ſuper terram nec in vllis gentibꝰ vt cer
nat populus iſte in cuius es medio: opus domini terribile
quod facturus ſum. Obſerua cũcta que hodie mandaui ti-
bi. Ego ipſe eijciam ante faciem tuam ammorreũ: ⁊ chana-
Deute.7.a. neum: ⁊ etheum phereſeum quoq; ⁊ eueum ⁊ iebuzeum. Ca
ue ne vnq̄ cũ habitatoribus terre illius iungas amicitias
3.Reg.11.a. que ſint tibi in ruinam. Sed et aras eorũ deſtrue cõfringe
32.q.4.c. ſicut ſanctũ. ſtatuas lucoſq; ſuccide. Noli adorare deũ alienũ. Dominꝰ
26.q.2.c.ſi. zelotes nomen eius deus eſt emulator. Ne ineas pactũ cuz
25.q.1.ſit eſti. hominibus illarum regionũ: nec cũ fornicati fuerint cũ diis
C ſuis ⁊ adorauerint ſimulachra eorũ vocet te q̄ſpiã vt come-
35.q.4.c.qd das de immolatis. Nec vxorem de filiabus eorũ accipies
aũt.§.in lege. filijs tuis ne poſtq̄ ipſe fuerint fornicate: fornicari faciãt et
Supra.13.a filios tuos in deos ſuos. Deos conflatiles non facies tibi.
Luce.2.d. Solẽnitatẽ azimorꝝ cuſtodies. Septem diebꝰ veſceris azi
Supra.13.c. mis ſicut precepi tibi in tempore meſſis nouorꝝ. Mẽſe eniz
De voto.c.magne. verni temporis egreſſus es de egypto. Omne qd aperit vul
Eccle.38.a. uam generis maſculini meũ erit. De cũctis animantibus:
tam de bobus q̄ de ouibus meũ erit. Primogenitum aſini
redimes oue. Sin autem nec precium pro eo dederis occi-
detur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec appa
rebis in conſpectu meo vacuus. Sex diebus operaberis:
die ſeptimo ceſſabis arare ⁊ metere. Solennitatem hebdo
madarũ facies tibi in primitijs frugũ meſſis tue tritice ⁊ ſo
lennitatem quando redeũte anni tempore cuncta condunt
Tribus temporibus anni apparebit omne maſculinum tuũ
in conſpectu omnipotentis domini dei iſrael. Cũ enim tule
ro gentes a facie tua ⁊ dilatauero terminos tuos nullꝰ inſi
diabitur terre tue aſcendente te ⁊ apparente in conſpectu
D domini dei tui ter ĩ anno. Non imolabis ſuper fermẽto ſan
Supra.23.b. guinem hoſtie tue: neq; reſidebit mane de victimis ſolẽni-
Deute.14.c. tatis phaſe. Primitias frugũ terre tue offeres in domo do
Supra.24.d. mini dei tui. Non coques hedũ in lacte matris ſue. Dixitq;
De cõſe.d.3.c. dominꝰ ad Moyſen. Scribe tibi verba hec: quibꝰ ⁊ tecũ ⁊
quadrageſima.⁊.37.di.c. cũ iſrael pepigi fedꝰ. Fuit ergo ibi cũ domio Moyſes qua
legimꝰ.§.ſi econtra. draginta dies ⁊ quadraginta noctes. Panem nõ comedit
⁊ aquam non bibit: ⁊ ſcripſit in tabulis verba federis decẽ.
Cumq; deſcenderet moyſes de monte ſynai: tenebat duas
tabulas lapideas teſtimonij ⁊ ignorabat q̄ cornuta eſſz fa-
cies ſua: ex conſortio ſermonis domini. Videntes aũt aarõ
⁊ filij iſrael cornutam moyſi faciez timuerũt prope accedere
Vocatiq; ab eo reuerſi ſunt tam aaron q̄ principes ſynago
ge. Et poſtq̄ locutus eſt ad eos venerunt ad eum etiam om
nes filij iſrael. Quibꝰ precepit cũcta q̄ audierat a domino:
2.Cori.3.c. in monte ſynai. Impletiſq; ſermonibꝰ poſuit velamẽ ſuper
faciem ſuam. Qui ingreſſus ad dominũ ⁊ loquens cũ eo au
ferebat donec exiret: ⁊ tũc loquebat ad filios iſrael omnia q̄
fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis moyſi
eſſe cornutam: ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam; ſi quã
do loquebat ad eos.

¶ C. Sum. Moyſes mandat ſabbatum cuſtodiri. Petit
primitias ⁊ donaria: interrogat q̄s ſapiens operaretur. Popu
lus offert q̄ petita ſunt. Moyſes ait. Ecce vocauit dominꝰ
Beſeleel. Ca. XXXV.

A IGitur cõgregata omnis turba filiorꝝ iſrael
dixit ad eos. Hec ſunt q̄ iuſſit dominꝰ fieri.
Sex diebus facietis opus. Septimꝰ dies
erit vobis ſanctus: ſabbatũ, ⁊ requies dñi
Qui fecerit opus in eo occidet. Non ſuc-
cẽdetis ignem in oibꝰ habitaculis veſtris
per diẽ ſabbati. Et ait moyſes ad oẽm cateruã filiorꝝ iſrael.
Iſte eſt ſermo quem precepit dñs dicens. Separate apud
vos primitias dño. Omnis volũtarius ⁊ prono aĩo offerat
eas domino. Aurum ⁊ argentum: es: hyacinthum ⁊ purpu Supra.25.a
ram: coccũq; bis tinctũ ⁊ byſſum: pilos caprarum: pelleſq;
arietum rubricatas ⁊ hyacinthinas ligna ſethim ⁊ oleũ ad
luminaria concinanda: ⁊ vt conficiatur vnguentum et thy-
miama ſuauiſſimum lapides onichynos: ⁊ gemmas ad or-
natum ſuperhumeralis ⁊ rationalis. Quiſquis veſtrum ſa B
piens eſt veniat ⁊ faciat qd dominꝰ imperauit tabernaculũ
ſcilicet ⁊ tectũ eius atq; operimentuz anulos ⁊ tabulata cũ
vectibus: paxillos ⁊ baſes: arcam ⁊ vectes: propiciatoriuz
⁊ velum qd ante illud oppanditur: menſam cum vectibus ⁊
vaſis: et propoſitionis panibus: candelabrum ad lumina-
ria ſuſtentanda: vaſa illius ⁊ lucernas ⁊ oleum ad nutrimẽ
ta ignium: altare thymiamatis ⁊ vectes ⁊ oleum vnctionis
⁊ thymiama ex aromatibus. tentorium ad oſtium taberna
culi: altare holocauſti et craticulam eius eneam cum vecti-
bus ⁊ vaſis ſuis: labrum ⁊ baſes eius: cortinas atrij cũ co-
lumnis ⁊ baſibus: ⁊ tentoriũ in foribus veſtibuli: paxillos
tabernaculi atrij cum funiculis ſuis: veſtimenta quorũ vſus
eſt in miniſterio ſanctuarij. Veſtes Aaron pontificis ac fi- C
liorũ eius vt ſacerdotio fungantur mihi. Egreſſaq; omnis
multitudo filiorꝝ iſrael de conſpectu moyſi: obtulerunt men
te promptiſſima atq; deuota primitias domino ad faciẽdũ
opus tabernaculi teſtimonij. Quicq̄d ad cultũ ⁊ ad veſtes
ſanctas neceſſariũ erat: viri cũ mulieribus prebuerunt ar-
millas et inaures anulos et dextralia. Omne vas aureum
in donaria domini ſeparatũ eſt. Si quis habebat aurum
hyacinthũ ⁊ purpurã coccũq; bis tinctũ: byſſum ⁊ pilos ca
prarũ: pelles arietũ rubricatas ⁊ hyacinthinas argenti: et
auri: eriſq; metalla obtulerunt domino lignaq; ſethim in va-
rios vſus: ſed ⁊ mulieres docte q̄ neuerãt dederũt hyacin-
thũ: purpuram ⁊ vermiculũ ac byſſum ⁊ pilos caprarũ ſpõ
te propria cuncta tribuentes. Principes vero obtulerũt
lapides onychinos ⁊ gemmas ad ſuperhumerale ⁊ rationa
le. Aromataq; ⁊ oleũ ad luminaria concinanda ⁊ ad prepa-
randũ vnguẽtũ ⁊ thymiama odoris ſuauiſſimi componen- D
dũ. Omnes viri ⁊ mulieres mente deuota obtulerũt dona
ria: vt fierent opera q̄ iuſſerat dñs per manũ moyſi. Cũcti fi
lij iſrael volũtaria dño dedicauerũt. Dixitq; Moyſes ad fi Supra.31.a.
lios iſrael. Ecce vocauit dñs ex noĩe beſeleel filiũ Uri filij
hur de tribu iuda: ĩpleuitq; cũ ſpũ dei ſapiẽtia ⁊ intelligen-
tia ⁊ ſcientia ⁊ omni doctrina ad excogitandũ ⁊ faciẽduz
opꝰ in auro ⁊ argento ⁊ ere ⁊ ferro: ſculpẽdiſq; lapidibꝰ: et
opere carpentario. Quicq̄d fabre adueniri põt dedit in cor
de eiꝰ. Ooliab q̄ filiũ achiſamech de tribu dan ambos eru
diuit ſapientia vt faciãt opera abietarij polymitarij ac plu-
marij de hyacitho ⁊ purpura coccoq; bis tincto ⁊ byſſo: et
texant oia. ac noua queq; reperiant.

¶ C. S. Plus offert populus q̄ ſit neceſſe. Fit opꝰ taber
naculi ſcz decẽ cortine ⁊ quinquaginta anſe: ⁊ q̄nquaginta
ſaga: q̄nquaginta fibule: fiũt operimenta tabernaculi. Ta-
bule: baſes: vectes: circuli: ⁊ velũ ⁊ tentoriũ ⁊ colũne quiq;.

Cap. XXXVI.

FEcit ergo beſeleel ⁊ ooliab ⁊ oĩs vir ſapiẽs A
quibꝰ dedit dominꝰ ſapientiã ⁊ intellectũ
vt ſcirẽt fabre operari q̄ in vſu ſanctuarij ne-
ceſſaria ſunt ⁊ q̄ p̄cepit dñs fieri. Cũq; vo
caſſet eos moyſes ⁊ oẽm eruditũ virũ: cui
dederat dñs ſapiẽtiã et q̄ ſponte ſua obtu
lerant ſe ad faciendũ opꝰ: tradidit eis vniuerſa donaria fi
liorum iſrael. Qui cum inſtarent operi quotidie mane vota
populꝰ offerebat. Unde artifices venire cõpulſi dixerũt moy
ſi. Plus offert ppl's q̄ neceſſariũ eſt. Iuſſit ergo moyſes p̄-
conis voce cantari. Nec vir nec mulier quicq̄ offerat vltra
in ope ſanctuarij. Sicq; ceſſatũ eſt a muneribꝰ offerẽdis eo
q̄ oblata ſufficerent ⁊ ſupabundarent. Feceruntq; omnes
corde ſapientes ad explendum opus tabernaculi cortinas
decem

B deceꝫ de byſſo retorta ⁊ hyacintho: ⁊ purpura coccoqꝫ bis
tincto opere vario ⁊ arte polymita. Quarum vna habebat
in longitudine vigintiocto cubitos ⁊ in latitudine quatuor.
Una menſura erat omniū cortinarum. Coniungitqꝫ corti-
nas quinqꝫ alteram alteri: ⁊ alias quinqꝫ ſibi inuicem copu
lauit. Fecit ⁊ anſas hyacinthinas i ora cortine vnꝰ ex vtro
qꝫ latere ⁊ in ora cortine alterius ſimiliter vt contra ſe inui-
cem venirent anſe ⁊ mutuo iungerentur. Unde ⁊ quinqua-
ginta fudit circulos aureos: qui morderent cortinarum an
ſas ⁊ fieret vnum tabernaculum. Fecit et ſaga vndecim de
pilis caprarum: ad operiendum tectum tabernaculi. Unuꝫ
ſagum in longitudine habebat cubitos triginta ⁊ in latitu
dine cubitos quatuor. Unius menſure erant omnia ſaga.
Quorū quinqꝫ iungit ſeorſum ⁊ ſex alia ſeparatim. Fecitqꝫ
anſas quinquaginta in ora ſagi vnius: et quinquaginta in
C ora ſagi alterius vt ſibi inuicē iūgerentur: ⁊ fibulas eneas
quinquaginta quibus necteretur tectum vt vnum pallium
ex omnibus ſagis fieret. Fecit ⁊ opertoriuꝫ tabernaculi de
pellibus arietuꝫ rubricatis: aliudqꝫ deſuper velamētum de
pellibus hyacinthinis: fecitqꝫ ⁊ tabulas tabernaculi de li-
gnis ſethim: ſtantes. Decem cubitorum erat longitudo ta-
bule vnius: ⁊ vnum ac ſemis cubitū latitudo retinebat. Bi
ne incaſtrature erant per ſingulas tabulas: vt alteri altera
iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. Ex q̄
bus viginti ad plagam meridianam erant contra auſtrum
cum quadraginta baſibus argēteis. Due baſes ſub vna ta
bula ponebantur ex vtraqꝫ parte angulorum: vbi incaſtra-
ture laterum in angulis terminantur. Ad plagam quoqꝫ ta
bernaculi que reſpicit ad aquilonem fecit viginti tabulas
cum quadraginta baſibus argēteis duas baſes per ſingu-
las tabulas. Contra occidentem vero: id eſt ad eā partē ta-
bernaculi que mare reſpicit: fecit ſex tabulas ⁊ duas alias
per ſingulos angulos tabernaculi retro: que iuncte erant
a deorſum vſqꝫ ſurſum: ⁊ in vnam compaginem pariter fere
bantur. Ita fecit ex vtraqꝫ parte per ſingulos angulos: vt
D octo eſſent ſimul tabule: et haberent baſes argenteas ſex-
decim binas. ſ. baſes ſub ſingulis tabulis. Fecit et vectes
de lignis ſethim quinqꝫ ad continendas tabulas vnius la-
teris tabernaculi ⁊ quinqꝫ alios ad alterius lateris cooptā-
das tabulas: ⁊ extra hos quinqꝫ alios vectes ad occidēta-
lem plagam tabernaculi contra mare: fecit qꝫ vectem alium
qui per medias tabulas ab angulo vſqꝫ ad angulum perue
niret. Ipſa aūt tabulata deaurauit fuſis baſibus earum ar
genteis. Et circulos eoꝝ fecit aureos per quos vectes in-
duci poſſent quos ⁊ ipſos laminis aureis operuit. Fecit ⁊
velū de hyacintho: purpura vermiculo ac byſſo retorta ope
re polymitario variuꝫ atqꝫ diſtinctū: ⁊ quatuor colūnas de
lignis ſethim quas cū capitibus deaurauit: fuſis baſibus
eaꝝ argēteis. Fecit ⁊ tētoriū in introitu tabernaculi ex hya
cintho: purpura vermiculo byſſoqꝫ retorta opere plumario
⁊ colūnas quinqꝫ cū capitibus ſuis quas operuit auro: ba-
ſeſqꝫ earum fudit eneas quas operuit auro.

C. S. Fit arca et vectes eius ⁊ propiciatorium cheru-
bim: menſa cum circulis: candelabrum ⁊ lucerne cū emun-
ctorijs: altare thimiamatis: oleū ſanctificationis ⁊ thymia
ma.

Capitulum. XXXVII.

A FEcit autem beſeleel et arcam de lignis ſe-
thim habentem duos ⁊ ſemis cubitos in
longitudine: ⁊ cubitum ac ſemiſſem in lati
tudine. Altitudo quoqꝫ vnius cubiti fuit
⁊ dimidij. Ueſtiuitqꝫ eam auro puriſſimo:
intus ac foris. Et fecit illi coronam aureaꝫ
per gyrum cōſtans quatuor anulos aureos per quatuor an
gulos eiꝰ: duos anulos in latere vno: et duos in altero. Ue
56. di. c. eccle- ctes quoqꝫ fecit de lignis ſethi quos veſtiuit auro: ⁊ quos
ſiaſ. §. ecce. miſit in anulos qui erant in lateribus arce: ad portandum
eam. Fecit ⁊ propiciatorium: id eſt oraculum de auro mun-
diſſimo duorum cubitorum et dimidij in longitudine cubi-
ti ac ſemis in latitudine. Duos etiam cherubim ex auro du B
ctili quos poſuit ex vtraqꝫ parte propiciatorij cherub vnuꝫ
in ſummitate vnius partis ⁊ cherub alterum in ſummitate
partis alterius. Duos cherubim in ſingulis ſummitatibus
propiciatorij: extendentes alas ⁊ tegentes propiciatoriuꝫ:
ſeqꝫ mutuo ⁊ illud reſpicientes. Fecit ⁊ menſam de lignis
ſethim in longitudine duorum cubitoꝝ ⁊ in latitudine vnꝰ
cubiti: que habebat in altitudine cubitum ac ſemiſſem. Cir
cundeditqꝫ eam auro mundiſſimo ⁊ fecit illi labium aureuꝫ
per gyrum: ipſi quoqꝫ labio coronam auream interraſilem
quatuor digitorum: et ſuper eandem alteram coronam au-
reā. Fudit ⁊ quatuor circulos aureos quos poſuit in qua-
tuor angulis per ſingulos pedes menſe contra coronaꝫ mi
ſitqꝫ in eos vectes vt poſſit menſa portari. Ipſos quoqꝫ ve- C
ctes fecit de lignis ſethim ⁊ circundedit eos auro. Et vaſa
ad diuerſos vſus mēſe: acetabula phialas ⁊ cyathos: ⁊ thu
ribula ex auro puro in quibus offerenda ſunt libamina. Fe
cit et candelabrum ductile de auro mundiſſimo. De cuius
vecte calami: ſcyphi: ſpheruleqꝫ ſimul ⁊ lilia procedebāt ſex
in vtroqꝫ latere. Tres calami ex parte vna ⁊ tres ex altera.
Tres ſcyphi in nucis modum per calamos ſingulos ſphe-
ruleqꝫ ſimul ⁊ lilia et tres ſcyphi inſtar nucis in calamo al-
tero ſpheruleqꝫ ſimul ⁊ lilia. Equum erat opus ſex calamo-
rum qui procedebant de ſtipite candelabri. In ipſo autem
vecte erant quatuor ſcyphi in nucis modū: ſpheruleqꝫ per
ſingulos ⁊ lilia. Et ſpherule ſub duobus calamis per loca
tria qui ſimul ſex fiunt calami procedentes de vecte vno: et
ſpherule igitur et calami ex ipſo erant vniuerſa ductilia ex
auro puriſſimo. Fecit ⁊ lucernas ſeptem cum emunctorijs D
ſuis: et vaſa vbi ea que emuncta ſunt extinguantur de auro
mundiſſimo. Talentum auri appendebat candelabrum cuꝫ
omnibus vaſis ſuis. Fecit ⁊ altare thymiamatis de lignis
ſethim per quadrum ſingulos habens cubitos: et in altitu
dine duos e cuius angulis procedebant cornua veſtiuitqꝫ
illud auro puriſſimo cum craticula: ac parietibus: ⁊ corni-
bus. Fecitqꝫ ei coronam aureolam per gyrum et duos anu
los aureos ſub corona per ſingula latera: vt mittanť in eos
vectes ⁊ poſſit altare portari. Ipſos auteꝫ vectes fecit de li-
gnis ſethim ⁊ operuit laminis aureis. Compoſuit ⁊ oleum
ad ſanctificationis vnguentum ⁊ thymiamata de aromati-
bus mundiſſimis opere pigmentarij.

Capituli Summarium. Fit altare holocauſti cum per-
tinentijs: labium eneum: et atrium cum pertinētijs.

Capitulum. XXXVIII.

FEcit et altare holocauſti de lignis ſethim: q̄n A
qꝫ cubitorum per quadrum et trium in altitu- 2. Para. 1. 8.
dine cuius cornua de angulis pcedebant ope
ruitqꝫ illud laminis eneis. Et in vſus eius pa-
rauit ex ere vaſa diuerſa: lebetes: forcipes: fu
ſcinulas: vncinos: ⁊ ignium receptacula. Craticulamqꝫ eiꝰ
in modum retis fecit eneam: et ſubter eam in altaris medio
arulam fuſis quatuor eneis anulis per totidē retiaculi ſum
mitates ad immittendos vectes ad portandū. Quos ⁊ ip-
ſos fecit de lignis ſethim: ⁊ operuit laminis eneis eduxitqꝫ
in circulos qui in lateribus altaris eminebant. Ipſum aūt
altare nō erat ſolidum: ſed cauum ex tabulis: ⁊ intus vacuū 36. di. c. eccle-
Fecit ⁊ labrum eneum cuꝫ baſi ſua de ſpeculis mulierū que ſiaſ. §. ecce. in fine.
excubabant in oſtio tabernaculi Fecit ⁊ atrium in cuiꝰ au-
ſtrali plaga erant tentoria de byſſo retorta cubitorum cētū
columne enee viginti cum baſibus ſuis: capita colūnarum:
⁊ tota operis celatura argentea. Eque ad ſeptemtrionaleꝫ
plagam tentoria colūne baſeſqꝫ et capita columnarū eiuſ-
dem menſure et operis ac metalli erant. In cauero plaga

que ad occidentem reſpicit fuerunt tentoria cubitorũ quinquaginta:colũne decem cũ baſibus ſuis:enee:⁊ capita columnarũ et tota operis celatura argentea. Porro contra orientẽ quinquaginta cubitorũ parauit tentoria:e quibus quindecim cubitos colũnarum trium cuʒ baſibus ſuis vnũ tenebat latus ⁊ in parte altera:quia inter vtrãq; introitum
C tabernaculi fecit:quindecim eque cubitorũ erant tentoria. colũneq; tres ⁊ baſes totidẽ. Cuncta atrij tentoria byſſus retorta texuerat. Baſes colũnarũ fuerunt enee:capita aũt earum cum cunctis celaturis ſuis argẽtea:ſed ⁊ ipſas colũnas atrij veſtiuit argento. Et in introitu eius opere plumario:fecit tentorium ex hyacintho: purpura: vermiculo:ac byſſo retorta:quod habebat viginti cubitos in longitudine:altitudo vero quinq; cubitorũ erat iuxta menſuraʒ quã cuncta atrij tentoria habebant. Colũne aũt in ingreſſu fuere quatuor cum baſibus eneis capitaq; earum: ⁊ celature
Joſeph⁹ dicit iſtum beſeleel fuiſſe meliorem olim artificum. argentee. Paxillos quoq; tabernaculi ⁊ atrij per gyrum fecit eneos. Hec ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij que enumerata ſunt iuxta preceptum Moyſi in cerimonijs leuitarum per manum Ithamar filij Aaron ſacerdotis que beſeleel filius huri filij hur de tribu iuda:domino per moyſen iubente compleuerat:iuncto ſibi ſocio ooliab filio Achiſa-
D mech de tribu dan:qui ⁊ ipſe artifex lignorũ egregius fuit: ⁊ polymitarius atq; plumarius ex hyacintho:purpura:vermiculo ⁊ byſſo. Omne aurum quod expenſum eſt in opere ſanctuarij: ⁊ quod oblatum eſt in donarijs viginti ⁊ nouem talentorum fuit: ⁊ ſeptingentorum triginta ſiclorum ad mẽſuram ſanctuarij. Oblatum eſt autem ab his qui trãſierũt ad numerum a viginti annis ⁊ ſupra:de ſexcentis tribus milibus ⁊ quingentis quinquaginta armentorum. Fuerunt preterea centum talenta argenti:e quibus conflate ſunt baſes ſanctuarij: ⁊ introitus vbi velum pendet. Centuʒ baſes facte ſunt de talentis centum ſingulis talẽtis per baſes ſingulas ſupputatis. De mille autẽ ſeptingentis ⁊ ſeptuaginta quinq; ſiclis fecit capita columnarum quas ⁊ ipſas veſtiuit argento. Eris quoq; oblata ſunt talenta ſeptuaginta duo milia: ⁊ quadringenti ſupra ſicli:ex quibus fuſe ſunt baſes in introitu tabernaculi teſtimonij:et altare eneum cum craticula ſua:omniaq; vaſa que ad vſum eius pertinent:et baſes atrij tam in circuitu q̃ in egreſſu eius ⁊ paxilli tabernaculi atq; atrij per gyrum.

¶ C.S. Fiunt ornamenta pontificalia ⁊ ſacerdotalia: perficitur opus:obtulerunt que facta ſunt quibus oblatis moyſes benedixit eis. Ca. XXXIX.

A De hyacintho vero ⁊ purpura: vermiculo ac byſſo fecit veſtes quibus indueretur aarõ quando miniſtrabat in ſanctis ſicut precepit dominus moyſi. Fecit igitur ⁊ ſuphumerale de auro hyacintho ⁊ purpura coccoq; bis tincto ⁊ byſſo retorta opere polymitario. Inciditq; bracteas aureas ⁊ extenuauit in fila: vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſub tegmine:duaſq; oras ſibi inuicem copulatas in vtroq; latere ſummitatum ⁊
B baltheum ex eiſdem coloribus:ſicut preceperat Dominus moyſi. Parauit ⁊ duos lapides onychinos aſtrictos: ⁊ incluſos auro ⁊ ſculptos arte gemmaria nobilibus filiorum iſrael. Sex nomina in lapide vno ⁊ ſex in altero:iuxta ordinem natiuitatis eorum. Poſuitq; eos in lateribus ſuperhumeralis:in monimentum filiorum iſrael: ſicut preceperat domin⁹ moyſi. Fecit ⁊ rationale opere polymito:iuxta op⁹ ſuperhumeralis:ex auro:hyacintho:purpura: coccoq; bis tincto ⁊ byſſo retorta:quadrangulum duplex menſure palmi: ⁊ poſuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo
Ordines lapidum idem ſupra exod. 28. c. verſu erat ſardius:topazius:ſmaragdus. In ſecundo carbunculus ſaphirus ⁊ iaſpis. In tertio ligurius:achates:et
C ametiſtus. In quarto chryſolitus: onychinus:et berillus: circũdati ⁊ incluſi auro per ordines ſuos. Ipſiq; lapides duodecim ſculpti erant noĩbus duodecim tribuũ iſrael ſinguli ꝑ noĩa ſingulorũ. Fecerunt in rationali ⁊ cathenulas ſibi inuicẽ coherẽtes de auro puriſſimo: ⁊ duos vncinos totidemq; anulos aureos. Porro anulos poſuerunt in vtroq;
D latere rõnalis e quibus penderent due cathene auree quas inſeruerunt vncinis q̃ in ſuperhumeralis ãgulis eminebãt. Hec ⁊ ante ⁊ retro ita cõueniebãt ſibi vt ſuperhumerale ⁊ rationale mutuo necterent̃:ſtricta ad baltheũ: ⁊ anulis forti⁹ copulata quos iungebat vitta hyacinthina ne laxa flueret: ⁊ a ſe inuicẽ mouerent̃ ſicut p̃ceperat dñs moyſi. Fecerũtq; tunicã ſuphumeralis totã hyacinthinã ⁊ capitiũ i ſuperiori parte cõtra mediũ:orãq; ꝑ gyrũ capitij textilẽ:deorſuʒ autẽ ad pedes malapunica ex hyacintho purpura:vermiculo
E ac byſſo retorta: ⁊ tintinabula de auro puriſſimo que poſuerunt inter malogranata in extrema parte tunice:per gyruʒ tintinabulũ aũt aureũ ⁊ malumpunicum q̃bus ornatus incedebat põtifex qñ miniſterio fungebat̃ ſicut p̃cepit dñs moyſi. Fecerũt ⁊ tunicas byſſinas opere textili aaron ⁊ filijs ei⁹ ⁊ mitras cuʒ coronulis ſuis ex byſſo:femoralia quoq; linea byſſina:cingulum vero de byſſo retorta: hyacintho purpura ac vermiculo diſtinctũ arte plumaria ſicut p̃ceperat dñs
F moyſi. Fecerunt ⁊ laminam ſacre venerationis de auro puriſſimo ſcripſeruntq; in ea opere gemmario ſanctum domini:et ſtrinxerunt eam cum mitra et vitta hyacinthina ſicut preceperat dominus Moyſi. Perfectum eſt igitur omne De cõſe. diſ. 1. c. 1. In principio opus tabernaculi ⁊ tecti teſtimonij: feceruntq; filij Iſrael cuncta que preceperat dominus Moyſi:et obtulerunt tabernaculum et tectum et vniuerſam ſupellectilem anulos: tabulas:vectes columnas ac baſes opertoriuʒ de pellibus arietum rubricatis:et aliud operimentum de hyacinthinis
G pellibus:velum arcam:vectes:propiciatorium:menſam cũ vaſis ſuis:et propoſitionis panibus. Candelabrum:lucernas ⁊ vtenſilia earum cum oleo:altare aureum ⁊ vnguentũ et thymiama ex aromatibus et tentorium in introitu tabernaculi:altare eneum retiaculum:vectes: et vaſa eius oĩa labrum cum baſi ſua tentoria atrij:et columnas cum baſib⁹ ſuis:tentoriũ in introitu atrij:funiculoſq; illius ⁊ paxillos. Nihil ex vaſis defuit qui in miniſterium tabernaculi: et in tectum federis iuſſa ſunt fieri. Veſtes quoq; quibus ſacerdotes vtuntur in ſanctuario aarõ ſcʒ et filij eius obtulerũt filij iſrael ſicut preceperat domin⁹. Que poſtq̃ moyſes cũcta vidit completa benedixit eis.

¶ C.S. Precepit dñs vt erigat̃ tabernaculũ ⁊ omnia vnctionis oleo cõſecrent̃ qđ fit menſe primo anni ſecundi. que poſtq̃ perfecta ſunt nubes operit tabernaculũ q̃ incumbit tabernaculo per diem:et ignis per noctem qñ nubes deſerit tabernaculum ꝓficiſcunt̃. Cap. XL.

A Locutuſq; eſt dominus ad moyſen: dicẽs. Menſe primo:prima die menſis eriges tabernaculum teſtimonij:et pones in eo arcam:dimitteſq; ante illam velũ: ⁊ illata mẽſa pones ſuper eaʒ que rite precepta ſunt Candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis: ⁊ altare aureum in quo adoletur incenſum coram archa teſti-
B monij. Tentoriuʒ in introitu tabernaculi teſtimonij pones et ante illud altare holocauſti. Labrum inter altare ⁊ tabernaculum quod implebis aqua. Circundabiſq; atrium ten- Supra. 30. c. torijs et ingreſſum eius. Et aſſumpto vnctionis oleo: vnges tabernaculum cum vaſis ſuis. vt ſanctificetur altare holocauſti et omnia vaſa eius. labrum cum baſi ſua. Omnia vnctionis oleo conſecrabis vt ſint ſancta ſanctorũ. Applicabiſq; Aaron et filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij:et lotos aqua indues ſanctis veſtibus vt miniſtrent Numeri. 7. mihi:et vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat. Fecitq; Moyſes omnia que preceperat dominus.

Igitur

Igitur menſe primo anni ſecundi in prima die menſis collocatum eſt tabernaculum. Erexitqꝫ moyſes illud ⁊ poſuit tabulas: ac baſes: ⁊ vectes: ſtatuitqꝫ colũnas ⁊ expãdit tectũ ſup tabernaculum: impoſito deſuper operimẽto ſicut dominus imperauerat. Poſuit ⁊ teſtimoniũ in arca ſubditis infra vectibus ⁊ oraculum deſuper. Cumqꝫ intuliſſet arcam in tabernaculum teſtimonij appendit ante eam velum: vt expleret domini iuſſionem. Poſuit ⁊ mẽſam in tabernaculo teſtimonij ad plagam ſeptentrionalem extra velum: ordinatis coram propoſitionis panibus ſicut preceperat dominꝰ Moyſi. Poſuit ⁊ candelabrum in tabernaculo teſtimonij: e regione menſe in parte auſtrali locatis per ordinem lucernis iuxta preceptum domini. Poſuit et altare aureum ſub tecto teſtimonij contra velum ⁊ adoleuit ſuper eo incenſum aromatum ſicut iuſſerat dominus Moyſi. Poſuit ⁊ tentoriũ in introitu tabernaculi teſtimonij ⁊ altare holocauſti in veſtibulo teſtimonij offerens in eo holocauſtum ⁊ ſacrificia vt dominus imperauerat. Labrum quoqꝫ ſtatuit inter tabernaculum teſtimonij ⁊ altare implens illud aqua. Laueruntqꝫ in eo moyſes ⁊ aaron ac filij eius manus ſuas ac pedes: cum ingrederentur tectum federis ⁊ accederent ad altare: ſicut preceperat dominus moyſi. Erexit ⁊ atrium per gyrum tabernaculi ⁊ altaris: ducto in introitu eius tentorio. Poſtq̃ omnia perfecta ſunt: operuit nubes tabernaculum teſtimonij ⁊ gloria domini impleuit illud. Nec poterat moyſes ingredi tectum federis nube operiente omnia ⁊ maieſtate domini coruſcante: quia cuncta nubes operuerat. Si qñ nubes tabernaculum deſerebat proficiſcebantur filij iſrael per turmas ſuas. Si pendebat deſuper manebant in codẽ loco: nubes quippe domini incubabat per diem in tabernaculo ⁊ ignis in nocte videntibus cunctis populis iſrael per cunctas manſiones ſuas.

C

D
Supra.36.a. Nume.9.c. Qualis fuerit iſta nubes ſcribit ioſephꝰ li.c. 12.lib.3.antiq. in 2.colũa. vbi ita ait celũ q̃dẽ mũdũ erat ſup tabernaculũ ꝓ ſolũ nõ caligo ſacra erat nõ alta nube ſatie aſt deſa circũdãs illũ vt tempeſtas putaretur eſſe. Neqꝫ rurſus ita ſubtilis erat vt valeret p eã aſpectꝰ aliq̃d ꝯtueri. gratuſqꝫ aſſ gracilis ros inde fluebat pã debatqꝫ dei p̃ſentiã his q̃ et videbãt ⁊ credebant.

Explicit liber Elleſchmot. id eſt Exodus.

Incipit vaiickra: id eſt liber Leuiticus.

C. Summarium. De ritu holocauſtorum quomodo de armento fit oblatio: quomodo de pecoribus: quomodo de auibus. Cap.I.



A

Vocauit autem moyſen ⁊ locutus eſt ei dominus de tabernaculo teſtimonij dicens. Loquere filijs iſrael: ⁊ dices ad eos. Homo qui obtulerit ex vobis hoſtiaꝫ domino de pecoribus. id eſt de bobus ⁊ ouibus: offerens victimas: ſi holocauſtum fuerit eius oblatio ac de armento maſculũ immaculatũ offeret ad oſtium tabernaculi teſtimonij ad placandũ ſibi dominum. Ponetqꝫ ſup caput hoſtie manus ⁊ acceptabilis erit atqꝫ in expiationeꝫ eius proficiẽs. Immolabitqꝫ vitulũ coram domino ⁊ offerent filij aaron ſacerdotis ſanguinem eiꝰ fundentes per altaris circuitum quod eſt ante oſtiuꝫ tabernaculi. Detractaqꝫ pelle hoſtie artus in fruſta concidẽt: ⁊ ſubijcient in altari ignem. ſtrue lignorum ante compoſita ⁊ mẽbra que ſunt ceſa deſup ordinantes: caput videlicet ⁊ cuncta que adherẽt iecori: inteſtinis ⁊ pedibus lotis aqua adolebitqꝫ ea ſacerdos ſuper altare in holocauſtum: et ſuauem odorem domino. Quod ſi de pecoribꝰ oblatio eſt: de ouibꝰ ſiue de capris holocauſtum: agnum anniculum et abſqꝫ macula offeret. immolabitqꝫ ad latus altaris quod reſpicit ad aquilonem coram domino. Sanguinem vero illius fundẽt ſuper altare filij aaron per circuitum. Diuidentqꝫ membra: caput et omnia que adherent iecori: ⁊ imponent ſuper ligna quibus ſubijciendus eſt ignis. Inteſtina vero et pedes lauabunt aqua et oblata omnia adolebit ſacerdos ſuper altare in holocauſtum ⁊ odorem ſuauiſſimum domino. Sin autem de auibus holocauſti oblatio fuerit domino: de turturibus et de pullis columbe offeret eaꝫ ſacerdos ad altare: et retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco decurrere faciet ſanguinem ſuper crepidinem altaris: veſiculam vero gutturis ⁊ plumas proijciet prope altare ad oriẽtalem plagam: in loco in quo cineres effundi ſolent. Cõfringetqꝫ aſcellas eiꝰ: ⁊ nõ ſecabit: neqꝫ ferro diuidet ea: ⁊ adolebit ſuper altare lignis igne ſuppoſito. Holocauſtum eſt ⁊ oblatio ſuauiſſimi odoris domino.

Exo.29.b. Infra.3.a.
B
De cõſe.diſt.
C
De pe.di.1.c. libenter ibi lege ſacrifica Infra code
D

Capituli Summarium. De oblatione ſacrificiorum: de ſimila decocta in clybano: cum craticula fermento: et abſqꝫ melle: de adiectione ſalis: de primitijs torrendis.

Capitulum.II.

A

Anima cum obtulerit oblationem ſacrificij domino: ſimila erit eius oblatio. Fundetqꝫ ſuper eam oleum ⁊ ponet thus: ac deferet ad filios aaron ſacerdotis. Quorum vnus tollet pugillum plenum ſimile ⁊ olei ac totum thus: et ponet memoriale ſuper altare in odorem ſuauiſſimum domino. Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio erit aaron ⁊ filiorum eius: ſanctuꝫ ſanctorum de oblationibus domini. Cum autem obtuleris ſacrificium coctuꝫ in clybano de ſimila panes ſcilicet abſqꝫ fermento conſperſos oleo ⁊ lagana azima oleo lita: ſi oblatio tua fuerit de ſartagine ſimile conſperſe oleo: et abſqꝫ fermento diuides eam minutatim et fundes ſuper eam oleum Si autem de craticula fuerit ſacrificium eque ſimila oleo conſpergetur: quam offerens domino trades in manibus ſacerdotis. Qui cũ obtulerit eã tollet memoriale de ſacrificio: et adolebit ſuper altare in odorẽ ſuauitatis dño. Quicquid autem reliquum eſt erit aaron et filiorum eius ſanctũ ſanctorum de oblationibus domini. Omnis oblatio q̃ offerſ domino abſqꝫ fermento fiet: nec quicq̃ fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio domini. Primitias tantum eorum offeretis ac munera ſup altare vero non imponentur in odorem ſuauitatis. Quicquid obtuleris ſacrificij ſale cõdies: nec auferes ſal federis dei tui de ſacrificio tuo. In oĩ oblatione auferes ſal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino de ſpicis adhuc virentibꝰ torrebis eas igni: et confringes in morem farris: ⁊ ſic offeres primitias tuas domino: fundens ſuper ea oleum ⁊ thus imponens quia oblatio domini eſt: de qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris: partem farris fracti ⁊ olei ac totum thus.

B
C
37.diſt.c. le mus.§.ſed tra. ꝓ.in le tico.
D
De conſe. 1.c.ſal.

Capituli Summarium. De hoſtia pacificorum: ſi bos: ſi ouis: ſi capra: omnis adeps domini eſt.

Capitulum.III.

A Quod ſi hoſtia pacificoꝝ fuerit eius obla-
tio ⁊ de bobus voluerit offerre marē ſiue
feminā immaculata offeret corā dño. Po-
netq; manū ſuper caput victime ſue: q̄ im-
Infra eodem Exo.19.d. molabitur in introitu tabernaculi teſtimo
nij. Fundētq; filij aaron ſacerdotis ſangui
nem per altaris circūitum: ⁊ offerent de hoſtia pacificorum
B in oblationem dño adipem qui operit vitalia ⁊ q̄cquid pin
guedinis eſt intrinſecus duos renes cum adipe quo tegū-
tur ilia ⁊ reticulum iecoris cū renūculis adolebuntq; ea ſu
per altare in holocauſtum lignis igne ſuppoſito in oblatio
nem ſuauiſſimi odoris dño. Si vero de ouibus fuerit eius
6.di.c.nō eſt.§. his itaq;. vij. ve de agno. oblatio ⁊ pacificoꝝ hoſtia ſiue maſculū obtulerit ſiue femi-
nam immaculata erunt oīa. Si agnū obtulerit corā domi
mo ponet manū ſuam ſup caput victime ſue que immolabit̄
C Supra eodē ⁊ infra eodem in veſtibulo tabernaculi teſtimonij. Fundentq; filij Aaron
ſanguinem eius per circūitum altaris: ⁊ offerēt de pacifico
rum hoſtia ſacrificium dño: adipē ⁊ caudam totā cum reni
bus ⁊ pinguedinem que operit ventrem atq; vniuerſa vita-
lia: ⁊ vtrūq; renunculum cum adipe qui eſt iuxta ilia: reticu
lumq; iecoris cū renunculis. Et adolebit ea ſacerdos ſup
altare in pabulum ignis ⁊ oblationis dñi. Si capra fuerit
eius oblatio ⁊ obtulerit eam dño ponet manū ſuā ſuper ca
put eius: immolabitq; eam in introitu tabernaculi teſtimo
Supra eodē. D nij. Et fundent filij aaron ſanguinē eius p altaris circūitū
Tolletq; ex ea in paſtum ignis dominici adipē q̄ operit vē
trem ⁊ qui tegit vniuerſa vitalia duos renunculos cū reticu
la quod eſt ſuper eos iuxta ilia: ⁊ aruinam iecoris cum renū
Infra eodem culis adolebitq; ea ſuper altare ſacerdos ī alimoniā ignis
⁊ ſuauiſſimi odoris. Omnis adeps dñi erit iure perpetuo
in generationibus ⁊ cūctis habitaculis veſtris: nec ſangui
nem: nec adipem omnino comedetis.

C.S. De hoſtia pro peccato ſacerdotis: pro ignorātia multitudinis: pro peccato principis: p peccato vnius aīe.

Capitulum. IIII.

A Locutuſq; eſt dominus ad moyſen dicēs.
Loquere filijs iſrael. Anima que peccaue
de voto. c. magne. rit per ignorantiam: ⁊ de vniuerſis māda-
ar. 11. q. 4. c. p̄cipue ibi ad ſubdi. tis domini que precepit vt non fierent q̄p
piā fecerit: ſi ſacerdos qui vnctus eſt pec-
Supra. 1. b. et ſupra. 3. a. cauerit delinquere faciens populum: offe
ret pro peccato ſuo vitulum immaculatum domino. Et ad-
ducet illum ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram domi-
mino. Ponetq; manum ſuper caput eius ⁊ immolabit eum
B dño. Hauriet quoq; de ſanguine vituli: inferens illum ī ta-
Infra eodem bernaculum teſtimonij. Cumq; intinxerit digitū in ſangui
nem. Aſperget eum ſepties coram domino contra velum
ſanctuarij: ponetq; de eodē ſanguine ſuper cornua altaris
thimiamatis gratiſſimi domino quod eſt in tabernaculo te
ſtimonij. Omnē aūt reliquū ſanguinem fundet in baſim al
taris holocauſti in introitu tabernaculi. Et adipē vituli of-
feret pro peccato tam eū qui vitalia operit q̄ oīa q̄ intrinſec⁹
ſunt duos renūculos ⁊ reticulū qd̄ eſt ſup eos iuxta ilia: et
adipē iecoris cū renunculis: ſicut offertur de vitulo hoſtie
C pacificoꝝ: ⁊ adolebit ea ſuper altare holocauſti. Pellē vo
⁊ oēs carnes cū capite ⁊ pedib⁹ ⁊ inteſtinis ⁊ fimo ⁊ reliquo
corpore offeret extra caſtra in locum mundū vbi cineres ef
fundi ſolent incēdetq; ea ſuper lignoꝝ ſtruem que in loco ef
fuſorum cinerū cremabunt̄. Qd̄ ſi omnis turba filioꝝ iſrael
ignorauerit: ⁊ per imperitiam fecerit quod contra manda-
tum domini eſt: ⁊ poſtea intellexerit peccatum ſuū: offeret
pro peccato ſuo vitulum. Adducetq; eum ad oſtium taber-
naculi. ⁊ ponent ſeniores populi manus ſuper caput ei⁹ co-
D Supra eodē. ram domino. Immolatoq; vitulo in conſpectu dñi inferet ſa
cerdos qui vnctus eſt de ſāguine eius in tabernaculum te-
ſtimonij. Tinctoq; digito aſpergens ſepties contra velum.
Ponetq; de eodem ſanguine in cornibus altaris quod eſt
coram dño in tabernaculo teſtimonij. Reliquū aūt ſangui-
nem fundet iuxta baſim altaris holocauſtorum quod eſt in
oſtio tabernaculi teſtimonij. Omnēq; eius adipē tollet: et Supra. 3. d. et infra eodem.
adolebit ſuper altare ſic faciens ⁊ de hoc vitulo quomō fe-
cit ⁊ prius. Et rogante p eis ſacerdote ꝑpitius erit eis dñs
Ipſum autem vitulum offeret extra caſtra atq; comburet ſi E
cut ⁊ priorem vitulū quia eſt pro peccato multitudinis. Si
peccauerit princeps ⁊ fecerit vnum e plurib⁹ p ignorantiā
qd̄ dñi lege prohibet̄: ⁊ poſtea intellexerit pctm̄ ſuum: offe- De pe. diſ. 3. c. inter hec hyrcum. in gloſ.
ret hoſtiam coram dño: hyrcum de capris immaculatū: po
netq; manum ſuā ſup caput eius. Cumq; immolauerit eum
in loco vbi ſolet mactari holocauſtum coram domino: q2 p
peccato eſt: tinget ſacerdos digitum in ſanguine hoſtie pro
peccato tangens cornua altaris holocauſti: ⁊ reliquum fun-
dens ad baſim eius: adipem vero adolebit ſupra: ſicut in vi-
ctimis pacificorum fieri ſolet. Rogabitq; pro eo ſacerdos ⁊ F
pro peccato eius ⁊ dimittetur ei. Quod ſi peccauerit aīa p
ignorantiam de populo terre vt faciat quicq̄ de his que do
mini lege ꝓhibent̄ atq; delinquat ⁊ cognouerit peccatū ſu-
um: offeret capram immaculatam: ponetq; manus ſuper ca
put hoſtie q̄ pro peccato eſt: ⁊ immolabit eā ī loco holocau
ſti. Tolletq; ſacerdos de ſanguine in digito ſuo: ⁊ tangens
cornua altaris holocauſti: reliquum fundet ad baſim eius.
Omnem aūt adipē auferens ſicut auferri ſolet de victimis
pacificorum adolebit ſuper altare in odorem ſuauitatis do
mino: rogabitq; pro eo ⁊ dimittetur ei. Si autem de pecori G
bus obtulerit victimam pro peccato: ouem ſc3 immaculatā Supra. 5. d. et ſupra eodem. ⁊ infra eodē.
ponet manum ſuper caput eius: ⁊ immolabit eā in loco vbi
ſolēt cedi holocauſtorum hoſtie. Sumetq; ſacerdos de ſan
guine eius digito ſuo: ⁊ tangens cornua altaris holocauſti
reliquū fundet ad baſim eius. Omnē q̄ adipem auferēs: ſi
cut auferri ſolet adeps arietis: qui immolat̄ pro pacificis: ⁊
cremabit ſuper altare incenſum domini. Rogabit p eo: ⁊ p
peccatis eius ⁊ dimittet̄ ei.

Capituli Summa. Quid p quib⁹ cauſis offerri debeat ſcilicet quid pro iuramento: quid pro errore quid pro ignorante: quid pro errante.

Cap. V.

Si peccauerit anima ⁊ audierit vocē iuran- A
tis teſtiſq; fuerit q2 aut ipſe vidit aut cōſcius 22. q. 6. ſi quis cōuict⁹. §. itē.
eſt niſi indicauerit portabit iniq̄tatem ſuā
Aīa q̄ tetigerit aliquid immūdū ſiue qd̄ oc
ciſum a beſtia eſt aut p ſe mortuū aut qdli-
bet aliud reptile ⁊ oblita fuerit immūdicie
ſue: rea eſt ⁊ deliquit ⁊ ſi tetigerit quicq̄ de imūdicia homi-
nis iuxta oēm impuritatē qua pollui ſolet: oblitaq; cogno-
uerit poſtea ſubiacebit delicto. Aīa q̄ iurauerit ⁊ protulerit B
labijs ſuis vt vel male q̄d faceret vel bene ⁊ non fecerit ⁊ id-
ipſum iuramento ⁊ ſermone firmauerit: oblitaq; poſtea in-
tellexerit delictū ſuū: agat penitentiā pro peccato ⁊ offerat
de gregibus agnū ſiue caprā. Orabitq; pro ea ſacerdos et
pro peccatis eius. Sin autē non potuerit offerre pecus of- Deutero. 18. c. Luce. 1. d.
ferat duos turtures: vel duos pullos colūbarum dño vnū
pro peccato ⁊ alterum in holocauſtum: dabitq; eos ſacer-
doti. Qui primum offerens pro peccato retorquebit caput
eius ad pennulas: ita vt collo addereat ⁊ non penitus ob-
rumpatur: ⁊ aſperget ſanguine eius parietē altaris. Quic
quid autem reliquum fuerit faciet diſtillare ad fundamen-
tum eius: q2 pro peccato eſt. Alterum vero in holocauſtum C
adolebit vt fieri ſolet: rogabitq; pro eo ſacerdos ⁊ pro pec-
cato eius ⁊ dimittetur ei. Quod ſi nō quiuerit manus eius
duos offerre turtures: aut duos pullos columbarum: offe
ret pro peccato ſuo ſimile partem ephi decimam. Non mit-
tet in eam oleum: nec turis aliquid imponet: q2 pro pecca-
to eſt. Tradetq; eam ſacerdoti. Qui plenū ex ea pugillum
hauriens

hauriens cremabit ſuper altare in monimētū eius q̄ obtulit rogans ꝓ illo ⁊ expiās: reliquam uo partē ipſe habebit i munere. Locutuſq̄ eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Aīa ſi preuaricans cerimonias ꝑ errorē in his q̄ dn̄o ſunt ſanctificata peccauerit offeret pro delicto ſuo arietē immaculatū de gregibus q̄ emi pōt duob⁹ ſiclis iuxta pondus ſanctuarij ipſumq̄ qd̄ intulit dāni reſtituet quintā partē ponet ſupra tradēs ſacerdoti. Qui rogabit ꝓ eo offerens arietē ⁊ dimitteť ei.

D

Aīa q̄ peccauerit per ignorantiam feceritq̄ vnū ex his que dn̄i lege ꝓhibētur ⁊ peccati rea intellexerit iniquitatē ſuaꝫ: offeret arietem immaculatū de gregib⁹ ſacerdoti iuxta mēſuram eſtimationēq̄ peccati. Qui orabit pro eo q: neſciens fecerit: ⁊ dimittetur ei: q: per errorē deliquit in domino.

¶ C.S. De lege holocauſti ⁊ igne perpetuo ⁊ lege ſingulorum ſacrificiorum. De oblatione ſacerdotis in die vnctiōis eius: de hoſtia ꝓ peccato: quis eā comedit ⁊ vbi ſacerdotis offerentis ſacrificia erunt. Cap.VI.

A

Locutuſq̄ eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Aīa q̄ peccauerit ⁊ ɔtēpto dn̄o negauerit ꝓximo ſuo depoſitū qd̄ fidei eius creditū fuerat: vel vi aliq̄d extorſerit aut calūniam fecerit ſiue rem ꝑditā inuenerit ⁊ inficians inſuꝑ ꝑierauerit: ⁊ qd̄libet aliud ex pluribus fecerit in quibus ſolent peccare hoīes cōuicta delicti perdet oīa q̄ per fraudem voluit obtinere integra ⁊ quintā inſuper partē dn̄o cui dānū intulerat. Pro pctō aūt ſuo offeret arietem immaculatū de grege ⁊ dabit eū ſacerdoti iuxta eſtimationē menſuramq̄ delicti. Qui rogabit ꝓ eo corā dn̄o ⁊ dimitteť illi pro ſingulis que faciēdo peccauit. Locutuſq̄ eſt dominus ad moyſen dicens. Precipe aaron ⁊ filijs eius.

B

De cōſe.diſ.1. c.1.poſt princ. ibi domino cū veſtibus ſcťis

Hec eſt lex holocauſti. Cremabitur i altari tota nocte vſq̄ ad mane. Ignis ex eodē altari erit. Veſtieť tunica ſacerdos ⁊ feminalibus lineis tolletq̄ cineres quos vorans ignis exuſſit: ⁊ ponens iuxta altare ſpoliabitur prioribus veſtimētis: indutuſq̄ alijs afferet eos iuxta caſtra ⁊ in loco mundiſſimo vſq̄ ad fauillam conſumi faciet. Ignis autē in altari ſemper ardebit: quem nutriet ſacerdos: ſubijciens ligna mane per ſingulos dies: ⁊ impoſito holocauſto deſuꝑ adolebit adipes pacificorū. Ignis eſt iſte perpetuus qui nūq̄ deficiet in altari.

De pe.diſ.3.c. iter hec hircū in gl.2.in fine ibi terreno. De cele. mi[?].§. finali.

Hec lex ſacrificij ⁊ libamentorū que offerent filij aaron corā dn̄o ⁊ corā altari. Tollet ſacerdos pugillum ſimile que conſperſa eſt oleo: ⁊ totum thus quod ſuper ſimilam poſitum eſt: adolebitq̄ illud in altari in monimentū odoris ſuauiſſimi dn̄o. Reliquam autem partem ſimile comedet aaron cum filijs ſuis abſq̄ fermento: ⁊ comedet in loco ſanctuarij tabernaculi. Ideo aūt non fermentabitur: q: pars eius in dn̄i offertur incenſum. Sanctum ſanctorum erit ſicut pro peccato atq̄ delicto. Mares tantum ſtirpis aaron comedent illud. Legitimum ac ſempiternum erit in generatiōibus veſtris de ſacrificijs domini. Omnis qui tetigerit illa ſanctificabitur.

C

Locutuſq̄ eſt dominus ad moyſen dicens. Hec eſt oblatio aaron ⁊ filiorum eius quaꝫ offerre debent domino in die vnctionis ſue. Decimam partem ephi offerent ſimile in ſacrificio ſempiterno. Medium eius mane ⁊ medium eius veſpere: que in ſartagine oleo cōſperſa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorem ſuauiſſimum domino ſacerdos qui iure patri ſucceſſerit. Et tota cremabitur in altari. Omne enim ſacrificium ſacerdotuꝫ igne conſumetur: nec quiſq̄ comedet ex eo.

D

Locutus eſt autem dominus ad moyſen dicens. Loquere aarō ⁊ filijs ei⁹. Iſta eſt lex hoſtie pro peccato. In loco vbi offerť holocauſtum immolabitur coram domino. Sanctum ſanctorum eſt. Sacerdos qui offeret comedet eam in loco ſancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius ſanctificabitur. Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa lauabitur in loco ſancto. Vas autem fictile in quo cocta eſt confrigetur. Qd̄ ſi vas eneuꝫ fuerit defricabitur ⁊ lauabitur aqua. Oīs maſculus de genere ſacerdotali veſceť de carnibus eius: q: ſanctum ſanctorū eſt. Hoſtia eñi q̄ ceditť pro pctō. cuius ſanguis inferť in tabernaculū teſtimonij ad expiandum in ſanctuario nō comedeť ſed cōbureť igni.

Infra.11.c. Et infra.15.b.

¶ Hec q̄ꝫ eſt lex hoſtie pro delicto. Sancta ſanctorum eſt. Idcirco vbi immolabitur holocauſtum mactabiť ⁊ victima ꝓ delicto. Sanguis eius per gyrum altaris fundeť. Offerent ex ea caudā ⁊ adipē q̄ operit vitalia: duos renunculos ⁊ pinguedinē q̄ iuxta ilia eſt reticulūq̄ iecoris cū renunculis ⁊ adolebit ea ſacerdos ſuꝑ altare. Incenſum eſt dn̄i ꝓ delicto. Oīs maſculus de ſacerdotali genere in loco ſancto veſcetur his carnibus: q: ſanctum ſanctorum eſt. Sicut pro pctō offereť hoſtia ita ꝓ delicto. Vtriuſq̄ hoſtie lex vna erit. Ad ſacerdotem qui eaꝫ obtulerit pertinebit. Sacerdos qui offeret holocauſti victimam habebit pellem eius. Et omne ſacrificiū ſimile qd̄ coquitur in clybano: ⁊ quicquid in craticula: vel in ſartagine preparatur eius erit ſacerdotis a quo offereť ſiue oleo conſperſa ſiue arida fuerit. Cunctis filijs aaron menſura equa per ſingulos diuidetur.

Hic incipit hic capitulum C

¶ C.S. De hoſtia pacificorum q̄s ⁊ q̄ñ comedi debeat: de adipe ⁊ de ſanguine: de ꝑte ſacerdotis ⁊ pectuſculo electionis: ⁊ de conſecratione ſacerdotū. Ca.VII.

A

Hec eſt lex hoſtie pacificorum que offereť dn̄o. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit offerent panes abſq̄ fermento: ɔſperſos oleo: ⁊ lagana azima vncta oleo: coctāq̄ ſimilaꝫ ⁊ collyridas olei admixtione cōſperſas: panes q̄ fermētatos cum hoſtia gratiaruꝫ: q̄ immolatur pro pacificis: ex quib⁹ vnus pro primitijs offeretur domino ⁊ erit ſacerdotis qui fundet hoſtie ſanguinem. Cuius carnes eadē comedentur die: nec remanebit ex eis quicq̄ vſq̄ mane. Si voto vel ſponte quiſpiā obtulerit hoſtiam: eadem ſimiliter edetur die. Sed ⁊ ſi quid in craſtinuꝫ remanſerit veſci licitū eſt. Quicquid autem tertius inuenerit dies ignis abſumet. Si quis de carnibus victime pacificorum die tertio comederit irrita fiet eius oblatio nec proderit offerēti quin potius quecunq̄ anima tali ſe edulio cōtaminauerit: preuaricationis rea erit.

Cum cera Sacerdos

B

§.ſi qs ſpõſaʒ Sanguis eorum ſit ſuper eos. Si quis dormierit cum nu-
⁊.c.qui deſpõ- ru ſua vterq; moriatur: q: ſcelus operati ſunt. Sanguis eo-
ſatã.⁊.c.inſti- rum ſit ſuper eos. Qui dormierit cum maſculo coitu femi-
tutum in fi. Deute.22. neo vterq; operatus eſt nephas morte moriantur. Sit ſan

guis eorum ſuper eos. Qui ſupra vxorem filiaʒ duxerit ma Et an ſʒ leges ciuiles ta
trem eius: ſcelus operatus eſt. viuus ardebit cum eis: nec moꝛi dʒ.l.
permanebit tãtum nephas in medio veſtri. Qui cuʒ iumẽ- vir.C. ad.l.
to ⁊ pecore coierit morte moriatur: pecus quoq; occidite. de adul.
Mulier que ſuccubuerit cuilibet iumento ſimul interficiet̃ C
cum eo. Sanguis eorum ſit ſuper eos. Qui acceperit ſoro Supra.18.
rem ſuam filiam patris ſui vel filiaʒ matris ſue ⁊ viderit tur 15.q.1.mul.
pitudinem eius illaq; conſpexerit fratris ignominiam: ne- 23.q.5.c.
pharıam rem operati ſunt. occidentur in conſpectu populi:
eo ꝙ turpitudinem ſuam mutuo reuelauerint ⁊ portabunt
iniquitatem ſuam. Qui coierit cũ muliere in fluxu mẽſtruo
⁊ reuelauerit turpitudinem eius: ipſaq; apperuerit fonteʒ
ſanguinis ſui interficient̃ ambo de medio populi ſui. Tur-
pitudinẽʒ matertere ⁊ amite tue nõ diſcooperies. Qui hoc 35.q.6.c.vi
fecerit ignominiam carnis ſue nudauit: portabũt ambo ini
quitatem ſuam. Qui coierit cum vxore patrui vel auunculi
ſui: ⁊ reuelauerit ignominiam cognationis ſue: portabunt D
ambo peccatum ſuum. Abſq; liberis morientur. Qui duxe
rit vxorem fratris ſui: rem facit illicitã: turpitudinẽ fratris
ſui reuelabit abſq; filijs erit. Cuſtodite leges meas atq; iu-
dicia ⁊ facite ea ne ⁊ vos euomat terra quaʒ intraturi eſtis
⁊ habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationũ quas
ego expulſurus ſum ante vos. Omnia enim hec fecerunt: ⁊
abominatus ſum eas. Uobis autem loquor. Poſſidete ter
ram eorum quã dabo vobis in hereditateʒ. terram fluentẽ
lacte ⁊ melle. Ego dñs deus veſter: qui ſeparaui vos a cete
ris populis. Separate ergo ⁊ vos iumentũ mundũ ab im- Etiã ſʒ leges
mundo: ⁊ auẽ mũdam ab immũda: ne polluatis animas ve- ciuiles dñe
ſtras in pecore ⁊ auibus ⁊ cunctis que mouentur in terra: ri.vt.C.de
⁊ que vobis oſtendi eſſe polluta. Eritis ſancti mihi q: ſan- leſi.⁊ mathe
ctus ſum ego dñs: ⁊ ſeparaui vos a ceteris populis vt eſſe- torum.
tis mei. Uir ſiue mulier in quibus phitonicus vel diuinatio
nis fuerit ſpiritus morte moriant̃. Lapidibus obruent eos
Sanguis eorum ſit ſuper illos.

¶ Cap. Sum. Non cõtaminetur ſacerdos ſuper mortuos
nec radent caput ſiue babam. nõ ſciſſuram in carnibus ſuis
nõ de ſcorto ⁊ proſtibulo viduã vel repudiatã ſordidam: ſed
virginem de populo ſuo ducet vxorem de filia ſacerdotis ⁊
pontificis: de ſemine aaron habens maculam non offerat
aliquid in ſanctuario. Cap. XXI.

D Ixit q; dñs ad moyſen. Loquere ad ſacer A
dotes filios aarõ ⁊ dices † ad eos. Ne cõ al's ⁊ eis.
taminetur ſacerdos in mortib᷒ ciuiũ ſuo-
rum niſi tñ in cõſanguineis ac propinquis
id eſt ſupra patrem ⁊ matrem ⁊ filiũ ⁊ filiã:
fratrem quoq; ⁊ ſororem virginẽ que non
eſt nupta viro: ſed nec in principe populi ſui contaminabit̃.
Non radent caput nec barbã: neq; in carnibus ſuis facient
† inciſuras. Sancti erunt deo ſuo: ⁊ nõ polluent nomẽ ei᷒.
Incẽſum eñ dñi ⁊ panes dei ſui offerũt et ideo ſancti erũt. Al's ⁊ leſuras
Scortum ⁊ vile proſtibulũ nõ ducet vxorem: nec eã que re- B
pudiata eſt a marito: q: cõſecratus eſt deo ſuo: ⁊ panes pro
poſitionis offert. Sit ergo ſanctus: q: ⁊ ego ſanctus ſuʒ do
minus qui ſanctifico vos. Sacerdotis filia ſi dep̄henſa fue
rit in ſtupro ⁊ violauerit nomẽ patris ſui flammis exuret̃.
Põtifex id eſt ſacerdos maximus inter fratres ſuper cui᷒ Exo.30.
caput fuſum eſt vnctionis oleũ: ⁊ cui᷒ manus in ſacerdotio
conſecrate ſunt: veſtituſq; ſanctis veſtibus. caput ſuũ non
diſcooperiet. veſtimenta non ſcindet ⁊ ad oẽm mortuũ non
ingredietur oĩno. Sup patre quoq; ſuo ⁊ matre nõ contami- C
nabitur: nec egredietur de ſanctis: ne polluat ſanctuariũ dñi
q: oleũ ſancte vnctionis dei ſui ſup eũ eſt. Ego dñs. Uirgi- Ezec.44.d.
nem ducet vxorẽ. Uiduã aũt ⁊ repudiatã ⁊ ſordidã atq; me
retricem nõ accipiet ſʒ puellã de pplo ſuo: nec cõmiſceat ſtir 32.q.1.c.qð ãt
pẽ gñis ſui vulgo gẽtis ſue: q: ego dñs qui ſanctifico eum. ibi p̄hibitũ.
Locutuſq; eſt dñs ad moyſen dicens. Loquere ad aaron.

Homo de

Homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculā nō offeret panes deo ſuo. nec accedet ad miniſterium eius. Si cecus fuerit: ſi claudus: ſi vel paruo vel grandi vel torto naſo: ſi fracto pede: ſi manu: ſi gibbus: ſi lippus: ſi albuginē habens in oculo: ſi iugem ſcabiem: ſi impetiginem in corpore vel hernioſus. Omnis q̄ habuerit maculā de ſemine aaron ſacerdotis nō accedet offerre hoſtias dn̄o: nec panes deo ſuo. Veſcetur tamē panibus qui offerunt in ſanctuario: ita dūtaxat vt intra velum non ingrediatur nec accedat ad altare q2 maculam habet: ⁊ cōtaminare nō debet ſanctuariū meum. Ego dn̄s qui ſanctifico eos. Locutus eſt ergo moyſes ad aaron ⁊ ad filios eius ⁊ ad omnem iſrael cuncta que ſibi fuerāt imperata.

¶ Cap. Sum. De comedētibus ſanctificata: nō leproſus: nō immūdus ex contactu: nō alienigena: non mercenarius non filia nupta: ſed nec in domum patris reuerſa comedēs per ignorantiam: de a beſtia capto: de mundicia animaliū que offerri poſſunt: nihil de manu alienigene eſt offerendū animal quod eſt de contritis teſticulis vel tōſis vel fractis vel ablatis non debet nec poteſt offerri domino: animal ante octauum diem natiuitatis offerri non debet: hoſtia pro gratiarum actione comedenda. Cap. XXII.

A Locutus quoq3 eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Loquere ad aaron et ad filios eius vt caueant ab his que conſecrata ſunt filioꝝ iſrael: ⁊ non cōtaminent nomē ſanctificatoꝝ mihi q̄ ipſi offerunt. Ego dn̄s dic ad eos ⁊ ad poſteros eorum. Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea que cōſecrata ſunt ⁊ q̄ obtulerunt filij iſrael dn̄o in quo eſt immundicia peribit corā domino. Ego ſū dn̄s. Homo de ſemine aaron q̄ fuerit leproſus: aut patiens fluxum ſeminis non veſcet de his que ſanctificata ſunt mihi: donec ſanetur. Qui tetigerit immundū ſuper mortuū ⁊ ex quo egreditur ſemē quaſi coitus et qui tangit reptile ⁊ quodlibet immundū: cuius tactus eſt ſordidus immundus erit vſq3 ad veſperum: et nō veſcet his q̄ ſanctificata ſunt: ſed cū lauerit carnē ſuam aqua: ⁊ occubuerit ſol: tunc mūdatus veſcetur de ſanctificatis: q2 cibus illi⁹ eſt. Morticiniū ⁊ captum a beſtia nō † comedēt: nec polluentur in eis. Ego ſum dn̄s. Cuſtodiāt p̄cepta mea vt non ſubiaceant peccato ⁊ moriātur in ſanctuario cū polluerint illud. Ego dn̄s qui ſanctifico eos. Omnis alienigena non

B comedet de ſanctificatis. Inquilinus ſacerdotis ⁊ mercennarius nō veſcent ex eis. Quem aūt ſacerdos emerit: ⁊ qui vernaculus domus eius fuerit hi comedent ex eis. Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his que ſanctificata ſunt ⁊ de primitijs nō veſcet. Sin aūt vidua vel repudiata ⁊ abſq3 liberis reuerſa fuerit in domū patris ſui ſicut puella cōſueuerat aletur cibis patris ſui. Omnis alienigena comedendi ex eis nō habet poteſtatem. Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiā: addet quintam partē cū

C eo quod comedit ⁊ dabit ſacerdoti in ſanctuarium. Nec cōtaminabunt ſanctificata filiorum iſrael q̄ offeruntur dn̄o ne forte ſuſtineant iniquitatē delicti ſui cum ſanctificata comederint. Ego dn̄s qui ſanctifico vos. Locutuſq3 eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Loquere ad aaron ⁊ filios eius: ⁊ ad oēs filios iſrael: diceſq3 ad eos. Homo de domo iſrael: ⁊ de aduenis qui habitāt apud † vos qui obtulerit oblationē ſuā vel vota ſoluens vel ſponte offerēs: quicquid illud obtulerit in holocauſtum dn̄i: vt offeratur p̄ vos: maſculus immaculatus erit ex bobus: ⁊ ouibus: ⁊ ex capris. Si maculā habuerit: non offeretis: neq3 erit acceptabile. Homo qui obtulerit victimam pacificoꝝ domino: vel vota ſoluens vel ſpōte offerens tam de bobus q̄ de ouibus immaculatum offeret vt acceptabile ſit. Omnis macula non erit in eo. Si cecum fuerit: ſi fractum: ſi cicatricē habēs: ſi papulas aut ſcabiem aut impetiginem: nō offeretis ea dn̄o: nec adolebitis ex eis ſuper altare dn̄i. Bouē ⁊ ouē aure ⁊ cauda amputatis voluntarie offerre potes. votum aūt ex his ſolui non pōt. Omē

D animal quod vel cōtritis vel tonſis vel ſectis ablatiſq3 teſticulis eſt: non offeretis dn̄o: ⁊ in terra veſtra hoc omnino † ne faciatis. De manu alienigene non offeretis panes deo veſtro: ⁊ quicquid aliud dare voluerit: q2 corrupta ⁊ maculata ſunt oīa non ſuſcipietis ea. Locutuſq3 eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Bos ouis ⁊ capra cū genita fuerint: ſeptē diebus erūt ſub vbere matris ſue. Die aūt octauo ⁊ deinceps offerri poterunt dn̄o. Siue illa bos ſiue ouis: nō immolabuntur vna die cū fetib⁹ ſuis. Si immolaueritis hoſtiā p̄ gratiarū actione dn̄o: vt poſſit eſſe placabilis. † eodē die comedetis eam. Nō remanebit quicq̄ in mane alterius diei. Ego dn̄s Cuſtodite mandata mea: ⁊ facite ea. Ego dn̄s. Ne polluatis nomen meū ſanctū: vt ſanctificer in medio filioꝝ iſrael. Ego domin⁹ qui ſanctifico vos: ⁊ eduxi de terra egypti vt eſſem vobis in deum. Ego dominus.

¶ Capi. Sum. De feſtiuitatibus: de celebratione paſche penthecoſtes: de tribus ſolēnitatibus ſeptembris: ſcilicet de feſto tubarū: expiationis: tabernaculoꝝ: de ſpicis remanentibus. Cap. XXIII.

A Locutuſq3 eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Loquere filijs iſrael et dices ad eos. He ſunt ferie domini quas vocabitis ſanctas. Sex diebus facietis opus: dies ſeptimus: q2 ſabbati requies eſt vocabitur ſanctus. Omne opus nō facietis in eo. Sabbatū dn̄i eſt in cunctis habitationibus veſtris. He ſunt ergo ferie dn̄i ſancte: quas celebrare debetis tēporib⁹ ſuis. Menſe primo quartadecima die ad veſperum phaſe dn̄i eſt: ⁊ quintadecima die mēſis huius ſolēnitas azimorū dn̄i eſt. Septē diebus azima comedetis. Dies primu⁹ erit vobis celeberrimus ſanctuſq3. Omne opus ſeruile nō facietis in eo: ſed offeretis ſacrificiū in igne dn̄o ſeptem diebus. Dies aūt ſeptimus erit celebrior ⁊ ſanctior: nullumq3 ſeruile opus facietis in eo. Locutuſq3 eſt dn̄s ad moyſen dicēs.

B Loquere filijs iſrael ⁊ dices ad eos. Cū ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis: ⁊ meſſueritis ſegetē: feretis manipulos ſpicarū primitias meſſis veſtre ad ſacerdotē. Qui eleuabit faſciculū coram dn̄o vt acceptabile ſit p̄ vobis altero die ſabbati ⁊ ſanctificabit illum. Atq3 in eodē die quo manipulus conſecratur cedetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtū dn̄i: ⁊ libamenta offerentur cū eo due decime ſimile conſperſe oleo in incenſum dn̄i † odorēq3 ſuauiſſimum: liba quoq3 vini quarta pars hin. Panem ⁊ polē-

C tam ⁊ pultes non comedetis ex ſegete vſq3 ad diē qua offeretis ex ea deo veſtro. Preceptum eſt ſempiternū: in generationibus cunctiſq3 habitaculis veſtris. Numerabitis ergo ab altero die ſabbati † in quo obtuliſtis manipulum primitiarum ſeptē hebdomadas plenas vſq3 ad alteram diem expletionis hebdomade ſeptime: id eſt quinquaginta dies ⁊ ſic offeretis ſacrificium nouum domino ex omnibus habitaculis veſtris: panes primitiarū duas de duabus decimis ſimile fermētate quos coquetis in primitias dn̄i. Offeretis cum panibus ſeptem agnos immaculatos anniculos: ⁊ vitulum de armēto vnum: ⁊ arietes duos ⁊ erunt in holocauſtum cum libamentis ſuis in odorem ſuauiſſimum domino.

D Facietis ⁊ hircū pro peccato duoſq3 agnos anniculos hoſtias pacificoꝝ. Cumq3 eleuauerit eos ſacerdos cū panib⁹ primitiarum coram dn̄o: cedent in vſum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimū atq3 ſanctiſſimum. Omne opus ſeruile non facietis in eo. Legitimum ſempiternū erit in cunctis habitaculis ⁊ generationibus veſtris. Poſtq̄ autem meſſueritis ſegetem terre veſtre non ſecabitis eam vſq3 ad ſolum: nec remanētes ſpicas colligetis: ſed pauperibus et peregrinis dimittetis eas. Ego ſum dominus deus veſter.

Margin notes:
(left) 96. di. c. 1. — 52. diſt. c. viſq3 adeo. — 36. diſt. c. 1. — 1. q. 1. c. ſacerdotes. — 41. diſt. ca. ſi. — 54. diſt. c. multos in glo. — 2. q. 7. c. teſtes ſibi dicis iubet — Exo. 22. d. — Ezech. 44. g. — aliás + non comedet nec polluetur. — alias + eos.
(right) Alias + non. — Alias + eadem — De feriis. c. 13. — 25. q. 1. c. cōtra his ſtatutū legis. litera eadem. — infra ex. 28. c. — Numeri. 28. c. — Paſcha Hebreorū — Alias + ⁊ odorē — Alias + in quo. — Sapie. 19. b.

Locutuſq; eſt dñs ad moyſen dicens. Loquere filijs iſrael.
Menſe ſeptimo: prima die mēſis erit vobis ſabbatum me-
moriale clāgentibus tubis: ⁊ vocabitur ſanctū. Omne op⁹
ſeruile nō facietis in eo: ⁊ offeretis holocauſtū dño. Locu
Supra.19.f. E tuſq; eſt dñs ad moyſen dicens. Decimo die menſis huius
ſeptimi dies expiationum erit celeberrimus: ⁊ vocabit̄ ſan-
ctus. Affligetiſq; animas veſtras in eo: ⁊ offeretis holocau
ſtum dño. Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei
huius: q: dies propiciationis eſt: vt propicietur vobis dñs
deus veſter. Omnis anima que afflicta non fuerit die hac:
peribit de populis ſuis: ⁊ que operis quippiam fecerit: de-
lebo eam de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo.
Legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis generatio-
nibus ⁊ habitationibus veſtris. Sabbatum requietionis
eſt: affligetiſq; animas veſtras. Die nono menſis ſeptimi a
De pe. diſ.2.c. veſpere vſq; ad veſperum celebrabitis ſabbata veſtra. Et lo
1. in prin. cutus eſt dominus ad moyſen dicēs. Loquere filijs iſrael.
De ferijs.c.2. A quintodecimo die menſis huius ſeptimi erūt ferie taber
F naculorum ſeptē diebus domino. Dies primus vocabitur
celeberrimus atq; ſanctiſſimus. Omne opus ſeruile nō fa-
cietis in eo: ⁊ ſeptem diebus offeretis holocauſta domino.
Dies quoq; octauus erit celeberrimus atq; ſanctiſſimus ⁊
offeretis holocauſtum domino. Eſt enim cetus atq; col-
lecte. Omne opus ſeruile non facietis in ea. He ſunt ferie
domini quas vocabitis celeberrimas atq; ſanctiſſimas offe
retiſq; in eis oblationes domino holocauſta et libamenta
iuxta ritum vniuſcuiuſq; diei: exceptis ſabbatis domini do
niſq; veſtris: ⁊ que offeretis ex voto vel que ſponte tribue-
tis domino. A quintodecimo ergo die menſis ſeptimi quā
do congregaueritis omnes fructus terre veſtre celebabi-
B tis ferias domini ſeptem diebus. Die primo et die octauo
erit ſabbatum id eſt requies. Sumetiſq; vobis die primo
fructus arboris pulcherrime. Spatulaſq; palmarum: ⁊ ra
mos ligni denſarum frondiū ⁊ ſalices de torrente: ⁊ letabi-
mini coram domino deo veſtro: celebrabitiſq; ſolēnitatē ei⁹
ſeptem diebus per annum. Legitimum ſempiternū erit in
generationibus veſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis
et habitabitis in vmbraculis ſeptem dieb⁹. Omnis qui de
genere eſt iſrael: manebit in tabernaculis vt diſcant poſte-
ri veſtri ꝙ in tabernaculis habitare fecerim filios iſrael:
cum educerem eos de terra Egypti. Ego dominus deus
veſter. Locutuſq; eſt moyſes ſuper ſolemnitatibus domi-
ni filios iſrael.

¶ Cap. Sum. Interpoſitio de oleo lucernarū: de panib⁹
ꝓpoſitionis: de pena blaſphemi: de pena talionis ⁊ equum
iudiciū dʒ eſſe: ſiue ſit ciuis ſiue peregrin⁹. Cap. XXIIII.

A Et locutus eſt dñs ad moyſen dicēs. Prec-
ipe filijs iſrael vt afferant tibi oleū de oli-
uis puriſſimum ac lucidum: ad concinnan
das lucernas iugiter extra velum teſtimo-
nij in tabernaculo federis. Ponetq; eas
aaron a veſpere vſq; in mane corā domino
cultu rituq; perpetuo in generationib⁹ veſtris. Sup † can
Als + cādela- delabrum mūdiſſimū ponet̄ in conſpectu domini. Accipies
bro mundiſſi- quoq; ſimilam ⁊ coques ex ea duodecim panes: qui ſinguli
mo. habebunt duas decimas. Quorū ſenos altrinſecus ſuper
menſam puriſſimam corā domino statues: ⁊ pones ſup eos
thus lucidiſſimum: vt ſit panis in monimentum oblationis
dñi. Per ſingula ſabbata mutabunt̄ corā dño ſuſcepti a fi-
B lijs iſrael federe ſempiterno. Eruntq; aaron ⁊ filioꝝ ei⁹ vt co
medant eos in loco ſancto: quia ſanctum ſanctorum eſt de
ſacrificijs dñi iure perpetuo. Ecce autem egreſſus fili⁹ mu-
lieris iſraelitidis quē pepererat de viro egyptio iter filios
iſrael: iurgat⁹ eſt in caſtris cū viro iſraelite. Cūq; blaſphe-
maſſet nomē dñi ⁊ maledixiſſet ei: adductus eſt ad moyſen.
Vocabatur aūt mater ei⁹ ſalumith filia dabri de tribu dan.
Miſerūtq; eū in carcerē donec noſſent quid iuberet dñs.
Qui locutus eſt ad moyſen dicens. Educ blaſphemum ex- C
tra caſtra. ⁊ ponāt omnes qui audierūt manus ſuas ſuper 23.q.5.ca.quis ergo in fine.
caput eius: ⁊ lapidet eū populus vniuerſus. Et ad filios iſrl̄ De pe. diſt.3.
loqueris. Homo qui maledixerit deo ſuo: portabit peccatū c.querat.⁊.c.
ſuum. Et qui blaſphemauerit nomen dñi morte moriat̄. La ſunt plures.
pidibus opprimet eum omnis multitudo populi. Siue ille
ciuis ſiue peregrinus fuerit. Qui blaſphemauerit nomē do
mini morte moriatur. Qui percuſſerit ⁊ occiderit hominē 23.q.3.c.reos.
morte moriatur. Qui percuſſerit animal reddet vicariū: id ibi oculū pro
eſt aīam pro anima. Qui irrogauerit maculā cuilibet ciuiū oculo.
ſuorum ſicut fecit: ſic fiet ei. Fracturam pro fractura: oculū D Exo.21.b
pro oculo: dentem pro dente reſtituet. Qualē inflixerit ma Deuter.19.b.
culam: talem ſuſtinere cogetur. Qui percuſſerit iumentum Math.5.c.
reddet aliud. Qui percuſſerit hominem punietur. Equum
iudiciū ſit inter vos: ſiue peregrinus ſiue ciuis peccauerit
q: ego ſū dñs deus veſter. Locutuſq; eſt moyſes ad filios
iſrael: et † eduxerunt eum qui blaſphemauerat extra caſtra Als + redde-
ac lapidibus oppreſſerunt. Feceruntq; filij iſrael ſicut prece- runt.
perat dominus moyſi.

¶ Cap. Summa. De ſabbato anni ſeptimi ⁊ anni iubilei:
de reditu poſſeſſionū: ꝙ terra nō vendatur in perpetuum
de lege domorum non recipiant vſuram: habeantq; ſeruos
et ancillas de alijs nationibus: de fratre vendente ſe redi-
mendo. Cap. XXV.



A Locutuſq; eſt dñs ad moyſen in monte ſy-
nai dicēs. Loquere filijs iſrael: ⁊ dices ad
eos. Quādo ingreſſi fueritis terrā quam
ego dabo vobis ſabbatizetis ſabbatum
dño. Sex annis ſeres agrū tuū: ⁊ ſex an-
nis putabis vineā tuā: colligeſq; fructus
ei⁹. Septimo aūt anno ſabbatū erit terre requietionis dñi.
Agrū nō ſeres: ⁊ vineā nō putabis. Que ſpōte gignit humꝰ
nō metes: ⁊ vuas primitiarū tuarū nō colliges quaſi vinde
miā. Annus enī requietionis terre eſt. Sed erunt vobis in
cibū tibi ⁊ ſeruo tuo: ancille ⁊ mercennario tuo: ⁊ aduene q̄
peregrinatur apud te iumentis tuis ⁊ pecorib⁹ oīa q̄ naſcū
tur. prebebūt cibū. Numerabis quoq; tibi ſeptē hebdoma B
das annoꝝ: id eſt ſepties ſeptē: que ſimul faciūt quadragin
ta nouē: ⁊ clanges buccina mēſe ſeptimo. Decima die men-
ſis ꝓpitiatiōis tpe in vniuerſa terra veſtra. Sāctificabiſq; De pe. diſt.1.c.
annū quinquageſimū: ⁊ vocabis remiſſionē cūctis habita- quis aliqū. §.
toribus terre veſtre. Ipſe eſt enī iubileus. Reuertet̄ homo itē in leuitice
ad poſſeſſionē ſuā ⁊ vnuſquiſq; redict ad familiā priſtinam qui domum.
q: iubileus eſt: ⁊ quinquageſimus annus. Non ſeretis atq;
metetis ſponte in agro naſcentia. ⁊ primitias vindemie nō
colligetis ob ſanctificationem iubilei: ſed ſtatim † oblata Als + oblata
comedetis. Anno iubilei redient omnes ad poſſeſſiones
ſuas. Quando vendes quippiam ciui tuo: vel emes ab eo.
ne contriſtes

ne contriſtes fratrem tuū:ſed iuxta numerū annorū iubilei
C emes ab eo ⁊ iuxta ſupputationē frugū vendet tibi. Quan
al's + remanſe rit. to plures anni † remāſerint poſt iubileū tanto creſcet p̄ciū:
cius:quāto minus tp̄is numeraueris tāto minoris emptio
conſtabit. Tēpus enī frugū vēdet tibi. Nolite affligere con
tribulos veſtros:ſed timeat vnuſquiſq; deū ſuū:q: ego do-
min' deus veſter. Facite p̄cepta mea ⁊ iudicia cuſtodite:
⁊ implete ea vt habitare poſſitis in terra abſq; vllo pauore
⁊ gignat vobis humus fructus ſuos:quibus veſcamini vſ-
q; ad ſaturitatem nullius impetum formidantes. Quod ſi
dixeritis quid comedemus anno ſeptimo ſi non ſeuerim'?
neq; colligerimus fruges noſtras:dabo benedictionē meā
vobis anno ſexto:⁊ faciet fruct' triū annorū:ſeretiſq; anno
D octauo ⁊ comedetis veteres fruges vſq; ad nonū annū do
nec noua naſcant edetis vetera. Terra q̄q; nō vendet imp̄pe
tuū:q: mea eſt:⁊ vos aduene ⁊ coloni mei eſtis. Unde cun-
cta regio poſſeſſionis veſtre ſub redemptionis conditione
vendet. Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiuncu
lam ſuā ⁊ voluerit propinquus eius poteſt redimere quod
ille vēdiderat. Sin aūt non habuerit proximū ⁊ ipſe p̄ciū
ad redimendū potuerit inuenire:cōputabuntur fructus ex
eo tp̄e quo vendidit:⁊ qḋ reliquū eſt reddet emptori:ſicq;
recipiet poſſeſſionē ſuā. Qḋ ſi non inuenerit manus eius vt
reddat p̄ciū habebit emptor qḋ emerat vſq; ad annū iu-
bileū. In ipſo enī oīs venditio redibit ad dn̄m ⁊ ad poſſeſſo
rem priſtinum. Qui vendiderit domū intra vrbis muros ha
E bebit licentiam redimendi donec vnus impleatur ann'. Si
non redemerit ⁊ anni circulus fuerit reuolutus:emptor poſ
ſidebit eam ⁊ poſteri eius in perpetuū ⁊ redimi non poterit
al's + autem. etiam in iubileo. Sin autem in villa fuerit domus q̄ muros
non habet:agrorum iure vendetur. Si † ante redempta nō
fuerit in iubleo reuertetur ad dn̄m ſuū. Edes leuitarum q̄
in vrbibus ſunt ſemper poſſunt redimi. Si redempte non
fuerint in iubileo:reuertentur ad dn̄os: q: domus vrbium
leuitarū pro poſſeſſionibus ſunt inter filios iſrael. Subur-
bana aūt eorū nō veneant:quia poſſeſſio ſempiterna eſt. Si
attenuatus fuerit frater tuus ⁊ infirmus manu ⁊ ſuſceperis
eum quaſi aduenam ⁊ peregrinum ⁊ vixerit tecum:ne acci-
F pias vſuras ab eo nec plus q̄ dediſti. Time deum tuum vt
14.q.3.c.putāt viuere poſſit frater tu' apud te. Pecuniam tuā nō dabis ei
de vſu.c.cōſu- ad vſuram ⁊ frugū ſuperabundātiam nō exiges. Ego dn̄s
luit. ⁊ p ioan. deus veſter qui eduxi vos de terra egypti:vt darem vobis
xx.c. videt.e. terram chanaan:⁊ eſſem veſter deus. Si paupertate op̄pul-
ti.in de. ſus vendiderit ſe tibi frater tuus:nō eum opprimes ſeruitu
te famulorum: ſed quaſi mercennarius ⁊ colonus erit vſq;
ad annum iubileū operabitur apud te:⁊ poſtea egredietur
cū liberis ſuis ⁊ reuertet ad cognationē ⁊ ad poſſeſſionē pa
trum ſuorum. Mei enī ſerui ſunt:⁊ ego eduxi eos de terra
Infra eodem. egypti. Non veneant conditione ſeruorum:nec affligas eū
per potentiam:ſed metuito deū tuū. Seruus et ancilla ſint
Hodie non ſic vobis de nationibus que in circuitu veſtro ſunt ⁊ de adue
ſeruat q: iudei nis qui peregrinantur apud vos vel qui ex his nati fuerint
prohibentur in terra veſtra. Hos habebitis famulos:⁊ hereditario iu-
ſm leges tene re transmittetis ad poſteros ac poſſidebitis in eternum.
re mancipia Fratres aūt veſtros filios iſrael ne opprimatis per poten-
xp̄iana. vt. C. tiam. Si inualuerit apud vos manus aduene atq; peregri
ne manc. xp̄ia. ni:⁊ attenuatus frater tuus vendiderit ſe ei aut cuiquā de
lib.1.
G ſtirpe eius poſt venditionem poteſt redimi. Qui voluerit
ex fratribus ſuis redimat eum:⁊ patruus ⁊ patruelis ⁊ cō-
ſanguineus ⁊ affinis. Sin autem ⁊ ipſe potuerit redimet ſe
ſupputatis duntaxat annis a tp̄e vēditionis ſue vſq; in an-
nū iubileum ⁊ pecunia qua venditus fuerat iuxta annorum
numerum ⁊ ratione mercennarij ſupputata. Si plures fue-
rint anni qui remanent vſq; ad iubileum: ſm hos reddet et
p̄cium. Si pauci ponet rationem cū eo:iuxta annorū nu-
merum et reddet emptori quod reliquum eſt annorum qui

bus ante ſeruiuit mercedib' imputatis non affliget eū vio-
lenter in conſpectu tuo. Qḋ ſi per hec redimi non potuerit Supra eodem
anno iubileo egredietur cū liberis ſuis. Mei enī ſunt ſerui fi
lij iſrael quos eduxi de terra egypti.

Capitu. Summa. Interpoſitio promiſſionis ſi māda-
ta ſeruauerint:⁊ comminationem ſi non ſeruauerint.

Capitulum. XXVI.

Ego dn̄s deus veſter. Non facietis vobis
A idolū ⁊ ſculptile:nec titulos erigetis:nec
inſignem lapidē ponetis in terra veſtra vt
adoretis eū. Ego enī ſum dn̄s deus veſter
cuſtodite ſabbata mea ⁊ pauete † ad ſan- al's + ſupereſt ad
ctuariū meum. Ego dn̄s. Si in p̄ceptis
meis ambulaueritis ⁊ mandata mea cuſtodieritis ⁊ feceri-
tis ea:dabo vobis pluuias temporibus ſuis:⁊ terra gignet
germen ſuum ⁊ pomis arbores replebuntur. Appr̄ehēdet
meſſiū tritura vindemiam ⁊ vindemia occupabit ſemētem. Iob.11.d.
Et comedetis panem veſtrum in ſaturitate ⁊ abſq; pauore
habitabitis in terra veſtra. Dabo pacē in finibus veſtris.
Dormietis:⁊ non erit qui exterreat. Auferam malas be-
B ſtias:et gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſeq̄-
mini inimicos veſtros:⁊ corruēt coram vobis. Perſequen
tur quinq; de veſtris cētū alienos:⁊ cētū de vobis decē mi-
lia. Cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Re-
ſpiciam vos ⁊ creſcere faciā:multiplicabimini ⁊ firmabo pa
ctum meum vobiſcum. Comedetis vetuſtiſſima veterum et
vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Ponam taber- 88.di.c. eijciēs
naculum meum in medio veſtri: et non abijciet vos anima in ſi. ibi in no-
mea. Ambulabo inter vos ⁊ ero deus veſter:voſq; eritis po uo teſtamento
pulus meus. Ego dn̄s deus veſter qui eduxi vos de terra
egyptiorū:ne ſeruiretis eis:⁊ qui cōfregi cathenas ceruicū Deute.28.b.
veſtrarū vt incederetis erecti. Quod ſi non audieritis me: Treno.2.f.
nec feceritis oīa mandata mea:ſed ſpreueritis leges meas Malac.2.a.
⁊ iudicia mea contēpſeritis vt non faciatis ea que a me con
ſtituta ſunt:⁊ ad irritum perducatis pactum meum: ego q̄q;
hec faciam vobis. Uiſitabo vos velociter in egeſtate:⁊ ar-
dore:qui conficiat oculos veſtros:et conſumat animas ve-
C ſtras. Fruſtra ſeretis ſementem que ab hoſtibus deuora
bitur. Ponam faciem meam contra vos:et corruetis coram Deu.28.c.
hoſtibus veſtris:et ſubijciemini his qui oderunt vos. Fu-
gietis nemine perſequente. Sin autem nec ſic obedieritis
mihi addam corruptiones veſtras ſeptuplum propter pec-
cata veſtra:et conteram ſuperbiam duritie veſtre. Daboq;
vobis celum deſuper ſicut ferrum et terram eneam. Con-
ſumetur incaſſum labor veſter: non proferet terra germen
nec arbores poma p̄ebebunt. Si ambulaueritis ex aduer
ſo mihi: nec volueritis audire me: addam plagas veſtras
vſq; in ſeptuplum propter peccata veſtra. Emittamq; in
vos beſtias agri que conſumant vos et pecora veſtra ⁊ ad
D paucitatem cuncta redigant. Deſerteq; fiant vie veſtre.
Quod ſi nec ſic volueris recipere diſciplinam:ſed ambula
ueritis ex aduerſo mihi. Ego quoq; contra vos aduerſus
incedam et percutiam vos ſepties propter peccata veſtra.
Inducamq; ſuper vos gladium vltorem federis mei.
Cumq; confugeritis in vrbes mittam peſtilentiam in me-
dio veſtri:et trademini in manus hoſtium. Poſtquam cō-
fregero baculum panis veſtri: ita vt decem mulieres in
vno clybano coquant panes:et reddant eos ad pondus:
et comedetis:et non ſaturabimini. Sin autem nec per hec
E audieritis me: ſed ambulaueritis contra me. Et ego ince-
dam aduerſus vos in furore contrario. Et corripiam vos
ſeptem plagis propter peccata veſtra:ita vt comedatis car
nes filiorum veſtrorum et filiarum veſtrarum. Deſtruam ex al's + veſtra. ſupereſt.
celſa † veſtra:⁊ ſimulachra cōfringā. Cadetis inter ruinas al's + vroum ſupereſt.
idolorum † veſtrorū:⁊ abhominabitur vos anima mea intā

tum vt vrbes veſtras redigā in ſolitudinē: et deſerta faciam
ſanctuaria veſtra: nec recipiam vltra odorem ſuauiſſimū: diſ
F ſperdāq; terram veſtrā ⁊ ſtupebūt ſup ea inimici veſtri cū
habitatores illius fuerint. Uos aūt diſperdā in gētes ⁊ eua
ginabo poſt vos gladiū. Eritq; terra veſtra deſerta ⁊ ciui
tates veſtre dirute. Tunc placebunt terre ſabbata ſua cun
ctis diebus ſolitudinis ſue. Qū fueritis in terra hoſtili ſab
batizabit ⁊ requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſue: eo ꝙ non
requieuerit ſabbatis veſtris qn̄ habitabatis in ea. Et qui
de vobis remanſerint dabo pauorem in cordibus eorum: ⁊
regionibus hoſtiū. Terrebit eos ſonitus folij volantis: et
alſ. † ſequēte. ita fugient quaſi gladiū. Cadent nullo † perſequente ⁊ cor
ruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes. Ne
mo veſtrum inimicis audebit reſiſtere. Peribitis inter gē
tes ⁊ hoſtilis vos terra conſumet. Quod ſi et de his aliqui
alſ. † ꝯfitebūt. remanſerint tabeſcent in iniquitatibus ſuis in terra inimi
alſ. † maiorū coꝝ ſuorꝫ: ⁊ propter pctā patrum ſuorum ⁊ ſua affligent:
alſ. † patrum donec † confiteantur iniquitates ſuas ⁊ † maiorum ſuorꝫ
alſ. † recordēt † recordentur quibus preuaricati ſunt in me ⁊ ābulauerūt
G ex aduerſo mihi. Ambulabo igitur ⁊ ego contra eos: ⁊ in
ducā illos in terrā hoſtilē donec erubeſcat incircūciſa mēs
eorum. Tunc orabunt pro impietatibus ſuis ⁊ recordabor
federis mei quod pepigi cum iacob ⁊ yſaac: ⁊ abraā. Terre
quoq; memor ero. Que cum relicta fuerit ab eis: complace
bit ſibi in ſabbatis ſuis: patiens ſolitudinem propter illos.
Ipſi vero rogabunt pro peccatis ſuis eo ꝙ abiecerint iudi
cia mea ⁊ leges meas deſpexerint. Attamen etiā cū eſſent i
2. corin. 5. d. terra hoſtili non penitus abieci eos neq; ſic deſpexi vt con
ſumerent: ⁊ irritum facerem pactum meum cū eis. Ego enī
ſum dn̄s deus eoꝝ: ⁊ recordabor federis mei priſtini: quan
do eduxi eos de terra egypti in conſpectu gentium vt eſſem
deus eorum. Ego dominus deus. Hec ſunt iudicia atq; p̄
cepta ⁊ leges quas dedit dominus inter ſe ⁊ inter filios iſ
rael in monte ſynai per manum moyſi.

Capituli Summarium. De diuerſitate votoꝝ ⁊ ſolutio
ne eoꝝ: ſiue hoim: ſiue agrorꝫ: ſiue domorum: ſiue aliorum
animalium: ⁊ reditu eorum in iubileo: de decimis ſoluēdis
⁊ non comedendis. Ca. XXVII.

A
De pe. diſ. 1. c. reos. §. item q domum.
Locutuſq; eſt dominus ad moyſen dicens. Lo
quere filijs iſrael ⁊ dices ad eos. Homo qui vo
tum fecerit: ⁊ ſpoponderit deo animam ſuam
ſub eſtimatione dabit precium. Si fuerit maſcu
lus a viceſimo anno vſq; ad ſexageſimum annum dabit quin
quaginta ſiclos argenti ad menſuram ſanctuarij: ſi mulier
triginta. A quinto autem anno vſq; ad viceſimum: maſcu
lus dabit viginti ſiclos: femina decem. Ab vno mēſe vſq; ad
annum quintum pro maſculo dabuntur quinq; ſicli: pro fe
mina tres. Sexagenarius ⁊ vltra maſculus dabit quinde
cim ſiclos: femina decem. Si pauper fuerit ⁊ eſtimationem
B reddere non valebit: ſtabit coram ſacerdote: ⁊ quantum il
le eſtimauerit ⁊ viderit eum poſſe reddere tantum dabit.
Animal autem quod immolari poteſt domino: ſi quis voue
rit: ſanctum erit et mutari non poterit: id eſt nec melius ma
lo: nec peius bono. Quod ſi mutauerit: et ipſum quod mu
tatum eſt: et illud pro quo mutatū eſt: conſecratum erit do
mino. Animal immundum quod immolari domino non po
teſt ſi quis vouerit adducetur ante ſacerdotem. Qui diiu
alſ. † ſupra. dicans vtrum bonum an malum ſit: ſtatuet preciū. Quod
eſtimationis. ſi dare voluerit is qui offert: addet † ſuper eſtimationem
quintam partem. Homo ſi vouerit domum ſuam ⁊ ſancti
ficauerit domino: conſyderabit eam ſacerdos vtrū bona an
mala ſit: ⁊ iuxta precium quod ab eo fuerit conſtitutum ve
nundabitur. Sin autem ille qui vouerat voluerit redimere
eam: dabit quintam partem eſtimationis ſupra: et habebit
domum. Quod ſi agrum poſſeſſionis ſue vouerit ⁊ cōſecra
uerit domino iuxta menſuram ſementis eſtimabitur pre
cium. Si triginta modijs ordei ſeritur: terra quinquagin
ta ſiclis venundetur argenti. Si ſtatim ab anno incipien C
tis iubilei vouerit agrum: quanto valere poteſt tanto eſti
mabitur. Sin autem poſt aliquantulum temporis ſupputa
bit ſacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui ſunt nu
merum vſq; ad iubileum et detrahetur ex precio. Quod ſi
voluerit redimere agrum ille qui vouerat addet quintā par
tem eſtimate pecunie et poſſidebit eum. Sin autem nolue
rit redimere: ſed alteri cuilibet fuerit venūdatus vltra eum
qui vouerat redimere non poterit: quia cum iubilei vene
rit dies: ſanctificatus erit domino ⁊ poſſeſſio cōſecrata ad
ius pertinebit ſacerdotum. Si ager emptus eſt: et nō de
poſſeſſione maiorum ſanctificatus fuerit domino ſupputa
bit ſacerdos iuxta annorum numerum vſq; ad iubileū pre
cium: et dabit ille qui vouerat eum domino. In iubileo au Exo. 30. b.
tem reuertetur ad priorem dominum qui vendiderat eum Nume. 3. g.
et habuerat in ſortem poſſeſſionis ſue. Omnis eſtimatio ſi Eze. 45. b.
clo ſanctuarij ponderabitur. Siclus enim viginti obolos
habet. Primogenita que ad deum pertinent nemo ſancti D
ficare poterit et vouere: ſiue bos: ſiue ouis fuerit dn̄i ſunt.
Quod ſi immundum eſt animal redimet qui obtulit iuxta
eſtimationem ſuam: et addet quintam partem precij. Si re 12. q. 2. ca. nulli
dimere noluerit vendetur alteri quantumcunq; fuerit an
te eſtimatum. Omne quod domino conſecratur: ſiue ho
mo fuerit ſiue animal: ſiue ager non † veniet: nec redimi po alſ. † vendet.
terit. Quicquid ſemel fuerit conſecratum ſanctum ſancto
rum erit domino. Et omnis conſecratio que offertur ab ho
mine non redimetur: ſed morte morietur. Omnes decime
terre: ſiue de pomis arborum ſiue de frugibus domini ſūt:
⁊ illi ſanctificantur. Si quis autem voluerit redimere deci
mas ſuas: addet quintam partem earum. Omnium deci
marum bouis et ouis: et capre que ſub paſtoris virga tranſ 16. q. 7. c. oēs decime.
eunt: quicquid decimum venerit ſanctificabitur domino. De deci. c. tue.
Non eligetur nec bonum: nec malum: nec altero commuta in aliquibus. c
bitur. Si quis mutauerit: et quod mutatum eſt: et pro quo non ſic.
mutatum eſt ſanctificabitur domino ⁊ non redimetur. Hec
ſunt precepta que mandauit dominus Moyſi ad filios Iſ
rael in monte Synai.

Explicit liber Leuiticus.



Incipit Uaidabber,
id eſt liber Numeri.

Capituli Summarium. Numerantur filij Iſrael a vi
geſimo anno pugne apti: dantur duodecim principes. Tri
bus leui non numeratur: ſed pro tabernaculo deportando
ordinatur. Capitulum. I.

Locutuſq;

A LOcutuſqȝ eſt dñs ad
Moyſen in deſerto ſynai in tabernaculo
federis prima die menſis ſecundi anno al-
tero egreſſionis eoꝛum ex egypto dicens.
Infra.26.a Tollite ſummã vniuerſe cõgregationis fi-
lioꝛum iſrl'ꝑ cognationes ⁊ domos ſuas ⁊ noĩa ſingulorum
quicq̃d ſexus eſt maſculini a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa omnium
viroꝝ foꝛtiũ ex iſrael: ⁊ numerabitis eos per turmas ſuas
tu ⁊ aaron: eruntqȝ vobiſcũ pꝛincipes tribuũ ac domoꝛum
in cognationib⁹ ſuis quoꝛũ iſta ſunt nomina. De tribu ru-
ben eliſur filius ſedeur. De tribu symeon ſalamiel filius ſu-
riſaddai. De tribu iuda naaſon filius Aminadab. De tribu
iſachar nathanael filius ſuar. De tribu zabulõ: eliab filius
helon. Filioꝛum aũt ioſeph de tribu effraim: eliſama filius
ammiud. De tribu manaſſe: gamaliel filius phadaſſur. De
tribu bẽiamin abidan filius gedeonis. De tribu dan: ahie-
zer filius amiſaddai. De tribu azer: phegiel filius ochꝛam.
B De tribu gad: heliaſaph filius duel. De tribu neptali: ahi-
ra fili⁹ henam. Hi nobiliſſimi pꝛincipes multitudinis ꝑ tri-
bus et cognationes ſuas ⁊ capita exercitus iſrael quos tu-
lerunt moyſes ⁊ Aaron cũ oĩ vulgi multitudinis: ⁊ congre-
gauerunt pꝛimo die menſis ſecundi recenſentes eos ꝑ co-
gnationes ⁊ domos ac familias ⁊ capita ⁊ nomina ſingulo-
rum a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa ſicut pꝛeceperat dñs Moyſi.
Numeratiqȝ ſunt in deſerto ſynai de Ruben pꝛimogenito
Iſraelis per generationes ⁊ familias ac domos ſuas ac no-
mina capitum ſingulorum omne quod ſexus eſt maſculini:
a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa pꝛocedentium ad bellum quadra-
C gintaſex milia quingenti. De filijs ſymeon per generatio-
nes et familias ac domos cognationum ſuarum: recenſiti
ſunt per nomina et capita ſingulorum omne quod ſexus eſt
maſculini a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa pꝛocedentium ad bellum
quinquagintanouem milia trecenti. De filijs gaad per ge-
nerationes ⁊ familias: ac domos cognationum ſuarum re-
cenſiti ſunt per nomina ſingulorum a viginti annis ⁊ ſupꝛa
omnes qui ad bella pꝛocederent quadragintaquinqȝ milia
ſexcenti quinquaginta. De filijs iuda per generationes et
familias: ac domos cognationum ſuarum per nomina ſin-
gulorum a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa: omnes qui poterant ad
bella pꝛocedere recenſiti ſũt ſeptuagintaquatuoꝛ milia ſex-
D centi. De filijs iſachar per generationes ⁊ familias: ac do-
mos cognationum ſuarum per nomina ſingulorum a viceſi-
mo anno ⁊ ſupꝛa omnes qui ad bella pꝛocedere recẽſiti ſũt
quinquagintaquatuoꝛ milia quadringenti. De filijs zabu-
lon per generationes ⁊ familias: ac domos cognationum
ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum a viceſimo an-
no ⁊ ſupꝛa omnes q̃ poterant ad bella pꝛocedere quinqua-
gintaſeptem milia quadringenti. De filijs ioſeph filioꝛum
effraim per generationes ⁊ familias: ad domos cognatio-
E num ſuarum recẽſiti ſunt per nomina ſingulorum: a viceſi-
mo anno ⁊ ſupꝛa omnes qui poterãt ad bella ꝓcedere qua-
draginta milia quingenti. Porro filioꝛum manaſſe per ge-
tationes ⁊ familias ac domos cognationum ſuarum: recen-
ſiti ſunt per nomina ſingulorum a viginti annis ⁊ ſupꝛa oẽs
qui poterant ad bella pꝛocedere trigintaduo milia ducẽti.
De filijs Beniamin per generationes et familias: ac do-
mos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingu-
loꝛum a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa: omnes qui poterant ad bel-
la pꝛocedere trigintaquinqȝ milia quadringenti. De filijs
Dan per generationes ⁊ familias: ac domos cognationum
ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum a viceſimo an-
F no ⁊ ſupꝛa: omnes qui poterant ad bella pꝛocedere ſexagin-
ta duo milia ſeptingenti. De filijs aſer per generationes et
familias ac domos cognationum ſuarum: recenſiti ſunt per
nomina ſinguloꝝ a viceſimo anno et ſupꝛa: omnes qui po-
terant ad bella pꝛocedere: quadraginta milia ⁊ mille quin-
genti. De filijs neptali ꝑ gñationes ⁊ familias ac domos co-
gnationũ ſuarũ recẽſiti ſunt noĩbus ſinguloꝝ a viceſimo an-
no ⁊ ſupꝛa omnes qui poterant ad bella pꝛocedere quinqua-
gintatria milia quadringenti. Hi ſunt quos numerauerũt
moyſes ⁊ Aaron ⁊ duodecim pꝛincipes iſrael ſingulos per
domos cognationũ ſuarum. Fuerunt omnes filij Iſrael ꝑ
domos ⁊ familias ſuas a viceſimo ãno ⁊ ſupꝛa: qui poterãt
ad bella pꝛocedere ſexcentatria milia viroꝛum quigenti qn-
quaginta. Leuite autem in tribubus familiaꝝ ſuarum non
ſunt numerati cum eis. Locutuſqȝ eſt dñs ad moyſen dicẽs
Tribum leui noli numerare neqȝ pones ſummam eoꝝ cum
filijs iſrael: ſed cõſtitues eos ſuper tabernaculũ teſtimonij
⁊ cuncta vaſa eius: ⁊ q̃cquid ad cerimonias pertinet. Ipſi
poꝛtabunt tabernaculum ⁊ omnia vtẽſilia eius ⁊ erũt in mi-
niſterio: ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cũ profici-
ſcendũ fuerit deponent leuite tabernaculum cũ caſtrametã-
da erigent. Quiſq̃s externoꝝ acceſſerit occidet̃. Metabũ-
tur aũt caſtra filij iſrael vnuſquiſqȝ per turmas ⁊ cuneos at-
qȝ exercitũ ſuũ. Porro leuite per gyrũ tabernaculi figẽt tẽ-
toꝛia ne fiat idignatio ſuꝑ multitudinem filioꝝ iſrael ⁊ excu-
babũt in cuſtodijs tabernaculi teſtimonij. Fecerũt ergo fi-
lij iſrael iuxta oĩa q̃ pꝛeceperat dñs moyſi.

Iuppiter ſatu-
ni regis filiu-
pře expulſion-
tis facinori-
clar⁹ a gẽtib-
deus appell-
de ioue ⁊ ei⁹
pſchro ⁊ qꝫ tr-
fuerũt ioue-
vide ꝑ an.ſa-
ennea.1.li.4.
G
Vulcanus I-
uis frater f-
ber inſignis f-
ret. De vulc-
vide ꝑ ant.ſ-
bellicũ enne-
de pꝛima.li.
Iuno iouis
roꝛ ⁊ vxoꝛ.

¶ C.S. Oꝛdinant̃ caſtra: arca: tabernaculũ: Iudas: Iſa-
char zabulõ ad oꝛientẽ. Rubẽ: ſymeon: gaad ad meridiem.
Effrai: manaſſes ⁊ bẽiami ad occidentẽ: Dan: aſer neptaliꝫ
ad aquilonẽ: ⁊ ſic oꝛdinati ſunt: ſic ⁊ caſtra mouent ꝑ oꝛdinẽ
leuite aũt leuant tabernaculum. Cap.II.

A LOcutuſqȝ eſt dñs ad Moyſen ⁊ Aaron dicens.
Singuli per turmas: ſigna atqȝ vexilla: ⁊ domos
cognationum ſuarum caſtrametabuntur filij Iſ-
rael per gyrum tabernaculi federis ad oꝛientem
iudas figet tẽtoꝛia per turmas exercitus ſui eritqȝ pꝛīceps
filioꝛum eius filioꝝ naaſon filius aminadab. Et omnis de
ſtirpe eius ſumma pugnantiũ ſeptuagintaquatuoꝛ milia †
ſexcenti. Iuxta eum caſtramentati ſunt de tribu iſachar quo-
rum pꝛinceps fuit nathanael filius ſuar: ⁊ omnis numerus
pugnatoꝛum eius quinquagintaquatuoꝛ milia quadringẽ-
ti. In tribu zabulon pꝛinceps fuit Heliab filius Helõ: om-
niſqȝ de ſtirpe eius exercitus pugnatoꝛum quinquagintaſe-
ptem milia quadringenti. Uniuerſi qui in caſtris Iude an-
numerati ſunt: fuerunt centumoctoginta ſex milia quadrin-
genti. Et per turmas ſuas pꝛimi egredientur. In caſtris fi-
B lioꝛum Ruben ad meridianam plagam erit pꝛinceps eliſur
filius ſedeur: ⁊ cunctus exercitus pugnatoꝛum eius qui nu-
merati ſunt quadraginta ſex milia quingenti. Iuxta eũ ca-
ſtrametati ſunt de tribu ſymeõ quoꝝ pꝛinceps fuit ſalamiel
filius ſuriſaddai: ⁊ cunctus exercitus pugnatoꝝ eius: qui
numerati ſunt quinquagintanouem milia trecenti. In tri-
bu gad pꝛinceps fuit heliaſaph filius duel: ⁊ cunctus exerci-
tus pugnatoꝝ eius qui numerati ſunt quadragintaquinqȝ
milia ſexcenti quinquaginta. Oẽs qui recenſiti ſunt in ca-
ſtris rubẽ centũ quinquaginta milia ⁊ mille quadringenti-
quinquaginta. Per turmas ſuas in ſecundo loco profici-
ſcẽtur. Leuabit aũt tabernaculũ teſtimonij per officia leui-
C tarum ⁊ turmas eoꝛum. Quomõ erigẽt̃ ita ⁊ deponet̃. Sin-
guli per loca ⁊ oꝛdines ſuos proficiſcent̃. Ad occidentalem
plagam erũt caſtra filioꝝ effrai quoꝝ pꝛiceps fuit helisama
filius ammiud. Cunct⁹ exercitus pugnatoꝛum ei⁹ q̃ nume-
rati ſunt quadraginta milia quingenti. Et cũ eis tribus fi-
lioꝝ manaſſe: quoꝛum pꝛinceps fuit Gamaliel filius Pha-
daſſur cunctuſqȝ exercitus pugnatoꝛum eius qui numera-
ti ſunt trigintaduo milia ducenti. In tribu filioꝛum Benia-
min pꝛinceps fuit abidan filius gedeonis ⁊ cunctus exerci-
tus pugnatoꝛum eius qui recenſiti ſunt trigintaquinqȝ milia

n.di. c. eccl-
ſiecarũ.glo.
oꝛientem.
als + ſexcen-
rum.

quadringēti. Omnes qui numerati ſunt in caſtris effraim centum octo milia. Per turmas ſuas tertij proficiſcentur. Ad aquilonis partē caſtrametati ſunt filij dan: quoꝝ princeps fuit abiezer filius amiſaddai. Cunctuſq; exercitus pugnatoꝝ eius q̄ numerati ſunt ſexagintaduo milia ſeptingenti. Iuxta eū fixere tētoria de tribu aſer quoꝝ princeps fuit phegihel filius ochram cunctuſq; exercitus pugnatoꝝ eius
D
q̄ numerati ſunt quadraginta milia ⁊ mille quingenti. De tribu filioꝝ neptalim princeps fuit ahira filius enan. Cūct⁹ exercitus pugnatoꝝ eius quinquaginta tria milia quadringenti. Oēs q̄ numerati ſunt in caſtris dan fuerūt centū quinquagītaſeptē milia ſexcenti. Et nouiſſimi proficiſcent̄. Hic numerus filioꝝ iſrael per domos cognationū ſuarum: ꝑ turmas diuiſi exercitus: ſexcenta tria milia quingenti quinquaginta. Leuite aūt non ſunt numerati inter filios iſrael. Sic eī preceperat dñs moyſi. Feceruntq; filij iſrael iuxta oīa q̄ mandauerat dñs. Caſtrametati ſunt per turmas ſuas ⁊ ꝓfecti per familias ac domos patrū ſuorum.

¶ C. S. Filij leui numerant̄ aſſignant̄ ad miniſterium per tres familias ordinant̄: arcā ⁊ tabernaculum q̄ portare debeāt aſſignant̄: primogeniti numerant̄: ꝓ eis leuite aſſumūtur: ceteri q̄ ſupſunt quinq; ſiclis q̄ſq; ordinat̄. Ca. III.



A
Hec ſunt generationes Aaron ⁊ Moyſi in die qua locut⁹ eſt dñs ad moyſen in monte ſynai. Et hec nōia filioꝝ Aarō. Primogenitus eius nadab † deinde abiu: et eleazar ⁊ ithamar. Hec nōia filiorum aaron ſacerdotis qui uncti ſunt ⁊ quoꝝ replete ⁊ conſecrate manus vt ſacerdotio fungerent̄. Mortui ſunt enim nadab ⁊ abiu cū offerrent ignem alienū in cōſpectu domini in deſerto ſynai abſq; liberis: functiq; ſunt ſacerdotio eleazar ⁊ ithamar corā aaron patre ſuo. Locutuſq; eſt dñs ad

Alio † dein. Leui. 10. a. Infra. 26. g

B
moyſen dicens. Applica tribū leui: ⁊ fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis vt miniſtrent ei: ⁊ excubēt: ⁊ obſeruēt q̄cquid ad cultum pertinet multitudinis corā tabernaculo teſtimonij ⁊ cuſtodiant vaſa tabernaculi: ſeruientes in miniſterio ei⁹. Dabiſq; dono leuitas Aaron ⁊ filijs eius quibus traditi ſunt filijs iſrael. Aarō aūt ⁊ filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij. Externus qui ad miniſtrandum acceſſerit morietur. Locutuſq; eſt dñs ad moyſen dicens. Ego tuli leuitas a filijs Iſrael pro omni primogenito qui aperit

21. di. c. 1. ꝓ. leuite.

31. di. c. tenere. ibi. q: alia tribu.

82. diſt. c. ꝓpoſuiſti. ⁊ c. plurimos.

C
vuluam in filijs iſrael eruntq; leuite mei. Meū eſt enim oē primogenitum. Ex quo percuſſi primogenita in terra egypti ſanctificaui mihi quicquid primum naſcitur in Iſrael. Ab homine vſq; ad pecus mei ſunt. Ego domin⁹. Locutuſq; ē dominus ad Moyſen in deſerto ſynai dicens. Numera filios Leui per domos patrum ſuorum ⁊ familias. Omnem maſculum ab vno menſe ⁊ ſupra. Numerauit moyſes vt preceperat domin⁹: et inuenti ſunt filij leui per nomina ſua gerſon ⁊ caath ⁊ merari. Filij gerſon: lobni ⁊ ſemei. Filij caath

Exo. 3. a. Infra. 8. c. 5. q. 1. capi. nec his.

amrā ⁊ ieſſaar hebrō ⁊ oziel. Filij merari mooli et muſi. De Gerſon fuere familie due: lobnitica ⁊ ſemeitica: quarū numeratus eſt populus ſexus maſculini ab vno menſe ⁊ ſupra ſeptem milia quingenti. Hi poſt tabernaculum metabunt̄: ad occidentem ſub principe eliaſaph filio lahel: et habebūt excubias in tabernaculo federis: ipm tabernaculum ⁊ operimentū eius tentoriū qd̄ trahit̄ ante fores tecti federis: et cortinas atrij: tentoriū q; qd̄ appendit̄ in introitu atrij tabernaculi ⁊ quicq̄d ad ritū altaris pertinet funes tabernaculi ⁊ oīa vtenſilia eius. Cognatio caath habebit populos amramitas: ⁊ ieſſaritas: ⁊ hebronitas ⁊ ozielitas. He ſunt familie caathitarum: recenſite per nōia ſua oēs generis maſculini ab vno menſe ⁊ ſupra: octo milia ſexcenti. Habebūt excubias ſanctuarij ⁊ caſtrametabunt̄ ad meridianā plagā. Princepſq; eorū erit eliſaphā filius oziel: ⁊ cuſtodient arcā menſamq; ⁊ candelabrū altaria ⁊ vaſa ſanctuarij in quibus miniſtratur: ⁊ velū cunctāq; huiuſcemodi ſupellectilē. Princeps aūt principū leuitarū eleazar filius aaron ſacerdotis erit ſuper excubitores cuſtodie ſanctuarij. At vero de merari erunt populi moolite ⁊ muſite recenſiti per nōia ſua omnes generis maſculini ab vno menſe ⁊ ſupra ſex milia ducēti. Princeps eorū ſuriel filius abiaiel in plaga ſeptētrionali caſtrametabunt̄. Erunt ſub cuſtodia eorum tabule tabernaculi ⁊ vectes: et columne ac baſes earū ⁊ omnia que ad cultū huiuſcemodi pertinent columneq; atrij per circuitum cū baſibus ſuis ⁊ paxilli cū funibus. Caſtrametabunt̄ ante tabernaculū federis id eſt ad orientalem plagam. Moyſes ⁊ Aarō cum filijs ſuis habētes cuſtodiam ſanctuarij in medio filiorum iſrael. Quiſquis alienus acceſſerit morietur. Omnes leuite quos numerauerunt moyſes ⁊ Aaron iuxta preceptū dñi per familias ſuas in genere maſculino a menſe vno ⁊ ſupra fuerunt vigintiduo milia. Et ait dñs ad moyſen. Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs iſrael ab vno menſe ⁊ ſupra: et habebis ſummam eorum. Tolleſq; Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Iſrael. Ego ſum dominus et pecora eorum pro vniuerſis primogenitis † pecorum filiorum Iſrael: recenſuit Moyſes ſicut preceperat dominus primogenitos filiorum iſrael et fuerunt maſculi per nōia ſua a menſe vno ⁊ ſupra: vigintiduo milia ducenti ſeptuagintatres. Locutuſq; eſt dominus ad moyſen: dicens. Tolle leuitas pro primogenitis filiorum iſrael ⁊ pecora leuitarum pro pecoribus eorum. Eruntq; Leuite mei. Ego ſum domin⁹. In precio aūt ducentoꝝ ſeptuagintatriū qui excedunt numerum leuitarum de primogenitis filiorū iſrael: accipies quinq; ſiclos per ſingula capita ad mēſurā ſanctuarij. Siclus habet viginti obolos. Dabiſq; pecuniā aaron a filijs eius preciū eoꝝ q̄ ſupra ſunt. Tulit igit̄ Moyſes pecuniam eorum qui fuerant amplius ⁊ quos redemerat a Leuitis pro primogenitis filiorum iſrael mille trecentorum ſexagintaquinq; ſiclorum iuxta pondus ſanctuarij ⁊ dedit eam aaron ⁊ filijs eius iuxta verbum quod preceperat ſibi dominus.

D E F Magnus numerus leuitarum. al. † pecoris. G De voto. c. magne. Infra. 8. c Exo. 30. Leui. 27. c. Ezech. 45. d.

¶ Capi. Sū. Ritus ⁊ officia leuitarum per familias ſuas diſtribuuntur. Cap. IIII.

A
Locutuſq; eſt dñs ad Moyſen ⁊ aaron dicēs. Tolle ſummam filiorū Caath de medio leuitarū per domos ⁊ familias ſuas a triceſimo anno ⁊ ſupra vſq; ad quinquageſimū annū omniū q̄ ingrediunt̄ vt ſtent: ⁊ miniſtrēt in tabernaculo federis. Hic eſt cultus filiorum caath. Tabernaculū federis ⁊ ſanctum ſanctorū ingredient̄ Aarō ⁊ filij eius qn̄ mouēda ſunt caſtra: ⁊ deponēt velum qd̄ pendet ante fores inuoluentq; eo arcam teſtimonij ⁊ operient rurſum velamine hiacynthinarū pelliū: extendentq; deſup palliū totū hiacynthinū ⁊ inducēt vectes. Menſam quoq; propoſitionis inuoluent hiacynthino pallio

93. di. c. diaconi ſunt. ꝓ. ſufficit.

no pallio: ⁊ ponent cum ea thuribula ⁊ mortariola: cyatos ⁊ crateras ad liba fundenda. Panes ſemper in ea erunt. Extendentqꝫ deſup palliũ coccineũ qḋ rurſum operiẽt velamento hiacynthinarũ pelliũ ⁊ inducẽt vectes. Sumẽt ⁊ pallium hiacynthinũ quo operient candelabrum cũ lucernis ⁊ forcipibus ſuis ⁊ emunctoriis: ⁊ cunctis vaſis olei que ad concinandas lucernas neceſſaria ſunt ⁊ ſuper omnia ponẽt operimentum hiacynthinarum pelliuz: ⁊ inducent vectes.

B

Necnon ⁊ altare aureum inuoluent hiacynthino veſtimẽto ⁊ extendet deſup operimẽtũ hiacynthinarũ pellium inducentqꝫ vectes. Omnia vaſa quibus miniſtratur in ſanctuario inuoluent hiacynthino pallio: ⁊ extendent deſuper opimentũ hiacynthinarũ pelliũ inducentqꝫ vectes. Sed et altare mundabunt cinere: et inuoluent illud purpureo veſtimento ponentqꝫ cum eo omnia vaſa: quibus in miniſterio eius vtuntur: id eſt ignium receptacula fuſcinulas ac tridẽtes vncinos ⁊ batilla. Cuncta vaſa altaris operient ſimul velamine hiacynthinarum pellium ⁊ inducent vectes. Cũqꝫ inuoluerint Aaron ⁊ filii eius ſanctuarium et omnia vaſa eius in commotione caſtrorum: tunc intrabunt filii Caath: vt portent inuoluta ⁊ non tangent vaſa ſanctuarii ne moriantur. Iſta ſunt onera filiorum caath in tabernaculo federis: ſuper quos erit eleazar filius aaron ſacerdotis: ad cui⁹ ptinet curam oleum ad concinandas lucernas et compoſitionis incenſum et ſacrificium quod ſemper offertur ⁊ oleum vnctionis: ⁊ quicquid ad cultum tabernaculi pertinet omniumqꝫ vaſorum que in ſanctuario ſunt. Locutuſqꝫ eſt dominus ad moyſen ⁊ aaron dicens. Nolite perdere populũ caath de medio leuitarum: ſed hec facite eis vt viuant ⁊ nõ moriantur ſi tetigerint ſancta ſanctorum. Aaron ⁊ filii eius intrabunt: ipſiqꝫ diſponent onera ſingulorum: et diuident quid portare quis debeat. Alii nulla curioſitate videant q̃ ſunt in ſanctuario priuſquam inuoluanꝛ: alioquin morientur.

C

(inquiũt) tui ſumus. † Quibus ioſue ait. Quinã eſtis vos
aut vñ veniſtis? Rñderũt de terra lõginqua valde venerũt
ſerui tui: in noie dñi dei tui. Audiuimus enĩ famã potentie
eius cuncta q̃ fecit in egypto ⁊ duob⁹ regibus ammorreoꝝ
q̃ fuerunt trãs iordanẽ ſeon regi eſebon: ⁊ og regi baſan: q̃
erat in aſtaroth: dixerũtqꝫ nobis ſeniores ⁊ oẽs habitato-
res terre noſtre. Tollite in manibus veſtris cibaria ob lon
giſſimam viã: ⁊ occurrite eis ⁊ dicite: Serui veſtri ſum⁹: fe-
dus inite nobiſcũ. En panes qñ egreſſi ſumus de domibus
noſtris vt veniremus ad vos calidos ſumpſimus: nunc ſicci
facti ſunt ⁊ vetuſtate nimia cõminuti. Utres vini nouos im
C pleuimus: nũc rupti ſunt ⁊ ſoluti. Ueſtes ⁊ calciamẽta qui-
bus induimur ⁊ q̃ habemus in pedibus ob longitudinẽ lõ-
gioris vie trita ſunt ⁊ pene cõſumpta. Suſceperunt igitur
de cibarijs eoꝝ: ⁊ os dñi non interrogauerũt. Fecitqꝫ Io-
ſue cũ eis pacẽ: ⁊ inito federe pollicitus eſt vt nõ occideren
tur. Principes qꝫ multitudinis iurauerunt eis. Poſt dies
aũt tres † initi federis: audierunt ꝙ in vicino habitarẽt: et
inter eos futuri eſſent. Mouerũtqꝫ caſtra filij iſrael ⁊ vene
runt in ciuitates eoꝝ die tertio: quarum hec vocabula ſunt
gabaõ ⁊ caphira ⁊ beroth: ⁊ cariathiarim. Et nõ pcuſſerũt
eos eo ꝙ iuraſſent eis principes multitudinis in noie dñi
dei iſrael. Murmurauit itaqꝫ omne vulgus ꝯtra principes
D iſrael. Qui reſpõderunt eis. Iurauimus eis in noie dñi dei
iſrael: ⁊ idcirco nõ poſſum⁹ eos cõtingere. S; hoc faciem⁹
eis. Reſeruenẽ quidẽ † vt viuãt: ne cõtra nos ira dñi conci
tetur ſi † peierauerimus: ſ; ſic viuãt vt in vſus vniuerſe mul
titudinis ligna cedãt: aquaſqꝫ cõportẽt. Quib⁹ hec loquẽti
bus vocauit gabaonitas ioſue: ⁊ dixit eis. Cur nos decipe
re fraude voluiſtis vt diceretis pcul valde habitamus a vo
bis cũ in medio nñ ſitis? Itaqꝫ ſub maledictiõe eritis: ⁊ nõ
deficiet de ſtirpe veſtra ligna cedẽs: aquaſqꝫ cõportãs i do
mum dei mei. Qui reſpõderũt. Nũciatum eſt nobis ſeruis
tuis ꝙ pmiſiſſet dñs de⁹ tuus moyſi ſeruo ſuo: vt traderet
vobis omnẽ terrã: ⁊ diſperderet cũctos habitatores eius.
Timuimus igiẽ valde: ⁊ puidimus animabus noſtris vſo
terrore cõpulſi: ⁊ hoc cõſiliũ iniuimus. Nunc aũt in manu
tua ſumus: qđ tibi bonũ ⁊ rectũ videẽ: fac nobis. Fecit er-
go ioſue vt dixerat: ⁊ liberauit eos de manib⁹ filioꝝ iſrl': vt
nõ occiderenẽ. Decreuitqꝫ i illo die eos eſſe i miniſterio cũ-
cti ppli ⁊ altaris dñi cedẽtes ligna ⁊ aquas comportantes
vſqꝫ in preſens tps in loco quem dñs elegiſſet.

Dol⁹ ⁊ cautela gabaonitarũ.

Als † forſitã.

Als † quibus Ioſue. Quinam ait eſtis vos.

1. Regũ. 21. a

Als † inito federe.

Als † et.

Als † periurauimus.

Als † habet eis.

22. q. 4. c. Innocens. ⁊ c. inter cetera. §. ſ; cũ his.

De elec. c. venerabilẽ ante finem.

¶ C.S. De pugna i gabaõ: ⁊ regib⁹ quinqꝫ abſcõſis i ſpe
lũca: de plõgatione diei ⁊ alijs multis ab iſrl' deuictis.

Capitulum. X.



A Que cũ audiſſet adoniſedech rex hieruſalẽ
ꝙ ſcʒ cepiſſet ioſue hay ⁊ ſubuertiſſet eã ſi-
cut ei fecerat hierico ⁊ regi ei⁹: ſic fecit hay
⁊ regi illi⁹: ⁊ ꝙ trãſfugiſſent gabaonite ad
iſrl': ⁊ eẽnt federati eoꝝ: timuit valde. Urbs
enĩ magna erat gabaon: ⁊ vna ciuitatũ re-
galiũ: ⁊ maior oppido hay: oẽſqꝫ bellatores eius fortiſſimi.
Miſit ḡ adoniſedech rex hieruſalẽ ad oham regẽ hebron:
⁊ ad pharã regẽ hierimoth: ⁊ ad iaphie qꝫ regẽ lachis: ⁊ ad
dabir regẽ eglõ dicẽs. Ad me aſcẽdite ⁊ ferte pſidiũ: vt expu
gnemus gabaon quare trãſfugerit ad ioſue ⁊ ad filios iſrl'.
B Cõgregati igiẽ aſcẽderunt qnqꝫ reges ãmorreoꝝ. Rex hie
ruſalẽ: rex hebrõ: rex hierimoth: rex lachis: rex eglõ: ſimul
cũ exercitibus ſuis: ⁊ caſtrametati ſunt circa gabaõ oppu-
gnantes eã. Habitatores aũt gabaon vrbis obſeſſe: miſerũt
ad ioſue q̃ tunc morabaẽ in caſtris apud galgalã: ⁊ dixerũt
ei. Ne retrahas man⁹ tuas ab auxilio ſeruoꝝ tuoꝝ. Aſcẽde
cito ⁊ libera nos: ferqꝫ pſidiũ. Cõuenerũt enĩ aduerſuꝫ nos
oẽs reges ammorreoꝝ q̃ habitãt in mõtanis. Aſcẽditqꝫ io-
ſue de galgalis: ⁊ oĩs exercit⁹ bellatoꝝ cũ eo viri fortiſſimi.
Dixitqꝫ dñs ad ioſue. Ne timeas eos. In manus enĩ tuas
tradidi illos. Nullus enĩ ex eis tibi reſiſtere poterit. Irruit
itaqꝫ ioſue ſup eos repẽte: tota nocte aſcẽdẽs de galgalis.
C Et cõturbauit eos dñs a facie iſrael: cõtriuitqꝫ plaga ma-
gna in gabaon: ac pſecutus eſt eos p viã aſcẽſus bethoron:
⁊ pcuſſit vſqꝫ azecha ⁊ maceda. Cũqꝫ fugerent filios iſrael
⁊ eſſent in deſcenſu bethorõ: dñs miſit ſup eos lapides ma-
gnos de celo vſqꝫ ad azecha. Et mortui ſunt multo plures
lapidib⁹ grãdinis qꝫ quos gladio pcuſſerãt filij iſrael. Tũc
locutus eſt ioſue dño in die qua tradidit ammorreoꝝ in cõ
ſpectu filioꝝ iſrael. Dixitqꝫ corã eis. Sol cõtra gabaon ne
moueariſ: ⁊ luna cõtra vallem † haylon. Steteruntqꝫ ſol ⁊
luna donec vlciſcereẽ ſe gẽs de inimicis ſuis. Nõne ſcriptũ
eſt hoc in libro iuſtoꝝ? Stetit itaqꝫ ſol in medio celi: ⁊ nõ fe
ſtinauit occũbere ſpacio vnius diei. Nõ fuit antea ⁊ poſtea
tã longa dies obediẽte dño voci hoĩs: ⁊ pugnãte p iſrael.
D Reuerſuſqꝫ eſt ioſue cũ omni iſrael in caſtra galgale. Fuge
rant enĩ quinqꝫ reges ⁊ ſe abſcõderãt i ſpelũca vrbis mace
da. Nũciatũqꝫ eſt ioſue qđ inuẽti eſſent quinqꝫ reges laten
tes in ſpelũca vrbis maceda. Qui precepit ſocijs ⁊ ait. Uol
uite ſaxa ingentia ad os ſpelunce: ⁊ ponite viros induſtrios
qui clauſos cuſtodiant. Uos autem nolite ſtare: ſed perſe-
quimini

Erat exerci[tus] regũ ammo[rreorum] trecen[ta] milia arma[to]rum ⁊ duo [mi]lia curruũ [secundum] ioſephum.

al † achialon.

quimini hoſtes: ⁊ extremos quoſq; fugiētium cedite. Nec
dimittatis eos vrbium ſuarum intrare preſidia: quos tra-
didit dñs deus in manus veſtras. Ceſis ergo aduerſarijs
plaga magna ⁊ vſq; ad internitionē pene cōſumptis: hi qui
iſrael effugere potuerunt: ingreſſi ſunt ciuitates munitas.
Reuerſuſq; eſt oīs exercitus ad ioſue in maceda: vbi tunc
erant caſtra: ſani ⁊ integro numero. Nulluſq; contra filios
iſrael mutire auſus eſt. Precepitq; ioſue dicēs. Aperite os
ſpelūce: ⁊ pducite ad me quinq; reges qui in ea latitāt. Fe-
cerūtq; miniſtri vt ſibi fuerat imperatū. Et adduxerūt ad
eum quinq; reges de ſpelūca: regē hieruſalē: regē hebron:
regē hierimoth: regē lachis: regē eglō. Cūq; adducti eſſent
ad eū vocauit oēs viros iſrael: ⁊ ait ad principes exercitus
E qui ſecum erāt. Ite ⁊ ponite pedes ſuper colla regū iſtorū.
Qui cum perrexiſſent ⁊ ſubiectorū colla pedibus calcarēt.
rurſum ait ad eos. Nolite timere nec pauetis: cōfortami-
ni ⁊ eſtote robuſti. Sic enī faciet dñs cunctis hoſtibus ve-
ſtris aduerſum quos dimicabitis. Percuſſitq; ioſue ⁊ in-
terfecit eos: atq; ſuſpēdit ſup quinq; ſtipites: fuerūtq; ſuſpēſi
vſq; ad veſperū. Cūq; occumberet ſol: precepit ſocijs vt de-
Deu.21.d. ponerent eos de patibulis. Quibus depoſitis pieceerunt
in ſpeluncā in qua latuerant: ⁊ poſuerūt ſuper os eius ſaxa
ingentia: que permanēt vſq; in preſens. Eodē die macedā
quoq; cepit ioſue ⁊ percuſſit in ore gladij: regēq; illi⁹ inter-
fecit: ⁊ oēs habitatores eius. Nō dimiſit in ea ſaltē paruas
reliquias. Fecitq; regi maceda ſicut fecerat regi hierico.
Trāſiuit aūt cū omni iſrael de maceda i lebna: ⁊ pugnabat
contra eā. Quā tradidit dñs cum rege ſuo in man⁹ iſrael.
F Percuſſerūtq; vrbē i ore gladij: ⁊ oēs habitatores ei⁹. Nō
dimiſerūt in ea vllas reliquias. Feceruntq; regi lebna ſicut
fecerāt regi hierico. De lebna trāſiuit in lachis cū oī iſrael.
Et exercitu p gyrū diſpoſito oppugnabāt eam tradiditq;
dñs lachis in manus filiorū iſrael: ⁊ cepit eā die altero: atq;
percuſſit in ore gladij omnem animā que fuerat in ea: ſicut
fecerat lebna. Eo tempore aſcēdit horā rex gazer: vt auxilia
retur lachis. Quē percuſſit ioſue cū omni populo eius vſq;
ad internitionem. Trāſiuitq; de lachis in eglon: ⁊ circūde-
dit atq; expugnauit eā in eadem die: pcuſſitq; in ore gladij
B omnes animas que erāt in ea iuxta oīa que fecerat lachis.
Aſcēdit quoq; cū omni iſrael de eglon in hebron: ⁊ pugna
uit cōtra eā: cepitq; ⁊ pcuſſit in ore gladij: regē quoq; eius
⁊ oīa oppida regionis illius vniuerſaſq; aīas q̄ in ea fuerāt
cōmorate. Non reliquit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat
al. + habira. eglon: ſic fecit ⁊ hebrō: cūcta q̄ in ea reperit cōſumēs gladio.
Inde reuerſus in † dabir: cepit eā atq; vaſtauit: regē qʒ ei⁹
atq; oīa p circuitū oppida pcuſſit in ore gladij. Nō dimiſit
in ea vllas reliquias. Sicut fecerat hebrō ⁊ lebna ⁊ regib⁹
earū: ſic fecit dabir ⁊ regi illius. Percuſſit itaq; ioſue omnē
terrā montanā ⁊ meridianā atq; cāpeſtrem ⁊ aſeroth cum
als + goſen ieſſen. regib⁹ ſuis. Nō dimiſit in ea vllas reliquias: ſed oē qđ ſpi-
als + goſen. rare poterat interfecit: ſicut preceperat ei dñs deus iſrael a
cades barne vſq; gazā. Oēm terrā † goſen vſq; gabaon: vni
uerſoſq; reges ⁊ regiones eorū vno impetu cepit atq; vaſta
uit. Dñs enī deus iſrael pugnabat p eo. Reuerſuſq; eſt cū
A omni iſrael ad locum caſtrorum in galgala.

Ca. Sum. De Jabin rege aſor ⁊ alijs regibus cōgrega
tis cōtra iſrael: ⁊ ab eo pſtratis in enachim. Ca. XI.

Que cū audiſſet Jabin rex aſor: miſit ad io-
bab regem madon ⁊ ad regē ſomeron atq;
ad regē achſaph: ad reges quoq; aquilo-
nis qui habitabant in montanis ⁊ i plani-
cie cōtra meridiem cenereth: in campeſtri-
bus quoq; ⁊ regionibus Dor iuxta ma-
re: chananeum quoq; ab oriente ⁊ occidēte: ⁊ ammorreum:
atq; etheū: ac phereẓeum: ⁊ iebuſeum in montanis: eueū q̄

qui habitabat ad radices hermō in terra † maſpha. Egreſ- als + maſphe
ſiq; ſunt omnes cum turmis ſuis: populus multus nimis
ſicut arena que eſt in littore maris: equi quoq; ⁊ currus im-
menſe multitudinis. Cōuenerūtq; oēs reges iſti in vnum
ad aquas meron: vt pugnarēt cōtra iſrael. Dixitq; dñs ad
ioſue. Ne timeas eos. Cras enim hac eadem hora ego tra- B
dam oēs iſtos vulnerādos in cōſpectu iſrael. Equos eorum
ſubneruabis: ⁊ currus igne cōbures. Venitq; ioſue et oīs
exercitus eius cū eo aduerſus illos ad aquas merō ſubito
⁊ irruerūt ſup eos: tradiditq; illos dñs i man⁹ iſrael. Qui
percuſſerunt eos ⁊ perſecuti ſunt vſq; ad ſydonē magnā ⁊
aquas maſſerephot. Cāpūq; † maſpe qui eſt ad orientalem als + maſpha
illius partem. Itaq; pcuſſit oēs: vt nullas dimitteret ex eis
reliquias. Fecitq; ſicut pceperat ei dñs. Equos eorū ſub-
neruauit: curruſq; combuſſit igni. Reuerſuſq; ſtatim cepit
aſor: ⁊ regē ei⁹ pcuſſit gladio. Aſor enī antiquitus inter oīa
regna hec principatū tenebat. Percuſſitq; oēs aīas q̄ ibi- C
dem morabant. Non dimiſit in ea vllas reliquias: ſed vſq;
ad internitionē vniuerſa vaſtauit: ipſamq; vrbē peremit in-
cendio ⁊ oēs p circuitum ciuitates. Reges quoq; earū ce-
pit: percuſſit: atq; deleuit: ſicut preceperat ei moyſes famu-
lus dñi. Abſq; vrbibus q̄ erant i collibus ⁊ in tumulis ſite:
ceteras ſuccendit iſrael: vnam tm̄ aſor munitiſſimā flamma
conſumpſit. Omnemq; predam iſtarum vrbium ac iumēta
diuiſerunt ſibi filij iſrael cūctis hominibus interfectis. Si-
cut preceperat dñs moyſi ſeruo ſuo: ita precepit Moyſes
ioſue: ⁊ ille vniuerſa cōpleuit. Nō preterijt de vniuerſis mā-
datis: † nec vnū quidem verbū qđ iuſſerat dñs moyſi. Ce- Als + ne.
pit itaq; ioſue omnem terrā montanā ⁊ meridianā: terrāq;
goſen ⁊ planiciem ⁊ occidētalē plagā: montemq; iſrael ⁊ cā-
peſtria eius ⁊ partem mōtis que aſcendit ſeyr vſq; baalgad
per planiciem libani ſubter mōtem hermon: oēs reges eorū Sapi.10.g.
cepit percuſſit † ⁊ occidit. Multo tpe pugnauit ioſue cōtra als + ſuperſunt D
reges iſtos. Non fuit ciuitas que ſe non traderet filijs iſrl:
preter eueum qui habitabat in gabaon. Omnes enī bellan
do cepit. Domini enī † ſententia fuerat vt indurarētur cor- als + ſentētie.
da eorum: et pugnarent contra iſrael: ⁊ caderent ⁊ non me-
rerentur vllam clementiam ac perirent ſicut preceperat do
minus moyſi. In tēpore illo venit ioſue: ⁊ interfecit enachim
de montanis hebron: ⁊ dabir: ⁊ anab: ⁊ de omni monte iu-
da: ⁊ iſrael: vrbeſq; eorum deleuit. Non reliquit vllū de ſtir-
pe enachim in terra filiorum iſrael abſq; ciuitatibus gaza ⁊
geth ⁊ azoto: in quibus ſolis relicti ſunt. Cepit ergo ioſue
omnem terram ſicut locutus eſt dominus ad moyſen: ⁊ tra-
didit eā in poſſeſſionē filijs iſrael ſm partes ⁊ tribus ſuas:
quieuitq; terra a prelijs.



Capituli Summarium. Numeratio regum percuſſo-
rum circa iordanem: et vltra quos percuſſit ioſue: ⁊ ſunt tri-
ginta vnus. Ca. XII.

A Hi ſunt reges quos percuſſerūt filij iſrael ⁊ poſſederūt terrā coꝝ trans iordanē ad ſolis ortū: a torrēte arnon vſqꝫ ad montē hermō: ⁊ oēm orientalē plagam que reſpicit ſolitudinē. Seon rex ammorreorum qui habitabat in eſebon. dñatus eſt ab aroer que ſita eſt ſuper ripā torrētis arnō ⁊ medie ptis i valle dimidieqꝫ galaad vſqꝫ ad torrētem ieboc: qui eſt terminꝰ filioꝝ ammō: ⁊ a ſolitudie vſqꝫ ad mare ceneroth ↄtra orientem: ⁊ vſqꝫ ad mare deſerti: qđ eſt mare ſaliſſimū: ad orientalē plagā ꝑ viā que ducit bethſimoth: ⁊ ab auſtrali parte q̄ ſubiacet aſſeroth vſqꝫ phaſga terminus Og regis baſan. de reliquijs raphaim qui habitauit in aſtaroth ⁊ in edrai: ⁊ dñatꝰ eſt in mōte hermō ⁊ in ſalacha atqꝫ i vniuerſa baſan vſqꝫ ad terminos geſſuri ⁊ machati ⁊ dimidie ptis galaad ad terminos ſeon regis eſebon. Moyſes famulus dñi ⁊ filij iſrael percuſſerūt eos: tradiditqꝫ terrā coꝝ moyſes i poſſeſſionē rubenitis ⁊ gadditis ⁊ dimidie tribui manaſſe. Hi ſunt reges terre quos percuſſit ioſue ⁊ filij iſrael trās iordanem ad occidentalē plagā † abaalgad i campo libani vſqꝫ ad mōtē libani: cuiꝰ pars aſcēdit in ſeyr. Tradiditqꝫ eā ioſue in poſſeſſionē tribubꝰ iſrael: ſingulis partes ſuas: tā in mōtanis q̄ in planis: atqꝫ cāpeſtribꝰ. In † aſſeroth ⁊ in ſolitudine ac in meridie: etheus fuit ⁊ ammorreus: chananeꝰ ⁊ phereзeus: eueus ⁊ iebuſeus. Rex hierico vnꝰ. Rex hay: que eſt ex latere bethel vnꝰ. Rex hieruſalē vnꝰ. Rex hebrō vnus. Rex hierimoth vnus. Rex lachis vnus. Rex eglon vnus. Rex gazer vnus. Rex dabir vnus. Rex gader vnus. Rex herma vnus. Rex hereth vnus. Rex lebna vnꝰ. Rex odollan vnus. Rex maceda vnus. Rex bethel vnus. Rex taphua vnus. Rex ofer vnus. Rex affec vnus. Rex ſaron vnus. Rex madan vnus. Rex aſor vnꝰ. Rex ſomeron vnꝰ. Rex acſaph vnꝰ. Rex thenach vnus. Rex mageddo vnꝰ. Rex cedes vnus. Rex iachanem carmeli vnus. Rex dor ⁊ prouincie dor vnus. Rex gentium galgal vnus. Rex therſa vnus. Omnes reges triginta ⁊ vnus.

al'+ albagad.

C

al'+ aſſedech.

D

¶ Ca. Sum. De terra diuidēda: ⁊ deſcriptione ſortiū ruben ⁊ gad: ⁊ dimidie tribus manaſſe. Ca. XIII.

A Ioſue ſenex puecteqꝫ etatis erat: et dixit dñs ad eū. Senuiſti ⁊ lōgeuus es: terraqꝫ latiſſima derelicta eſt q̄ necdū ſorte diuiſa eſt. oīs videlicet galilea philiſtijm ⁊ vniuerſa geſſuri a fluuio turbido qui irrigat egyptum vſqꝫ ad terminos accaron ↄtra aquilonē terra chanaan que in quinqꝫ regulos philiſtijm diuiditur: gazeos ⁊ † azotios: aſcalonitas: gettheos: et accaronitas. Ad meridiē vero ſunt euei: oīs terra chanaan: ⁊ maara ſydoniorū vſqꝫ afeca: ⁊ terminos ammorrei eiuſqꝫ confinia: libani quoqꝫ regio contra orientē abaalgad ſub mōte hermon donec ingrediaris emath. Omniū qui habitabant in monte a libano vſqꝫ ad aquas maſſerephot vniuerſiqꝫ ſydonij. Ego ſum qui delebo eos a facie filioꝝ iſrael. Ueniat ergo in partem hereditatis iſrael: ſicut precepi tibi. Et nunc diuide terrā in poſſeſſionē nouē tribubus: ⁊ dimidie tribui manaſſe cum qua ruben ⁊ gad poſſederūt terrā quā tradidit eis moyſes famulus dñi trās fluēta iordanis ad orientalem plagā: ab aroer que ſita eſt in ripa torrētis arnon: et in vallis medio: vniuerſaqꝫ cāpeſtria medaba vſqꝫ ad dibon: ⁊ cūctas ciuitates ſeō regis ammorrei: qui regnauit in eſebon vſqꝫ ad terminos filioꝝ ammon: ⁊ galaad: ac terminū geſſuri ⁊ machati: ⁊ omnē montē hermon ⁊ vniuerſam baſan vſqꝫ ad ſalecha: omne regnū og in baſan: qui regnauit in aſtaroth ⁊ edrai. Ipſe fuit de reliquijs raphaim: percuſſitqꝫ eos moyſes atqꝫ deleuit. Noluerūtqꝫ diſperdere filij iſrael geſſuri ⁊ machati: ⁊ habitauerunt in medio iſrael vſqꝫ

al'+ azotos.

B

in preſentem diem. Tribui autem leui non dedit poſſeſſionem: ſed ſacrificia ⁊ victime dñi dei iſrael: ipſa eſt eius hereditas ſicut locutus eſt illi. Dedit ergo moyſes poſſeſſionē tribui filioꝝ ruben iuxta cognationes ſuas. Fuitqꝫ terminus eorum ab aroer que eſt ſita in ripa torrētis arnon: ⁊ in valle eiuſdē torrentis media: vniuerſamqꝫ planiciē que ducit medaba ⁊ eſebon: cunctoſqꝫ viculos earum qui ſunt in campeſtribus: dibon quoqꝫ ⁊ abamothbaal ⁊ oppidum balmaō: ⁊ geſſa: ⁊ cedimoth ⁊ mephet: ⁊ cariathaim: ⁊ ſabama ⁊ ſarathaſar: in mōte cōuallis bethphogor ⁊ aſſeroth phaſga ⁊ bethaiſimoth oēs vrbes cāpeſtres vniuerſaqꝫ regna ſeon regis ammorrei: qui regnauit in eſebon: quem percuſſit moyſes cum principibus madian eueum ⁊ recen ⁊ ſur et ur ⁊ rebee duces ſeon habitatores terre: ⁊ balaā filiū beor ariolum occiderūt filij iſrael gladio cū ceteris interfectis. Factuſqꝫ eſt terminus filiorum ruben iordanis fluuiꝰ. Hec eſt poſſeſſio rubenitarum per cognationes ſuas vrbium et viculorū. Deditqꝫ moyſes tribui gad ⁊ filijs eius ꝑ cognationes ſuas poſſeſſionem: cuius hec diuiſio eſt. † Terminꝰ gazer ⁊ omnes ciuitates galaad et dimidiam partem terre filiorum ammon vſqꝫ ad aroer que eſt cōtra rabba: ⁊ ab eſebon vſqꝫ ramoth: maſphe ⁊ bethanim: et amanaim vſqꝫ ad terminos dabir. In valle quoqꝫ betharā ⁊ bethnemra ⁊ ſocoth et ſaphon reliquam partem regni ſeon regis eſebon. Huius quoqꝫ finis iordanis eſt vſqꝫ ad extremam partem maris cenereth trans iordanem ad orientalē plagam. Hec eſt poſſeſſio filioꝝ gad ꝑ familias ſuas: ⁊ ciuitates ⁊ ville earum. Dedit ⁊ dimidie tribui manaſſe filijſqꝫ eius iuxta cognationes ſuas poſſeſſionē cuius hoc principium eſt. A manaim vniuerſā baſan ⁊ cūcta regna og regis baſan oēſqꝫ vicos iair q̄ ſunt in baſan ſexaginta oppida ⁊ dimidiā partē galaad ⁊ aſtaroth: ⁊ edrai vrbes regni og i baſan filijs machir filij manaſſe dimidie parti filiorū machir iuxta cognationes ſuas. Hāc poſſeſſionē diuiſit moyſes in cāpeſtribꝰ moab: trans iordanē ↄtra hierico ad occidentalē plagam. Tribui aūt leui nō dedit poſſeſſionem: qm̄ dñs deus iſrael: ipſe eſt poſſeſſio eius vt locutus eſt illi.

Alſ+ ... minꝰ et ...

D

¶ Ca. Sū. De diuiſiōe terre chanaā: de ebrō data caleb. Capi. XIIII.

Hoc eſt quod poſſederūt filij iſrael in terra chanaan quā † dederunt eis eleazar ſacerdos ⁊ ioſue filiꝰ nun: et principes familiarum per tribus iſrael: ſorte oīa diuidētes: ſicut preceperat dominus in manu moyſi nouē tribubus ⁊ dimidie tribui manaſſe. Duabus enim tribubus ⁊ dimidie dederat moyſes trans iordanem poſſeſſionem abſqꝫ leuitis: qui nihil terre acceperunt inter fratres ſuos ſed in eorum ſucceſſerant locum filij ioſeph in duas diuiſi tribus manaſſe ⁊ effraim. Nec acceperunt leuite aliam in terra partem: niſi vrbes ad habitandū: ⁊ ſuburbana earum ad alenda iumenta ⁊ pecora ſua. Sicut preceperat dominus moyſi: ita fecerunt filij iſrael et diuiſerunt terrā. Acceſſerunt itaqꝫ filij iuda ad ioſue in galgala: locutuſqꝫ eſt ad eū † caleph filius iephone cenezeus. Noſti quid locutus ſit dominus ad moyſen hominem dei de me et te in cades barne. Quadraginta annorum eram quando miſit me moyſes famulus domini dei cades barne vt cōſiderarem terram: nunciauiqꝫ ei quod mihi verum videbatur. Fratres autem mei qui aſcenderant mecū diſſoluerūt cor populi ⁊ nihilominus ego ſecutus ſum dominum deū meū. Iurauitqꝫ moyſes in die illo dicens. Terra quā calcauit pes tuꝰ erit poſſeſſio tua ⁊ filioꝝ tuoꝝ i eternū: q: ſecutus es dñm deū † tuū. Cōceſſit ergo dñs vitā mihi ſicut pollicitꝰ eſt vſqꝫ in pſentē diē. Quadragita ⁊ quinqꝫ anni ſunt ex quo locutus eſt dñs verbū iſtud ad moyſen qn̄ ambulabat

iſrael per

B

alſ+ de... 32. q. 4. c... currat. ... bus.

Nume. ...

B

alſ+ cal... Nume. ...

C

ſ. 1. a.

alſ+ meo...

Eccle.46.b iſrael per ſolitudineꝫ. Hodie octogintaquinq; annoꝝ ſum
ſic valens vt eo valebam tempoꝛe quando ad exploꝛandum
miſſus ſum: illius in me tempoꝛis foꝛtitudo vſq; hodie per
D ſeuerat:tam ad bellandum q̄ ad gradiendum. Da ergo mi
hi montem iſtum quem pollicitus eſt dñs:te quoq; audien
te in quo enachim ſunt:⁊ vrbes magne atq; munite: ſi foꝛte
ſit dñs mecum:⁊ potuero delere eos ſicut ꝑmiſit mihi. Be
…o + caleb. ne dixitq; ei ioſue ⁊ tradidit ei hebꝛum in poſſeſſioneꝫ: atq;
ex eo fuit hebꝛon † caleph filio iephone cenezeo vſq; in pꝛe
H.q.2.c.ebrō. ſentem diem:quia ſecutus eſt dñm deū iſrael. Nomen ebꝛō
ante vocabatur cariatharbe. Adam maximus ibi inter ena
chim ſitus eſt:⁊ terra ceſſauit a pꝛelijs.

¶ Cap̄. Sum. De ſoꝛte iude:de cariatharbe de qua ca
leph deleuit tres filios. De caraithſepher quā cepit otho
niel:⁊ de axa filia caleph:de numero ciuitatum ⁊ villarum
iude tribus. Cap.XV.

A Als + ſin. Gitur ſoꝛs filioꝛum iude per cognatiōes
ſuas iſta fuit. A termino edon vſq; ad de
ſertum † ſyn:contra meridieꝫ:⁊ vſq; ad ex
tremā parteꝫ auſtralis plage. Initiū eius
a ſummitate maris ſalſiſſimi:⁊ a lingua ei⁹
Al + egredit / … + ꝑtrāſit. que reſpicit meridieꝫ. † Egredieturq; cō
tra aſcenſum ſcoꝛpionis:⁊ † pertranſibit in ſyna:aſcenditq;
in cades barne:⁊ peruenit in eſroꝫ:aſcēdens ad daraꝫ ⁊ cir
cuiens cariathaa:atq; inde pertrāſiens in aſemona ⁊ per
ueniēs ad toꝛrētē egypti:eruntq; termini eius mare magnū.
Hic erit finis meridiane plage. ab oꝛiente vero erit initiuꝫ
B mere ſalſiſſimum vſq; ad extrema ioꝛdanis:⁊ ea que reſpi
… + ioꝛdanē ciunt ad aquilonem a lingua maris vſq; ad eūdem † ioꝛda
… + ꝑtranſit nis fluuium. Aſcenditq; termin⁹ in bethagla. Et trāſit ab
… + ꝑtrāſibit aquilone in betharaba:aſcēdēs ad lapidē boem filij ruben:
et tendens vſq; ad terminos debera:de valle achoꝛ contra
aquiloneꝫ reſpiciens galgala que eſt ex aduerſo aſcenſiōis
adōmim ab auſtrali parte toꝛrētis:tranſitq; aquas que vo
cantur fons ſolis:⁊ erunt exitus eius ad fontem rogel:aſcē
ditq; per cōuallem filij ēnon:ex latere iebuſei ad meridiem:
hec eſt hieruſalem:⁊ inde ſe erigēs ad verticem mōtis qui
eſt contra gehennon:ad occidentalem in ſummitate vallis
raphaim contra aquilonem. pertranſitq; a vertice montis
… ocula + id ē vſq; ad fontē atq; nepthoa:⁊ peruenit vſq; ad vicos mōtis
… rbs ſiluaruꝫ ephꝛon:inclinaturq; in bala q̄ eſt cariathiarim † id eſt vrbs
… ꝑeſt nec eſt ſiluarum:⁊ circuit de bala cōtra occidentem vſq; ad mon
… textu. tē ſeyꝛ:trāſitq; iuxta latus mōtis iarim ad aquilonē in cheſ
C lō:⁊ deſcendit in bethſames:trāſitq; in thamna ⁊ ꝑuenit cō
tra aquilonem partis accaron ex latere. inclinaturq; ſecro
na:⁊ tranſit montem baala: peruenitq; in gebneel:⁊ magni
… + caleb. maris contra occidentem fine cōcluditur. Hi ſunt termini
filioꝛum iuda per circuitum in cognationibus ſuis. † Ca
leph vero filio iephone dedit partem in medio filioꝝ iuda
Judicū.1.b. ſicut pꝛeceperat ei dñs cariatharbe patris enach:ipſa eſt
hebꝛon. Deleuitq; ex ea caleph tres filios enach:ſeſai et
achiman:⁊ tholmai de ſtirpe enach. atq; inde cōſcēdēs ve
nit ad habitatoꝛes dabir:que pꝛius vocabatur cariathſe
D pher id eſt ciuitas literaruꝫ. Dixitq; caleph. Qui percuſſe
… + illi. rit cariaſepher ⁊ ceperit eam:dabo † ei axam filiam meam
Paralip.2.f vxoꝛem. Cepitq; eam othoniel filius cenē frater caleph iu
nioꝛ. Deditq; ei axam filiam ſuam vxoꝛē. Qui cūpergerent
… + ſuaſit ſimul. † ſuaſa eſt a viro ſuo vt peteret a patre ſuo agrū. Su
… ro ſm anti ſpirauitq; vt ſedebat in aſino. Cui caleph. Quid habes in
… ꝗores. quit? At illa reſpondit. Da mihi benedictionem. Terram
… + ſuaſit auſtralem ⁊ arentem dediſti mihi:iunge ⁊ irriguam: Dedit
… vir ſuus ſm itaq; ei caleph irriguum ſuperius ⁊ inferius. Hec eſt poſſeſ
… dernos. ſio tribus filioꝛum iuda per cognationes ſuas. Erantq; ci
uitates ab extremis partibus filioꝛuꝫ iuda iuxta terminos
edon a meridie:calſeel et eder et iagur et cina ⁊ demona et
adada ⁊ cedes ⁊ aſoꝛ ⁊ iethanziphetelen ⁊ baloh aſomo

ba ⁊ cariothieſron hec eſt aſſoꝛomamſame ⁊ meloda ⁊ aſer
gadda: ⁊ aſemoth ⁊ bethphelet ⁊ aſerſual ⁊ berſabee et E
baziothia ⁊ abala ⁊ humeſen ⁊ heltholad ⁊ exul ⁊ ſarma et
ſiceleth ⁊ medemena ⁊ ſenna lebaoth ⁊ ſelim ⁊ henremmō:
omnes ciuitates † vigintinouem ⁊ ville earuꝫ. In cāpeſtri
bus vero eſt hoal ⁊ ſarea ⁊ aſena ⁊ azone ⁊ enganuim ⁊ ta Als + trigi / nouem.
phua ⁊ enaym ⁊ hierimoth ⁊ adulanſocho ⁊ azecha ⁊ ſarim
⁊ adythaim:et gedera ⁊ gyderothaim vꝛbes quatuoꝛdeciꝫ
⁊ ville earum. Sanan ⁊ adaſa et madalgad deleam et maſe
pha et iectel lachis ⁊ baſchar ⁊ eglon tebbon ⁊ elecmas et
cethis giderot et bethdagon:et neama ⁊ maceda ciuitates
ſedecim ⁊ ville earum. Labana et ether ⁊ aſan iepta et eſna F
et neſib ⁊ ceyla et achzib ⁊ mereſa:ciuitates nouem et ville
earū. Accarō cū vicis ⁊ villulis ſuis. Ab accharō vſq; ad ma
re omnia, que vergunt ad azotum ⁊ viculos eius. Azotus cū
vicis ⁊ villulis ſuis. Gaza cum vicis et villulis ſuis vſq; ad
torrentem egypti:⁊ mare magnum terminus eius:et in mō
te ſamir ⁊ iether ⁊ ſocchoth et edēna:tariaſenna:hec eſt da
biranab ⁊ hiſtemo et anym goſen et olon et gylo. ciuitates
vndecim ⁊ ville earum. Arab et roma et ſaan ⁊ ianum et be
thafua et aſecha athamatha ⁊ cariatharbe:hec eſt hebꝛon
et ſioꝛ. ciuitates nouem ⁊ ville earum. Maon ⁊ charmel et G
ziph et loche iezrael et iucadam et zanoe accaym gabaa et
thanna. ciuitates decem et ville earum. Alul et bethſoꝛ et
hiedo: mareth ⁊ bethanoth ⁊ heltecen. ciuitates. ſex et vil
le earum. Chariathbaal:hec eſt cariathiarim vꝛbs ſiluaruꝫ
⁊ arebba:ciuitates due et vile earum In deſerto bethara
ba meddin et ſacha ⁊ nebſen ciuitates ſalis:et engaddi. ci
uitates ſex et ville earum. Fiunt ſimul centum quindecim.
Jebuſeum autem habitatoꝛem hieruſalem non potuerunt
filij iuda delere. Habitauitq; iebuſeus cū filijs iuda in hie
ruſalem vſq; in pꝛeſentem diem.

¶ Capituli Summarium. De ſoꝛte effraim:et chananeo
tributario et chaue⁹ habitauit inter filios effraim ſemper.

Capitulum.XVI.

Ecidit quoq; ſoꝛs filioꝛum ioſeph ab ioꝛda A
ne contra hierico et ad aquas eius ab oꝛiē
te ſolitudo que aſcēdit de hierico ad mon
tem bethel ⁊ egreditur de bethel luzan:
tranſitq; terminum archiatharoth ⁊ deſcē
dit ad occidentem iuxta terminum iefleti
vſq; ad terminos bethoꝛon inferioꝛis:⁊ gazer. finiunturq;
regiōes ei⁹ mari magno:poſſederūtq; filij ioſeph manaſſes
et effraim. Et factus eſt terminus filioꝛum effraim ꝑ cogna
tiones ſuas:⁊ poſſeſſio eoꝛum cōtra oꝛienteꝫ aſtoroth adar B
vſq; bethoꝛon ſuperioꝛem. egrediunturq; confinia in mare.
Machmetath vero aquilonem reſpicit ⁊ circuit terminos C
contra oꝛientem in thanathſelo:⁊ pertranſit a toꝛrente ia
noe:deſcenditq; de ianoe in atharoth ⁊ noaratha ⁊ perue
nit in hierico:egrediturq; ad ioꝛdanem de taphua:pertrā
ſitq; contra mare in villam arūdineti:ſuntq; egreſſus eius
in mare ſalſiſſimimū. Hec eſt poſſeſſio tribus filioꝝ effraim D
per familias ſuas:vꝛbeſq; ſeparate ſunt filijs effraim in me
dio poſſeſſiōis filioꝝ manaſſe ⁊ ville eaꝝ. Et nō interfecerūt
filij effraim chananeū q̄ habitabat i gaſer:habitauitq; cha
naneus in medio effraim vſq; in diē hāc tributarius.

¶ Cap̄. Sum. De ſoꝛte medie tribus manaſſe:augmento
ſoꝛtis filiarum ioſeph tribus iude. Cap̄.XVII.

Ecidit autem ſoꝛs tribui manaſſe:ipſe enī A
eſt pꝛimogenitus ioſeph:machir pꝛimoge
nito manaſſe patri galaad qui fuit vir pu
gnatoꝛ:habuitq; poſſeſſione galaad ⁊ ba
ſam:et reliquis filioꝛuꝫ manaſſe iuxta fami
lias ſuas filijs abiezer et filijs eleeh et fi
lijs heſribel ⁊ filijs ſychē ⁊ filijs epher et filijs ſemida. Iſti
ſunt filij manaſſe filij ioſeph mares per cognationes ſuas

Nume.25.a. Salphaat vero filio epher filij galaad filij machir filij ma-
naſſe non erant filij ſed ſole filie quarum iſta ſunt nomina.
B Maala ⁊ noa ⁊ egla ⁊ melcha et terſa. Veneruntq; in con-
ſpectu eleazari ſacerdotis ⁊ ioſue filij nun et principum di-
cētes. Dominus precepit per manū moyſi vt daretur nobis
poſſeſſio in medio fratrum noſtrorum. Deditq; iuxta im-
perium dñi poſſeſſionem in medio fratrum patris earum: ⁊
ceciderunt funiculi manaſſe decē abſq; terra galaad et ba-
ſan trans iordanem. Filie enim manaſſe poſſederunt here-
ditatem in medio filiorum eius. Terra aūt galaad cecidit
in ſortem filiorum manaſſe qui reliqui erant. Fuitq; termi-
nus manaſſe ab aſer machmata que reſpicit ſychem ⁊ egredi
tur ad dexterā iuxta habitatores fontis thaphue. Etenī in
ſorte manaſſe ceciderat terra taphue que eſt iuxta termi-
nos manaſſe filiorum effraim: deſcenditq; terminus vallis
arūdineti in meridiem torrētis ciuitatū effraim: q̄ in medio
C ſunt vrbium manaſſe. Terminus manaſſe ab aquilone torrē
tis et exitus eius pergit ad mare: ita vt poſſeſſio effraim ſit
ab auſtro: ⁊ ab aquilone manaſſe: vtrunq; claudat mare ⁊
cōiungātur ſibi in tribu aſer ab aquilōe: ⁊ in tribu iſachar
ab oriente. Fuitq; hereditas manaſſe in iſachar ⁊ in aſer:
berſan et viculi eius ⁊ iebblaan cū viculis ſuis: ⁊ habitato
res dor cum oppidis ſuis: habitatores quoq; endor cū vi
culis ſuis: ſimiliterq; habitatores thenach cū viculis ſuis
et habitatores mageddo cum viculis ſuis: et tertia pars
vrbis nopheth. Nec potuerunt filij manaſſe has ciuitates
ſubuertere: ſed cepit chananeus habitare in terra ſua. Poſt
Alſ. ✝ ſupereſt terram in. q̄ autē conualuerunt filij iſrael ſubiecerunt chananeos et
D fecerunt ſibi tributarios nec interfecerunt eos. Locutiq;
ſunt filij ioſeph ad ioſue ⁊ dixerunt. Quare dediſti mihi ✝
terram in poſſeſſionem ſortis ⁊ funiculi vnius: cum ſim tātē
multitudinis: ⁊ benedixerit mihi dominus? Ad quos ioſue
ait. Si populus multus es: aſcende in ſiluam: ⁊ ſuccide ti-
bi ſpacia in terra pherezei ⁊ raphaim: q; anguſta eſt tibi
poſſeſſio montis effraim. Cui reſponderūt filij ioſeph. Nō
poterimus ad montana conſcendere: cum ferreis curribus vtā
tur chananei qui habitāt in terra campeſtri: in qua ſiti ſunt
berſan cum viculis ſuis: ⁊ iezrael mediam poſſidens vallē.
Dixitq; ioſue ad domum ioſeph ⁊ effraim et manaſſe. Po-
pulus multus es ⁊ magne fortitudinis: non habebis ſortē
vnam: ſed tranſibis ad montem: et ſuccides tibi atq; purga
bis ad habitandum ſpacia et poteris vltra procedere: cum
ſubuerteris chananeum quem dicis ferreos habere currus
et eſſe fortiſſimum.

¶ Cap̄. Sum. De miſſione ad ſcribendam terram ſeptem
tribuum: ⁊ de ſorte beniamin. Cap̄. XVIII.

A Congregatiq; ſūt omnes filij iſrael in ſylo
ibiq; fixerunt tabernaculum teſtimonij et
fuit eis terra ſubiecta: remāſerant autem
filiorum iſrael ſeptem tribus: que necdum
acceperāt poſſeſſiones ſuas. Ad quos io-
Alſ. ✝ torpetis ſue ait. Vſq;quo ✝ marcetis ignauia: ⁊ nō
intratis ad poſſidendam terram quam dominus deus pa-
trum veſtrorū dedit vobis? Eligite de ſingulis tribubus
ternos viros vt mittam eos: ⁊ pergant atq; circuīeant ter
ram ⁊ deſcribant eam iuxta numerum vniuſcuiuſq; multitu
dinis: referantq; ad me quod deſcripſerit. Diuidite vobis
terram in ſeptem partes. Iudas ſit in terminis ſuis ab au-
Alſ. ✝ ſacerdotium. ſtrali plaga: ⁊ domus ioſeph ab aquilone: mediā inter hos
terram in ſeptem partes deſcribite: ⁊ huc venietis ad me:
vt coram domino deo veſtro mittam vobis hic ſortē: q; non
eſt inter vos pars leuitarum: ſed ✝ ſacerdotium dñi eſt eorū
hereditas. Gad autem ⁊ ruben ⁊ dimidia tribus manaſſe
iam acceperunt poſſeſſiones ſuas trans iordanem ad oriē-
talem plagam quas dedit eis Moyſes famulus domini.
Cūq; ſurrexiſſent viri et pergerent ad deſcribendam terrā B
precepit eis ioſue: dicens. circuīte terram ⁊ deſcribite eam
ac reuertimini ad me vt hic coram domino deo veſtro in ſy
lo mittā vobis ſortem. Itaq; perrexerunt ⁊ luſtrātes eam
in ſeptem partes diuiſerūt ſcribētes in volumine: reuerſiq;
ſunt ad Ioſue in caſtra ſylo. Qui miſit ſortes corā domino
in ſylo: diuiſitq; terram filijs iſrael in ſeptē partes. Et aſcē-
dit ſors prima filiorum beniamin per familias ſuas: vt poſ-
ſiderent terram inter filios iuda ⁊ filios ioſeph. Fuitq; ter
minus eorum contra aquilonem ✝ a iordane pergens iuxta Alſ. ✝ ad iordanem.
latus hierico ſeptētrionalis plage: ⁊ inde contra occiden-
tem ad montana conſcendens ⁊ perueniens ad ſolitudinē
bethauen atq; pertranſiēs iuxta luzam ad meridiem: ipſa
eſt bethel: deſcenditq; in aſtaroth adar in montem qui eſt
ad meridiē bethoron inferioris: ⁊ inclinatur circuiens con
tra mare ad meridiem montis qui reſpicit bethoron cōtra
africum. Suntq; exitus eius in chariathbaal que vocatur C
cariathiarim vrbem filiorum iuda. Hec eſt plaga contra ma Alſ. ✝ et.
re ✝ ad occidētem. A meridie autem ex parte cariathiarim
egreditur terminus contra mare: ⁊ peruenit vſq; ad fontē
aquarum nephthoa. Deſcenditq; in partem montis qui re
ſpicit vallem filiorum ennon: ⁊ eſt contra ſeptētrionalē pla
gā in extrema parte vallis raphaim. Deſcenditq; in gehen
non id eſt vallis ennon iuxta latus iebuſei ad auſtrum: et p
uenit ad fontem rogel tranſiens ad aquilonē: ⁊ egrediens
ad enſames id eſt fontem ſolis ⁊ pertranſit vſq; ad tumu-
los qui ſunt e regione aſcenſus adōmim: deſcenditq; abē-
boen id eſt lapidem boen filij ruben: ⁊ pertranſit ex latere
aquilonis ad campeſtria. deſcenditq; in planiciē ⁊ preter-
greditur contra aquilonem bethagla. ſuntq; exitus eius cō
tra linguā maris ſalſiſſimi ab aquilone in fine iordanis ad
auſtralē plagam qui eſt terminus illius ab oriēte. Hec eſt D
poſſeſſio filiorum beniamin per terminos ſuos in circuitu
et familias ſuas. Fueruntq; ciuitates eius hierico ⁊ betha
gla ⁊ vallis caſis betharaba ⁊ ſamaraim et bethel ⁊ auim ⁊
affara et offora villa hemona ⁊ offni ⁊ gabee ciuitates duo
decim et ville earum. Gabaon et rama ⁊ beroth ⁊ meſphe
caphara et amoſa ⁊ recem iarephel ⁊ tharela ⁊ ſela heleph
et iebus que eſt hieruſalē gabaad ⁊ chariath: ciuitates qua
tuordecim ⁊ ville earum. Fueruntq; oēs ciuitates viginti
ſex. Hec eſt poſſeſſio filiorum bēiamin iuxta familias ſuas.

¶ Capituli Summarium: de aſſignatiōe ſortis ſex tribuū
ſcilicet ſymeon: zabulon: iſachar: aſer: neptalim in medio fi-
liorum iſrael. Cap̄. XIX.

A Et egreſſa eſt ſors ſecūda filiorū ſymeon p
cognationes ſuas. Fuitq; hereditas eorū
in medio poſſeſſionis filiorum iuda berſa
bee ⁊ ſabee et molada et aſerſua baala et
aſem et helthelad bethularma ⁊ ſiceleth
et bethmarchabot et aſerſua et bethlepa
both ⁊ ſarohen: ciuitates tredecim et ville earum. Ahin et
remon et athar et aſan: ciuitates quatuor ⁊ ville earū. Oēs
viculi p circuitum vrbiū iſtarū vſq; ad balaad berchameth
cōtra auſtralē plagam. Fuerūtq; oēs ciuitates decem ⁊ ſe
ptem. Hec eſt hereditas filiorū ſymeon iuxta cognationes
ſuas in poſſeſſione ⁊ funiculo filiorū iuda: q; maior erat. Et
idcirco filij ſymeō poſſederūt in medio hereditatis eius. Ce
ciditq; ſors tertia filiorū zabulon p cognationes ſuas. Et
factus eſt terminus poſſeſſionis filiorū zabulon vſq; ſarith.
Aſcenditq; de mari ⁊ medalea ⁊ puenit i debaſeth vſq; ad
torrētē q̄ eſt cōtra iecōnā: ⁊ reuertitur de ſarith: ↄ orientem
in finē ceſeleth thabor: ⁊ egreditur ad dabereth: aſcenditq; Alſ. ✝ ab lone
ↄ iafie ⁊ inde ptrāſit vſq; ad oriētalē plagā gethefer ⁊ thacha- B
ſin: ⁊ egredit̄ i remon amphar ⁊ noa circuit ✝ ad aq̄lonē ⁊
nathan.

nathā. Suntqꝫ egreſſus eiꝰ vallis iepthael ⁊ cathebet et naalol et ſemron ⁊ iedaba ⁊ bethleem: ciuitates duodecim et ville earum. Hec eſt hereditas tribus filioꝝ zabulon per cognationes ſuas: vrbes ⁊ viculi earum. Iſachar egreſſa eſt ſors quarta per cognationes ſuas. Fuitqꝫ eius heredi- tas iezrael ⁊ caſaloth ⁊ ſunem: ⁊ effraim: ⁊ ſennō ⁊ naaroth ⁊ raboth ⁊ ceſien haemes ⁊ rameth ⁊ enganni ⁊ enadda et betfaſes: ⁊ peruenit terminus eius vſqꝫ thabor et ſeſcima ⁊ bethſemes. eratqꝫ exitus eius iordanis: ciuitates ſedecim et ville earum. Hec eſt poſſeſſio filiorum iſachar per cogna- tiones ſuas: vrbes ⁊ viculi earum. Cecidītqꝫ ſors quīta tri- bui filiorum aſer per cognationes ſuas. Fuitqꝫ terminꝰ eo- rum alchat ⁊ cali et bethen et axab ⁊ elmelech ⁊ amaad et meſſal ⁊ peruenit vſqꝫ ad carmelū maris ⁊ ſeor ⁊ labanath: ac reuertitur cōtra orientem bethdagon: ⁊ ptrāſit vſqꝫ zabu- lon ⁊ vallem iepthahel contra aquilonem in bethemeth et neiel: egrediturqꝫ ad leuā cabul ⁊ acraz et roob et ammon et chana vſqꝫ ad ſydonem magnam: reuerititurqꝫ in horma vſqꝫ ad ciuitatem munitiſſimā tyrum ⁊ vſqꝫ oſa. Eruntqꝫ exi- tus eius ī mare de funiculo acziba et amma ⁊ afeg ⁊ roob: ciuitates vigintidue ⁊ ville earum. Hec eſt poſſeſſio filiorū aſer per cognationes ſuas vrbeſqꝫ ⁊ viculi earum. Filiorꝫ neptalim ſexta pars cecidit per familias ſuas. Et cepit ter- minus de heleb ⁊ helon ſannanim: ⁊ adami que eſt nezeb ⁊ iebnahel vſqꝫ lecum: ⁊ egreſſus eorum vſqꝫ ad iordanem: re- uertiturqꝫ terminus cōtra occidentem ⁊ azanoth thabor: atqꝫ inde egreditur in vcuca ⁊ ptrāſit in zabulon contra meridiem et in aſer contra occidētem et in iuda ad iordanē contra ortum ſolis ciuitates munitiſſime aſſedim ſer ⁊ am- mad ⁊ rechath ⁊ cenereth ⁊ edema ⁊ arama aſor ⁊ cedes ⁊ edrai naſor ⁊ ieron ⁊ magdihel horem ⁊ bethanat ⁊ beth- ſames ciuitates decem ⁊ nouem ⁊ ville earū. Hec eſt poſſeſ- ſio tribus filiorꝫ neptalim ꝑ cognationes ſuas vrbes ⁊ vi- culi earum. Tribui filiorum dan ꝑ familias ſuas egreſſa eſt
D
ſors ſeptima. Et fuit terminus poſſeſſionis eius ſaraa ⁊ he- ſtaol et hair ſemes id eſt ciuitas ſolis ſelebin ⁊ haialon: ⁊ ie- thela helon ⁊ thēna ⁊ achron ⁊ helchetten iebton ⁊ baala- thud ⁊ banetbarach ⁊ iethremō atqꝫ hiericō ⁊ arechon cū termino qui reſpicit ioppē ⁊ in ipſo fine concludit. Aſcēde- rūtqꝫ filij dan ⁊ pugnauerunt contra leſen: ceperuntqꝫ eā ⁊ percuſſerūt eam in ore gladij: ⁊ poſſederūt et habitauerunt in ea vocātes nomē eiꝰ leſendā ex noīe dan patris ſui. Hec eſt poſſeſſio tribus filioꝝ dan per cognatiōes ſuas vrbes ⁊ viculi earū. Cūqꝫ compleſſet ſorte diuidere terram ſingu- lis per tribus ſuas: dederūt filij iſrael poſſeſſionem ioſue fi- lio nun in medio ſui iuxta preceptum dn̄i vrbem quā poſtu- lauit thānathſaraa in monte effraim. Et edificauit ciuita- tem: habitauitqꝫ in ea. He ſunt poſſeſſiones quas ſorte di- uiſerūt eleazar ſacerdos: ⁊ ioſue filius nun: ⁊ principes fa- miliarum ac tribuū filiorū iſrael in ſylo corā dn̄o ad oſtium tabernaculi teſtimonij partitiqꝫ ſunt terram.

¶ Cap. Sum. De ciuitatibus refugij quod poſt mortem ſacerdotis magni profugus reuertatur in ſuam ciuitatem ⁊ domum de qua fugerat. Cap. XX.

A Nume. 35. a Deuter. 19. a. q. i. c. illud. glo. ⁊. c. j.

Et locutus eſt dn̄s ad ioſue dicēs. Loque- re filijs iſrael: ⁊ dic eis. Separate vrbes fugitiuoꝝ de quibus locutus ſum ad vos per manus moyſi vt confugiat ad eas qui cūqꝫ animā ꝑcuſſerit neſcius: ⁊ poſſit eua- dere iram proximi qui vltor eſt ſanguinis: [Al. patrem]
B
cum ad vnam harum cōfugerit ciuitatem. Stabitqꝫ ante† portam ciuitatis ⁊ loquetur ſenioribus vrbis illius ea que ſe comprobēt innocētem: ſicqꝫ ſuſcipiēt eū ⁊ dabunt ei locū ad habitādū. Cūqꝫ vltor ſanguinis eum fuerit ꝑſecutꝰ: nō tradēt in manꝰ eiꝰ: qꝛ ignorās ꝑcuſſit proximū eius. nec ante biduum triduum ve eius ꝓbatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa donec ſtet ante iudicium cauſam reddens facti ſui: ⁊ moriatur ſacerdos magnus qui fuerit ī illo tp̄e.
C
Tunc reuertet homicida ⁊ ingredietur ciuitatem ⁊ domū ſuam de qua fugerat. Decreuerūtqꝫ cedes in galilea mon- tis neptalim ⁊ ſychem in monte effraim ⁊ cariatharbe: ipſa eſt hebron in monte iuda. Et trans iordanem contra orien- talem plagam hierico: ſtatuerūt boſor que eſt ſita in campe- ſtri ſolitudine de tribu ruben ⁊ ramoth in galaad de tribu
D
gad ⁊ gaulon in baſan de tribu manaſſe. He ciuitates con- ſtitute ſunt cūctis filijs iſrael ⁊ aduenis qui habitabāt inter eos vt fugeret ad eas: qui animā neſcius percuſſiſſet: ⁊ nō moreret in manu proximi effuſum ſanguinē vēdicare cupien- tis: donec ſtaret ante populum expoſiturus cauſam ſuam.

¶ Cap. Sum. De ciuitatibus ⁊ ſuburbanis leuitarum nu- mero quadraginta octo. de pace data. Cap. XXI.

A
Acceſſeruntqꝫ principes familiarū leui ad eleazarū ſacerdotē ⁊ ioſue filium nun: ⁊ ad duces cognationum per ſingulas tribus filioꝝ iſrael locutiqꝫ ſunt ad eos ī ſylo ter- re chanaam: atqꝫ dixerūt. Dn̄s precepit ꝑ manū moyſi vt darentur nobis vrbes ad habitādum: ⁊ ſuburbana earū ad alenda iumēta. Dederūt- qꝫ filij iſrael de poſſeſſiōibus ſuis iuxta imperiū dn̄i ciuita- tes ⁊ ſuburbana earū. Egreſſaqꝫ eſt ſors† in familia caath filiorū aaron ſacerdotis. De tribu iuda ⁊ ſymeon ⁊ benia- min ciuitates tredecim ⁊ reliquis filiorum caath id eſt leui- tis qui ſuperfuerant: de tribubus effraim ⁊ dan ⁊ dimidie tribus manaſſe: ciuitates decem. Porro filijs gerſon egreſ- ſa eſt ſors vt acciperēt de tribubꝰ iſachar ⁊ aſer ⁊ neptalim dimidiaqꝫ tribu manaſſe in baſan: ciuitates numero trede- cim. Et filijs merari ꝑ cognatiōes ſuas de tribubꝰ rubē et gad ⁊ zabulon vrbes duodecim. Dederūtqꝫ filij iſrael leui- tis ciuitates ⁊ ſuburbana earum ſicut precepit dn̄s ꝑ ma- num moyſi ſingulis ſorte tribuentes. De tribubus filiorꝫ
B
iuda ⁊ ſymeō dedit ioſue ciuitates: quarū iſta ſunt noīa fi- lijs aarō familias caad leuitici gn̄is. Prima eīm ſors illis egreſſa eſt: chariatharbe patris enach que vocatur hebrō ī monte iuda ⁊ ſuburbana eius ꝑ circuitū. Agros vero ⁊ vil- las eius dederat † caleph filio iephone ad poſſidendum. Dedit ergo filijs aaron ſacerdotis hebrō cōfugij ciuitatē: ac ſuburbana eius ⁊ lobna cū ſuburbanis ſuis: ⁊ iether et iſtimon ⁊ helon ⁊ dabir et ain et iethan ⁊ bethſames cū ſu- burbanis ſuis ciuitates nouem de tribubus ⁊ dictū eſt de duabus. De tribu aūt filiorū beniamin gebaon ⁊ gabae ⁊ anatoth ⁊ almon cum ſuburbanis ſuis. ciuitates quatuor. Oēs ſimul ciuitates filioꝝ aaron ſacerdotis tredecim cū ſuburbanis ſuis. Reliqs vero ꝑ familias filioꝝ caath leuiti- ci generis: hec eſt data poſſeſſio. De tribu effraim vrbes cō- fugij ſichem cum ſuburbanis ſuis in monte effraim: ⁊ gazer ⁊ iebſan ⁊ bethorō cū ſuburbanis ſuis ciuitates quatuor.
C
De tribu quoqꝫ dan helteco ⁊ gabathon: ⁊ hailon ⁊ iethre- mon cum ſuburbanis ſuis: ciuitates quatuor. Porro de di- midia tribu manaſſe tanach ⁊ iethremmon cum ſuburbanis ſuis: ciuitates due: oēs ciuitates decē ⁊ ſuburbana earum date ſunt filijs caath inferioris gradus. Filijs quoqꝫ gerſon leuitici gn̄is dedit de dimidia tribu manaſſe confugij ciui- tates: gaulon in baſan ⁊ boſram cū ſuburbanis ſuis: ciuita- tes duas. Porro de tribu iſachar: ceſion ⁊ dabereth et ia- ramoth: ⁊ engānim cū ſuburbanis ſuis: ciuitates quatuor. De tribu aūt aſer maſan ⁊ abdon et elrath et roob cum ſub- urbanis ſuis ciuitates quatuor. De tribu quoqꝫ neptalim ciuitates confugij cedes in galilea ⁊ amothdor ⁊ carthari- cum ſuburbanis ſuis: ciuitates tres. Oēs vrbes familiarū gerſon tredecim cū ſuburbanis ſuis. Filijs aūt merari leui- tis inferioris gradus ꝑ familias ſuas: data eſt de tribu za- bulon: iecnal ⁊ charta: ⁊ damna: ⁊ naalol: ciuitates quatuor

Numeri. 35. a.

Al. ✝ filiorum aarō ſacerdotis in familia caath. 1. Parali. 6. c.

Al. ✝ caleb.

cum ſuburbanis ſuis. De tribu gad ciuitates confugij ra-
moth in galaad ⁊ manaim ⁊ eſebon ⁊ iazer: ciuitates qua-
tuor cum ſuburbanis ſuis. De tribu ruben vltra iordanē
D contra hiericho ciuitates refugij: boſor in ſolitudine miſor: et
iazer ⁊ iethſon ⁊ maſpha: ciuitates quatuor cū ſuburbanis
ſuis. Oēs vrbes filiorū merari per familias ⁊ cognatiōes
ſuas duodecim. Itaqꝫ ciuitates vniuerſe leuitarum in me-
dio poſſeſſionis filiorum iſrael fuerūt quadraginta octo cū
ſuburbanis ſuis: ſingule per familias diſtribute. Deditqꝫ
dñs deus iſraeli omnem terram quam traditurū ſe patrib⁹
eorum iurauerat: et poſſiderūt illā: atqꝫ habitauerūt in ea.
Dataqꝫ eſt ab eo pax in omnes ꝑ circuitum nationes: nul-
luſqꝫ eis hoſtium reſiſtere auſus eſt: ſed cūcti in eorū ditio-
nē redacti ſunt. Ne vnū quidē verbū qđ illis preſtaturū ſe
eſſe promiſerat: irritū fuit: ſed rebus cōpleta ſunt omnia.

¶ Capituli Summarium. De duabus ⁊ ſemis tribubus
remiſſis ad propria: ⁊ de altari quod fecerunt infinite ma-
gnitudinis: ⁊ de excuſatione duarum tribuum ⁊ ſemis pro
altari conſtructo. Cap. XXII.

A
Nume. 32. f. EOdem tēpore vocauit ioſue rubenitas et
gadditas: ⁊ dimidiam tribum manaſſe: di-
xitqꝫ ad eos. Feciſtis oīa que precepit vo-
bis moyſes famulus dñi: mihi quoqꝫ in oībus
obediſtis: nec reliquiſtis fratres veſtros
longo tpe vſqꝫ in preſentem diē: cuſtodien-
tes imperiū dñi dei veſtri. Quia igif dedit dñs de⁹ veſter
fratribus veſtris quietē ⁊ pacē ſicut pollicit⁹ eſt: reuertimi-
ni ⁊ ite in tabernacula veſtra: ⁊ in terrā poſſeſſionis quā tra-
didit vobis moyſes famulus dñi trans iordanem: ita dūta-
xat: vt cuſtodiatis attente: et opere cōpleatis mādatū: ⁊ le-
gē quā precepit vobis moyſes famul⁹ dñi vt diligatis dñm
deū veſtrū: ⁊ ambuletis in oīb⁹ viis ei⁹: ⁊ obſeruetis māda-
ta illi⁹: adhereatiſqꝫ ei ac ſeruiatis i omni corde: ⁊ in omni
B anima veſtra. Benedixitqꝫ eis ioſue: ⁊ dimiſit eos. Qui re-
uerſi ſunt in tabernacula ſua. Dimidie autē tribui manaſſe
poſſeſſionē moyſes dederat in baſan eſt idcirco medie q̄ ſu-
perfuit dedit ioſue ſortē inter ceteros fratres ſuos trās ior-
danem ad occidētalē eius plagam. Cūqꝫ dimitterē eos in
tabernacula ſua: ⁊ benedixiſſet eis: dixit ad eos. In multa
ſubſtantia: atqꝫ diuitijs reuertimini ad ſedes veſtras cū ar-
gēto ⁊ auro ere ac ferro ⁊ veſte multiplici. Diuidite predā
hoſtiū cū fratribus veſtris. Reuerſiqꝫ ſunt ⁊ abierunt filij
rubē ⁊ filij gad ⁊ dimidia tribus manaſſe a filijs iſrael de ſy-
C
pſa q̄ ſunt. lo que ſita eſt in chanaan: vt intrarent galaad terrā poſſeſ-
ſionis ſue quā obtinuerāt iuxta imperiū dñi i manu moyſi.
Cūqꝫ veniſſet ad tumulos iordanis † in terrā chanaā edifi-
cauerunt iuxta iordanē altare infinite magnitudinis. Qđ
cū audiſſent filij iſrael ⁊ ad eos certi nūcij detuliſſent edifi-
caſſe filios rubē et gad et dimidie trib⁹ manaſſe altare i ter-
ra chanaan ſup iordanis tumulos cōtra filios iſrael cōuene-
runt oēs in ſylo vt aſcēderēt ⁊ dimicarēt cōtra eos. Et inte-
rim miſerūt ad illos in terrā galaad phinees filiū eleazari
ſacerdotis ⁊ decē principes cū eo ſingulos de ſingulis tri-
bubus. Qui venerūt ad filios ruben et gad ⁊ dimidie trib⁹
manaſſe in terrā galaad: dixerūtqꝫ ad eos. Hec mādat oīs
Nume. 25. a. populus dñi. Que eſt iſta trāſgreſſio? Cur reliquiſtis dñm
deū iſrael edificātes altare ſacrilegū: ⁊ a cultu illi⁹ recedē-
D tes? An parū vobis eſt ꝙ peccaſtis in beelphegor: ⁊ vſqꝫ in
preſentem diem macula huius ſceleris in vobis permanet:
multiqꝫ de pplo corruerūt. Et vos hodie reliquiſtis dñm et
cras in vniuerſum iſrael ira ei⁹ deſeuiet. Qđ ſi putatis im-
mūdā eſſe terrā poſſeſſionis veſtre: trāſite ad terrā in qua
tabernaculum dñi eſt: ⁊ habitate inter nos: tm̄: vt a dño ⁊ a
noſtro ꝯſortio nō recedatis: edificato altari p̄ter altare dñi
dei veſtri. Nōne achā fili⁹ zare preterijt mādatū dñi: et ſup
oēm pplm iſrael ira eius incubuit? Et ille erat vn⁹ homo.
Atqꝫ vtinam ſolus periſſet in ſcelere ſuo. Reſponderuntqꝫ
filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manaſſe principib⁹ lega-
tionis iſrael. Fortiſſimus dñs de⁹ iſrael ipſe nouit: ⁊ iſrael
ſimul † intelligat ſi preuaricationis aīo hoc altare conſtru- E
ximus nō cuſtodiat nos: ſed puniat nos in preſenti. Et ſi ea
mente fecimus vt holocauſta ⁊ ſacrificium ⁊ pacificas victi- al's + intelliget
mas ſuper eo imponeremus: ipſe querat ⁊ iudicet: ⁊ nō ea
magis cogitatiōe atqꝫ tractatu: vt diceremus. Cras dicēt
filij veſtri filijs noſtris. Quid vobis ⁊ dño deo iſrael? Ter-
minum poſuit dñs inter nos ⁊ vos o filij rubē ⁊ filij gad ior-
danē fluuiū: ⁊ idcirco partē nō habetis in dño. Et per hanc
occaſionem auertent filij veſtri filios noſtros a timore dñi.
Putauim⁹ itaqꝫ melius: ⁊ diximus. Extruam⁹ nobis alta- F
re non in holocauſta: neqꝫ ad victimas offerēdas: ſed in te-
ſtimonium inter nos ⁊ vos ⁊ ſobolem noſtram veſtrāqꝫ pro-
geniē: vt ſeruiamus dño: ⁊ iuris noſtri ſit offerre ⁊ holocau-
ſta ⁊ victimas ⁊ pacificas hoſtias: ⁊ nequaꝗ̄ dicāt cras filij
veſtri filijs noſtris: nō eſt vobis pars in dño. Qđ ſi volue-
rint dicere: reſpōdebūt eis. Ecce altare dñi qđ fecerūt pa-
tres noſtri: nō i holocauſta: neqꝫ in ſacrificiū: ſed in teſtimo-
nium noſtrū ac veſtrū. Abſit a nobis hoc ſcelus vt receda-
mus a dño et eius veſtigia relinquamus: extructo altari ad
holocauſta ⁊ ſacrificia ⁊ victimas offerendas preter altare
dñi dei noſtri qđ extructum eſt ante tabernaculū ei⁹. Qui- G
bus auditis phinees ſacerdos ⁊ principes legatiōis iſrael
qui erāt cū eo placati ſunt: ⁊ verba filiorū rubē ⁊ gad ⁊ dimi-
die tribus manaſſe libētiſſime ſuſceperūt. Dixitqꝫ phinees al's + vobiſcum.
filius eleazari ſacerdos ad eos. Nūc ſcimus ꝙ † nobiſcum
ſit dñs: qm̄ alieni eſtis a preuaricatione hac: ⁊ liberaſtis fi-
lios iſrael de manu dñi. Reuerſuſqꝫ eſt cum principib⁹ a fi-
lijs ruben ⁊ gad de terra galaad ⁊ finiū chanaan ad filios
iſrael et retulit eis. Placuitqꝫ ſermo cūctis audiētib⁹. Et
laudauerūt deū filij iſrael: ⁊ nequaꝗ̄ vltra dixerūt vt aſcen-
derēt contra eos: atqꝫ pugnarēt ⁊ delerēt terrā poſſeſſiōis
eorū. Vocaueruntqꝫ filij ruben ⁊ filij gad altare quod extru-
xerāt: teſtimoniū noſtrū qđ dñs ipſe ſit deus.

¶ Capituli Summarium. Exortatio ioſue: prohibet ſocie-
tatem cum gentibus. Cap. XXIII. A

EVoluto autem multo tpe poſtꝗ̄ pacem de-
derat dominus iſraeli ſubiectis in gyro na-
tionibus vniuerſis: ⁊ ioſue iam longeuo ⁊
perſenilis etatis. Poſtꝗ̄ diuiſerat terrā
filijs iſrael ſm̄ qđ dñs imperauerat: voca-
uit Joſue omnē iſraelem maioreſqꝫ natu: ⁊
principes: ac duces: ac magiſtros: dixitqꝫ ad eos. Ego ſe-
nui ⁊ progreſſioris etatis ſum: voſqꝫ cernitis oīa que fecerit
dñs deus veſter cūctis ꝑ circuitum nationibus quomodo
ꝓ vobis ipſe pugnauerit. Et nūc q: vobis ſorte diuiſit om-
nem terram: ab orientali parte iordanis vſqꝫ ad mare ma-
gnū: multeqꝫ adhuc ſuperſunt nationes: dñs deus veſter
diſperdet eas ⁊ auferet a facie veſtra: ⁊ poſſidebitis terrā B
ſicut vobis pollicit⁹ eſt. Tantū confortamini: ⁊ eſtote ſollici-
ti vt cuſtodiatis cūcta q̄ ſcripta ſunt in volumine legis moy-
ſi: ⁊ non declinetis ab eis neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtrā:
ne poſtꝗ̄ intraueritis ad gentes que inter vos future ſunt
iuretis in noīe deorū earū: ⁊ ſeruiatis eis: ⁊ adoretis illos:
ſed adhereatis dño deo veſtro: qđ feciſtis vſqꝫ in diē hanc.
Et tūc auferet dñs de⁹ in conſpectu veſtro gentes magnas C
⁊ robuſtiſſimas: ⁊ nullus vobis reſiſtere poterit. Vnus e vo-
bis perſequet hoſtium mille viros: q: dñs deus veſter pro
vobis ipſe pugnabit ſicut pollicitus eſt. Hoc tantū dilige-
tiſſime precauete: vt diligatis dñm deum veſtrum. Quod ſi
volueritis gentium harum que inter vos habitāt erroribus
adherere: ⁊ cū eis miſcere cōnubia atqꝫ amicitias copulare
iā nūc ſcitote ꝙ dñs deus veſter non eas deleat ante facie
veſtrā ſed erūt vobis in foueā ac laqueū ⁊ offendiculū ex la-
tere veſtro

ter e veſtro ⁊ ſudes in oculis veſtris: donec vos auferat at-
q̃ diſpdat ꝺ terra hac optiā quam tradidit vobis. En ego
D Alꝯ + vado. hodie † ingrediar viā vniuerſe terre ⁊ toto aīo cognoſcetis
alꝯ + igredio ꝙ de oībus verbis que ſe dñs preſtiturū vobis eſſe pollici-
tus eſt vnuz non preterierit incaſſum. Sicut ergo impleuit
3. Regū. 2. a. ope qꝺ promiſit: ⁊ pſpera cūcta venerūt ſic adducet ſup vos
quicqd malorū cōminat⁹ eſt: donec vos auferat atq̃ diſper
dat de terra hac optima quā tradidit vobis: eo ꝙ p̄terieri-
tis pactū dñi dei veſtri qꝺ pepigit vobiſcū. ⁊ ſeruieritꝭ dijs
alienis ⁊ adoraueritis eos. Cito atq̃ velociter cōſurget i
vos furor dñi ⁊ auferemini ab hac terra optima quam tra-
didit vobis.

Cap. Summa. De commemoratione beneficioꝝ dñi: ⁊
A federe populi ad dñm: de morte ioſue ⁊ ſepultura oſſium io
ſeph: de morte Eleazari. Ca. XXIIII.

Geneſis. 11. a. Congregauitq̃ ioſue oēs trib⁹ iſrł in ſychē ⁊ vo
cauit maiores natu ac principes ⁊ iudices ⁊ ma
giſtros: ſteteruntq̃ in conſpectu dñi: ⁊ ad pplum
Geneſis. 21. b ſic locutus eſt. Hec dicit dñs de⁹ iſrael. Trans
Geñ. 25. c. fluuiū habitauerūt patres veſtri ab initio thare pr̄ abraā et
nacor: ſeruierūtq̃ dijs alienis. Tulli ergo patrē veſtrū abra
am de meſopotamie finibus ⁊ adduxi euz in terrā chanaam
multiplicauiq̃ ſemen eius ⁊ dedi ei iſaac illiq̃ rurſum dedi
iacob ⁊ eſau. E quibus eſau dedi mōtē ſeyr ad poſſidendū:
Exodi. 14. b. iacob vero ⁊ filij eius deſcēderūt in egyptum. Miſiq̃ moy
ſen ⁊ aaron: et pcuſſi egyptum multis ſignis atq̃ portētis:
B eduxiq̃ vos et patres veſtros de egypto ⁊ veniſtis ad ma-
re. Perſecutiq̃ ſunt egyptij patres veſtros cū curribus et
eq̄tatu vſq̃ ad mare rubrū. Clamauerunt aūt ad dñm filij
Iſrael. Qui poſuit tenebras inter vos ⁊ egyptios: ⁊ adduxit
ſuper eos mare ⁊ operuit eos. Viderūt oculi veſtri cūcta q̄
in egypto fecerim: ⁊ habitaſtis in ſolitudine multo tp̄e ⁊ in
troduxi vos in terram amorrei q̄ habitabat trās iordanē.
Cumq̃ pugnarent cōtra vos tradidi eos in manus veſtras
Numeri. 32. a. ⁊ poſſediſtis terrā eoꝝ atq̃ interfeciſtis eos. Surrexit au-
tē balach filius ſephor rex moab ⁊ pugnauit cōtra iſraelē.
Miſitq̃ ⁊ vocauit balaā filiū beor vt malediceret vobis et
ego nolui audire eum. ſed econtrario p illum bñdixi vobis
C ⁊ liberaui vos de manu eius. Trāſiſtiſq̃ iordanē ⁊ veniſtis
ad hierico. Pugnaueruntq̃ contra vos viri ciuitatis eius
amorreus et pherezeꝰ ⁊ chananeꝰ ⁊ etheus ⁊ gergeſeus et
[...]s melius + eueus ⁊ iebuſeus: tradidi illos in manus veſtras. Miſiq̃
[...]abrones. ante vos † ſcrabones ⁊ eieci eos de locis ſuis duos reges
amorreorum: non in gladio ⁊ in arcu tuo: dediq̃ vobis ter-
[S]upra eodem rā in qua non laboraſtis: et vrbes quas nō edificaſtis vt ha
[...]Regū. 7. a. bitaretis in eis: vineas ⁊ oliueta que non plantaſtis. Nunc
Tobie. 14. c. ergo timete dominum ⁊ ſeruite ei pfecto corde atq̃ veriſſi-
mo ⁊ auferte deos quibus ſeruierunt patres veſtri in meſo
potamia ⁊ in egypto ac ſeruite dño. Sin aūt malum vobis
D videt vt dño ſeruiatis: optio vobis datur. Elegite hodie qꝺ
[...]s + vobis placet † cui ſeruire potiſſimū debeatis: vtrum dijs quibus
ſeruierunt patres veſtri in meſopotamia an dijs amorreoꝝ
in quorum terra habitatis. Ego aūt ⁊ dom⁹ mea ſeruiem⁹
dño. Rñditq̃ populus ⁊ ait. Abſit a nobis vt relinquam⁹
dñz ⁊ ſeruiamus dijs alienis. Dñs deus noſter ipſe duxit
nos ⁊ patres noſtros de terra egypti ⁊ de domo ſeruitutꝭ.
feciṫq̃ videntibus nobis ſigna ingentia ⁊ cuſtodiuit nos
in omni via per quam ambulauimus ⁊ in cunctis populis:
p quos tranſiuimus: ⁊ eiecit vniuerſas gentes: amorreum
habitatorē terre quā nos intrauimus. Seruiemus igitur
E dño: q: ipſe eſt deus nr̄. Dixitq̃ ioſue ad populum. Nō po
[...]s + dño teritis ſeruire dño. † Deus eñi ſanctus et fortis emulator
eſt: nec ignoſcet ſceleribus vr̄is atq̃ peccatis. Si dimiſeri-
tis dominū et ſeruieritis dijs alienis cōuertet ſe ⁊ affliget
vos atq̃ ſubuertet poſtq̄ vobis p̄ſtiterit bona. Dixitq̃ po
pul⁹ ad ioſue. Nequaq̄ ita vt loq̄ris erit: ſed dño ſeruiem⁹.

Et ioſue ad ppl̄m Teſtes (inquit) vos eſtis: q: ipſi elegeri- Supra eode[m]
tis vobis dñm vt ſeruiatis ei. Reſponderūtq̃ teſtes. Nūc
ergo (ait) Auferte deos alienos de medio veſtri: ⁊ inclina
te corda veſtra ad dñm deū iſrael. Dixitq̃ populus ad Io-
ſue. Dño deo noſtro ſeruiemus: ⁊ obedientes erimus pre-
ceptis eius. Percuſſit ergo ioſue in die illo fedus: ⁊ propo
ſuit populo precepta atq̃ iudicia in ſychem. Scripſit quo-
q̃ omnia verba hec in volumine legis domini: ⁊ tulit lapi-
dem pergrandem poſuitq̃ eum ſubter quercū que erat in
ſanctuario domini ⁊ dixit ad omnem populum. En lapis
iſte erit vobis in teſtimonium: quod audieritis omnia ver-
ba domini que locutus eſt vobis ne forte poſtea negare ve
litis: ⁊ mentiri domino deo † veſtro. Dimiſitq̃ populum
ſingulos in poſſeſſionem ſuam. Et poſt hec mortuus eſt io- Alꝯ + noſtro
ſue filius nun ſeruus domini. centum ⁊ decem annorū: ſe G
pelierūtq̃ eum in finibus poſſeſſionis ſue in thānatſare: q̄ Vide laude[s]
eſt ſita in monte effraim: a ſeptētrionali parte montis gaas ioſue per ioſe-
Seruiuitq̃ Iſrael domino cunctis diebus Ioſue ⁊ ſenio- phum lib. v. [...]
rum. qui longuo vixerant tempore poſt Ioſue ⁊ q̄ nouerāt tiqui. c. i. in f[...]
omnia opera domini que fecerat in Iſrael. Oſſa quoq̃ io- Exodi. 13. d.
ſeph que tulerāt filij Iſrael de egypto: ſepelierūt in ſychē: 13. q. 2. ſ. ſo[...]
in parte agri quem emerat iacob a filijs emor patris ſychē poſt. c. chro[...]
centum nouellis ouibus: ⁊ fuit in poſſeſſionem filiorum io
ſeph. Eleazar quoq̃ filius aarō mortuus eſt. Et ſepelierūt
eum in gabaath phinees filij eius que data eſt ei in monte
effraim.

Explicit liber Ioſue.

Incipit liber Sophtim quē
nos Iudicum appellamus.

Ca. Sum. Ioſue mortuo iudas conſtitutus dux belli
cum quo ſymeon aſcendit contra chananeuz. De adonibe-
zech: de terra tradita caleph. de irriguo triplici: de gētib⁹
cum iſrael ſub tributo. Cap. I.



Poſt mortem ioſue A Que ad hoc
conſueuerunt filij Iſrael dominū dicē- c. pertinēt vide
tes. Quis aſcēdet añ nos cōtra chana per ioſe. lib. v.
neū: ⁊ erit dux belli? Dixitq̃ dñs. Iu anti. c. 2.
das aſcēdet. Ecce tradidi terraz in ma
nu ei⁹. Et ait iudas ſymeoni fratri ſuo.
Aſcende mecum in ſortem meam: ⁊ pu
gna contra chananeum vt et ego pgā tecum in ſortem tuā.
Et abijt cū eo ſymeon. Aſcenditq̃ iudas ⁊ tradidit domi-
nus chananeum ac pherezeum in manus eorum: ⁊ percuſſe
rūt in bezech decem milia virorum. Inueneruntq̃ adonibe
zech i bezech ⁊ pugnauerunt contra eū ac pcuſſerūt chana
neum ⁊ pherezeū. Fuit autē adonibezech. Quem perſecu-

B ei cōprehenderunt ceſis ſummitatibus manuū ei⁹ ac pedū.
Dixitq; adonibezech. Septuaginta reges amputatis ma-
nuū ac pedū ſummitatibus colligebāt ſub mēſa mea ciboꝝ
reliquias. Sicut feci ita reddidit mihi dn̄s. Adduxeruntq;
eū in hieruſalē ⁊ ibi mortuus eſt. Oppugnātes ergo filij iu
da hierlm: ceperunt eā ⁊ percuſſerunt in ore gladij tradētes
cūctā incendio ciuitatē. Et poſtea deſcēdētes pugnauerūt
contra chananeū q̄ habitabat in montanis ⁊ ad meridiē: in
campeſtribus. Pergenſq; iudas ɔtra chananeū q̄ habita-
alias + verius erat. bat in hebron: cuius nomē † fuit antiquitus chariatharbe
Joſue.15.c. percuſſit ſeſai ⁊ ahymā ⁊ tholmai. Atq; inde pfectus abijt ad
alias + id eſt ciuitas literarū ſuperest iter. habitatores dabir: cuius nomē vet⁹ erat cariatſepher: id ē
ciuitas literaꝝ. Dixitq; caleph. Qui percuſſerit cariaſepher
⁊ vaſtauerit eā dabo ei axam filiā meā vxorem. Cumq; cepiſ
C 1.Para.2.f. ſet eam othoniel filius cenez frater caleph minor: dedit ei-
axam filiam ſuam coniugem. Quam pergētē in itinere mo
nuit vir ſuus vt peteret a patre ſuo agrū. Que cū ſuſpiraſſ;
ſedens in aſino dixit ei caleph: Quid habes? At illa rñdit.
Da mihi benedictionē q: terrā arētē dediſti mihi: da ⁊ irri-
guā aq̄s. Dedit ergo ei caleph irriguū superi⁹ ⁊ irriguū in-
ferius. Filij aūt cinei cognati moyſi aſcēderunt de ciuitate
palmaꝝ cū filijs iuda in deſertū ſortis eius: qđ eſt ad meri-
diem arath ⁊ habitauerunt cum eo. Abijt aūt iudas cum ſy
meone frāte ſuo: ⁊ percuſſerunt ſimul chananeū q̄ habita-
D bat in ſephat ⁊ interfecerunt eū. Vocatūq; eſt nomen vrbis
horma.i.anathema. Cepitq; iudas gazā cum finibus ſuis:
Joſue.15.d. ⁊ aſchalonē atq; accharon cum terminis ſuis. Fuitq; domi
nus cū iuda ⁊ mōtana poſſedit: nec potuit delere habitato
res vallis: q: falcatis curribus abūdabāt. Dederuntq; ca-
Joſue.15.g. 22.q.3.ca. noli-te.i. leph hebrō ſicut dixerat Moyſes. Qui deleuit ex ea tres
filios enach. Jebuſeum autem habitatorē hieruſalē nō de
E leuerunt filij Beniamin. habitauitq; Jebuſe⁹ cū filijs ben-
iamin in hieruſalē vſq; in pñtē diē. Dom⁹ q̄q; ioſeph aſcen
dit in Bethel: fuitq; dn̄s cū eis. Nam cū obſiderent vrbē
q̄ prius Luza vocabatur viderunt hominē egredientē de ci
uitate: dixeruntq; ad eum: Oſtende nobis introitum ciui-
tatis ⁊ faciemus tecū miam. Qui cū oſtendiſſet eis percuſ-
ſerūt vrbē in ore gladij. hominē aūt illum ⁊ omnē cognatio
F nē eius dimiſerunt. Qui dimiſſus abijt in terram ethim et
edificauit ibi ciuitatē vocauitq; eam luzā: q̄ ita appellatur
vſq; in preſentem diem. Manaſſes quoq; nō deleuit beth-
ſan ⁊ thanath cū viculis ſuis: ⁊ habitatores dor ⁊ ieblaam
⁊ mageddo cū viculis ſuis: cepitq; chanane⁹ habitare cū il-
lis. Poſtq̄ aūt confortatus eſt iſrael fecit eos tributarios
⁊ delere noluit. Effraim etiā non interfecit chananeū qui
habitabat in Gazer: ſed habitauit cū eo. Zabulō nō deleuit
habitatores cethron ⁊ naalon ſed habitauit chananeus in
medio eius. Factuſq; eſt ei tributarius. Aſer q̄q; nō deleuit
habitatores accho ⁊ ſidonis: alab ⁊ achazib ⁊ āma ⁊ aphech
⁊ roob. habitauitq; i medio chananei habitatoris illi⁹ ter-
re nec iterfecit eū. Neptali q̄q; nō deleuit habitatores beth
ſemes ⁊ bethanath: ⁊ habitauit inter chananeū habitatorē
G
alias + bethſa-mitte. terre. fueruntq; ei † bethſemite ⁊ bethanite tributarij. Arta
uitq; amorre⁹ filios dā in mōte: nec dedit eis locū vt ad pla
niora deſcēderēt: habitauitq; in mōte hares qđ interpreta
tur teſtatio in haylon ⁊ ſalabim. Et agrauata eſt man⁹ do-
m⁹ ioſeph: factuſq; eſt ei tributari⁹. Fuit aūt termin⁹ amor
rei ab aſcēſu ſcorpionis petra ⁊ ſuperiora loca.

Capi. Sum. Mittit angel⁹ ad locū flentiū: peccat iſra
A
alias + galgala el ⁊ traditur hoſtib⁹: ⁊ penitet ⁊ liberat. Ca.II.

Aſcēditq; angel⁹ dn̄i de galgalis † ad lo-
cū flentium ⁊ ait. eduxi vos de egypto ⁊ in
troduxi in terrā pro qua iuraui patrib⁹ ve
ſtris ⁊ pollicitus ſū vt nō facerē irritū pa
ctū meū vobiſcū in ſempiternū: ita dūtaxat
vt nō feriretis fedus cū habitatorib⁹ ter
re huius: ⁊ aras eoꝝ ſubuerteretis: ⁊ noluiſtis audire vo- Mino- ... ſibus ... dis.
cē meā: Cur hoc feciſtis? Quāobrē nolui delere eos a facie
veſtra: vt habeatis hoſtes: ⁊ dij eoꝝ ſint vobis in ruinā.
Cūq; loqueret angelus dn̄i hec verba ad oēs filios iſrael
eleuauerunt vocē ſuam ⁊ fleuerunt. Et vocatum eſt nomen Joſue.7.b.
loci illius locus flentiū ſiue lachrymarum. Jmmolaueruntq;
ibi hoſtias dn̄o. Dimiſit ergo ioſue pplm ⁊ abierunt filij
iſrael vnuſquiſq; in poſſeſſionem ſuā vt obtinerent eam. ſer
uieruntq; dn̄o cūctis diebus eius ⁊ ſeniorum q̄ longo poſt Tm⁹ ... optim⁹ ...
eū vixerūt tpe ⁊ nouerāt oīa opa dn̄i † q̄ fecerat cum iſrael. alias + mag...
B
Mortuus eſt aūt ioſue filius nun famulus dn̄i cētū ⁊ decē
annorum: ⁊ ſepelierunt eum in finibus poſſeſſiōis ſue in thā Amphiō ... ficus clari...
nathaſare in monte effraim a ſeptētrionali plaga montis ga
as. Omniſq; illa gñatio cōgregata eſt ad patres ſuos ⁊ ſur
rexerunt alij qui non nouerunt dn̄m ⁊ opa q̄ fecerat cū iſrael.
Feceruntq; filij iſrael malum in conſpectu dn̄i: et ſeruierunt Jnfra.3.a.⁊
baalim ac dimiſerunt dn̄m deū patrū ſuoꝝ q̄ eduxerat eos 4.a.et.6.a.
de terra egypti ⁊ ſecuti ſunt deos alienos: † deoſq; populo alias + de ...
rū q̄ habitabāt in circūitu eoꝝ: ⁊ adorauerūt eos: ⁊ ad ira-
cūdiam cōcitauerūt dn̄m dimittentes eū ⁊ ſeruientes baal
C
et aſtaroth. Jratuſq; dn̄s ɔ iſrael tradidit eos in manus di-
ripientium: q̄ ceperunt eos: ⁊ vendiderunt hoſtibus qui ha-
bitabāt p gyrū: nec potuerunt reſiſtere aduerſarijs ſuis: ſed
quocūq; pergere voluiſſent: manus domini ſup eos erat: ſi Jetus m... amphioio... tris iterfec...
cut locutus eſt ⁊ iurauit eis: ⁊ vehemēter afflicti ſunt. Suſci
tauitq; dn̄s iudices q̄ liberarēt eos de vaſtantium manib⁹
ſed nec eos audire voluerunt: fornicantes cū dijs alienis: ⁊
adorantes eos. Cito deſeruerunt viā per quā ingreſſi fue-
rant patres eorum: ⁊ audientes mandata dn̄i oīa fecere cō
D
traria. Cūq; dn̄s iudices ſuſcitaret in diebus eoꝝ flectereba
tur mīa ⁊ audiebat afflctorū gemitus ⁊ liberabat eos de-
cede vaſtantiū. Poſtq; aūt mortuus eſſet iudex reuertebā
tur ⁊ multo faciebāt maiora q̄ fecerāt patres eoꝝ: ſequen-
tes deos alienos ſeruienteſq; eis ⁊ adorantes illos. Non
dimiſerunt adinuentiones ſuas: ⁊ viam duriſſimā per quā
ambulare conſueuerant. Jratuſq; eſt furor dn̄i in iſrael et
ait. Quia irritum fecit gēs iſta pactum meum quod pepi-
gerā cum patribus eoꝝ ⁊ vocem meā audire contempſit: et Sachom... brutus ... cus inſig...
ego non delebo gentes quas dimiſit ioſue ⁊ mortu⁹ eſt: vt
in ipſis experiar iſrael: vtrū cuſtodiāt viā dn̄i ⁊ † ambulēt
in ea: ſicut cuſtodierunt patres eorum an non. Dimiſit er- Alias + vt
go dn̄s oēs nationes has: ⁊ cito ſubuertere noluit: nec tra-
didit in † manus ioſue.

Capituli Sūmariū. Nominant gētes derelicte ad exer alias + man...
citandū iſrael: ſed ⁊ ipſi cū eis cōnubia iungunt: tradunt au
tem iſraelite in manus chuſanraſathaim regis meſopota-
mie octo annis quos liberat othoniel. poſt hoc premit eos
eglon rex moab. xviij. annis quos liberat aioth: poſt hunc
ſangar filius anath defendit iſrael percutiens ſexcētos vo-
mere. Cap.III.

Hę ſunt gentes quas dominus dereliquit
A
vt erudiret in eis Jſraelem ⁊ omnes qui que ad hoc
non nouerant bella chananeorū: et poſtea ptinēt vide
diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus ſe.li.v. an... quinto.
⁊ habere conſuetudinem preliādi. Quinq; alias + habi-
ſatrapas philiſtinorum: omnemq; chana- bant.
neum ⁊ ſydonium atq; Eueum qui † habitabant in monte
libano de monte Baal hermon vſq; ad introitum emath.
Dimiſitq; eos vt in ipſis experiretur Jſraelem vtrum au-
dirent mandata domini que preceperat patribus eorum
per manum moyſi: an non. Jtaq; filij iſrael habitauerunt in 23.q.5.c.rem...
medio chananei ⁊ Ethei ⁊ amorrei ⁊ pherezei et euei: ⁊ ie- tunt.5.ſi.⁊ ...
buzei: ⁊ duxerunt vxores filias eorum: ipſiq; filias ſuas fi- cientes.
lijs eorum tradiderunt: ⁊ ſeruierunt dijs eoꝝ. Feceruntq; De pe.di.1.
malum in cōſpectu domini: ⁊ obliti ſunt dei ſui: ſeruientes vide.
baalim ⁊ aſtaroth. Jratuſq; contra iſrael dn̄s tradidit eos
in manus

in manus chuſan raſathai regis meſopotamie: ſeruieruntq̃ ei octo annis. Et clamauerũt ad dñm q̇ ſuſcitauit eis ſaluatorẽ ⁊ liberauit eos othoniel videlicet filium cenez fratrẽ caleph minorẽ. Fuitq̃ in eo ſpũs dñi ⁊ iudicauit iſrl̃. egreſſuſq̃ eſt ad pugnam ⁊ tradidit dñs in manus eius chuſan raſathaim regem ſyrie ⁊ oppreſſit eũ. Quieuitq̃ terra quadraginta annis ⁊ mortuus eſt othoniel filius cenez. Addiderunt aũt filij iſrael facere malum in cõſpectu dñi. Qui cõfortauit aduerſus eos eglon regẽ moab: q2 fecerunt maluz in cõſpectu eius. Et copulauit ei filios ammon ⁊ amalech: abijtq̃ ⁊ percuſſit iſrael atq̃ poſſedit vrbẽ palmaruz. Seruieruntq̃ filij iſrael eglon regi moab decem et octo annis et poſtea clamauerũt ad dñm. Qui ſuſcitauit eis ſaluatorem vocabulo †aioth filiũ gera filij gemini: q̇ vtraq̃ manu pro dextra vtebatur. Miſeruntq̃ filij iſrael per illuz munera eglõ regi moab. Qui fecit ſibi gladium ancipitem hñtem in medio capulũ lõgitudinis palme manus ⁊ accinctus eſt eo ſubter ſagum in dextro femore. Obtulitq̃ munera eglon regi moab. Erat aũt eglõ craſſus nimis. Cũq̃ obtuliſſet ei munera, pſecutus eſt ſocios qui cũ eo venerant ⁊ reuerſus de galgalis vbi erant idola: dixit ad regẽ. Verbũ ſecretũ habeo ad te o rex. Et ille imperauit ſilentiũ. Egreſſiſq̃ omnibus qui circa eũ erant: ingreſſus eſt aioth ad eũ. Sedebat aũt in eſtiuo cenaculo ſolus. Dixitq̃. Verbũ dei habeo ad te. Qui ſtatĩ ſurrexit de throno. Extẽditq̃ †aioth ſiniſtrã manũ ⁊ tulit ſicam de dextro femore ſuo: infixitq̃ eã in vẽtrẽ eiꝰ tam valide vt capulus ſequeretur ferruz in vulnere: ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur. Nec eduxit gladiũ: ſed ita vt percuſſerat reliquit in corpore. Statimq̃ per ſecreta nature alui ſtercora proruperunt. †Aioth autẽ clauſis diligentiſſime oſtijs cenaculi ⁊ obfirmatis ſera per †poſticũ egreſſus eſt. Seruiq̃ regis ingreſſi viderunt clauſas fores cenaculi atq̃ dixerũt. Forſitan purgat aluũ in eſtiuo cenaculo. Expectanteſq̃ diu donec erubeſcerent: ⁊ videntes ꝙ nullꝰ aperiret tulerunt clauem ⁊ aperientes inuenerunt dominũ ſuum in terra iacentem mortuũ. †Aioth autem dũ illi turbarentur effugit ⁊ pertranſiit locum idolorum: vnde reuerſus fuerat. Venitq̃ in ſeirath. Et ſtatim inſonuit buccina in monte effraim. Deſcenderuntq̃ cum eo filij iſrael ipſo in fronte gradiẽte. Qui dixit ad eos: ſequimini me. Tradidit enĩ dominus inimicos noſtros moabitas in manus nr̃as. Deſcenderuntq̃ poſt eum et occupauerunt vada iordanis que tranſmittunt in moab: et non dimiſerunt tranſire quẽquam: ſed percuſſerunt moabitas in tempore illo circiter decẽ milia omnes robuſtos ⁊ fortes viros. Nullꝰ eorũ euadere potuit. Humiliatuſq̃ eſt Moab in die illo ſub manu iſrael ⁊ quieuit terra octoginta annis p̃lijs. Poſt hunc fuit ſangar filius †anath: qui percuſſit de philiſtijm ſexcẽtos viros vomere. Et ipſe quoq̃ defendit iſrael.

Supra. ⁊. b. et infra. ✝. a. ⁊. 15 — B — Infra eodem et ſupra eodẽ. — ...bi eſt regni ...b ratalo pri ...cipium. — Als ✝ abod. — C — Tãt alꝰ eorũ ...olorum rex. ...arct. — Als ✝ abod. — D — Als ✝ abod. Als ✝ poſticã — Als ✝ abod. — ...elops rex a ...o peloponẽ ... prouincia ...nẽ accepit — Supra eodez ...✝ ſanaps. ...ſo edificat ...laomedonte ...ge. — ...abe. lib. iiij. ...nea. prima.

Ca. Sum. De delbora prophetiſſa ⁊ pugna barach contra ſiſaram ducem militie iabim: ſiſara a Jabel vxore aber cinei occidit. Cap. IIII.

A ...regum. 2. b. ...q. 2. §. 1. 1 ⁊c. ...dicum in gl. ...q. 5. §. fin. 1 ...ne. ...perſeꝰ rex cla ...⁊ ardeam ...italia vrbez ...ndidit. ...de hoc perſeo ...ideꝰ ſabellicũ ...nea. prima. ...b. iiij.

Addideruntq̃ filij Iſrael facere malum in conſpectu domini poſt mortem Aioth: et tradidit illos dominus in manus iabin regis chanaã: qui regnauit in aſor: habuitq̃ ducez exercitus ſui nomine ſyſaram. Ipſe autem habitabat in aroſeth gentium. Clamaueruntq̃ filij iſrael ad dominum. Nongẽtos enim habebat falcatos currus: ⁊ per viginti annos vehementer oppreſſerat eos. Erat autem Delbora prophetis vxor lapidoth: que iudicabat populum in illo tempore ⁊ ſedebat ſub palma que nomine illius vocabatur inter rama ⁊ Bethel in monte effraim. aſcendebantq̃ ad eam filij iſrael in omne iudicium. Que miſit ⁊ vocauit barach filiũ abinoem de cedes nepthalim: dixitq̃ ad euz. Precepit tibi dominus deꝰ iſrael. Vade deſcende: ⁊ duc exercitum in montem thabor: tolleſq̃ tecum decem milia pugnatorũ de filijs neptalim et de filijs zabulon. Ego autem adducam ad te in loco torrentis cyſon ſyſaram principez exercitus iabin ⁊ currus eius: atq̃ oẽm multitudinez: ⁊ tradam eos in manu tua. Dixitq̃ ad eam barach. Si venis mecum vadam: ſi nolueris venire mecum non pergam. Que dixit ad euz. Ibo quidẽ tecũ: ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi: q2 in manu mulieris tradetur ſyſara. Surrexit itaq̃ delbora ⁊ perrexit cũ barach in cedes. Qui accerſitis zabulon ⁊ neptalim aſcendit cum decem milibus pugnatorũ habens delboram in comitatu ſuo. Aber aũt cineus receſſerat quondã a ceteris cineis fratribus filijs ſuis obab cognati moyſi ⁊ †tetenderat tabernacula vſq̃ ad vallem que vocatur Sennin ⁊ erat iuxta cedes. Nunciatumq̃ eſt ſiſare ꝙ aſcendiſſet barach filius abinoem in montem thabor cum delbora: ⁊ congregauit nongentos falcatos currus ⁊ omnem exercitum de aroſeth gentium ad torrentem cyſon. Dixitq̃ delbora ad Barach ſurge. hec eſt enim dies in qua tradidit dñs Syſaram in manus tuas. En ipſe ductor eſt tuus. Deſcẽdit itaq̃ barach de mõte thabor: ⁊ decẽ milia pugnatoruz cũ eo. Perterruitq̃ dñs ſyſarã ⁊ oẽs currus eius: vniuerſamq̃ multitudinem in ore gladij ad conſpectũ barach intantum vt ſyſara de curru deſiliẽs pedibus fugeret: ⁊ barach pſequeretur fugiẽs currus ⁊ exercitũ vſq̃ ad aroſeth gentiũ: ⁊ omnis hoſtium multitudo vſq̃ ad internitionẽ caderet. Siſara autẽ fugiens peruenit ad tẽtorium iabel vxoris aber cinei. erat autem pax inter iabin regẽ aſor ⁊ domũ aber cinei. Egreſſa igitur iabel in occurſum ſiſare dixit ad eum. Intra ad me dñe mi ne timeas. Qui ingreſſus tabernaculum eius ⁊ opertus ab ea pallio dixit ad eam. Da mihi obſecro paululũ aq̃ q2 ſitio valde. Que aperuit vtrem lactis ⁊ dedit ei bibere et operuit illũ. Dixitq̃ ſyſara ad eam. Sta ante hoſtiũ tabernaculi: ⁊ cũ venerit aliquis interrogãs te ⁊ dicẽs: nunquid hic eſt aliquis: rñdebis. Nullus eſt. Tulit itaq̃ iabel vxor aber clauũ tabernaculi aſſumẽs pariter ⁊ malleũ: ⁊ ingreſſa aſcondite ⁊ cum ſilentio poſuit ſupra tempus capitis eius clauũ: percuſſumq̃ malleo defixit in cerebrũ vſq̃ ad terraz. Qui ſoporẽ morti ſociãs defecit ⁊ mortuus eſt. Et ecce barach ſequens ſyſarã veniebat. Egreſſaq̃ iabel in occurſum eius dixit ei. Veni ⁊ oſtẽdam tibi virum quem queris. Qui cũ intraſſet ad eã vidit ſyſarã iacentem mortuũ: ⁊ clauũ infixum in tempore eiꝰ. Humiliauit ergo deꝰ in die illo iabin regem chanaan coram filijs iſrael. Qui creſcebant quotidie ⁊ forti manu opprimebãt iabin regem chanaan: donec delerent eum.

Vide ioſephũ ſup hlo que hoc. c. cõtin... li. v. antiqui. vi. qui plura ſcribit. — B — Feſulana th... ſcie ciuitas c... dicitur. — Sybilla fem... na claret. Als ✝ tetẽde... rant. — C — Joſephus v... cat hanc mu... lierem ialio. — D — 25. q. 5. §. fina... in fine.

Cap. Summa. De cantico quod cecinerunt delbora et barach poſt victoriaz. Cap. V.

A

Cecinerũt delbora ⁊ barach filiꝰ abinoẽ i illo die dicẽtes. Qui ſpõte obtuliſtis de iſrael aĩas veſtras ad periculũ: bñdicite dño. Audite reges: aurib9 pcipite principes. Ego ſum ego ſuz q̇ dño canam: pſallã dño deo iſrael. Dñe cũ exires de ſeyr: ⁊ tranſires per regiões edõ terra mota eſt: celiq̃ ac nubes diſtillauerũt aq̃s. Mõtes fluxerũt a facie dñi ⁊ ſinai a facie dñi dei iſrael. In diebus ſangar filij †anath in diebꝰ iabel q̇eurũt ſemitte ⁊ qui ingrediebantur p eas ambulauerũt p calles deuios. Ceſſauerũt fortes in iſrael ⁊ q̇euerũt donec ſurgeret delbora: ſurgeret mater in iſrael. Noua bella elegit dñs: et portas hoſtiũ ipſe ſubuertit. Clypeꝰ ⁊ haſta †ſi apparuerit in quadraginta milibus iſrael. Cor meuz diligit principes iſrael. Qui ppria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini bñdicite dño. Qui †aſcẽdiſtis ſuper nitentes †aſinos ⁊ ſedetis †ſupra in iudicio ⁊ ãbulatis ĩ via loq̇mini. Vbi colliſi ſunt currꝰ ⁊ hoſtiũ ſuffocatꝰ eſt exercitꝰ: ibi narrentur iuſtitie dñi ⁊ †clementia in †fortes iſrael. Tũc deſcendit populus dñi

Hercules ... uis filius vi... menſi robor... claret. Als ✝ ſanap... — Als ✝ ſupeſt... Als ✝ aſcẽd... ſtis. — B — Als ✝ aſinas... Als ✝ ſuper... ſup vel ſupra... Als ✝ inſtici...

ad portas ꝛ obtinuit principatū:Surge ſurge delbora ſur
ge ſurge ꝛ loq̄re canticū:ſurge barach ꝛ apprehende ca
ptiuos tuos fili abinoem.Saluate ſunt reliquie ppl̄i.Dn̄s

Zabulehoc lē do:e primum iauente.

in fortibus dimicauit. Ex effraim deleuit eos in amalech:
ꝛ poſt eū ex beniamin in populos tuos o amalech .De ma
chir principes deſcenderunt ꝛ de Zabulon qui exercitum
duceret ad bellandū.Duces iſachar fuere cū delbora ꝛ ba
rach veſtigia ſunt ſecuti:qui quaſi in preceps ac baratrum
ſe diſcrimini dedit.Diuiſo contra ſe ruben magnanimorum

C

Alſ ✝ ſupereſt duos.
Alſ ✝ vbi duos habet tuos.
Alſ ✝ gad.

repta eſt cōtētio.Quare habitas inter ✝ duos terminos vt
audias ſibillos gregū:Diuiſio cōtra ſe ruben magnanimo
rū repta eſt cōtētio.✝ Galaad trans iordanē quieſcebat:et
dan vocabat nauibus.Aſer habitabat in littore maris:ꝛ in
portib' morabat̄ zabulon vo ꝛ neptalim obtulerunt aīas

Placentia cō dit.

ſuas morti in regione merome. Venerunt reges et pugna
uerunt:pugnauerunt reges chanaan in thamne iuxta aq̄s
mageddon:ꝛ tn̄ nihil tulere predantes.De celo dimicatum

Manet' egy pt' hyſtorie'.

eſt cōtra eos.Stelle manentes in ordine ꝛ curſu ſuo aduer
ſus ſyſarā pugnauerūt.Torrens cyſon traxit cadauera eo
rū:torrēs cadumi:torrēs ciſon.Coculca aīa mea robuſtos.
Vngule equorū ceciderunt fugientibus impetu ꝛ p̄ preceps
ruentib' fortiſſimis hoſtiū. Maledicite terre meroz:dixit
angel' dn̄i: maledicite habitatoribus ei':q: nō venerūt ad
auxiliū dn̄i:in adiutoriū fortiſſimorū eius. Bn̄dicta īter mu

D

Leuitici.1.d
✝ Siniſtrā nō eſt de textu:ſꝫ addiū ab iterprete.

lieres iabel vxor aber cinei:ꝛ benedicat̄ in tabernaculo ſuo.
Aquā petenti lac dedit:ꝛ in phiala principū obtulit butyꝝ
✝ ſiniſtrā manū miſit ad clauū:ꝛ dextrā ad fabrorū malleos.
Percuſſitq; ſyſarā querēs in capite vulneri locū ꝛ tēp' va

Dicus rex pl le iudā prim' inuenit et pice nū principaꝫ a ſe nominauit.

lide perforās. Inter pedes eius ruit defecit ꝛ mortuus eſt.
Voluebatur ante pedes eius ꝛ iacebat exanimis ꝛ miſera
bilis. Per feneſtrā reſpiciens vlulabat mater eius:et de ce
naculo loquebat̄.Cur moratur regredi currus ei' quare tar
dauerunt pedes quadrigarū illius:Vna ſapiētior ceteris
vxorib' eius. Hec ſocrui verba r̄ndit. Forſitā nunc diuidit
ſpolia pulcherrima feminarum eligit̄ ei. Veſtes diuerſorū
colorꝫ ſyſare tradūt̄ in predā:ꝛ ſupellex varia ad ornanda
colla congerit̄.Si pereāt oēs inimici tui dn̄e. Qui aūt di
ligunt te ſicut ſol in ortu ſuo ſplēdet ita rutilēt. Quieuitq;
terra per quadraginta annos.

C.Sum. Iſrael a madiā opprimit̄:de gedeone ꝛ ſacrifi
cio eius:de ara baal deſtructa:de ſigno dato in vellere.

Capitu.VI.

A

Supra.2.b.et 3.a.ꝛ.4.a.
Que in hoc.c. ꝛ duob' ſequētibus ponunt̄ ſcribit ioſe.li. v anti.c.vi.
Thirenus thi rene prouīcie ꝛ mari nomen indidit.

Fecerūt aūt filij iſrael malū in conſpectu dn̄i
Qui tradidit illos in manu madian ſeptem
annis:ꝛ oppreſſi ſunt valde ab eis. Fecerūt
q; ſibi antra ꝛ ſpeluncas in montibus ꝛ mu
nitiſſima ad repugnādum loca. Cūq; ſeuiſſet
iſrael aſcendebat madiā ꝛ amalech ceteriq; orientalium na
tionū:ꝛ apud eos figentes tentoria ſicut erant in herbis
cuncta vaſtabāt vſq; ad introitum gaſe:nihilq; omnino ad
vitā pertinens relinquebāt in iſrael non oues:non boues:
nō aſinos. Ipſi eīn vniuerſi greges eorꝫ veniebāt cū taber
naculis ſuis ꝛ inſtar locuſtarū vniuerſa cōplebāt inumera
multitudo hoīm ꝛ camelorum:q̄cq̄d tetigerāt deuaſtātes.

B

Peneſtrine vrbs condit̄.

Humiliatuſq; eſt iſrl̄ valde ī cōſpectu madiā. Et clamauit
ad dn̄ꝫ poſtulās auxiliū ꝫ madianitas. Qui miſit ad eos vi
rū pphetā ꝛ locut' eſt. Hec dicit dn̄s de' iſrael. Ego vos
feci cōſcēdere de egypto:ꝛ eduxi vos de domo ſeruitutis ꝛ
liberaui de manu egyptiorū ꝛ oīm inimicorū qui affligebāt
vos. Eieciq; eos ad introitū veſtrū ꝛ tradidi vobis terraꝫ
eorꝫ:ꝛ dixi. Ego dn̄s de' veſter. Ne timeatis deos amor

Supereſt ✝ angel' dn̄i: qui et ſupra poſitis ſubintelligitur.

reorꝫ in quorum terra habitatis ꝛ noluiſtis audire vocem
meam. Venit aūt ✝ angelus dn̄i ꝛ ſedit ſub quercu q̄ erat in
effra:ꝛ pertinebat ad ioas patrem familie ezri. Cumq; Ge
deon filius eius excuteret atq; purgaret frumenta in torcu
lari vt fugeret madiā: apparuit ei angelus dn̄i ꝛ ait. Dn̄s

C

tecū virorꝫ fortiſſime Dixitq; ei gedeon. Obſecro mi dn̄e:
ſi dn̄s nobiſcum eſt:cur ergo apprehenderunt nos hec oīa:

Alſ ✝ ma[...] 1.Regū.1[...]

Vbi ſunt mirabilia eius que narrauerūt patres noſtri atq;
dixerūt:de egypto eduxit nos dn̄s: Nunc aūt dereliq̄t nos
dn̄s et tradidit in ✝ manu madiam. Reſpexitq; ad eum dn̄s
ꝛ ait. Vade in hac fortitudine tua ꝛ liberabis iſrael de ma
nu madiam. Scito q̄ miſerim te: Qui r̄ndens ait. Obſecro
mi dn̄e in quo liberabo iſrael: Ecce familia mea infima eſt
in manaſſe ꝛ ego minim' in domo patris mei. Dixitq; ei do

D

Micenar[...] gni princip[...] i.q.i.c. cū [...] pium.
Mercuri[...] ricus flor[...]

minus. Ego ero tecū ꝛ percuties madiā quaſi vnū virum.
Et ille. Si inueni (inquit) gratiā coram te:da mihi ſignum
qd̄ tu ſis qui loqueris ad me. Nec recedas hic donec reuer
tar ad te portās ſacrificiū ꝛ offerens tibi. Qui r̄ndit. Ego
preſtolabor aduentū tuum. Ingreſſus eſt itaq; gedeon ꝛ co
xit hedū:ꝛ de farine modio azimos panes:carneſq; ponēs
in caniſtro:ꝛ ius carniū mittēs in ollam tullit oīa in quer
cu ꝛ obtullit ei. Cui dixit angelus dn̄i. Tolle carnes ꝛ azi
mos panes ꝛ pone ſupra petram illam ꝛ ius deſuper funde.
Cūq; feciſſet ita extendit angelus domini ſummitatem vir
ge quam tenebat in manu ꝛ tetigit carnes ꝛ panes azimos.

E

Aſcenditq; ignis de petra ꝛ carnes:azimoſq; panes cōſum
pſit. Angelus autem domini euanuit ex oculis eius. Videſ
q; gedeon q: eſſet angelus dn̄i ait:heu mi domine deus:q:
vidi angelum domini facie ad faciem. Dixitq; ei dominus.
Pax tecum. Ne timeas nō morieris. Edificauit ergo ibi
gedeon altare domino:vocauitq; illud dn̄i pax vſq; in pre
ſentem diem. Cūq; adhuc eſſet in effra que eſt familie ezri:
nocte illa dixit dn̄s ad eum. Tolle taurum patris tui et alte
rum taurum annorum ſeptem.deſtruenſq; aram baal que
eſt patris tui:ꝛ nemus quod circa aram eſt ſuccide:ꝛ edifi
cabis altare domino deo tuo in ſummitate petre huius:ſu
p quam ante ſacrificiū poſuiſti. Tolleſq; taurum ſecundum
ꝛ offeres holocauſtum ſuper ſtruem lignorum q̄ de nemore
ſucciderꝭ. Aſſumptis ergo gedeon decem viris de ſeruis

F

ſuis fecit ſicut preceperat ei dominus. Timens autem do
mum patris ſui ꝛ homines illius ciuitatis per diem noluit
facere ſed omnia nocte compleuit. Cumq; ſurrexiſſent viri
oppidi eius mane:viderunt deſtructam aram baal lucūq;
ſuccenſum:ꝛ taurum alterum impoſitum ſuper altare:quod
tunc edificatum erat. Dixeruntq; ad inuicem. Quis hoc fe

Infra.15.b

cit: Cumq; perquirerent auctorem facti:dictum eſt. Gedeō
filius ioas fecit hec omnia. Et dixerunt ad ioas:produc fi
lium tuum huc vt moriatur q: deſtruxit aram baal et ſucci
dit nemus. Quibus ille reſpondit, Nunquid vltores eſtis
baal vt pugnetis pro eo: Qui aduerſarius eſt eius moriat̄
ante quam lux craſtina veniat. Si deus eſt vindicet ſe de eo

Sibylla [...] ibea.

G

qui ſuffodit aram eius. Ex illo die vocatus eſt gedeon hie
robaal:eo qd̄ dixiſſet ioas:vleiſcatur ſe de eo baal:qui ſuf
fodit aram eius. Igitur omnis Madiam ꝛ amalech ꝛ ori
entales populi congregati ſunt ſimul:ꝛ tranſeuntes iorda
neꝫ caſtrametati ſunt in valle iezrael. Spiritus autēꝫ domi
ni induit Gedeō. Qui clangens buccina cōuocauit domū
abiazer vt ſequeretur ſe. Miſitq; nūcios in vniuerſum ma
naſſen:qui ꝛ ipſe ſecutus eſt eū. Et alios nuncios in aſer ꝛ
zabulon ꝛ neptalim qui occurrerunt ei. Dixitq; gedeon ad
dominum: Si ſeruum facis per manum meam populum iſ
rael ſicut locutus eſt:ponaꝫ hoc vellus lane in area. Si ros
in ſolo vellere fuerit: et in omni terra ſiccitas: ſciam q̄ per
manum meam ſicut locutus eſt liberabis iſrael. Factumq;
eſt ita. Et de nocte conſurgens expreſſo vellere concham ro
re impleuit. Dixitq; rurſus ad dominum. Ne iraſcatur fu
ror tuus contra me:ſi adhuc ſemel tentauero ſignū querēs
in vellere. Oro vt ſolum vellus ſiccū ſit. Et omnis terra ro
re madens. Fecitq; dominus nocte illa vt poſtulauerat.
Et fuit ſiccitas in omni vellere:et ros in omni terra.

C Ca.Sum.

¶ Ca. Sum. De probatione populi ad aquas. de ſomnio narrato in caſtris madiã: ⁊ lagenis vacuis cõploſis: de lucernis in medio lampadarum: ⁊ tubis: de Oreb ⁊ zeb interfectis ab effraim. Cap. VII.

A Igit hierobaal qui et gedeon de nocte cõſurgẽs ⁊ oĩs ppl's cũ eo venit ad fontẽ qui vocat̃ arad. Erant aũt caſtra madiã in valle ad ſeptẽtrionalẽ plagã collis excelſi. Dixitq; dñs ad gedeõ. Multus tecũ eſt populꝰ nec tradet̃ madiã ĩ manꝰ eius: ne glorietur ꝯ me iſrael: ⁊ dicat meis viribꝰ liberatꝰ ſum. Loq̃re ad pplm ⁊ cũctis audientibꝰ p̄dica. Qui formidoloſus ⁊ timidꝰ eſt reuertat̃: receſſeruntq; de monte gallaad ⁊ reuerſi ſunt ex pplo viginti duo milia viroꝝ: ⁊ tm̃ decẽ milia remanſerunt. Dixitq; dñs ad gedeon. Adhuc ppl's multꝰ eſt. duc

B cos ad aquas: et ibi ꝓbabo illos. Et de quo dixero tibi vt tecũ vadat: ipſe pgat: quẽ ire ꝓhibuero reuertat̃. Cũq; deſcẽdiſſet ppl's ad aq̃s dixit dñs ad gedeõ. Qui † manu ⁊ lingua lãbuerit aquas ſicut ſolẽt canes lãbere: ſepabis eos ſeorſum: q̃ aũt curuatis genibꝰ biberint: in altera pte erũt. Fuit itaq; numerus coꝝ q̃ manu ad os proĳciẽte aquas lãbuerant trecẽti viri: oĩs aũt reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait dñs ad gedeõ. In trecẽtis viris q̃ lãbue-

C rãt aquas liberabo vos: ⁊ tradã in manu tua madiã. Omnis aũt reliq̃ multitudo reuertat̃ in locũ ſuũ. Sũptis itaq; pro numero cibarĳs ⁊ tubis: oẽm reliquã multitudinẽ abire p̄cepit ad tabernacula ſua ⁊ ipſe cũ trecẽtis viris ſe certamini dedit. Caſtra aũt madian erant ſubter in valle. Eadẽ nocte dicit dñs ad eũ. Surge ⁊ deſcẽde in caſtra: q: tradidi eos in manu tua. Sin aũt ſolus ire formidas: deſcendat tecũ † phara puer tuus. Et cũ audieris quid loquãtur tunc confortabũtur manus tue: ⁊ ſecurior ad oſtium caſtra deſcẽdes. Deſcendit ergo ipſe ⁊ phara puer eius in partez caſtrorum vbi erant armatorũ vigilie. Madian aũt ⁊ ama-

D lech ⁊ omnes orientales populi ſuſi iacebant in valle vt locuſtarũ multitudo. Cameli aũt innumerabiles erãt ſicut arena q̃ iacet in littore maris. Cumq; veniſſet gedeõ narrabat aliquid ſomniũ pximo ſuo: ⁊ ĩ hũc modũ referebat q̃ viderat. Vidi ſomniũ ⁊ videbatur mihi quaſi ſubcinericiꝰ panis ex ordeo volui: ⁊ in caſtra madian deſcẽdere. Cumq; peruenisſet ad tabernaculum † percuſſit illud atq; ſubuertit ⁊ terre fundit ꝯ coequauit. Rñdit is cui loquebatur. Nõ eſt hoc aliud niſi gladiꝰ gedeonis filĳ ioas viri iſraelite. Tradidit eñ dñs in manus eius madian ⁊ oĩa caſtra eius. Cumq; audiſſet gedeon ſomniũ ⁊ interp̄tationẽ eius: adorauit ⁊ re-

E uerſus eſt ad caſtra iſrael ⁊ ait. Surgite: tradidit eñ dñs ĩ manus noſtras caſtra madian. Diuiſitq; trecẽtos viros in tres partes ⁊ dedit tubas ĩ manibꝰ coꝝ: lagenaſq; vacuas ac lampades in medio lagenarũ. Et dixit ad eos. Qđ me facere videritis hoc facite. Ingrediar partez caſtroꝝ et qđ fecero ſectamini. Quando perſonuerit tuba in manu mea: vos q̃q; per caſtrorũ circuitum clãgite ⁊ cõclamate dño ⁊ gedeoni. Ingreſſuſq; eſt gedeon ⁊ trecenti viri qui erãt cũ eo in partem caſtroꝝ incipiẽtibus vigilĳs noctis medie et cuſtodibus ſuſcitatis ceperunt buccinis clãgere: et cõplodere inter ſe lagenas. Cũq; p gyrum caſtroꝝ in tribus pſonarent locis ⁊ hydrias cõfregiſſent tenuerunt ſiniſtris manibus lampades et dextris ſonantes tubas: clamaueruntq; gladius dñi ⁊ gedeonis: ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorũ hoſtiliũ. Oĩa itaq; caſtra turbata ſunt: et vociferantes vlulanteſq; fugerunt. Et nihilominus inſiſtebãt trecẽti viri buccinis perſonantes. Immiſitq; dominus

G gladiũ in omnibus caſtris ⁊ mutua ſe cede truncabant: fugiẽtes vſq; ad bethſeca ⁊ crepidinẽ abelmeula in thebath: Cõclamantes aũt viri iſrael de neptalim ⁊ aſer ⁊ omni manaſſe perſequebant̃ madian. Et dedit dñs victoriam pplo iſrael in die illa. Miſitq; gedeon nũcios in oẽz mõtẽ effraĩ dicẽs. Deſcendite in occurſum madian ⁊ occupate aquas vſq; bethbera atq; iordanez. Clamauitq; omnis effraim: et p̄occupauit aquas † atq; iordanez vſq; bethbera. Apprehenſoſq; duos viros madian. Oreb zeb interfecit oreb in petra oreb. zeb vero in torculari zeb. Et perſecuti ſunt madian capita oreb ⁊ zeb portantes ad gedeon trans fluenta iordanis.

¶ Capi. Summ. Viri effraim contra gedeon inſurgũt: de zebee ⁊ ſalmana occiſis a gedeõe: de viris ſoccoth ⁊ Phanuel occiſis: dantur gedeoni inaures: ⁊ de ſeptuaginta filĳs gedeonis: ⁊ de abilmelech nato: de cõcubina: de morte gedeonis. Cap. VIII.

A Dixeruntq; ad eum viri effraim. Quid eſt hoc qđ facere voluiſti vt nos non vocares cum ad pugnaz pergeres contra madian. Iurgãtes fortiter ⁊ prope viz inferentes. Quibus ille reſpõdit. † Quid eñ tale facere potui quale vos feciſtis? Nonne melior eſt racemus effraim vindemĳs abiezer? In manus veſtras dñs tradidit principes madian oreb ⁊ zeb. Quid tale facere potui: quale vos feciſtis? Qđ cũ locutus eſſet: requieuit ſpũs coꝝ quo tumebant contra eũ. Cumq; veniſſet gedeon ad iordanem trãſiuit eũ cũ trecẽtis viris qui ſecum erãt ⁊ p̄ laſſitudine fugientes perſequi non poterãt. Di-

B xitq; ad viros ſoccoth: Date obſecro panes pplo q̃ mecum eſt q: valde defecerũt vt poſſimus perſequi zebee ⁊ ſalmana reges madiã. Rñderunt principes ſoccoth. Forſitã palme manuũ zebee ⁊ ſalmana in manu tua ſunt ⁊ idcirco poſtulas vt demꝰ exercitui tuo panes? Quibus ille ait. Cum ergo tradiderit dominus zebee ⁊ ſalmana in manus meas: † ⁊ cũ reuerſus fuero victor ĩ pace ꝯterã carnes veſtras cũ ſpinis tribuliſq; deſerti. Et inde ꝯſcẽdẽs venit in phanuel. Locutuſq; eſt ad viros loci illius ſimilia. Cui ⁊ illi reſpõderunt ſicut reſponderãt viri ſoccoth. Dixit itaq; eis. Cũ re-

C uerſus fuero victor in pace deſtruã turrim hanc. Zebee autem ⁊ ſalmana requieſcebant cum omni exercitu ſuo. Quindecim enim milia viri remanſerant ex omnibꝰ turmis oriẽtalium populorum ceſis centum viginti milibus bellatoruz ⁊ educentium gladium. Aſcendenſq; gedeon per viam coꝝ qui in tabernaculis morabantur ad orientalem partem nobe ⁊ iecbaa percuſſit caſtra hoſtium qui ſecuri erant: ⁊ nihil aduerſi ſuſpicabant̃. Fugeruntq; zebee et ſalmana. Quos perſequens Gedeon comp̄hendit turbato omni exercitu eorum. Reuerſuſq; de bello ante ſolis ortum app̄hendit puerum de viris ſoccoth: interrogauitq; eũ noĩa principum et ſeniorum Soccoth. Et deſcripſit ſeptuaginta ſe-

D ptem viros. Venitq; ad Soccoth: Et dixit eis. En Zebee ⁊ Salmana ſuper quibus exprobraſtis mihi dicentes. Forſitan manus Zebee et Salmana in manibus tuis ſunt. Et idcirco poſtulas vt demus viris qui laſſi ſunt et defecerũt panes. Tulit ergo ſeniores ciuitatis ⁊ ſpinas deſerti ac tribulos: et contriuit cum eis atq; comminuit viros ſoccoth. Turrim quoq; Phanuel ſubuertit occiſis habitatoribus ciuitatis. Dixeruntq; ad Zebee et Salmana: Quales fuerunt viri quos occidiſtis in Thabor. Qui reſponderunt. Similes tui: ⁊ vnus ex eis quaſi filius regis. Quibus ille

E reſpondit. Fratres mei fuerunt filĳ matris mee. Viuit dominus: quia ſi ſeruaſſetis eos non vos occiderem. Dixitq; Jether primogenito ſuo. Surge et interfice eos. Qui non edux it gladium. Timebat enim quia adhuc puer erat. Dixeruntq; Zebee et Salmana. Tu ſurge ⁊ irrue in nos. quia iuxta etatem robur eſt hominis. Surrexit Gedeon et interfecit zebee et Salmana: et tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari ſolent.

Deute. 20. b.
Macha. 3. g.
…s † ſupereſt …anu.
…hara † alſ …mulus ſm …ioſephum.
Sex regis … ioſephum …aris ioule … belli dene …ribus ap… …larꝰ claret.
…ra. 9. f.
…eum mare …egeo rege …ominat̃.
…ſeus egel …s claret.
alſ † ſupereſt atq; iordanẽ
Eſaie. 10. f.
23. q. 5. §. ſi. ſi ibi morti tradidit.
Tyrus ſyrie ciuitas ꝯdit.
† Joſeph. ſcribit aliã reſpõſionẽ gedeõis factã p viros effraim quã vide. c. vĳ. lib. v. anti.
Infra eodem
alſ † ſupereſt ⁊ cum reuerſus fuero victor in pace.
Supra eodez
Argonautaꝝ nauigatio.
Huiꝰ nauigationis hyſtoriaz vide p ſa bellicũ ennea: de prima li. v. fo. 33. l impſſione parſienſi.
Sybilla delphica claret.

Dixeruntq; oēs filij iſrael ad gedeon. Dñare noſtri tu ⁊ fi-
Al's + qui. Nouaria con ditur. lius tuus ⁊ filius filij tui: † q2 liberaſti nos ḋ manu madiā.
Quib' ille ait. Non dñabo2 veſtri: nec dñabit in vos filius
meus: ſed dñabit vobis dñs. Dixitq; ad eos. Unā petitio-
nem poſtulo a vobis. Date mihi inaures ex p2eda veſtra.
F Inaures eñi aureas iſmaelite habere ɔſueuerāt. Qui rñ-
derunt, Libētiſſime dabim': Expādēteſq; ſup terram pal-
lium, piecerunt in eo inaures de p2eda. Et fuit pondus po-
ſtulatarum inaurium mille ſeptingenti auri ſicli: abſq; o2na
mentis ⁊ moniliبus ⁊ veſte purpurea: quibus reges Ma
dian vti ſoliti erāt: ⁊ p2eter to2ques aureas camelo2ū. Fe-
citq; ex eo gedeō † ephot ⁊ poſuit illō i ciuitate ſua ephra.
Al's + ephod ⁊ melius. Fo2nicatuſq; eſt oīs iſrael in eo: et factum eſt gedeoni ⁊ oī
domui eius in ruinā. Humiliatus eſt aūt madian co2am fi-
lijs iſrael: nec potuerunt vltra ceruices eleuare: ſed quieuit
G terra p quadraginta annos quibus gedeon p2efuit. Abijt
+. Regū. 10. a. itaq; hierobaal filius ioas ⁊ habitauit i domo ſua: habuit-
q; ſeptuagita filios qui egreſſi ſunt de femo2e ei' eo q2 plu-
res haberet vxo2es. † Cōcubina autē illius quā habebat
+ Que ſm ioſephū vocabatur d2oma. in ſychē genuit ei filiū noīe abimelech. Mo2tuuſq; eſt Ge-
deon filius Joas in ſenectute bona: ⁊ ſepultus eſt in ſepul-
ch2o ioas patris ſui in ephra de familia ezri. Poſtq̄ autem
O2phe' theologus ⁊ poeta claret. mo2tuus eſt gedeon auerſi ſunt filij iſrael: ⁊ fo2nicati ſunt in
baalim. Percuſſerūtq; cum baal fed' vt eſſet eis in deum:
Al's + omniū. nec reco2dati ſunt dñi dei ſui q̄ eruit eos de manibus † ini-
micoꝝ ſuoꝝ oim p circuitū nec fecerūt miam cū domo hie-
Muſeus poeta claret. robaal: gedeon: iuxta oīa bona que fecerat iſraeli.

¶ Ca. Sum. Abimelech fratres ſuos ſeptuagita occidit.
Joathā minim' ſaluat. Ad ſichymitas mittit ḋ gaal ⁊ zebul
⁊ pugna abimelech cōtra gaal in ciuitate ſal ſpargit: phanū
berith ſuccēditur: abimelech ciuitatē thebes oppugnat: mu
lier capiti eius fragmen mole illiſit. Ca. IX.

A
Que in hoc. c. dicunt ſcribit ioſeph' lib. v. anti. c. viij. Dedal' atheniēſis artifex mirabilis. Abijt aūt abimelech filius hierobaal in ſy-
chē ad fratres matris ſue: ⁊ locutus eſt ad
eos ⁊ ad oēm cognationem domus patris
matriſq; ſue dicēs. Loquimini ad omnes
viros ſychē. Quid vobis eſt melius vt do-
minent veſtri ſeptuaginta viri oēs filij hie
robaal: an vt dñet vobis vnus vir? Simulq; cōſiderate q2
Icar' dedali fili' a quo mare icareum. os veſtrū ⁊ caro veſtra ſum. Locutiq; ſunt fratres matris
eius de eo ad oēs viros ſychē vniuerſos ſermones iſtos: et
inclinauerūt co2 eoꝝ poſt abimelech dicētes: frater noſter
es. Dederūtq; illi ſeptuaginta pōdo argēti de phano baal
berith. Qui cōduxit ſibi ex eo viros inopes ⁊ vagos: ſecu-
tiq; ſunt eū. Et venit in domū patris ſui in ephra et occidit
Perdix dedali nepos ſerā p2im' inuenit fratres ſuos filios hierobaal ſeptuaginta viros ſup lapidē
vnū. Remāſit aūt ioathā fili' hierobaal minimus ⁊ abſcon
ditus eſt. Congregati ſunt aūt oēs viri ſychē ⁊ vniuerſe fa-
Jaſon claret troiā p2imo capit. milie v2bis mello: abieruntq; ⁊ cōſtituerunt regem abime-
lech iuxta quercum que ſtabat in ſychē. Qḋ cū nūciatū eſ-
ſet ioathā iuit ⁊ ſtetit in vertice montis garizim: eleuataq;
B voce clamauit ⁊ dixit. Audite me viri ſychem ita vt audiat
Al's + deus. vos † dñs. Jerunt ligna vt vngerēt ſup ſe regē. Dixerūtq;
oliue. Impera nobis. Que rñdit. Nunquid poſſuꝫ deſerere
pinguedinē meā qua ⁊ dij vtunt ⁊ hoīes: ⁊ venire vt iter li-
gna p2omouear? Dixeruntq; ligna ad arbo2em ficum. Ue-
ni ⁊ ſup nos regnū accipe. Que reſpōdit eis. Nunq̄d poſ-
ſum deſerere dulcedinem meam fructuſq; ſuauiſſimos. Et
Al's + cōmo-near. ire vt inter cetera ligna † p2omouear. Locutaq; ſunt ligna
ad vitem. Ueni ⁊ impera nobis. Que reſpōdit eis. Nunq̄d
poſſum deſerere vinū meum quod letificat deum ⁊ homīes
al + p2omoueri. ⁊ inter ligna cetera † p2omoueri. Dixerūtq; oīa ligna ad ra-
mū. Ueni et impera ſuper nos. Que rñdit eis. Si vere me
Al's + conſtituitis. regē vobis † conſtituiſtis: venite ⁊ ſub vmb2a mea requie-
ſcite. Si autē non vultis egrediatur ignis de rhāno: ⁊ de-

uo2et cedros libani. Nūc igit ſi recte ⁊ abſq; peccato ɔſti-
tuiſtis ſup vos regē abimelech ⁊ bene egiſtis cū hierobaal
⁊ cū domo eius: ⁊ reddidiſtis vicem beneficijs eius: qui pu Labyrinthum crete p dedalum conditum.
gnauit p vobis ⁊ aīaꝫ ſuā dedit periculis vt erueret vos de
manu madiā: q̄ nunc ſurrexiſtis ɔ domū patris mei ⁊ inter-
feciſtis filios eius ſeptuaginta viros ſuper vnū lapidē: ⁊ cō
ſtituiſtis regē abimelech filium ancille eius ſup habitato-
res ſychē: eo q2 frater veſter ſit. Si ergo recte ⁊ abſq; vitio C
egiſtis cū hierobaal: ⁊ domo eius hodie letamini in abime
lech ⁊ ille letet in vobis. Sin aūt peruerſe: egrediatur ignis
ex eo ⁊ conſumat habitato2es ſychē: ⁊ oppidū mello: egre-
diaturq; ignis de viris ſychem ⁊ de oppido mello: ⁊ deuo-
ret abimelech. Que cū dixiſſet fugit ⁊ abijt in bera: habita
uitq; ibi ob metum abimelech fratris ſui. Regnauit itaq; Uericileſſis ... vitas cōdi...
abimelech ſuper iſrael tribus annis: miſitq; dñs ſpm peſſi-
mum inter abimelech ⁊ habitato2es ſychē. Qui ceperunt
eū deteſtari ⁊ ſcel' interfectionis ſeptuaginta filio2um hie-
robaal: ⁊ effuſionē ſanguinis eoꝝ cōferre in abimelech fra-
trem ſuum ⁊ inter ceteros ſychimoꝝ p2incipes q̄ eum adiu D
uerant. Poſueruntq; inſidias aduerſum euꝫ in ſummitate
montiū. Et dū illius p̄ſtolarent aduētū exercebāt latroci-
nia: agentes p2edas de p2etereuntib'. Nunciatūq; eſt Abi-
melech. Uenit aūt gaal fili' obed cū fratribus ſuis ⁊ trāſi-
uit in ſychimā. Ad cuius aduentū erecti habitato2es ſychē
egreſſi ſunt in agros vaſtātes vineas vuaſq; calcantes. Et
factis cātantiū cho2is ingreſſi ſunt phanum dei ſui: ⁊ inter
epulas ⁊ pocula maledicebant abimelech clamāte gaal fi-
lio obed. Quis eſt iſte abimelech: et que eſt ſychem: vt ſer- Tauruo ... cus claret.
uiamus ei? Nunquid non eſt ipſe filius hierobaal: ⁊ cōſti-
tuit p2incipē zebul ſeruū ſuū ſup viros emo2 patris ſychē?
Cur ergo ſeruiemus ei? Utinā daret aliquis populū iſtum
ſub manu mea: vt † auferrem de medio abimelech. Dictūq; Al's + auferrem
eſt abimelech. Congrega exercitus multitudinem ⁊ veni.
Zebul eni p2inceps ciuitatis auditis ſermonibus gaal fi- Phiemō ... phic' mu...
lij obed iratus eſt valde: et miſit clam ad abimelech nūcios
dicens. Ecce gaal filius obed venit in † ſychimam cum fra- Al's + ſichimam
tribus ſuis ⁊ oppugnat aduerſum te ciuitatē. Surge itaq;
nocte cum populo qui tecū eſt: ⁊ latita in agro ⁊ p2imo ma
ne o2iente ſole irrue ſuper ciuitatem. Jllo autē egrediente E
aduerſum te cum populo ſuo: fac ei quod potueris. Surre-
xit itaq; abimelech cum omni exercitu ſuo nocte: ⁊ tetēdit
inſidias iuxta † ſychimam in quatuo2 locis. Egreſſuſq; eſt al's + ſichimam
gaal fili' obed: ⁊ ſtetit i introitu po2te ciuitatis. Surrexit
aūt abimelech ⁊ oīs exercitus cum eo de inſidiarum loco.
Cumq; vidiſſet pplꝫ gaal dixit ad zebul. Ecce de mōtibus
multitudo deſcēdit. Cui ille reſpondit. Umb2as montium
vides quaſi capita hominum: ⁊ hoc erro2e deciperis. Rur-
ſuſq; Gaal ait. Ecce populus de vmbilico terre deſcendit:
⁊ vnus cuneus venit per viā que reſpicit quercum. Cui di-
xit zebul. Ubi eſt nunc os tuum quo loquebaris: q̄s eſt abi
melech vt ſeruiam' ei? Nōne hic populus eſt quē deſpicie-
bas? Egredere ⁊ pugna cōtra eum. Abijt ergo gaal expe-
ctante ſychimo2um populo ⁊ pugnauit contra Abimelech.
qui perſecutus eſt eum fugientem ⁊ in v2be compulit. Ceci
deruntq; ex parte eius plurimi vſq; ad po2tam ciuitatis: et
abimelech ſedit in rama: zebul autē gaal ⁊ ſocios eius ex-
pulit de v2be: nec in ea paſſus eſt cōmo2ari. Sequenti ergo F
die egreſſus eſt ppl's in cāpū. Qḋ cū nūciatū eēt Abime-
lech: tulit exercitū ſuū ⁊ diuiſit in tres turmas tendēs inſi
dias in agris. Uidēſq; q2 egrederet ppl's de ciuitate: ſurre-
xit ⁊ irruit in eū cū cuneo ſuo oppugnans ⁊ obſidēs ciuita
tē. Due aūt turme palētes p campum aduerſarios perſeq̄-
bantur: po2ro abimelech omni die illo oppugnabat v2bem
quā cepit interfectis habitato2ib' eius: ipaq; deſtructa: ita
vt ſal i ea diſpgeret. Qḋ cū audiſſent q̄ hitabāt i turri ſychi-
moꝝ ingreſſi ſunt phanū dei ſui berith vbi fed' cū eo pepi-
gerant ⁊

gerāt et ex eo locus nomē acceperat ꝗ erat munitus valde. Abimelech ꝗ̄ audiēs viros turris ſichimoꝝ pariter cōglobatos aſcēdit i mōtē ſelmō cū oī pplo ſuo: ⁊ arrepta ſecuri ꝑſcidit arboris ramū: īpoſituꝗ̄ ferens humero dixit ad ſocios. Qđ me vidiſtis facere cito facite. Igit̄ certatiʒ ramos de arborib⁹ ꝑſcidētes ſequebant̄ ducē. q † circūdātes ꝑſidium ſuccēderūt. Atq̄ ita factū: vt fumo ⁊ igne mille hoīʒ necarent̄ viri pariter ⁊ mulieres habitatoꝝ turris ſychē. Abimelech aūt inde ꝓficiſcens: venit ad oppidū thebes: qđ circundās obſidebat exercitu. Erat aūt turris excelſa in media ciuitate ad quē ↄfugerāt ſimul viri ac mulieres ⁊ oēs principes ciuitatis clauſa firmiſſime ianua ⁊ ſup turris tectū ſtātes p ꝓpugnacula. Accedēſq̄ abimelech iuxta turrī pugnabat fortiter ⁊ appropinquās oſtio ignē ſupponere nitebat̄. Et ecce vna mulier † fragmē molle deſup iaciēs illiſit capiti abimelech: ⁊ ↄfregit cerebrū ei⁹. Qui vocauit cito armigeꝝ ſuū ⁊ ait ad eū. Euagina gladiū tuū ⁊ percute me: ne forte dicatur ꝙ a femina interfect⁹ ſim. Qui iuſſa ꝑficiēs interfecit eū. Illo ꝗ̄ mortuo oēs ꝗ cū eo erant de iſrael reuerſi ſunt in ſedes ſuas. Et reddidit de⁹ malū qđ fecerat abimelech cōtra patrem ſuū interfectis ſeptuaginta fratrib⁹ ſuis. † Sychimitis ꝗ̄ quod operati erāt retributū eſt: ⁊ venit ſup eos maledictio ioathan filij hierobaal.

¶ Ca. Sum. De duob⁹ ducib⁹ iſrael thola ⁊ iayr: ⁊ de idolatria filioꝝ iſrael ⁊ penitētia. Ca.X.

uit: ⁊ afflixit omnipotens? Venit ergo noemi cū ruth moa
bitide nuru ſua de terra peregrinationis ſue: ac reuerſa eſt
in bethleem quādo primum hordea metebantur.

Cap. Sum. Ruth in agro booz cognati noemi cū gra
tia eius ſpicas colligit poſt meſſores ⁊ noemi ſocrui ſui pro
tulit: de reliquijs ex qb' fuerat ſaturata apud booz. Ca. II.

Erat autem viro elimelech cōſanguineus A
homo potēs ⁊ magnarum opum nomine
booz. Dixitq; ruth moabitis ⁊ ad ſocrum
ſuā. Si iubes vadā in agrū ⁊ colligam ſpi
cas q̄ fugerint manus metētium: vbicūq;
clementis in me patriſfamilias reppero
gratiam. Cui illa rñdit. Vade filia mi. Abijt itaq; ⁊ collige
bat ſpicas poſt terga metentiū. Accidit aūt vt ager ille ha
beret dñm noīe boom: q̄ erat de cognatione elimelech. Et De cōſe. diſ.
ecce ipſe veniebat de bethleem: dixitq; meſſorib': Dñs vo c. hec quoq;
biſcū. Qui rñderūt ei. Benedicat tibi dñs. Dixitq; booz textu. ⁊ glo.
iuueni qui meſſoribus preerat. Cuius eſt hec puella? Cui B
rñdit. Hec eſt moabitis que venit cū noemi de regiōe moa
bitide: ⁊ rogauit vt ſpicas colligeret remanētes: ſequens
meſſorum veſtigia: ⁊ de mane vſq; adhunc ſtat in agro: ⁊ † Alſ.+ne.
nec ad momētum quidem domum reuerſa eſt. Et ait booz
ad ruth. Audi filia ne vadas in alterū agrum ad colligēdū
nec recedas ab hoc loco: ſed iūgere puellis meis: ⁊ vbi meſ
ſuerint ſequere. Mādaui enī pueris meis vt nemo moleſt'
ſit tibi: ſed etiā ſi ſitieris vade ad ſarcinulas ⁊ bibe aquas
de quibus ⁊ pueri mei bibūt. Que cadēs in faciē ſuā: ⁊ ado
rans ſuper terrā dixit ad eum. Vnde mihi hoc vt inuenirē
gratiā ante oculos: ⁊ noſſe me dignareris peregrinā mu
lierem? Cui ille reſpōdit. Nūciata ſunt mihi oīa que feceriſ C
ſocrui tue poſt mortē viri tui: ⁊ q̄ reliqueris parētes tuos
et terram in qua nata es ⁊ veneris ad populum quē antea
neſciebas. Reddat tibi dñs p opere tuo ⁊ plenā mercedē
recipias a dño deo iſrael ad quem veniſti: ⁊ ſub cuius cōfu
giſti alas. Que ait. Inueni gratiā corā oculis tuis dñe mi:
qui cōſolat' es me: ⁊ locutus es ad cor ancille tue que non
ſum ſimilis vnius puellarum tuarum. Dixitq; ad eā booz

Quãdo hora veſcẽdi fuerit veni huc ⁊ comede panem ⁊ in
tinge bucellam tuam in aceto. Sedit itaq; ad meſſorũ la
tus: ⁊ cõgeſſit pollẽtam ſibi comeditq; ⁊ ſaturata eſt ⁊ tulit
reliquias. Atq; inde ſurrexit vt ſpicas ex more colligeret.
Precepit aũt booz pueris ſuis dicẽs. Etiã ſi vobiſcũ me
B tere voluerit ne prohibeatis eam: ⁊ de veſtris quoq; mani
pulis ꝓijcite de induſtria: ⁊ remanere ꝑmittite vt abſq; ru
bore colligat: ⁊ colligẽtẽ nemo corripiat. Collegit ergo in
agro vſq; ad veſperã ⁊ que collegerat virga cedens ⁊ excu
tiẽs: inuenit hordei quaſi ephi menſurã. i. tres modios. Quos
portãs reuerſa eſt in ciuitatẽ: ⁊ oſtẽdit ſocrui ſue. Inſuper
protulit ⁊ dedit ei de reliquijs cibi ſui: quo ſaturata fuerat.
Dixitq; ei ſocr⁹ ſua: Ubi hodie collegiſti: ⁊ vbi fecíſti op⁹:
Sit benedictus qui miſertus eſt tui. Indicauitq; ei apud
quem eſſet operata: ⁊ nomẽ dixit viri q̃ booz vocaret. Cui
reſpõdit noemi. Benedictus ſit a dño qm̃ candam gratiã
quam prebuerat viuis: ſeruauit ⁊ mortuis. Rurſumq; ait.
Propinquus noſter eſt homo. Et ruth hoc quoq; (inq̃d)
precepit mihi vt tãdiu meſſoribus ei⁹ iungerer: donec oẽs
ſegetes meterentur. Cui dixit ſocrus. Melius eſt filia mi
vt cum puellis eius exeas ad metendum: ne in alieno agro
quiſpiam reſiſtat tibi. Iuncta eſt itaq; puellis booz ⁊ tam
Alſ + et. diu cum eis meſſuit donec † hordea ⁊ triticum in horreis
conderentur.

Ca. Sũma. Iuxta cõſiliũ noemi ruth in agro ad pedes
booz dormit: petit extẽdi palliũ ſup ſe ⁊ dormit ſecũ vſq; ad
mane: ſex hordei modios ad ſocrũ reportat. Cap. III.

A Oſtq̃ aũt reuerſa eſt ad ſocrũ ſuã audiuit
ab ea. Filia mi querã tibi requiẽ ⁊ ꝓuide
bo vt bene ſit tibi. Booz iſte cuius puellis
in agro iũcta es ꝓpinqu⁹ noſter eſt: et hac
Alſ + laua. nocte aream hordei vẽtilat. † Lauare igit
⁊ vngere: ⁊ induere cultioribus veſtimẽtis
⁊ deſcẽde in aream. Non te videat homo: donec eſum potũ
q; finierit. Quando aũt ierit ad dormiendũ nota locũ in q̃
dormiat. Ueniesq; ⁊ diſco operies palliũ quo operit a par
B te pedũ ⁊ ꝓijcies te ⁊ ibi iacebis. Ipſe aũt dicet tibi q̃d age
re debeas. Que reſpondit quicq̃d preceperis faciam. De
ſcenditq; in areã: ⁊ fecit oĩa q̃ ſibi imperauerat ſocrus ſua.
Cũq; comediſſet booz ⁊ bibiſſet ⁊ fact⁹ eſſet hilarior: iſſetq;
Al + archonũ ad dormiẽdũ iuxta † aceruũ manipulorum: venit abſcondite
⁊ diſcooperto a pedib⁹ ei⁹ pallio ſe proiecit. Et ecce nocte
iam media expauit homo ⁊ cõturbat⁹ eſt: viditq; mulierẽ
iacentem ad pedes ſuos: ⁊ ait illi. Que es: Illa reſpondit.
Ego ſum ruth ancilla tua. Expãde palliũ tuũ ſup famulã
tuã: q: propinquus es. Et ille. Benedicta (inquit) es a do
mino filia: ⁊ priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti: q:
C nõ es ſecuta iuuenes pauperes ſiue diuites. Noli ergo me
tuere: ſed quicquid dixeris mihi faciam tibi. Scit enĩ oĩs
populus qui habitat intra portas vrbis me mulierẽ te eſſe
virtutis. Nec abnuo me ꝓpinquũ: ſed eſt alius me propin
quior. Quieſce hac nocte: ⁊ facto mane ſi te voluerit propi
quitatis iure retinere bene res acta eſt. Sin aũt ille nolue
rit ego te abſq; vlla dubitatione ſuſcipiam. Uiuit dñs: Dor
mi vſq; mane. Dormiuit itaq; ad pedes eius vſq; ad noctis
abſceſſum. Surrexit itaq; anteq̃ hoĩes ſe cognoſcerẽt mu
D tuo: ⁊ dixit booz. Caue ne quis nouerit q̃ huc veneris. Et
Al + palliolũ rurſum expãde (inquit) † pallium tuum quo operiris: et
tene vtraq; manu. Qua extẽdẽte ⁊ tenente: menſus eſt ſex
modios hordei: ⁊ poſuit ſup eã. Que portãs ingreſſa eſt ci
uitatem: ⁊ venit ad ſocrum ſuã. Que dixit ei. Quid egiſti
filia: Narrauitq; ei oĩa q̃ ſibi feciſſet homo. Et ait. Ecce ſex
modios hordei dedit mihi: ⁊ ait. Nolo vacuã te reuerti ad
ſocrũ tuã. Dixitq; noemi. Expecta filia donec videam⁹ quẽ
res exitum habeat: neq; enĩ ceſſabit homo niſi compleuerit
quod locutus eſt.

Cap. Sum. Booz ſuſcipit ius propinquitatis a ꝓpin
quo viri premortui ruth ⁊ calciamento ſoluto ſuſcipit ruth
vxorem: generat obed patrem dauid narratur generatio
phares. Cap. IIII.

Aſcendit ergo booz ad portã ⁊ ſedit ibi.
Cũq; vidiſſet ꝓpinquũ preterire de quo
prius ſermo habitus eſt dixit ad eum. De A
clina pauliſper ⁊ ſede hic: vocans eum no
mine ſuo. Qui diuertit ⁊ ſedit. Tollẽs aũt
booz decẽ viros de ſenioribus ciuitatis: di
xit ad eos. Sedete hic. Quib⁹ reſidẽtibus locutus eſt ad Al. + vẽdẽt
ꝓpinquum. Partem agri fratris noſtri elimelech † vendit
noemi q̃ reuerſa eſt de regione moabitide. Qđ audire te vo
lui ⁊ tibi dicere corã cunctis ſedẽtib⁹ ⁊ maiorib⁹ natu de po
pulo meo. Si vis poſſidere iure ꝓpinquitatis eme ⁊ poſſi
de. Sin aũt diſplicet tibi hoc ipſum indica mihi vt ſciã q̃d
facere debeã. Nullus enĩ eſt ꝓpinqu⁹ excepto te q̃ prior es B
⁊ me qui ſecũdus ſum. At ille rñdit: ego agrũ emam. Cui di
xit booz. Quãdo emeris agrũ de manu mulieris: ruth q̃
moabitidẽ q̃ vxor defũcti fuit debes accipere vt ſuſcites no
mẽ ꝓpinqui tui in hereditate ſua. Qui rñdit. Cedo iuri ꝓ
pinquitatis. Neq; enĩ poſteritatẽ familie mee delere debeo.
Tu meo vtere priuilegio: q̃ me libẽt carere ꝓfiteor. Hic aũt
erat mos antiq̃tus in iſrl' inter ꝓpinq̃s: vt ſi q̃n alter alteri
ſuo † iuri cedebat vt eſſet firma cõceſſio ſoluebat hõ calcia Alĩ + iure
mentũ ſuũ ⁊ dabat ꝓpinquo ſuo. Hoc erat teſtimoniũ ceſ
ſionis in iſrl'. Dixit ꝗ ꝓpinquo ſuo booz. Tolle calciamẽtũ. C
Qđ ſtatĩ ſoluit de pede ſuo. At ille maioribus natu ⁊ vni
uerſo pplo: teſtes vos (inq̃t) eſtis hodie: q̃ poſſederĩ oĩa q̃
fuerunt elimelech ⁊ chelio ⁊ maalõ tradẽte noemi: ⁊ ruth
moabitidẽ vxorẽ maalõ in cõiugiũ ſumpſerim vt ſuſcitẽ no
men defũcti i hereditate ſua ne vocabulũ ei⁹ de familia ſua
ac fratrib⁹ ⁊ pplo deleat. Uos inquã hui⁹ rei teſtes eſtis.
Rñdit oĩs ppls qui erat in porta ⁊ maiores natu. Nos te
ſtes ſum⁹. Faciat dñs hãc mulierẽ q̃ ingredit domũ tuã ſi D
cut rachel ⁊ lyam q̃ edificauerũt domũ iſrael: vt ſit exẽplũ
virtutis in ephrata: ⁊ habeat celebre nomẽ in bethleẽ. Fiat
q; dom⁹ tua ſicut dom⁹ phares quẽ thamar peperit iude
de ſemine qđ tibi dederit dñs ex hac puella. Tulit itaq; bo
oz ruth: ⁊ accepit vxorẽ. Ingreſſuſq; eſt ad eam: ⁊ dedit illi
dñs vt cõciperet ⁊ pareret filiũ. Dixeruntq; mulieres ad no
emi. Bñdict⁹ dñs q̃ nõ ẽ paſſus vt deficeret ſucceſſor fami
lie tue: ⁊ vocaret nomen ei⁹ in iſrl: ⁊ habeas q̃ cõſolet aĩam
tuã ⁊ enutriat ſenectutẽ. De nuru enĩ tua nat⁹ eſt q̃ te dili
get ⁊ multo tibi melior eſt q̃ ſi ſeptẽ haberes filios. Suſce
ptũq; noemi puerũ poſuit in ſinu ſuo: ⁊ nutricis ac gerule
fungebat officio. Uicine aũt mulieres cõgratulãtes ei ⁊ di
cẽtes: nat⁹ eſt fili⁹ noemi: vocauerũt nomẽ ei⁹ † obed. Hic + obeth ſu
eſt pat iſai patris dd. Hec ſunt generatiões phares. Pha ſe. vr ſeruiẽs
res genuit eſron: eſrom genuit † aram. aram genuit amina alſ + ram.
dab: aminadab genuit naaſõ. Naaſõ genuit † ſalmõ Sal alſ + ſalma.
mon genuit booz. Booz genuit obed. Obed genuit iſai
Iſai genuit dauid regem.

Explicit liber Ruth.

Incipit prologus ſancti Hieronymi in libros regum:
qui galeatus dicitur.

Uiginti ⁊ duas lrãs eſſe apud hebreos ſyro
rũ quoq; lingua ⁊ chaldeorum teſtat: que he
bree magna ex pte cõfinis eſt. Nã ⁊ ipſi vi
gintiduo elemẽta habẽt codẽ ſono: ſed di
uerſis characterib⁹. Samaritani etiã pen
tatheucũ moyſi totidẽ lrĩs ſcriptitãt figu
ris tñ ⁊ apicib⁹ diſcrepãtes. Certũq; ẽ eſdrã ſcribã legiſq;
doctorem

doctorem poſt captam hieroſolymā ⁊ inſtaurationē tēpli ſub zorobabel alias litteras reperiſſe quibus nūc vtimur: cum ad illud vſq3 tempus: iidem ſamaritanorem ⁊ hebreoꝝ characteres fuerint. In libro q3 numeroꝝ hec eadē ſupputatio: ſub leuitarū ac ſacerdotū ſenſu myſtice oſtēditur. Et nomē dn̄i tetragrāmaton in quibuſdā grecis voluminibus vſq3 hodie antiquis expreſſum litteris inuenim⁹. Sed ⁊ pſalmi triceſimuſſextus ⁊ cēteſimuſdecimus: ⁊ cēteſimuſundecimus: ⁊ centeſimuſdecimuſoctau⁹: ⁊ centeſimuſquadrageſimuſquartus: ꝙꝙ diuerſo ſcribantur metro: tn̄ eiuſdem numeri texitur alphabeto. Et hieremie lamētatiōes ⁊ oratio eius: ſalomonis quoq3 in fine ꝓuerbia ab eo loco in quo ait. Mulierem fortē quis inueniet: eiſdē alphabetis vel inciſionibus ſupputātur. Porro quinq3 litere duplices apō hebreos ſunt: caph: mem: nun: phe: ſade. Aliter enī ſcribunt per has principia mediateſq3 verborū: aliter fines. Unde ⁊ quinq3 a pleriſq3 libri duplices eſtimant. ſamuel: malachim. dibre haiomim: eſdras: hieremias: cum cynoth .i. lamētationibus ſuis. Quomodo igit vigintiduo elementa ſunt per que ſcribimus hebraice omne qō loquimur: ⁊ coꝝ initiis vox humana cōprehēditur. ita vigintiduo volumina ſupputātur: quibus quaſi lr̄is et exordiis in dei doctrina tenera adhuc ⁊ latēs viri iuſti erudit īfantia. Primus apud eos liber vocatur breſchith: quem nos geneſim dicimus: ſcōs elleſmoth qui exod⁹ appellat. terti⁹ vaiicra ideſt leuiticus: quartus vaidabber: que3 numeri vocamus quintus elle haddbarim qui deuteronomium prenotat. Hi ſunt quinq3 libri moyſi: quos ꝓprie thorath .i. legem appellant. Scōm prophetarū ordinem faciunt ⁊ incipiūt ab ieſu filio naue: qui apud illos ioſue benū dicitur. Deinde ſubtexūt ſoptim .i. iudicū librū ⁊ in eūdem cōpingunt ruth: q: in diebus iudicū facta eius narratur hyſtoria. Tertius ſeq̄tur ſamuel quem nos regnorū primū ⁊ ſcōm dicimus: quartus malachim .i. regū: qui tertio ⁊ quarto regnorum volumine cōtinetur. Meliuſq3 multo eſt malachim .i. regum ꝙ malacoth .i. regnorum dicere. Non enī multarū gentiū regna deſcribit: ſed vnius iſraelitici populi qui tribub⁹ duodecim ꝯtinetur. Quintus eſt † eſaias: ſextus hieremias: ſeptimus: ezechiel: octauus liber duodecim ꝓphetaru3: qui apud illos vocatur tharcaſra. Tertius aggiographa poſſidet. Et primus liber incipit ab iob: ſcōs a dauid quē quinq3 inciſionibus ⁊ vno pſalmorū volumine comprehēdūt. Tertius eſt ſalomon tres libros habēs ꝓuerbia: que illi parabolas .i. maſloth appellant. quartus eccleſiaſten .i. coeleth. quintus eſt canticum cāticoru3: quem titulo ſiraſirim prenotant. ſextus eſt daniel: ſeptimus dibre haiomin .i. verba dierum quod ſignificāti⁹ chronicon totius diuine hyſtorie poſſumus appellare: qui liber apud nos paralipomenō primus atq3 ſcōs inſcribit. octauus eſdras: qui ⁊ ipſe ſiſr apud grecos ⁊ latinos in duos libros diuiſus eſt. nonus heſter. Atq3 ita fiunt pariter veteris legis libri vigintiduo .i. moyſi quinq3: ⁊ ꝓphetarum octo: aggiographoꝝ nouem. Quāq̄ nōnulli ruth ⁊ cynoth inter agiographa ſcriptitēt: ⁊ hos libros in ſuo putēt numero ſupputādos: ac ꝑ hoc eſſe priſce legis libros vigintiquatuor: quos ſub numero vigintiquatuor ſeniorū apocalypſis ioānis inducit adorantes agnum ⁊ coronas ſuas proſtratis vultibus offerētes: ſtantibus coram quatuor animalibus oculatis ante ⁊ retro .i. in preteritu3 ⁊ in futurum reſpicientibus ⁊ indefeſſa voce clamantib⁹: ſctūs ſctūs ſctūs dn̄s deus omnipotēs: qui erat ⁊ qui eſt: ⁊ qui vēturus eſt. Hic ꝓlogus ſcripturarū: quaſi galeatum principium omnibus libris quos de hebreo vertimus in latinu3 cōuenire pōt: vt ſcire valeamus quicq̄d extra hos eſt inter apocrypha eſſe ponēdum. Igitur ſapiētia q̄ vulgo ſalomonis īſcribitur: ⁊ ieſu filii ſirach liber: ⁊ iudith: ⁊ tobias et paſtor nō ſunt in canone. Machabeoꝝ primū librum hebraicum repperi. Scōs grecus eſt: qō ex ipſa quidē phraſi ꝓbari pōt. Que cu3 ita ſe habeāt: obſecro te lector: ne laborem meū reprehenſionē exiſtimes antiquorum. In templo dei offert vnuſquiſq3 qō pōt. Alii aurum ⁊ argētum ⁊ lapides precioſos: alii byſſum ⁊ purpuram ⁊ coccum offerunt et hiacynthum. Nobiſcum bene agitur ſi obtulerimus pelles ⁊ caprarū pilos. Et tn̄ apoſtolus cōtēptibiliora noſtra magis neceſſaria iudicat. Unde ⁊ tota illa tabernaculi pulchritudo ⁊ per ſingulas ſpecies eccleſie preſentis futureq3 diſtinctio pellib⁹ tegitur ⁊ ciliciis ardoremq3 ſolis ⁊ iniuriā imbrium ea q̄ viliora ſunt prohibent. Lege ergo primum ſamuel ⁊ malachim meum. Meum inquam meum. Quicq̄d enī crebrius vertēdo ⁊ emendādo ſollicitius ⁊ didicimus et tenemus noſtrum eſt. Et cū intellexeris qō antea neſciebas: vel interpretem me exiſtimato ſi gratus es: vel paraphraſten ſi ingratus: ꝙꝙ mihi omnino cōſcius non ſim: mutaſſe me quippiā de hebraica veritate. Certe ſi incredulus es: lege grecos codices ⁊ latinos: ⁊ confer cum his opuſculis que nuper emādauimus. Et vbicūq3 diſcrepare inter ſe videris interroga quēlibet hebreorum: cui magis accōmodare debeas fidē. Et ſi noſtra firmauerit: puto q᷑ cū nō exiſtimes cōiectorē vt in eodem loco mecū ſimiliter diuinauerit. Sed ⁊ vos famulas xp̄i rogo que dn̄i diſcūbētis precioſiſſima fidei myrrha vngitis caput: que nequaq̄ ſaluatore3 queritis in ſepulchro: quibus iam ad patrem xp̄s aſcēdit: vt cōtra latrātes canes qui aduerſum me rabido ore deſeuiunt: ⁊ circūeunt ciuitatem atq3 in eo ſe doctos arbitrant ſi aliis detrahāt orationum veſtraru3 clypeos opponatis. Ego ſciens humilitatē meā illi⁹ ſemp ſentētie recordabor. Dixi cuſtodiā vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam cum cōſiſteret peccator aduerſum me. Obmutuit et humiliatus ſum: ⁊ ſilui a bonis.

Prouer.31.b

Baruch a

† Iſaias

Apoca.4.a.

1. Corin.12

Scōm leges. Qui ſubtiliter factū emendat laudabilior eſt eo qui primus inuenit. l. j. §. in omnibus. C. de vete. iur. enucleādo.

Ps.38.

Explicit prologus.



Incipit liber ſamuelis primus.

Cap. Summa. De helcana ⁊ duabus vxoribus eius: phenēna fecūda emulatur annam pulchram ⁊ ſterilem: anna flet nec capit cibu3: Anna a dn̄o ꝓle3 poſtulat: Samuel naſcitur: ablactatur ⁊ domino offertur. Cap. I.

Uit vir vnus de ramathaim ſophim de monte effraim ⁊ nomen eius helchana: fili⁹ hieroboā filii heliu: filii thau: filii zuph effrate⁹. Et habuit duas vxores. Nomē vni anna: ⁊ nomen ſecūde fenenna. Fueruntq3 fenne filii: anne autem non erant liberi. Et aſcēdebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus vt adoraret ⁊ ſacrificaret dn̄o exercituu3 in ſylo. Erant aūt

A

Troſa ſilius hectoris iſtaur ratur.

Uide ioſe. de his que hic dicūtur. li. v. antiqui. cap. 12.

ſibi duo filij heli: oſni ⁊ phinees ſacerdotes dñi. Venit ergo
dies: ⁊ immolauit helchana: deditqꝫ fenenne vxori ſue: ⁊ cũ
ctis filijs eius ⁊ filiabus partes. Anne autem dedit partem
vnam triſtis: qꝛ annã diligebat. dñs aũt cõcluſerat vuluã
eiꝰ. Affligebat quoqꝫ eã emula eiꝰ ⁊ vehemẽter angebat: in
tãtum vt exprobraret ꝗ dominus concluſiſſet vuluã eius.
Sicqꝫ faciebat per ſingulos annos cum redeũte tempore
Alſ·+ domũ. Frãcoꝝ regnũ a frãco hectoris filio incipit. aſcẽderent † ad templum dñi: ⁊ ſic prouocabat eam. Por
ro illa flebat ⁊ non capiebat cibum. Dixit ergo ei helchana
vir ſuus. Anna cur fles: ⁊ quare non comedis: ⁊ quãobrem
B affligit cor tuũ? Nũquid non ego melior tibi ſum ꝗ decem fi
lij? Surrexit aũt anna poſtꝗ̃ comederat ⁊ biberat in ſylo.
Alſ·+ templi Et heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes † domꝰ
dñi cum eſſet anna amaro animo: orauit ad dominũ flens
largiter: ⁊ votum vouit dicẽs. Dñe exercituũ ſi reſpiciens
videris afflictionem famule tue recordatus mei fueris nec
oblitus ancille tue: dederiſqꝫ ſerue tue ſexum virilem: dabo
Al·+ oẽs dies cum dño † oĩbus diebꝰ vite eiꝰ: ⁊ nouacula non aſcẽdet ſup
Judi.13.a. caput eius. Factũ eſt aũt cum illa multiplicaret preces co
rã dño vt heli obſeruaret os eius. Porro anna loquebat
in corde ſuo: tãtũqꝫ labia illius mouebãtur ⁊ vox penitꝰ nõ
C audiebatur. Exiſtimauit ergo eam heli temulẽtam: dixitqꝫ
ei. Vſqꝫquo ebria eris? Digere pauliſper vinũ quo mades.
Reſpõdẽs anna: nequaꝗ̃ (inquit) dñe mi. Nam mulier in
Biutꝰ ex enee progenie a quo britannia ſic a ſe libia dicta eſt. Infra.20.g. felix nimis ego ſum: vinũ ⁊ omne qđ inebriare põt non bibi:
ſed effudi animã meã in conſpectu dñi. Ne reputes ancillã
tuã quaſi vnam de filiabus belial: qꝛ ex multitudĩe doloris
⁊ meroris mei locuta ſuũ vſqꝫ in preſens. Tũc heli ait ei. Va
de in pace: ⁊ deus iſrael det tibi petitionẽ tuã quã rogaſti
eum. At illa dixit. Vtinã inueniat ancilla tua gratiã in ocu
lis tuis. Et abijt mulier in viam ſuam ⁊ comedit: vultuſqꝫ il
lius nõ ſunt amplius ĩ diuerſa mutati. Et ſurrexerũt mane
⁊ adorauerũt corã dño: reuerſiqꝫ ſunt ⁊ venerũt in domum
ſuã in ramatha. Cognouit aũt helchana annã vxorem ſuã:
⁊ recordatus eſt eius dñs. Et factũ eſt poſt circulum dierũ
cõcepit anna ⁊ peperit filium: vocauitqꝫ nomẽ eiꝰ ſamuel:
Alſ + ſuper eius. eo ꝗ a dño poſtulaſſet eũ. Aſcẽdit aũt vir † eius helchana
et omnis domus eius vt † immolaret dño hoſtiã ſolẽnẽ ⁊
Alſ·+ immolarent. votũ ſuũ: ⁊ anna nõ aſcẽdit. Dixit enĩ viro ſuo: non vadã
donec ablactetur infans: ⁊ ducam eũ vt appareat ante cõ
D ſpectũ dñi ⁊ maneat ibi iugiter. Et ait ei helchana vir ſuus.
Fac quod bonum tibi videtur: ⁊ mane donec ablactes eũ
precorqꝫ vt impleat dñs verbũ ſuũ. Manſit ergo mulier et
1.q.3.§.1. lactauit filium ſuũ donec amoueret eum a lacte. Et adduxit
20.q.1.c. quãuis eum poſtꝗ̃ ablactauerat: in vitulis tribus: ⁊ tribꝰ modijs
Alſ·+ in. farine: ⁊ amphora vini: ⁊ adduxit eum † ad domum dñi in
3.q.5. qđ deo. in fine. ſylo. Puer autẽ erat adhuc infantulus. Et immolauerũt
vitulum ⁊ obtulerunt puerum heli. Et ait anna. Obſecro
mi domine viuit anima tua. Ego ſum illa mulier ꝗ̃ ſteti corã
te hic orans dominũ pro puero iſto. Oraui et dedit mihi
dominus petitionem meam quam poſtulaui eum. Idcirco
⁊ ego commodaui eũ domino cunctis diebus quibus fue
rit accommodatus dño. Et adorauerũt ibi dñm. Et orauit
anna ⁊ ait.

Capi. Summa. De cantico anne: de peccato filiorum
heli oſni ⁊ phinees: de tunica ſamuelis et fecunditate ma
tris eius. Heli moritur reprehendit filios: venit vir dei ad
heli qui mortem filiorum eius et ablationẽ ſacerdotij pre
dicit: ⁊ xp̃m promittit. Cap. II.

A Exultauit cor meum in domino: ⁊ exaltatũ
Alſ·+ dño. eſt cor meum in † deo meo. Dilatatum eſt
os meum ſuper inimicos meos: quia leta
ta ſum in ſalutari tuo. Non eſt ſanctus vt
eſt dñs: neqꝫ enĩ eſt alius extra te: ⁊ non eſt
fortis ſicut deus noſter. Nolite multiplica
re loqui ſublimia glorianteſ. Recedant vetera de ore ve

ſtro: quia deus ſcientiarum dominus eſt: ⁊ ipſi preparant
cogitationes. Arcus fortium ſuperatus eſt et infirmi accin
cti ſunt robore. Repleti prius pro panibus ſe locauerunt:
⁊ famelici ſaturati ſunt. Donec ſterilis peperit plurimos
et que multos habebat filios infirmata eſt. Dominus mor B
tificat ⁊ viuificat: deducit ad inferos ⁊ reducit. Dominus
pauperem facit et ditat: humiliat et ſubleuat. † Suſcitat Alſ·+ ſuſcita…
de puluere egenum: ⁊ de ſtercore † eleuat pauperem vt ſe alſ·+ eleuat.
deat cum principibus ⁊ ſolium glorie teneat. Domini eniꝫ ps.12.
ſunt cardines terre: ⁊ poſuit ſuper eos orbem. Pedes ſan 49.di.c.i. ſi…
ctorum ſuoꝝ ſeruabit ⁊ impij in tenebris conticeſcent: quia ſecus.
non fortitudine † ſua roborabitur vir. Dominum formida alſ·+ ſua ſup… eſt.
bunt aduerſarij eius † ⁊ ſuper ipſos in celis tonabit. Dñs alſ·+ ſuper eũ.
iudicabit fines terre: ⁊ dabit imperium regi ſuo ⁊ ſublima
bit cornu chriſti ſui. Et abijt helchana in ramatha in domũ
ſuam: puer autẽ erat miniſter in conſpectu domini ante fa
ciem heli ſacerdotis. Porro filij heli: filij belial neſcientes C
dominum neqꝫ officium ſacerdotum ad populum: ſed qui
cũqꝫ immolaſſet victimam veniebat puer ſacerdotis dum
coquerentur carnes ⁊ habebat fuſcinulam tridentẽ in ma
nu ſua: ⁊ mittebat eam in lebetem vel in caldariam: aut in
ollam ſiue in cacabum: ⁊ omne quod leuabat fuſcinula tol
lebat ſacerdos ſibi. Sic faciebat vniuerſo iſraeli venientiũ
in ſylo. Etiã antequã adolerent adipem: veniebat puer ſa
cerdotis ⁊ dicebat immolanti. Da mihi carnem vt coquã
ſacerdoti. Non enim accipiam a te carnem coctam ſed cru
dam. Dicebatqꝫ illi immolans. Incendatur primum iuxta
morẽ hodie adeps: ⁊ tolle tibi quantũcũqꝫ deſiderat ani D
ma tua. Qui reſpondens aiebat ei. Nequaꝗ̃. Nunc enim 50.diſtin.c. vero.
dabis alioquin tollam vi. Erat ergo peccatum puerorum
grande nimis coram domino: quia detrahebant homines
ſacrificio domini. Samuel autem miniſtrabat ante faciem
domini puer accinctus † ephot lineo. Et tunicam paruam alſ·+ ephod.
faciebat ei mater ſua: quam afferebat ſtatutis diebus aſcẽ
dens cum viro ſuo: vt immolaret hoſtiam ſolennem ⁊ votũ
ſuum. Et benedixit heli helchane ⁊ vxori eius: dixitqꝫ ei. Gene.21.a
Reddat tibi dominus ſemen de muliere hac: pro fenore
quod commodaſti domino. Et abierũt in locum ſuum. Vi
ſitauit ergo dominus annam et concepit et peperit: tres fi
lios ⁊ duas filias. Et magnificatus eſt puer ſamuel apud E
dominum. Heli autem erat ſenex valde: ⁊ audiuit omnia ꝗ̃
faciebant filij ſui vniuerſo iſraeli: et quomodo dormiebant
cum mulieribus que obſeruabant ad oſtium tabernaculi ⁊
dixit eis. Quare facitis res huiuſcemodi: quas ego audio
res peſſimas ab omni populo? Nolite filij † mei. Non enĩ alſ·+ mi.
eſt bona fama quam ego audio: vt tranſgredi faciatis po
pulum domini. Si peccauerit vir in virũ placari ei poteſt
deus: ſi autem in deũ peccauerit vir quis orabit pro eo? Et De pe.di.1.§. ꝗ autem.
nõ audierunt vocem patris ſui: quia voluit dominus occi Luce.2.g.
dere eos. Puer autem ſamuel proficiebat atqꝫ creſcebat: ⁊
placebat tam deo ꝗ̃ hominibꝰ. Venit autem vir dei ad he
li: et ait ad eum. Hec dixit dominus. Nunquid non aperte
reuelatus ſum domui patris tui cũ † eſſet in egypto in do alſ·+ eſſent.
mo pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus iſrael F
mihi in ſacerdotem vt aſcenderet ad altare meum ⁊ adole
ret mihi incenſum et portaret † ephot corã me: et dedi do alſ·+ ephod.
mui patris tui omnia de ſacrificijs filiorum iſrael? Quare alſ·+ abiu… alſ·+ abiecit…
calce † abieciſtis victimam meam ⁊ munera mea que prece 76.di.§. nec…
pi vt offerrentur in templo: ⁊ magis honoraſti filios tuos ſe. de ſimo.c. in principio.
ꝗ̃ me. vt comederetis primitias omnis ſacrificij iſrael po 3. Regum.
puli mei? Propterea ait dñs deus iſrael. Loquẽs locutꝰ
ſum vt domus tua ⁊ domus patris tui miniſtraret in cõſpe
ctu meo vſqꝫ in ſempiternũ. Nunc autem dicit dñs. Abſit
hoc a me. Sed quicũqꝫ honorificauerit me glorificabo eũ:
qui aũt cõtẽnunt me erunt ignobiles. Ecce dies veniunt ⁊
precidã brachiũ tuũ: ⁊ brachiũ domus patris tui: vt nõ ſit
ſenex

ſenex in domo tua. Et videbis emulū tuū in tēplo i vniuerſis pſperis iſrael: ꝛ nō erit ſenex in domo tua oībus dieb⁹. Uerūtñ non auferā penit⁹ virū ex te ab altari meo: ſʒ vt deficiant oculi tui et tabeſcat aīa tua: ꝛ pars magna domus tue morieꝛ cū ad virilē etatē venerit. Hoc aūt erit tibi ſignū qd̄ venturū eſt duobus filijs tuis ofni ꝛ Phinees. In die vno morientur ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelē qui iuxta cor meū ꝛ animam meam faciet ꝛ edificabo ei domum fidelem: ꝛ ambulabit coram xp̄o meo cunctis diebus. Futurū eſt aūt vt quicūq; remanſerit in domo tua veniat: vt oreꝛ pro eo: ꝛ offerat nummum argenteū ꝛ tortam panis dicatq;. Dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalē vt comedam bucellam panis.

D.a. Iſaie.58.b. 4.c.

¶ Ca. Sū. De vocatione ſamuelis dormiētis: de viſiōe ei reuelata quā indicat heli: ſamuel fidelis pphēta dñi eſſe cognoſciꝛ: ꝛ dñs addidit vt appareret in ſylo verbū ſamuelis euenit vniuerſo iſraeli. Ca. III.

A 4.c.

Puer aūt ſamuel miniſtrabat dño corā heli ꝛ ſermo dñi erat preciosus. In diebus illis non erat viſio maifeſta. Factū eſt ergo in die qdā heli iacebat in lectulo ſuo: ꝛ oculi eius caligauerant: nec poterat videre lucernā dei anteq̄ᵖ extingueretꝛ. Samuel aūt dormiebat in templo dñi vbi erat arca dei. Et vocauit dñs ſamuel. Qui rñdēs ait. Ecce ego. Et cucurrit ad heli ꝛ dixit. Ecce ego. Uocaſti em̄ me. Qui dixit. Nō vocaui † te fili. Reuertere ꝛ dormi. Et abijt ꝛ dormiuit. Et adiecit dñs rurſum vocare ſamuel. Conſurgenſq; ſamuel abijt ad heli: ꝛ dixit. Ecce ego q: vocaſti me. Qui rñdit nō vocaui te fili mi. Reuertere ꝛ dormi. Porro ſamuel necdū ſciebat dñm nec reuelat⁹ fuerat ei ſmo dñi. Et adiecit dñs ꝛ vocauit adhuc ſamuel tertio. q̄ cōſurgēs abijt ad heli ꝛ ait. Ecce ego: q: vocaſti me. Intellexit ergo heli q: dñs vocaret puerum ꝛ ait ad ſamuel. Uade ꝛ dormi. Et ſi deinceps vocauerit te dices. Loquere dñe: q: audit ſeru⁹ tu⁹. Abijt ergo ſamuel ꝛ dormiuit in loco ſuo. Et venit dñs ꝛ ſtetit ꝛ vocauit ſicut vocauerat ſcdō. Samuel ſamuel. Et ait ſamuel. Loquere dñe: q: audit ſeruus tu⁹. Et dixit dñs ad ſamuel. Ecce ego facio verbū in iſrael q quicūq; audierit tinniēt ambe aures eius. In die illa ſuſcitabo aduerſum heli omnia que locut⁹ ſum ſup domū eius: incipiā ꝛ complebo. Predixi em̄ ei q iudicaturus eſſem domum eius ineternum propter iniquitatem eius: eo q nouerat indigne agere filios ſuos: ꝛ non corripuerit eos. Idcirco iuraui domui heli qd̄ nō expietur iniquitas domus eius victimis ꝛ muneribus vſq; in eternū. Dormiuit autē ſamuel vſq; mane: aperuitq; oſtia domus dñi. Et ſamuel timebat indicare viſionem heli. Uocauit ergo heli ſamuelem ꝛ dixit. Samuel fili mi? Qui rñdens ait. Preſto ſum. Et interrogauit eum. Quis eſt ſermo quē locutus eſt † dñs ad te? Oro te ne celaueris me. Hec faciat tibi dñs ꝛ hec addat ſi abſconderis a me ſermonem ex omnibus verbis que dicta ſunt tibi. Indicauit itaq; ei Samuel vniuerſos ſermones ꝛ nō abſcondit ab eo. Et ille reſpōdit: Dñs eſt. Quod bonū eſt in oculis ſuis faciat. Creuit autē ſamuel ꝛ dñs erat cū eo ꝛ non cecidit ex oībus verbis eius in terrā. Et cognouit vniuerſus iſrael a dan vſq; berſabee: q fidelis ſamuel propheta eſſet domini. Et addidit dñs vt appareret in ſylo: qm̄ reuelatus fuerat dñs ſamueli: in Sylo iuxta verbum domini. Et euenit ſermo ſamuelis vniuerſo iſraeli.

Als † ſuper te. B C Iſa.17.c. Infra.12.c. Als † ſuper. D

¶ Ca. Sū. De bello philiſtijm ꝛ fuga iſrl': de arca capta ꝛ morte filiorū heli: ꝛ de morte ipſius heli: de morte nurus ſue vxoris phinees, ꝛ ortu ichaboth. Cap. IIII.

A Hebrei i hoc ... vide ... antiq ...

Et factū eſt in diebus illis conuenerunt philiſtijm in pugnam. Egreſſus eſt nāq; iſrael obuiā philiſtijm in preliū ꝛ caſtrametatus eſt iuxta lapidē adiutorij. Porro philiſtijm venerunt in aphec: ꝛ inſtruxerūt aciē cōtra iſrael. Inito autē certamine terga vertit iſrael philiſteis: ꝛ ceſa ſunt in illo certamine paſſim p agros quaſi † quatuor milia viroꝝ. Et reuerſus eſt pplus ad caſtra. Dixeruntq; maiores natu de iſrael quare percuſſit nos dñs hodie corā philiſtijm? Afferamus ad nos de ſylo arcā federis dñi: ꝛ veniat i mediū noſtri: vt ſaluet nos de manu inimicoꝝ noſtroꝝ. Miſit ergo populus in ſylo: ꝛ tulerunt inde arcam federis dñi exercituum ſedentis ſup cherubin. Erantq; duo filij heli cū arca federis dñi ofni ꝛ phinees. Cumq; veniſſet arca federis dñi i caſtra vociferatus eſt oīs iſrael clamore grandi: ꝛ perſonuit terra. ꝛ audierūt philiſtijm vocē clamoris: dixeruntq;. Quenam eſt hec vox clamoris magni in caſtris hebreoꝝ? Et cognouerunt q arca dñi veniſſet in caſtra. Timueruntq; philiſtijm dicentes. Uenit deus in caſtra. Et ingemuerūt † dicētes. Ue nobis. Non em̄ fuit tanta exultatio heri ꝛ nudiuſtertius. Ue nobis. Quis nos ſaluabit de manu deoꝝ ſublimium iſtorum? Hi ſunt dij qui percuſſerunt egyptum omni plaga in deſerto. Confortamini ꝛ eſtote viri philiſtijm: ne ſeruiatis Hebreis ſicut ꝛ illi ſeruierūt † nobis. Cōfortamini et bellate. Pugnauerūt ergo philiſtijm ꝛ ceſus eſt iſrael ꝛ fugit vnuſquiſq; in tabernaculū ſuum. Et facta eſt plaga magna nimis ꝛ ceciderunt de iſrael triginta milia peditū ꝛ arca dei capta eſt. Duo q̄ꝫ filij heli mortui ſunt ofni ꝛ phinees. Currens aūt vir de beniamin ex acie venit in ſylo in die illa: ſciſſa veſte ꝛ conſperſus puluere caput. Cumq; ille veniſſet: heli ſedebat ſup ſellā contra viam expectans. Erat em̄ cor eius pauens pro arca dñi. Uir aūt ille poſtq̄ᵖ ingreſſus eſt nunciauit vrbi. Et vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit heli ſonitum clamoris: dixitq;. Quis eſt hic ſonitus tumultus hui⁹? At ille feſtinauit ꝛ venit: ꝛ nunciauit heli. Heli aūt erat nonaginta ꝛ octo annorum. Et oculi eius caligauerant: ꝛ videre nō poterat: ꝛ dixit ad heli. Ego ſum qui veni de prelio ꝛ ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actum eſt fili mi? Rñdens autē ille qui nūciabat fugit (inquit) Iſrael corā philiſtijm: ꝛ ruina magna facta eſt in poplō. Inſuper ꝛ duo filij tui mortui ſunt ofni ꝛ phinees ꝛ arca dei capta eſt. Cumq; ille noīaſſet arcā dei cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium: ꝛ fractis ceruicibus mortuus eſt. Senex em̄ erat vir ꝛ grandeuus ꝛ ipſe iudicauit iſrael quadraginta annis. Nurus autem eius vxor phinees pregnans erat: vicinaq; partui. Et audito nuncio q capta eſſet arca dei ꝛ mortuus eſſet ſocer ſuus ꝛ vir ſuus incuruauit ſe ꝛ peperit. Irruerāt em̄ in eam dolores ſubiti. In ipſo aūt momēto mortis eius dixerūt ei qui ſtabāt circa eam. Ne timeas quia filiū peperiſti. Que non reſpondit eis: neq;. animaduertit. Et vocauit puerum † Icaboth dicēs. Tranſlata eſt gloria domini de Iſrael: quia capta eſt arca dei. Et pro ſocero ſuo ꝛ pro viro ſuo ait. Tranſlata eſt gloria dei ab iſrael: eo quod capta eſſet arca dei.

† Ioſe. ſcribit tria milia periſſe.

B

Als † ꝛ dixerunt.

Als † vobis.

C 2. regum. 1. a

Supra. 3. a.

Supra. 2. g.

D 1. q. 4. §. Item pctō. v. ite pccato filiorum heli. 37. di. c. legāt. 47. diſt. §. neceſſe de ſymo. c. licet heir. 23. q. 3. §. 1. ibi iudei capel. als † Icabod. 2. q. 5. c. remittuntur. ꝛ. c. ſe. in puncl. 2. q. 3. §. itē ab aliquo.

¶ Capi. Summa. Arca dñi iuxta dagon collocaꝛ: Dagō ante arcam cadens proſternitur. Iterumq; cadens caput ꝛ man⁹ eius abſcinduntꝛ: flagellantur philiſtijm in ſecretiori parte natium: quia arca detinetur: alij moriuntur.

Capitulum. V.

Philiſtijm autem tulerunt arcam Dei: et aſportauerunt eam a lapide adiutorij in Azotum. Tuleruntq; Philiſtijm arcā dei ꝛ intulerunt eam in templum dagon: ꝛ ſtatuerunt eam iuxta Dagon. Cumq; ſurrexiſſent diluculo azotij altera die ecce dagō iacebat pronus in terra ante arcā domini. Et tulerunt dagon ꝛ reſtituerunt eū in locum ſuum. Rurſumq; mane die altera conſurgentes inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca dñi. Caput aūt dagon: ꝛ due

A Hic incipit ... ſe. li. 6. ꝛ ibi vide ... l. c. 1. de his que hic dicuntur.

B palme manuū eius abſciſſe erant ſup limē. Porro dagō ſo-
lus truncus remāſerat in loco ſuo. Propter hāc cām nō cal-
cant ſacerdotes dagō: ⁊ oēs q̄ ingrediunt̄ templū eius ſup
limen dagon in azoto vſq; in hodiernū diē. Aggrauata eſt
Pe 77. Quā plagā ioſep. diſſenteriā vocat. autem manus dñi ſuper azotios: ⁊ demolitus eſt eos. Et
percuſſit in ſecretiori parte natiū azotū ⁊ fines eius ⁊ ebul
lierūt ville ⁊ agri in medio regiōis illius ⁊ nati ſunt mures
⁊ facta eſt cōfuſio mortis magna in ciuitate. Videntes aūt
viri azotij huiuſcemodi plagā dixerunt. Non maneat arca
C dei iſrael apud nos quoniā dura eſt manus eius ſuper nos
⁊ ſup dagon deū noſtrū. Et mittentes cōgregauerunt oēs
ſatrapas philiſtinoꝝ ad ſe ⁊ dixerūt. Quid faciemus de ar
j.6.a. ca dei iſrael? Rñderunt gethei. Circūducatur arca dei iſra-
el. Et circūduxerunt arcā dei iſrael. Illis aūt circūducenti-
bus eā fiebat man⁹ dñi dei p ſingulas ciuitates interfectio-
nis magne nimis: ⁊ percutiebat viros vniuſcuiuſq; vrbis a
D paruo vſq; ad maiorem ⁊ cōputreſcebāt prominentes exta
les eoꝝ. Inierūtq; gethei cōſiliū ⁊ fecerunt ſibi ſedes pelli-
ceas. Miſerunt ergo arcā dñi in accharon. Cumq; veniſſet
arca dñi dei in accharon: exclamauerunt accharonite dicē-
tes. Adduxerunt ad nos arcā dei iſrael: vt interficiat nos ⁊
Erāt eñ principes quinq; vrbiū. geth. accaron: aſcalō: gaze ⁊ azoti. populum noſtrum. Miſerunt itaq; ⁊ cōgregauerūt omnes
ſatrapas philiſtinorū. Qui dixerunt: Dimitte arcā dei iſra-
el ⁊ reuertatur in locum ſuū vt non interficiat nos cū popu
lo nřo. Fiebat eñ pauor mortis in ſingulis vrbibus ⁊ gra-
uiſſima valde manus dñi dei. Viri quoq; qui mortui non
fuerāt percutiebantur in ſecretiori parte natiū: et aſcende-
bat vlulatus vniuſcuiuſq; ciuitatis in celū.

¶ Ca. Sum. De remiſſione arce cū muneribus: de vaccis
ducentibus plauſtrum ⁊ vitulis earum domi relictis: Be-
thſamite q: vidēt arcā percutiunt̄: nūcios mittunt in caria-
thiarim. Capitulum. VI.

A
Alſ. † philiſtym. Fuit ergo arca dñi in regione † philiſtino-
rū ſeptē mēſibus. Et poſt hec vocauerunt
Supra.5.c. philiſthijm ſacerdotes ⁊ diuinos dicentes.
Quid faciemus de arca dei? Indicate no-
bis quō remittamus eā in locū ſuū. Qui
dixerunt. Si remittitis arcā dei iſrael no-
lite dimittere eam vacuā: ſed qđ debetis reddite ei p peccō:
⁊ tunc curabimini ⁊ ſcietis quare non recedat manus eius
a vobis. Qui dixerunt. Quid eſt qđ pro delicto reddere de
beam⁹ ei? Rñderūtq; illi iuxta nūerū puinciarū philiſtino
rū quinq; anos aureos facietiſ: ⁊ quinq; mures aureos q: pla
ga vna fuit oīb⁹ vobis ⁊ ſatrapis veſtris. Facietiſq; † ſimilitu
dines anorū vroꝝ: † ⁊ ſimilitudines muriū q̄ demoliti ſunt terrā
Alſ. † ſimilitudinem. ⁊ dabitis deo iſrael gloriam: ſi forte releuet manū ſuā a vo-
bis: ⁊ a dijs veſtris ⁊ a terra veſtra. Quare aggrauatis cor-
da veſtra ſicut aggrauauit egyptus ⁊ pharao cor ſuū? Nō-
B ne poſtq̄ percuſſus eſt tunc dimiſit eos ⁊ abierūt. Nūc er-
go arripite ⁊ facite plauſtrum nouū vnum: ⁊ duas vaccas
Exodi.12.c. fetas quibus non eſt impoſitū iugū iungite in plauſtro: et
recludite vitulos earū domi. Tolletiſq; arcā dñi ⁊ ponetis
in plauſtro: ⁊ vaſa aurea q̄ exoluiſtis ei pro delicto ponetis
in capellam ad latus eius: ⁊ dimittite eam vt vadat ⁊ aſpi-
cietis. Et ſiquidem per viam finiū ſuoꝝ aſcēderit cōtra be-
thſames ipſe fecit nobis hoc malū grande: ſin autem mini-
me: ſciemus q: nequaq̄ manus eius tetigit nos. Sed caſu
accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo. Et tollētes duas vac
cas que lactabant vitulos iunxerunt ad plauſtrum vituloſ-
q; earū concluſerunt domi. Et poſuerūt arcā dei ſup plau-
ſtrum ⁊ capſellā que habebat mures aureos ⁊ ſimilitudinē
anorum. Ibāt aūt in directū vacce per viam q̄ ducit bethſa
mes: ⁊ itinere vno gradiebātur pergentes ⁊ mugientes et
non declinabant neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Sz ⁊
C ſatrape philiſthijm ſequebantur vſq; ad terminos. Bethſa-
mes. Porro bethſamite metebant triticū in valle: ⁊ eleuā-
tes oculos viderūt arcā ⁊ gauiſi ſunt cū vidiſſent. Et plau-
ſtrum venit in agrū ioſue bethſamite: ⁊ ſtetit ibi. Erat aūt
ibi lapis magnus ⁊ conciderunt ligna plauſtri: vaccaſq; i-
poſuerunt ſup ea holocauſtū dño. Leuite autē depoſuerūt
arcā dei ⁊ capſellā que erat iuxta eā in qua erāt vaſa aurea
⁊ poſuerunt ſup lapidem grandē. Viri aūt bethſamite ob-
tulerūt holocauſta ⁊ immolauerūt victimas in die illa dño.
Et quinq; ſatrape philiſtinorum viderunt ⁊ reuerſi ſunt in D
accharon in die illa. Hi ſunt aūt ani aurei quos reddiderūt
philiſthijm pro delicto dño. Azotus vnum: gaza vnum: aſca-
lon vnum: geth vnum: accharon vnum: ⁊ mures aureos ſz
numerū vrbium philiſthijm quinq; prouinciarū ab vrbe mu-
rata vſq; ad villam que erat abſq; muro ⁊ vſq; ad abel ma-
gnū ſup quē poſuerūt arcā dñi q̄ erat vſq; i illa die in agro
ioſue bethſamitis. † Percuſſit autē dñs de viris bethſa- † Ideo q: nō fuerit digni ad eā contingendā: q: nec ſacerdotes erant q̄ ad eā acceſſerūt ſm̄ ioſephum.
mitibus eo q: vidiſſent arcā dñi: ⁊ percuſſit de pplo ſeptua-
ginta viros: ⁊ quinquaginta milia plebis. Luxitq; popul⁹
eo qđ dñs pcuſſiſſet plebē plaga magna. Et dixerūt viri be
thſamite. Quis poterit ſtare in cōſpectu dñi dei ſancti hu-
ius? Et ad quem aſcēdet a nobis? Miſeruntq; nūcios ad
habitatores cariathiari dicentes. Reduxerunt philiſthijm
arcā dñi: deſcēdite ⁊ reducite eam ad vos.

¶ Ca. Sum. De tranſitu arce in cariathiarim: de federe
populi ad dñm: iudicio ſamuelis qui iudicauit populū: de
oblatione ſamuelis ⁊ de humilitate philiſthijm ⁊ pace iſrael.
Capitulum. VII.

Venerūt ergo viri cariathiarim ⁊ reduxe- B
rūt arcā dñi: ⁊ intulerūt eā in † domū ami- Alſ. † dom[...] Ioſe.c.2. [...]
nadab in gabaa. Eleazarū aūt filium eius anti.
ſanctificauerunt: vt cuſtodiret arcam dñi.
Et factū eſt ex qua die manſit arca dñi i ca
riathiari multiplicati ſunt dies. Erat q̄p-
pe iam annus viceſimus. Et quieuit omnis domus. Iſrael Oratio ſam[...]
poſt dñm. Ait aūt ſamuel ad vniuerſam domum iſrl̃ dicēs. lis cōiunct[...]
Si in toto corde veſtro reuertimini ad dñm: auferte deos dicto.c.6.
alienos de medio † veſtri baalim ⁊ aſtaroth: ⁊ pparate cor-
da vřa dño: ⁊ ſeruite ei ſoli ⁊ eruet vos de manu philiſthijm. Alſ. † veſt[...] Ioſue.2[...]
Abſtulerunt ergo filij iſrael baalim et aſtaroth: ⁊ ſeruierūt B
dño ſoli. Dixit aūt ſamuel. Congregate vniuerſum iſrael † † Maſ[...]
in maſphat: vt orem pro vobis dñm. Et cōuenerunt in ma- hebraice ſig[...]
ſphat. Hauſeruntq; aquā ⁊ effuderunt in cōſpectu dñi ⁊ ie- ficat deo[...]
iunauerūt in die illa atq; dixerūt. Tibi peccauimus † dñe. aſpicere.
Iudicauitq; ſamuel filios Iſrael in maſphat. Et audierūt
Philiſthijm q: congregati eſſent filij iſrael in maſphat. Et
aſcenderunt ſatrape philiſtinorū ad iſrael. Quod cū audiſ-
ſent filij iſrael timuerunt a facie philiſtinorum. Dixeruntq;
ad ſamuelem. Ne ceſſes pro nobis clamare ad dñm deū no C
ſtrum vt ſaluet nos de manu philiſtinorum. Tulit autē ſa- Eccleſi.46.
muel agnum lactantem vnum: ⁊ obtulit illum holocauſtū
integrū dño. Et clamauit ſamuel ad dñm pro iſrl̃: ⁊ exaudi-
uit eum dñs. Factū eſt aūt cū ſamuel offerret holocauſtum
dño: philiſthijm inire preliū cōtra iſrael. Intonuit aūt dñs
fragore magno in die illa ſup philiſthijm ⁊ exterruit eos ⁊ ce-
ſi ſunt a filijs iſrl̃. Egreſſiq; filij iſrael de maſphat perſecuti
ſunt philiſteos ⁊ percuſſerunt eos vſq; ad † locū qui erat † Quē ioſep. appellat [...]reon.
ſubter bethchar. Tulit aūt ſamuel lapidē vnum ⁊ poſuit eū
inter maſphat ⁊ inter ſen: ⁊ vocauit nomē loci illi⁹ lapis ad
iutorij. Dixitq;. Huc uſq; auxiliatus eſt nobis dñs. Et hu- Aquilegia [...] uitas códi[...]
miliati ſunt philiſthijm: nec appoſuerunt vltra vt venirent in
terminos iſrael. Facta eſt itaq; manus dñi ſup philiſteos
cūctis diebus ſamuelis: ⁊ reddite ſunt vrbes quas tulerāt
philiſthijm ab iſrael iſraeli: ab accharon vſq; get ⁊ terminos
ſuos. Liberauitq; Iſrael de manu. Philiſtinorum: eratq;
pax inter iſrael ⁊ Ammorreum. Iudicabat quoq; Samuel
iſrael cūctis diebus vite ſue. Et ibat per ſingulos ānos cir
cumiens

Anchôa mar-chie ciuitas conditur. cũiens bethel ⁊ galgala ⁊ maſphat: ⁊ iudicabat iſraelē i ſu
pradict⁊ locis: reuertebaturq̃ i ramatha. Ibi ei erat dom⁹
ei⁹: ⁊ ibi iudicabat iſraelē. Edificauit etiā ibi altare dño.

¶ Ca. Sum. De filijs ſamuel q̄ declinauerũt ad auariciā: ⁊ ppl's petit regē: cuib⁹ ius regis p̄dicit. Ca. VIII.

B De his per ſo ſe. li. vi. antiq. capi. 3. ⁊. 4.

Factũ eſt aũt cũ ſenuiſſet ſamuel: poſuit filios ſuos iudices ſup iſrael. Fuitq̃ nomē filij eius p̄mogeniti iohel: ⁊ nomē ſecundi abia: iudicũ in berſabee. Et nõ ambulauerũt filij illi⁹ in vijs ei⁹: ſʒ declinauerũt poſt auariciā: acceperũtq̃ munera: ⁊ puerterũt iudiciũ. Cõgregati ergo vniuerſi maiores natu iſrl' venerũt ad ſamuelē in ramatha: dixerũtq̃ ei. Ecce tu ſenuiſti ⁊ filij tui non ambulãt in vijs tuis. Cõſtitue nobis regē vt iudicet nos: ſicut ⁊ vniuerſe habēt nationes. Diſplicuitq̃ ſmo in oculis ſamuelis eo q̄ dixiſſent da nobis regē vt iudicet nos. Et orauit ſamuel ad dñm. Dixit aũt dñs ad ſamuelē. Audi vocē ppl'i in oĩbus q̄ loquunť tibi. Nõ eñ te abiecerunt ſʒ me: ne regnē ſup eos. Iuxta oĩa opa ſua q̄ fecerũt a die qua eduxi eos de egypto vſq̃ ad diē hanc. Sicut dereliquerũt me ⁊ ſeruierũt dijs alienis ſic faciũt etiā tibi. Nũc ergo vocē eoꝝ audi. Uerũtñ cõteſtare eos ⁊ predic eis ius regis qui regnaturus eſt ſup eos. Dixit itaq̃ ſamuel oĩa verba dñi ad ppl'z q̄ † petierat a ſe regē: ⁊ ait. Hoc erit ius regis q̄ imperatur⁹ eſt vobis. Filios veſtros tollet ⁊ ponet i curribus ſuis: facietq̃ ſibi equites ⁊ p̄curſores quadrigarum ſuaꝝ: ⁊ cõſtituet ſibi tribunos ⁊ cēturiones ⁊ aratores agroꝝ ſuorum ⁊ meſſores ſegetũ ⁊ fabros armoꝝ ⁊ curruum ſuoꝝ. Filias q̃ veſtras faciet ſibi vnguentarias ⁊ focarias ⁊ paniſicas. Agros q̃ veſtros ⁊ vineas ⁊ oliueta optima tollet ⁊ dabit ſeruis ſuis. Sʒ ⁊ ſegetes veſtras ⁊ vinearũ reddit⁹ addecimabit vt det eunuchis ⁊ famulis ſuis. Seruos etiā veſtros ⁊ ancillas ⁊ iuuenes optimos: et aſinos auferet ⁊ ponet in opere ſuo. Greges q̃ veſtros addecimabit: voſq̃ eritis ei ſerui. Et clamabitis in die illa a facie regis veſtri quē elegiſtis vobis: ⁊ non exaudiet vos dominꝰ in die illa: q: petiſtis vobis regē. † Noluit aũt ppl'us audire vocē ſamuelis: † ſʒ dixerũt. Nequaq̃. Rex eñ erit ſuper nos ⁊ erimus nos q̃ ſicut oēs gētes ⁊ iudicabit nos rex noſter: ⁊ egredieť añ nos ⁊ pugnabit bella noſtra p̄ nobis. Et audiuit ſamuel oĩa verba populi: ⁊ locutus eſt ea in auribus dñi. Dixit aũt dñs ad ſamuelē. Audi vocē eoꝝ: et cõſtitue ſup eos regē. Et ait ſamuel ad viros iſrael. Uadat vnuſquiſq̃ in ciuitatem ſuam.

Margin: Ii. di. c. ab exordio in glo. — B — Oſee. 13. c. — Actuum. 13. c. — Lune ebarſie abs cõditur. — [illegible] eſt erũt [illegible] perierunt. — C — D — Al[s] + deficit in die iſta. — Al[s] + ſamuel. — Infra. 10. c.

¶ Cap. Sum. De ſaule ⁊ inquiſitione aſinarum: ⁊ de aduentu eius ad ſamuelem: de armo dextro dato ſauli in conuiuio ſamuelis. Cap. IX.

A

Et erat vir de beniamī noīe Cis fili⁹ abihel: filij † ſeor: filij † becor: filij ſareth: filij alphia: filij viri gemini fortis robore. Et erat ei fili⁹ vocabulo ſaul elect⁹ ⁊ bon⁹ ⁊ non erat vir de filijs iſrl' melior illo. Ab humero ⁊ ſurſũ eminebat ſup oēs ppl'z. Perierãt aũt aſine cis patris ſaul. Et dixit cis ad ſaul filiũ ſuũ. Tolle tecũ vnũ de pueris: ⁊ cõſurgēs vade ⁊ quere aſinas. Qui cũ trãſiſſent per mõtē effraim ⁊ per terrā ſaliſa: ⁊ nõ inueniſſent: tranſierũt etiam per terrā ſalim ⁊ non erant: ſʒ ⁊ per terram gemini ⁊ minime repererunt. Cum autē veniſſent in terrā ſuph ⁊ non inueniſſent: dixit ſaul ad puerũ qui erat cũ eo. Ueni ⁊ reuertamur ne forte dimiſerit pater me⁹ aſinas ⁊ ſollicitus ſit pro nobis. Qui ait ei. Ecce vir dei eſt in ciuitate hac vir nobilis: omne quod loquitur ſine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc: ſi forte idicet nobis de via noſtra propter quam venimus. Dixitq̃ ſaul ad puerum ſuum. Ecce ibimus. Quid feremus ad virum † dei? Panis deficit in ſitarcijs noſtris: ⁊ ſportulā non habem⁹ vt demus homini dei: nec quicq̃ aliud. Kurſuʒ puer rũdit

Margin: Al[s] + ſeror — Al[s] + ſeon. — Al[s] + becorath. — Speral. 8. c. — Infra. 10. d — B — Al[s] + ſupeſt dei

ſauli ⁊ ait. Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti dem⁹ homini dei: vt indicet nobis viaʒ noſtrā. Oliʒ in iſrael ſic loquebať vnuſquiſq̃ vadēs cõſulere deũ. Uenite ⁊ eamus ad videntē. Qui eñ p̄pheta diciť hodie: vocabať olim vidēs. Et dixit ſaul ad puerũ ſuum. Optim⁹ ſermo tuus. Ueni eamus. Et ierunt in ciuitatē in qua erat vir dei. Cumq̃ aſcēderēt cliuũ ciuitatis inuenerunt puellas egrediētes ad hauriendam aquā ⁊ dixerũt eis. Nũ hic eſt videns? Que rñdentes dixerũt illis. Hic eſt. Ecce ante te. Feſtina nunc. Hodie eñ venit in ciuitatem q: ſacrificiũ eſt hodie populi in excelſo. Ingredientes vrbem ſtatī inuenietis eum anteq̃ aſcēdat excelſum ad veſcendum. Neq̃ eñ comeſturus eſt popul⁹: donec ille veniat: q: ipſe benedicet hoſtie: ⁊ deinceps comedent qui vocati ſunt. Nũc ergo cõſcendite: q: hodie reperietis euʒ. Et aſcenderunt in ciuitatem. Cumq̃ illi ambularēt in medio vrbis: apparuit ſamuel egrediens obuiãʒ eius vt aſcēderet in excelſum. Dñs autē reuelauerat auriculā ſamuelis ante vnā diē q̄ veniret ſaul dicens. Hac ipſa hora que nunc eſt cras mittam virũ ad te de terra beniamin: ⁊ vnges eum ducem ſup ppl'm meũ iſrael. Et ſaluabit ppl'm meũ de manu philiſtinoꝝ: q: reſpexi ppl'm meuʒ. Uenit eñ clamor eoꝝ ad me. Cumq̃ aſpexiſſet ſamuel ſauleʒ dominus dixit ei. Ecce vir quē dixeram tibi. Iſte dñabiť populo meo. Acceſſit aũt ſaul ad ſamuelē in medio porte ⁊ ait. Indica oro mihi vbi eſt domus videntis? Et rñdit ſamuel ſauli dicens. Ego ſuʒ videns. Aſcende ante me in excelſum vt † comedas mecum hodie: ⁊ dimittam te mane: ⁊ omnia que ſunt in corde tuo. idicabo tibi. Et de aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti: ne ſollicitus ſis quia inuente ſunt. Et cuius erũt optima queq̃ iſrael? nõne tibi et † omni domui patris tui? Reſpondens autem ſaul ait. Nunquid non filius gemini ego ſum de minima tribu iſrael ⁊ cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu beniamin. Quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum? Aſſumens itaq̃ ſamuel ſauleʒ ⁊ puerũ eius introduxit eos in triclinium: ⁊ dedit eis locum in capite eoꝝ qui fuerant inuitati. Erant enim quaſi † triginta viri. Dixitq̃ ſamuel coco. Da partem quaʒ dedi tibi ⁊ precepi vt reponeres ſeorſum apud te. Leuauit autē cocus armuʒ ⁊ poſuit ante ſaul. Dixitq̃ ſamuel. Ecce q̄d remanſit pone ante te: et comede quia de induſtria ſeruatum eſt tibi quando populum vocaui. Et comedit ſaul cum ſamuele in die illa ⁊ deſcēderũt de excelſo in oppidũ. ⁊ locutus eſt cum ſaule in ſolario: † ſtrauitq̃ ſaul in ſolario ⁊ dormiuit. Cumq̃ mane ſurrexiſſent ⁊ iam dies luceſceret vocauit ſamuel ſauleʒ in ſolario dicēs. Surge ⁊ dimittā te. Et ſurrexit ſaul. Egreſſiq̃ ſunt ambo: ipſe videlicet ⁊ Samuel. Cumq̃ deſcenderent in extrema parte ciuitatis ſamuel dixit ad ſaul. Dic puero: vt antecedat nos ⁊ tranſeat. Tu autem ſubſiſte pauliſper: vt indiceʒ tibi verbum domini.

Margin: 3. Reg. 2. et. 13. d. — C — Al[s] + comedatis. — Al[s] + ſuper eſt omn. — D — + Ioſep. ſcribis ſeptuaginta. — i. q. 1. capit. iudices. — 44. di. c. quando. i. arg. d ſacra vnc. c. vnt. co. — + Hebrei non hñt: ſtrauitq̃ ſaul in ſolario ⁊ dormiuit: ſʒ greci addunt.



¶ Ca. Sū. De vnctione ſaulis in regē ⁊ ſignis datis ſibi: ⁊ ꝓcepto expectatiōis: ⁊ de ꝓphetatione ſaulis: ⁊ de confirmatiōne regni eius ppl'i ſorte in maſphat. Ca. X.

A
Infra. 15. c. 75. di. c. i. in ꝑ. exēplo in glo. i. q. 7. §. Item obijcitur. i. q. i. c. ſacrā. ⁊ in. c. dñs. ⁊. c. ꝓphetauit. Supra. 2. g.
Lacedemoniorum regnum oritur. corinthioꝝ regnū oritur.

Tulit aūt ſamuel lenticulā olei ⁊ effudit ſuper caput eius ⁊ deoſculat' eſt eū: ⁊ ait. Ecce vnxit te dñs ſuper hereditatē ſuā in principē ⁊ liberabis populū ſuū de manibus inimicoꝝ eius: qui in circuitu eius ſunt. Et hoc tibi ſignū: q: vnxit te dñs in principē. Cum abieris hodie a me inuenies duos viros iuxta ſepulchꝛū rachel in finibus beniamin in meridie ſaliētes magnas foueas: dicentes tibi. Inuente ſunt aſine ad quas ieras ꝗquirendas: ⁊ intermiſſis pater tuus aſinis ſollicitus eſt ꝓ vobis: ⁊ dicit. Quid faciā de filio meo? Cūq; abieris inde ⁊ vltra tranſieris ⁊ veneris ad quercū thaboꝛ: inuenient te ibi tres viri aſcendentes ad deū in bethel: vnus portans tres hedos: ⁊ alius tres toꝛtas panis: ⁊ alius portans lagenā vini. Cūq; te ſalutauerit dabūt tibi duos panes ⁊ accipies de
B
manu eoꝝ. Poſt hec venies in collē dñi: vbi eſt ſtatio philiſtinoꝝ. Et cū ingreſſus fueris ibi vꝛbē: obuium habebis gregē ꝓphetarū deſcendentiū de excelſo: ⁊ ante eos pſalterium ⁊ tympanum: ⁊ tybiā: ⁊ cytharā: ipſoſq; ꝓphetātes
Tarutiū ciuitas a troianis fundatur.
⁊ inſiliet in te ſpiritus dñi ⁊ ꝓphetabis cum eis ⁊ mutaberis in virū aliū. Quando ergo euenerint ſigna hec oīa tibi fac quecūq; inuenerit manus tua: q: dñs tecum eſt. Et deſcendes ante me in galgala. Ego quippe deſcendam
Infra. 13. b.
ad te vt offeras oblationem: ⁊ immoles victimas pacificas. Septē diebus expectabis donec veniam ad te: ⁊ oſtēdam tibi quid facias. Itaq; cum auertiſſet humerum ſuū vt abiret a ſamuele: immutauit ei deus coꝛ aliud: ⁊ venerunt oīa
Infra. 11. b.
ſigna hec in die illa. Veneruntq; ad predictū collē ⁊ ecce cuneus ꝓphetarum obuius ei. Et inſiliit ſuper eum ſpūs domini ⁊ ꝓphetauit in medio eoꝝ. Videntes autē oēs qui nouerant eum heri ⁊ nudiuſtertius qḋ eſſet cum ꝓphetis ⁊ ꝓphetaret: dixerunt adinuicem. Quenā res accidit filio cis?
C
Infra. 13. d. aīs + in prophetis.
Nū ⁊ ſaul inter ꝓphetas? Rūditq; alius ad alterū dicēs. Et † cis pater † eius? Propterea verſum eſt in prouerbiū
Aīs + quis
Aīs + eorum
Num ⁊ ſaul inter ꝓphetas? Ceſſauit autem ꝓphetare: et venit ad excelſum. Dixitq; patruus ſaul ad eū ⁊ ad puerū eius. Quo abijſtis? Qui rñderūt. Querere aſinas. Quas cum non reppeiſſemus venimus ad Samuelē. Et dixit ei
Piſarum ciuitas a grecis conditur.
patruus ſuus. Indica mihi quid dixerit tibi ſamuel. Et ait ſamuel ad patruū ſuū. Indicauit nobis: q: inuēte eſſent aſine. De ſermone aūt regni non indicauit ei quem locut' fuerat ei ſamuel. Et conuocauit ſamuel populum ad dñm in †
aīs + maſpha
Turonenſis ciuitas a bruto conditur.
maſphat ⁊ ait ad filios iſrael. Hec dicit dñs deus Iſrael. Ego eduxi filios de egypto: et erui vos de manu egyptioꝝ: ⁊ de manu oīm regū ꝗ affligebant vos. Vos aūt hodie ꝓiciſtis dñz deū veſtrū ꝗ ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis ⁊ tribulationib' veſtris. Et dixiſtis. Nequaꝗ: ſʒ
Supra. 8. d. et ſupra. 9. a.
regē cōſtitue ſuper nos. Nūc ergo ſtate coꝛam dño ꝑ tribus veſtras ⁊ ꝑ familias. Et applicauit ſamuel oēs trib' iſrael
D
Aīs + loīs tribus.
Aīs + cecidit cognatio.
+ Quare ſaul ſe abſcōderit. vide ꝑ ioſe. c. 4. li. 6. antiq.
⁊ cecidit † ſoꝛs ſuper tribū beniamin. Et applicuit tribū beniamin ⁊ cognationes eius ⁊ † cecidit ſoꝛs ſuper cognationē methri ⁊ peruenit vſq; ad ſaul filium ci'. Queſierunt ergo eum ⁊ nō eſt inuent' illic. Et cōſuluerūt poſt hec dñm vtrū nam venturus eſſet illuc. Rūditq; dñs. Ecce abſconditus eſt † domi. Cucurrerunt itaq; ⁊ tulerūt eū inde. Stetitq; in medio populi: ⁊ altioꝛ fuit vniuerſo ppl'o ab humero ⁊ ſurſum. Et ait ſamuel ad oēm ppl'm. Certe videtis quē elegit dñs: qm̄ nō ſit ſimilis illi in omni ppl'o. Et clamauit omnis ppl's ⁊ ait. Viuat rex. Locutus eſt aūt ſamuel ad ppl'z legē regni: ⁊ ſcripſit in libꝛo ⁊ repoſuit coꝛam dño. Et dimiſit ſamuel oēm ppl'm ſingulos in domū ſuā. Sed ⁊ ſaul abijt in domum ſuam in gabaa. Et abijt cum eo pars exercit' quorū tetigerat deus coꝛda. Filij vero belial dixerūt. Nū ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum ⁊ non attulerūt ei munera. Ille vero diſſimulabat ſe audire.

¶ Capi. Summariū. De naas obſidēte iabes galaad: de victoꝛia ſaulis: de aliquibus dicentibus vnde ſaluare poterit iſte. De innouatione regni eius Saul regnat in galgala.

Capitulum. XI.

Et factū eſt quaſi poſt mēſem aſcēdit naas ammonites ⁊ pugnare cepit aduerſuz iabes galaad. Dixerūtq; oēs viri iabes ad naas. Habeto nos federatos ⁊ † ſuiem' tibi. Et rūdit ad eos naas āmonites. In hoc feriā vobiſcū fedus vt eruā oīʒ veſtrū oculos dextros: ponāq; vos oppꝛobꝛiū in vniuerſo iſrael.
A
Aīs + ſuiam'. Vide ioſe. li. 6. anti. c. 6. vbi latius ſcribitur ꝙ hic.
Et dixerunt ad eum ſenioꝛes iabes. Concede nobis ſeptē dies vt mittamus nūcios ad vniuerſos terminos iſrael: et
B
ſi non fuerit qui defendat nos egrediemur ad te. Venerūt ergo nuncij in gabaa ſaulis: ⁊ locuti ſunt verba hec audiente ppl'o. Et leuauit oīs populus vocem ſuā ⁊ fleuit. Et ecce
Supra. 10.
ſaul veniebat ſequens boues de agro et ait. Quid habet ppl's ꝙ ploꝛat? Et narrauerūt ei verba viroꝝ iabes. Et inſiliuit ſpūs dñi in ſaul cū audiſſet verba hec ⁊ iratus eſt furoꝛ eius nimis. Et aſſumens vtrumq; bouē cōcidit in fruſta: miſitq; in oēs terminos iſrael per manum nuncioꝝ dicens: Quicūq; non exierit ⁊ ſecutus fuerit ſaul ⁊ Samuel ſic fiet bobus eius. Inuaſit ergo timoꝛ domini populum: ⁊
C
+ Ioſe. ſcribit ſeptuaginta milia.
egreſſi ſunt quaſi vir vnus: et recenſuit eos in bezech. Fueruntq; filioꝝum iſrael † trecenta milia: viroꝝ autem iuda triginta milia: ⁊ dixerunt nunciis qui venerāt. Sic dicetis viris qui ſunt in iabes galaad. Cras erit vobis ſalus: cū incaluerit ſol. Venerunt ergo nuncij ⁊ nunciauerunt viris iabes. Qui letati ſunt ⁊ dixerunt. Mane exibimus ad vos: ⁊ facietis nobis omne quod placuerit vobis. Et factuz eſt cum dies craſtinus veniſſet: conſtituit ſaul populum ī tres partes. Et ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina: ⁊ percuſſit ammon vſq; dum incaleſceret dies. Reliqui autē
D
Infra. 15. c. 5. q. 7. §. vlti.
diſperſi ſunt ita vt non relinquerentur ex eis duo pariter. Et ait populus ad ſamuelem. Quis eſt iſte qui dixit: ſaul non regnabit ſuper nos? Date viros ⁊ interficiemus eos. Et ait Saul. Non occidetur quiſꝙ in die hac q: hodie fecit dñs ſalutem in iſrael. Dixit aūt ſamuel ad populum. Venite ⁊ eamus in galgala: ⁊ innouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala: ⁊ fecerunt ibi regem ſaul coꝛam domino in galgala. Et immolauerunt ibi victimas pacificas coꝛam domino. Et letatus eſt ibi ſaul: ⁊ cuncti viri iſrael nimis.

¶ Ca. Sum. De innocētia ⁊ manſuetudine ſamuelis. De coꝛreptione populi: de ſignis datis de celo. Ca. XII.

A
Dixit autem ſamuel ad vniuerſuʒ iſrael. Ecce audiui vocē veſtrā iuxta oīa que locuti eſtis ad me: ⁊ cōſtitui ſuper vos regem. Et nunc rex gradit' ante vos. Ego aūt ſenui et incanui. Porro filij mei vobiſcū ſunt. Itaq; cōuerſat' coꝛam vobis ab adoleſcentia mea vſq; ad hanc diem: ecce pꝛeſto ſum. Loquimini de me coꝛam dño et coꝛam xp̄o eius vtrum bouem cuiuſꝙ tulerī: aut aſinum: ſi quempiā calūniat' ſum ſi oppꝛeſſi aliquem ſi de manu cuiuſꝙ munus accepi: ⁊ cōtēnam: illud hodie reſtituamq; vobis. Et dixerunt. Non es calūniat' nos: neq;
Eccle. 15. c.
oppꝛeſſiſti: neq; tuliſti de manu alicuius quippiā. Dixitq; ad eos. Teſtis eſt dñs aduerſum vos ⁊ teſtis chꝛiſtus eius in die hac: quia non inueneritis in manu mea quippiaʒ. Et
B
aīs + ſuper eſt adeſt.
dixerunt. Teſtis. Et ait ſamuel ad ppl'm. Dominus qui fecit Moyſen ⁊ aarō ⁊ eduxit patres noſtros de terra egypti † adeſt. Nūc ergo ſtate vt iudicio cōtēdā aduerſum vos coꝛam domino de oībus miſericoꝛdijs dñi: quas fecit dñs vobiſcum

Gene.46. vobiſcum ⁊ cum patribus veſtris. quomodo iacob ingreſſus eſt in egyptū ⁊ clamauerunt patres veſtri ad dñm: ⁊ miſit dñs moyſen ⁊ aaron ⁊ eduxit patres veſtros de egypto
Iudi.4.a. ⁊ collocauit eos in hoc loco. Qui obliti ſunt dñi dei ſui: et tradidit eos in manu ſiſare magiſtri militie regis aſoꝛ ⁊ in manu philiſtinoꝝ: ⁊ i manu regis moab: ⁊ pugnauerūt aduerſus eos. Poſtea autē clamauerūt ad dñm ⁊ dixerunt. Peccauimus: qꝛ dereliquim⁹ dominū ⁊ ſeruiuimus baalim ⁊ aſtaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicoꝛum
Iudi.6.c. Alꝭ ✝ bedan noſtroꝛū ⁊ ſeruiemus tibi. Et miſit dominus hierobaal: et
Aliꝭ ✝ bedan eſt ſanſon. ✝ badan: et barach iepthe et ſamuel: et eruit vos de manu inimicoꝝ veſtroꝝ per circuitum ⁊ habitaſtis confidenter.
C
Supra.8.d.et ſupra.10.c. Uidentes aūt qꝛ naas rex filioꝛum ammon veniſſet aduerſum vos: dixiſtis mihi. Nequaq̄: ſed rex imperabit nobis cū dñs deus veſter regnaret in vobis. Nunc ergo preſto eſt rex veſter quē elegiſtis ⁊ petiſtis. Ecce dedit vobis dominus regem. Si timueritis dñm ⁊ ſeruieritis ei: ⁊ audieritis vocē eius: ⁊ non exaſperaueritis os dñi eritis ⁊ vos: et rex qui imperat vobis ſequentes dñm deum veſtrum. Si aūt non audieritis vocē dñi: ſed exaſperaueritis ſermones eius erit manus dñi ſuper vos ⁊ ſuper patres veſtros. Sz ⁊ nunc ſtate et videte rem iſtam grandem quam factur⁹ eſt dominus in conſpectu veſtro. Nunquid non meſſis tritici eſt hodie? Inuocabo dominū ⁊ dabit voces ⁊ pluuias: et ſcietis ⁊ videbitis: qꝛ grande malum feceritis vobis in cōſpectu dñi petentes ſuper vos regem. Et clamauit ſamuel
D ad dñm: ⁊ dedit dominus vocem ⁊ pluuias in die illa. Et timuit omnis populus nimis dñm ⁊ ſamuelem. Et dixit vniuerſus populus ad ſamuelem. Oꝛa pro ſeruis tuis ad dominum deum tuum vt non moꝛiamur. Addidimus eñi vniuerſis peccatis noſtris malum: vt peteremus nobis regē. Dixit autem ſamuel ad populum. Nolite timere: vos feciſtis vniuerſum malum hoc. Uerumtamen nolite recedere a tergo dñi: ſed ſeruite dño in omni coꝛde veſtro: ⁊ nolite declinare poſt vana que nō proderunt vobis: neq̄ eruēt vos qꝛ vana ſunt ⁊ non derelinquet dñs populum ſuum ꝓpter nomen ſuum magnum: qꝛ iurauit dñs facere vos ſibi populum. Abſit aūt a me hoc peccatū in dño vt ceſſē oꝛare pro vobis: ⁊ docebo vos viam bonam ⁊ rectam. Igitur timete dominum ⁊ ſeruite ei in veritate: et ex toto coꝛde veſtro. Uidiſtis enim magnifica que in vobis geſſerit dominus: quod ſi perſeueraueritis in malicia et vos et rex veſter pariter peribitis.

Capituli Summarium. De philiſteis percuſſis a ſaule et ionatha ⁊ iterū congregatis: de filiis iſrael qui abſconderunt ſe in antris: de holocauſto ſaulis: de repꝛehenſione eius a Samuele: non ſtabit regnum eius: de diuiſione regni: de tribus cuneis philiſtinoꝝ poſt tranſgreſſionem patris: de armoꝛum defectu in iſrael niſi in ſaule ⁊ Jonatha.

Capitulum. XIII.

A
FIlius vnius anni erat ſaul cum regnare cepiſſet: duobus autem annis regnauit ſup iſrael. Et elegit ſibi ſaul tria milia de iſrael. Et erant cum ſaul duo milia in ✝ mach
Alꝭ ✝ machimas.
mas ⁊ in monte bethel: mille aūt cum ionatha in gabaa beniamin. Porro ceterū po
Alꝭ ✝ gabaad vel gabaath. vide ioſe.c.7. li.6.antiq.
pulum remiſit vnumquēq̄ in tabernacula ſua. Et percuſſit ionathas ſtationem philiſtinoꝛum que erat in gabaa. Qđ cum audiſſent philiſtijm: ſaul cecinit buccina in omni terra dicens. Audiant hebꝛei ⁊ vniuerſus iſrael audiuit huiuſcemodi famam: percuſſit ſaul ſtationem philiſtinoꝛum. Et
Ioſe. in h̄ numero diſcoꝛdat. vide eum.
erexit ſe iſrael aduerſus philiſtijm. Clamauit ergo popul⁹ poſt ſaul in galgala: ⁊ philiſtijm congregati ſunt ad prelian dum contra iſrael: triginta milia curruū: ⁊ ſex milia equitum: ⁊ reliquum vulgus ſicut arena que eſt in littoꝛe maris
Alꝭ ✝ machimas.
plurima. Et aſcendentes caſtrametati ſunt in ✝ machmas: ad oꝛientem bethauen. Quod cum vidiſſent viri iſrael ſe in arto poſitos (afflictus eñi erat populus) abſconderunt ſe in ſpeluncis: ⁊ in abditis: in petris q̄ ⁊ in antris ⁊ in ciſternis. Hebꝛei autem tranſierunt ioꝛdanem in terram gad et
B
Supra.10.b.
galaad. Cūq̄ adhuc eſſet ſaul in galgala: vniuerſus populus perterritus eſt qui ſequebať eū. Et expectauit ſeptem diebus iuxta placitū ſamuelē: ⁊ non venit ſamuel in galgala. Dilapſuſq̄ eſt populus ab eo. Ait ergo ſaul. Afferte mihi holocauſtum ⁊ pacifica. Et obtulit holocauſtū. Cumq̄ cōpleſſet offerens holocauſtū ecce Samuel veniebat. Et egreſſus eſt ſaul obuiā ei vt ſalutaret eū. Locutuſq̄ ē ad eū ſamuel. Quid feciſti. Reſpondit ſaul. Quia vidi qꝛ popul⁹ dilaberet a me: ⁊ tu non veneras iuxta placitos dies. Porro philiſtijm ꝯgregati fuerāt in ✝ machmas: dixi. Nūc deſcendent philiſtijm ad me in galgala: ⁊ faciē dñi non placaui. Neceſſitate compulſus obtuli holocauſtū ✝ dño. Dixit q̄ ſamuel ad ſaul. Stulte egiſti: nec cuſtodiſti mandata dñi dei tui que precipi tibi. Quod ſi non feciſſes: iam nunc preparaſſet dñs regnum tuum ſuper iſrael in ſempiternū. Sz nequaq̄ regnū tuum vltra conſurget. Queſiuit dñs ſibi virum iuxta coꝛ ſuum ⁊ precepit ei dñs vt eſſet dux ſuper populum ſuū: eo qđ nō ſeruaueris que precepit dñs. Surrexit aūt ſamuel ⁊ aſcendit de galgalis in gabaa beniamin.
C
Alꝭ ✝ machimas.
Alꝭ ✝ ſupereſt domino.
Gene.31.d.
2.Para.16.c.
Et reliqui populi aſcenderunt poſt ſaul obuiam populo: q̄ expugnabant eos venientes ✝ de galgala in gabaa in colle
Alꝭ ✝ ex.
beniamin. Et recenſuit ſaul populū qui inuēti fuerant cum eo quaſi ſexcētos viros: ⁊ ſaul ⁊ ionathas filius ei⁹: populuſq̄ qui inuentus fuerat cum eis erat in gabaa beniamin. Porro philiſtijm cōſederāt in ✝ machmas. Et egreſſi ſunt
D
Alꝭ ✝ machimas.
ad preliādū de caſtris philiſtinoꝛum tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viā effraim ad terrā ſaul. Porro ali⁹ ingrediebatur per viā bethoꝛon. Tertius autem verterat ſe ad iter termini in terra ſabba imminentis vallis ſeboim cōtra deſertum. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra iſrl. Cauerant eñi philiſtijm ne foꝛte facerent hebꝛei gladium aut lanceā. Deſcēdebat ergo oīs iſrael ad philiſtijm vt exacueret vnuſquiſq̄ vomerē ſuū ⁊ ligonē ⁊ ſecurim ⁊ tridentē ⁊ ſarculum. Retuſe itaq̄ erant acies vomerum ⁊ ligonum ⁊ tridentiū ⁊ ſecuriū vſq̄ ad ſtimulū coꝛrigendū. Cūq̄ veniſſet dies prelij: non eſt inuentus enſis ⁊ lācea in manu toti⁹ populi qui erat cū ſaul ⁊ ionatha excepto ſaul ⁊ ionatha filio eius. Egreſſa eſt aūt ſtatio philiſtinoꝝ: vt ✝ tranſcenderet in ✝ machmas.
Alꝭ ✝ trāſcenderent.
Alꝭ ✝ machimas.

Cap. Summa. De ionatha ⁊ armigero eius q̄ aſcēdūt ad philiſtijm: dat ſignū armigero qꝛ tradať philiſtijm i manus eoꝝ: in modo loquendi: de victoꝛia eius: de adiuratione populi facta a ſaule: de melle guſtato a ionatha: qui foꝛte deprehenditur: ⁊ a moꝛte per populum liberatur. Noīa generis ſaulis ⁊ quoꝛumdā de familia. Cap. XIIII.

A
Quae hic ſequunť ſcribit ioſe. lib.7. an. ca.7. in nullo pene diſcoꝛdans.
ET accidit in quadam die vt diceret ionathas filius Saul ad adoleſcentem armigerum ſuum. Ueni ⁊ tranſeamus ad ſtationem philiſtinoꝝ que eſt trās locum illum. Patri autem ſuo hoc ipſum non indicauit. Porro Saul moꝛabatur in extrema parte gabaa ſub malogranato que erat in agro gabaa. Et erat populus cum eo quaſi ſexcentoꝝ viroꝛum. Et achias filius achitob fratris ichabod filij phinees qui oꝛtus fuerat ex hely ſacerdote domini in ſylo: poꝛtabat ✝ ephot. Sz ⁊ populus ignoꝛabat quo iſſet ionathas. Erant autē inter aſcenſus per quos nitebatur Jonathas tranſire ad ſtationem philiſtinoꝛum eminentes petre ex vtraq̄ parte ⁊ quaſi in modum dentium ſcopuli hinc inde prerupti. Nomen vni boſes: ⁊ nomen alteri Sene. Unus ſcopulus pꝛominēs ad aquilonē ex aduerſo ✝ machmas: ⁊ alter ad meridiem contra gabaa. Dixit autem ionathas ad adoleſcentem armigerum ſuum. Ueni tranſeamus ad ſtationē incircūciſoꝝ
Alꝭ ✝ ephod.
Sicetiā deſcribit locum iſtū Joſephus.
Alꝭ ✝ machimas.

rū hoꝛum ſi foꝛte faciat dñs pro nobis:qꝛ non eſt domino
alſ.+ in multitudine. difficile ſaluare vel in † multis vel in paucis. Dixitqꝫ ei ar-
miger ſuus. Fac oīa que placēt aīo tuo. Perge quo cupis
B ⁊ ero tecum † vbicūqꝫ volueris. Et ait ionathas. Ecce nos
alſ.+ego. alſ.+quocūqꝫ. tranſimus ad viros iſtos. Cūqꝫ apparuerimus eis: ſi tali-
ter locuti fuerint ad nos: manete donec veniamus ad vos:
ſtemus in loco noſtro: nec aſcendamus ad eos. Si autē di-
xerint aſcendite ad nos: aſcendamus ad eos: quia tradidit
alſ.+iſrael. eos dñs in manibus † noſtris. Hoc erit nobis ſignum. Ap-
Judicū.14.c paruit igitur vterqꝫ ſtationi philiſtinoꝝ. Dixeruntqꝫ phili-
ſthim. En hebꝛei egrediuntur de cauernis in quibus abſcō-
diti fuerant. Et locuti ſunt viri de ſtatione ad ionatham et
ad armigerum eius. Dixeruntqꝫ. Aſcendite ad nos: ⁊ oſtē-
1.Mach.4.d. demus vobis rem. Et ait ionathas ad armigerum ſuum.
Aſcendamus. Sequere me. Tradidit enim dñs eos in ma-
nus iſrael. Aſcendit autem ionathas manibus ⁊ pedib9 re-
ptans. ⁊ armiger eius poſt eum. Itaqꝫ cum vidiſſent faciē
ionathe alij cadebant ante ionathan: alios armiger ei9 in-
terficiebat ſequens eum. Et facta eſt plaga pꝛima qua per-
cuſſit ionathas ⁊ armiger eius quaſi viginti viroꝛum i me-
dia parte iugeris quam par boum in die arare conſueuit.
C Et factum eſt miraculū in caſtris ⁊ per agros. Sed ⁊ om-
nis populus ſtationis eoꝛum qui ierant ad pꝛedandum ob-
ſtupuit ⁊ conturbata ſunt caſtra. Et accidit quaſi miracu-
lum a deo. Et reſpexerunt ſpeculatoꝛes ſaul qui erant ī ga-
baa. Beniamin. et ecce multitudo pꝛoſtrata: ⁊ huc illucqꝫ
diffugiens. Et ait ſaul populo qui erat cum eo. Requirite
⁊ videte quis abierit ex nobis. Cūqꝫ requiſiſſet repertum
eſt non adeſſe Jonathan ⁊ armigerum eius. Et ait ſaul ad
achiam. Applica arcam domini. Erat enim ibi arca domi-
ni in die illa cum filijs iſrael. Cumqꝫ loqueretur ſaul ad ſa-
cerdotum: tumultus magnus exoꝛtus eſt in caſtris philiſti-
noꝛum. Creſcebatqꝫ paulatim ⁊ clarius reſonabat. Et ait
ſaul ad ſacerdotem. Contrahe manum tuam. Cōclamauit
ergo ſaul ⁊ omnis populus qui erat cum eo ⁊ venerūt vſqꝫ
ad locum certaminis. Et ecce verſus fuerat gladius vniuſ-
cuiuſqꝫ ad pꝛoximum ſuū: ⁊ cedes magna nimis. Sed ⁊ he-
bꝛei qui fuerant cum philiſthijm heri ⁊ nudiuſtertius aſcēde-
rantqꝫ cum eis in caſtris: reuerſi ſunt vt eſſent cum iſrael: ⁊
his qui erāt cum ſaul ⁊ ionatha. Omnes quoqꝫ iſraelite q̄
D ſe abſconderāt in monte effraim audiētes ꝙ fugiſſent phi-
liſtei: ſociauerunt ſe cum ſuis in pꝛelio. Et erant cum Saul
quaſi decem milia viroꝛum. Et ſaluauit dominus deus Iſ-
rael in die illa. Pugna autem peruenit vſqꝫ ad bethauem.
Et viri iſrael ſociati ſunt ſibi ī die illa. Adiurauit aūt Saul
populū dicens. Maledictus vir qui comederit panē vſqꝫ
ad veſperum: donec vlciſcar de inimicis meis. Et non man-
Infra eodem. ducauit vniuerſus populus panē. Omniſqꝫ terre vulgus
venit in ſaltum in quo erat mel ſup faciem agri. Ingreſſus
eſt itaqꝫ populus ſaltum ⁊ apparuit fluēs mel: nulluſqꝫ ap-
plicuit manum ad os ſuum. Timebat eniꝫ populus iuramē-
tum. Poꝛro ionathas non audierat cum adiuraret pater
eius populum. Extenditqꝫ ſummitatem virge quam ha-
bebat manu ⁊ intingit in fauum mellis et conuertit in ma-
Supra eodē. num ſuam ad os ſuum: ⁊ illuminati ſunt oculi eius. Reſpō-
denſqꝫ vnus de populo ait. Iureiurando cōſtringit pater
tuus ppłm dicens. Maledictus vir qui comederit panem
hodie. Defecerat autē ppłs. Dixitqꝫ ionathas: Turbauit
pater meus terrā. Vidiſtis ipſi: quia illuminati ſunt oculi
mei: eo ꝙ guſtauerim paululum de melle iſto: quātomagis
E
alſ.+ machbinas. ſi comediſſet populus de pꝛeda inimicoꝛum ſuoꝝ q̄ reppe-
rit? Nonne maioꝛ plaga facta fuiſſet in philiſthijm? Percuſ-
ſerunt ergo in die illa philiſteos † a machinis vſqꝫ in hay-
lon. Defatigatus eſt autē ppłs nimis: ⁊ verſus ad pꝛedā tu-
lit oues ⁊ boues: ⁊ vitulos: ⁊ mactauerūt in terra. Come-
ditqꝫ populus cum ſanguine. Nunciauerunt autem ſauli

dicētes. ꝙ populus peccaſſet dño: comedens cum ſanguine.
Qui ait. Pꝛeuaricati eſtis: voluite ad me iā nūc ſaxū grā-
de. Et dixit ſaul. Diſpergimini in vulg9 ⁊ dicite eis vt ad- alſ.+ veterem.
ducat ad me vnuſquiſqꝫ bouem ſuum arietem: ⁊ occidite ſu-
per iſtud: ⁊ † veſcimini ⁊ nō peccabitis dño comedētes cū
ſanguine. Adduxit itaqꝫ oīs ppłs vnuſquiſqꝫ bouē in ma- alſ.+ ſuper
nu ſua vſqꝫ ad noctem ⁊ occiderunt ibi. Edificauit aūt ſaul pꝛimum.
altare dño. Tuncqꝫ † pꝛimum cepit edificare altare dño.
Et dixit ſaul. Irruamus ſuper philiſteos nocte et vaſtem9 F
eos vſqꝫ dum illuceſcat mane: nec relinquam9 ex eis virū.
Dixitqꝫ popul9. Omne q̄d bonū tibi videt in oculis tuis
fac. Et ait ſacerdos. Accedamus huc ad deum. Et conſu- alſ.+ pſequar.
luit ſaul dñm dicens. Num † perſequar philiſthijm? Si tra- alſ.+ manus. Infra.28.a.
des eos in † manu iſrael? Et non reſpondit ei in die illa.
Dixitqꝫ ſaul. Applicate huc vniuerſos angulos populi: et 22.q.2.§.ſi.
ſcitote ⁊ videte per quem acciderit hoc peccatum hodie.
Viuit dñs ſaluatoꝛ iſrael: qꝛ ſi per ionathan filium meū fa-
ctum eſt abſqꝫ retractatione moꝛietur. Ad quod nullus cō-
tradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuerſuꝫ iſrael. Se- 3.q.7.§.ſi.
paramini vos in partem vnam ⁊ ego cū ionatha filio meo 9.2.§.2.
ero in parte altera. Reſponditqꝫ populus iſrael ad ſaul.
Quod bonum tibi videtur in oculis tuis fac. Et dixit ſaul
ad dñm deuꝫ iſrael. Dñe deus iſrael da iudiciū quid eſt q̄d
non reſpōderis ſeruo tuo hodie? Si in me aut in ionatha
filio meo eſt iniquitas hec: da oſtenſionem. Aut ſi hec iniq̄-
tas eſt in populo tuo da ſanctitatē. Et depꝛehenſus eſt io- Joſue.7.c.
nathas ⁊ ſaul: populus aūt exiuit. Et ait ſaul. Mittite ſoꝛ- G
tem inter me ⁊ inter ionathan filium meum: ⁊ captus eſt io-
nathas. Dixit aūt ſaul ad ionathā. Indica mihi quid fece-
ris? Et ⁊ īdicauit ei ionathas ⁊ ait. Guſtās guſtaui iſūmita-
te virge que erat in manu mea paululuꝫ mellis: ⁊ ecce ego Infra.22.c.
moꝛioꝛ. Et ait ſaul. Hec faciat mihi deus: ⁊ hec addat: qꝛ
moꝛte moꝛieris ionatha. Dixitqꝫ popul9 ad ſaul. Ergo ne
ionathas moꝛietur: qui fecit ſalutē hanc magnaꝫ in iſrael?
Hoc nephas eſt. Viuit dñs: ſi ceciderit capillus de capite
eius in terram qꝛ cū deo operatus eſt hodie. Liberauit er- 23.q.2.§.ſi.
go populus ionathan vt non moꝛeretur. Receſſitqꝫ Saul q.1.in.fum.
nec perſecutus eſt philiſthijm. Poꝛro Philiſthijm abierunt de iuretu.c.ſi
in loca ſua. At ſaul confirmato regno ſup iſrael pugnabat chriſtus.
per circumitum aduerſuꝫ oēs inimicos eius contra moab 26.q.2.§.ſed quoqꝫ.
⁊ filios ammon ⁊ edom ⁊ reges ſoba: ⁊ philiſteos. ⁊ quocū- de ma. ⁊ ob.
qꝫ ſe verterat ſuperabat. Congregatoqꝫ exercitu percuſſit cap. 2.
amalech ⁊ eruit iſrael de manu vaſtatoꝛum eius. Fuerunt alſ.+ me...
autem filij ſaul: ionathas ⁊ ioſui: ⁊ melchiſua: ⁊ nomia dua-
rum filiarum eius: nomen pꝛimogenite † Merob: ⁊ nomē Supra.9.
minoꝛis. Michol: ⁊ nomen vxoꝛis ſaul achinoeꝫ: filia achi- 1.para.8.c.
maas. Et nomen pꝛincipis militie eius abner filius Ner:
patruelis ſaul. Poꝛro cis fuerat pater ſaul ⁊ ner pater ab-
ner filius abiel. Erat autem bellum potens aduerſum phi-
liſteos omnibus diebus ſaul. Nā quēcūqꝫ viderat ſaul vi-
rum foꝛtem ⁊ aptum ad pꝛelium ſociabat eum ſibi.

Cap. Summa. De pꝛecepto dato ſauli vt deleret ama-
lech: de trāſgreſſione eius: qꝛ pepercit agag regi: de cōmē-
datione obedientie: de expulſione ſaulis de regno ſamuel
luget ſaul. Ca.XV. A

Et dixit ſamuel ad ſaul. Me miſit dñs: vt 1.q.1.c. dñs.
vngerem te in regeꝫ ſuper populū ei9 iſrł. 8.q.1.c. audacter.
Nūc ergo audi vocem dñi. Hec dicit dñs Exodi.17.d.
exercituū. Recenſui quecunqꝫ fecit ama- 1.q.4.§.item pctō ciuiū.
lech Iſraeli. Quomodo reſtitit ei in via cū item pctō amalechitarum.
aſcenderet de egypto. Nunc ergo vade et 2.q.7.§.item
percute amalech: et demolire vniuerſa eius. Non parcas balaā. in fine.
ei et non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice
a viro vſqꝫ ad mulierem. Et paruulum atqꝫ lactantem bo-
uem ⁊ ouem: camelum et aſinum. Pꝛecepit itaqꝫ ſaul ppło

et recenſuit

Ioſep. in hoc numero diſcordat. vide eũ. c. viij. lib. vj. ãti. ⁊ receſſuit eos quaſi agnos ducẽta milia peditũ et decẽ mi-
lia viroꝝ iuda. Cũqꝫ veniſſet ſaul vſqꝫ ad ciuitatẽ amalech
tetendit inſidias in torrẽte: Dixitqꝫ ſaul cyneo. Abite rece
B dite atqꝫ diſcedite ab amalech ne forte inuoluã te cũ eo. Tu
enim feciſti miam cum oĩbus filijs iſrael: cum aſcẽderẽt de
egypto. Et receſſit cyneus de medio amalech. Percuſſitqꝫ
Alš + veniens aſa + ad aſſur ſaul amalech ab euila donec † venit † aſſur que eſt e regiõe
egypti. Et apprehendit agag regem amalech viuum. Om-
ne autem vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit ſaul et
populus agag ⁊ optimis gregibus ouium ⁊ armentorum:
⁊ veſtibus ⁊ arietib' ⁊ vniuerſis que pulchra erant: nec vo
luerunt diſperdere ea. Quicqd vo vile fuit ⁊ reprobũ hoc
Gen. 6. b eodem. demoliti ſunt. Factum eſt autem verbũ dñi ad ſamuelẽ di-
cens: Penitet me quod conſtituerim Saul regem: qꝛ dere
C liquit me ⁊ verba mea opere non impleuit. Contriſtatuſqꝫ
eſt ſamuel: ⁊ clamauit ad dñm tota nocte. Cumqꝫ de nocte
ſurrexiſſet ſamuel vt iret ad ſaul mane nunciatum eſt ſamue
Deuter. 20. d. li: eo quod veniſſet ſaul in carmelum ⁊ erexiſſet ſibi fornicem
triumphalem: ⁊ reuerſus tranſiſſet: deſcendiſſetqꝫ ĩ galga-
la. Venit ergo ſamuel ad ſaul ⁊ ſaul offerebat holocauſtum
domino de initijs predarũ que attulerat de amalech. Et cũ
veniſſet ſamuel ad ſaul dixit ei ſaul. Benedictus tu domino
Impleui verbũ domini. Dixitqꝫ ſamuel. Et que eſt hec vox
gregũ q̃ reſonat ĩ auribus meis ⁊ armẽtoꝝ quã ego audio.
Et ait ſaul. De amalech adduxerunt ea. Pepercit enim po
pulus melioribus ouibus ⁊ armentis: vt immolarẽtur do-
mino deo tuo: reliqua vero occidimus. Ait autem Samuel
ad ſaul. Sine me ⁊ indicabo tibi que locut' ſit domin' ad
me nocte. Dixitqꝫ ei. Loquere. Et ait Samuel. Nonne cũ
paruulus eſſes in oculis tuis: caput in tribubus Iſrael fa-
Alš + via. ctus es? Vnxitqꝫ dominus in regem ſuper iſrael ⁊ miſit te
dominus in † viam ⁊ ait. Vade ⁊ interfice peccatores ama-
lech: ⁊ pugnabis contra eos vſqꝫ ad internitionem eorum.
E Quare ergo non audiſti vocem domini: ſed verſus ad pre-
Eccle. 4. d. q. 1. c. ſciẽdũ. dam es et feciſti malum in oculis domini? Et ait Saul ad
diſt. §. verũ Samuelem. Immo audiui vocem domini: et ambulaui in
... ũd p̃ſby via per quam miſit me dominus ⁊ adduxi agag regem ama-
lech: et amalech interfeci. Tulit autem de preda populus:
q. 4. §. item peccato ariolandi et pythonis oues ⁊ boues primitias eorum que ceſa ſunt vt immolet do
mino deo ſuo in galgalis. Et ait Samuel. Nunquid vult
q. 7. c. illud dominus holocauſta ⁊ victimas: ⁊ non potius vt obediat
precepis. voci domini? Melior eſt enim obedientia quam victime: ⁊
de molo. cap. illud auſcultare magis q̃ offerre adipem arietum: quoniam qua
q. 7. c. fin. ibi cum eſſet ſi peccatum ariolandi eſt repugnare: ⁊ quaſi ſcelus idola-
Supra. 11. c. trie nolle acquieſcere. Pro eo ergo quod abiecisti ſermonẽ
domini: abiecit te dominus ne ſis rex. Dixitqꝫ ſaul ad Sa-
F muelẽ. Peccaui quia preuaricatus ſum ſermonem domini
⁊ verba tua: timens populum ⁊ obediens voci eorum. Sed
nunc porta queſo peccatum meum ⁊ reuertere mecum: vt
adorem dominum ⁊ ait Samuel ad ſaul. Non reuertar te-
cum: quia proiecisti ſermonem domini: ⁊ proiecit te domi-
nus ne ſis rex ſuper iſrael. Et conuerſus eſt ſamuel: vt abi-
ret. Ille autem apprehendit ſummitatem pallij eius que et
ſciſſa eſt. Et ait ad eum ſamuel. Scidit dominus regnum iſ-
rael a te hodie: ⁊ tradidit illũd proximo tuo meliori te. Por-
ro triumphator in iſrael non parcet: ⁊ penitudine non flecte
...tra. 18. c. tur. Neqꝫ enim homo eſt vt agat penitentiam. At ille ait.
Peccaui. Sed nunc honora me coram ſenioribus populi
mei: ⁊ coram Iſrael ⁊ reuertere mecum vt adorem dominũ
G deum tuum. Reuerſus ergo ſamuel ſecutus eſt ſaulem. Et
q. 4. c. pre- ſeuerat. adorauit ſaul dominum. Dixitqꝫ Samuel. Adducite ad me
agag regem amalech. Et oblatus eſt ei agag pinguiſſimus
...ꝫ hebreorũ ... ioſephum tremens ⁊ dixit agag. Siccine ſeparat amara mors. Et ait
ſamuel. Sicut fecit abſqꝫ liberis mulieres gladius tuus: ſic
abſqꝫ liberis erit inter mulieres mater tua. Et in fruſta cõ-
cidit eum Samuel coram domino in galgalis. Abijt autem

ſamuel in ramatha. Saul vero aſcendit in domum ſuam in 23. q. 5. poſt. c
† gabaa. Et non vidit ſamuel vltra Saul: vſqꝫ in diem mor reos.
tis ſue. Veruntamen lugebat ſamuel ſaul: qm̃ dominus pe- al + gabaoth
nitebat quod conſtituiſſet regem ſaul ſuper iſrael. 2. q. 7. §. itẽ. c balaã. ante fi 1. q. 4. §. item peccator.

¶ Ca. Sum. De vnctione dauid in regem in domo patris
ſui. De ſpiritu nequam qui vexabat ſaul: de dauid qui percu
tiebat citharam.
Ca. XVIj

A
Dixitqꝫ dominus ad ſamuelem. Vſquequo De pen. di. 1. c predixerat.
tu luges ſaul: cum ego proiecerim eum: ne
regnet ſuper iſrael. Imple cornu tuũ oleo Ioſeph' li. vj anti. c. ix. ſcri
⁊ veni vt mittam te ad yſai bethleemitem. bit que hic d
Prouidi enim in filijs eius mihi regem. Et cuntur.
ait ſamuel. Quo vadam? Audiet enim ſaul
⁊ interficiet me. Et ait dñs. Vitulum de armento tolles in
manu tua ⁊ dices. Ad immolandum dño veni. Et vocabis
yſai ad victimam ⁊ ego oſtendam tibi quid facias ⁊ vnges
quẽcumqꝫ monſtrauero tibi. Fecit ergo ſamuel ſicut locut'
eſt ei dñs. Venitqꝫ in bethleem. Et admirati ſunt ſeniores 3. Regum. 2. c
ciuitatis: occurrentes ei. Dixeruntqꝫ. Pacificus ne eſt in- Leui. 20. b.
greſſus tuus? ⁊ ait. Pacificus. Ad immolandum domino Ioſue. 3. b.
veni. Sanctificamini ⁊ venite mecum vt immolem. Sancti B
ficauit ergo yſai ⁊ filios eius ⁊ vocauit eos ad ſacrificium.
Cumqꝫ ingreſſi eſſent vidit eliab ⁊ ait. Nunc coram dño eſt
chriſtus eius. Et dixit dñs ad ſamuelem. Ne reſpicias vul
tum eius: neqꝫ altitudinẽ ſtature eius: quoniam abieci eum
nec iuxta intuitum hoĩs ego iudico. Homo enim videt ea
q̃ parent: dñs autẽ intuetur cor. Et vocauit yſai aminadab
⁊ adduxit eum coram ſamuel: Qui dixit. Nec hunc elegit
dñs. Adduxit autem yſai ſamma de quo ait. Etiam hũc nõ
elegit dñs. Adduxit itaqꝫ yſai ſeptem filios ſuos coram ſa-
muel ⁊ ait Samuel ad yſai. Non elegit dominus ex iſtis.
Dixitqꝫ ſamuel ad yſai. Nunquid iam completi ſunt filij.
Qui reſpondit. Adhuc reliquus eſt paruul': ⁊ paſcit oues
Et ait ſamuel ad yſai. Mitte ⁊ adhuc eũ. Nec enim diſcũ- C
bemus priuſq̃ huc ille veniat. Miſit ergo ⁊ adduxit eum.
Erat autẽ rufus ⁊ pulcher aſpectu: decoraqꝫ facie: ⁊ ait do Gene. 39. b.
minus. Surge ⁊ vnge eum: ipſe eſt enim. Tulit ergo Sa 2. Regũ. 7. b.
muel cornu olei ⁊ vnxit eum in medio fratrum eius. Et di- 75. di. c. 1. in ꝓ. exẽplo.
rectus eſt ſpiritus dñi a die illa in dauid ⁊ deinceps. Sur- 78. d. 5. hoc re
genſqꝫ ſamuel abijt in ramatha. Spiritus autem domini re- gulariter.
ceſſit a ſaul: et exagitabat eum ſpiritus nequam a domino. De pe. di. 2. §.
Dixeruntqꝫ ſerui ſaul ad eum. Ecce ſpiritus domini malus opponitur.
exagitat te. Iubeat dominus noſter † rex ⁊ ſerui tui q̃ co- 2 qõ. 7. §. item Dauid.
ram te ſunt querent hominem ſcientem pſallere cithara: vt Alš + ſuper- eſt rex.
quando arripuerit te ſpiritus domini malus pſallat manu
ſua ⁊ leuius feras. Et ait ſaul ad ſeruos ſuos. Prouidete Supra. 10. a.
ergo mihi aliquem bene pſallentem: ⁊ adducite eum ad me. Pſal. 77.
Et reſpondens vnus de pueris ait. Ecce vidi filium yſai be- Actuum. 13. d.
thleemitem ſcientem pſallere ⁊ fortiſſimum robore et virum D
bellicoſum ⁊ prudentem in verbis ⁊ virum pulchrum et do
minus eſt cum eo. Miſit ergo ſaul nuncios ad yſai dicens.
Mitte ad me dauid filiũ tuũ qui eſt in paſcuis. Tulit itaqꝫ
yſai aſinũ plenũ panibus et lagenam vini ⁊ hedum de ca-
pris vnum: ⁊ miſit per manum dauid filij ſui ſauli. Et venit
Dauid ad Saul: et ſtetit coram eo. At ille dilexit eum ni-
mis: et factus eſt eius armiger. Miſitqꝫ Saul ad yſai di- Alš + accipie bat.
cens. Stet dauid in conſpectu meo. Inuenit enim gratiam De pe. diſ. 1. §.
in oculis meis. Igitur quandocumqꝫ ſpiritus domini ma- deniqꝫ. ibi ſaul
lus † arripiebat ſaul dauid tollebat citharã et percutiebat vexatus eſt.
manu ſua ⁊ refocillabatur † ſaul ⁊ leui' habebat. Recede- Alš + ſupeſt Saul.
bat enim ab eo ſpiritus malus.

¶ Capituli Summarium. De bello Philiſtijm contra
Iſrael. De victoria Dauid contra Goliam.

Capitulum. XVII.



B
Alſ + ſocho. De his. q̃ hic ſequuntur vi-de Joſe.li. vi. antiquitatum capi. x.

Congregantes aũt philiſtijm agmina ſua i
prelium cõuenerũt in † ſochoth iude ⁊ ca-
ſtrametati ſunt inter † ſochoth ⁊ azecha i
finib⁹ domi. Porro ſaul ⁊ filij iſrl̃ ↄgrega-
ti venerũt in valle therebithi: ⁊ direxerunt
aciẽ ad pugnãdũ ↄ philiſtijm. Et philiſtiĩ
ſtabãt ſup mõtẽ ex pte hac ⁊ iſrl̃ ſtabat ſupra mõtem ex alte-
ra pte vallisq; erat iter eos. Et egreſſus eſt vir ſpuri⁹ de ca-
ſtris philiſtinoꝝ noĩe goliath de geth altitudinis ſex cubi-
toꝝ ⁊ palmi ⁊ caſſis erea ſup caput eius lorica hamata idue-
bat. Porro põd⁹ loricé eius quinq; milia ſicloꝝ eris erat ⁊
ocreas ereas habebat in crurib⁹ ⁊ clype⁹ ere⁹ tegebat hu-
meros eius. Haſtile aũt haſte eius erat quaſi liciatoriũ te-
xẽtiũ. Ipz aũt ferrũ haſte ei⁹ sexcẽtos ſiclos habebat ferri.
Et armiger ei⁹ antecedebat eũ. Stãſq; clamabat aduerſuz
phalãgas iſrl̃ ⁊ dicebat eis. Quare veniſtis parati ad pre-
liũ? Nũquid ego nõ ſum philiſteus ⁊ vos ſerui ſaul? Eligi-
te ex vobis virũ: ⁊ deſcẽdat ad ſingulare certamen. Si que-
uerit pugnare mecũ ⁊ pcuſſerit me erimus vobis ſerui. Si
aũt ego pualuero ⁊ pcuſſero eũ vos ſerui eritis: ⁊ ſeruietis
nobis. Et aiebat philiſte⁹. Ego exprobraui aginib⁹ iſrl̃
hodie. Date mihi virũ ⁊ ineat mecũ ſingulare certamẽ. Au-
diẽs aũt ſaul ⁊ oẽs iſraelite ſermones philiſtei huiuſcemo-
di ſtupebãt ⁊ metuebãt nimis. Dauid aũt erat fili⁹ viri effra-
tei de quo ſupra dictuz eſt: de bethleem iuda cui nomẽ erat
yſay q̃ habebat octo filios: ⁊ erat vir in diebus ſaul ſenex et
grandeuus inter viros. Abierunt aũt tres filij eius maio-
res poſt ſaul in preliũ: ⁊ noĩa triũ filioꝝ eius qui perrexerũt
ad bellũ: heliab primogenitus ⁊ ſecũdus aminadab: terti⁹
quoq; ſamma. Dauid aũt erat minimus. Tribus ergo ma-
ioribus ſecutis ſaulẽ abijt dauid ⁊ reuerſus eſt a ſaul vt pa-
ſceret gregẽ patris ſui in bethleem. Procedebat vero phi-
liſteus mane ⁊ veſpere: ⁊ ſtabat quadraginta diebus. Di-
xit autem yſay ad dauid filium ſuuz. Accipe fratribus tuis
ephi polẽte ⁊ decẽ panes iſtos ⁊ curre in caſtra ad fratres
tuos: ⁊ decem formellas caſei has deferes ad tribunũ. Et
fratres tuos viſitabis ſi recte agãt: ⁊ cũ quibus ordiati ſũt
diſce. Saul aũt ⁊ illi † ⁊ omnes filij iſrael in valle terebithi
pugnabãt aduerſuz philiſtijm. Surrexit itaq; dauid mane
⁊ cõmendauit gregẽ cuſtodi: ⁊ onuſtus abijt ſicut precepe-
rat ei yſay ⁊ venit ad locũ magala ⁊ ad exercituz qui egreſ-
ſus ad pugnã vociferatus erat in certamine. Direxerat eñi
aciẽ iſrael ſed ⁊ philiſtijm ex aduerſo fuerant preparati. De-
relinquens ergo dauid vaſa que attulerat ſub manu cuſto-
dis ad ſarcinas cucurrit ad locũ certaminis ⁊ iterrogabat
ſi omnia recte agerent erga fratres ſuos. Cũq; adhuc ille
loqueret eis: apparuit vir ille ſpurius aſcẽdens goliath no-
mine philiſteus de geth de caſtris philiſtinoꝝ. Et loquẽ-
te eo hec eadem verba audiuit dauid. Oẽs aũt iſraelite cũ
vidiſſent virum: fugerunt a facie eius timentes cum valde

Joſephus ſcribit quatuor cubitorũ: ſed meli⁹ hic dicitur ſex. nã hõ quatuor cubitorũ non eſt excelſe magnitudinis cum multi tales inueniant

B
Uide alia vba goliath p ioſ. in dict. c. x.

alſ + ſupeſt ⁊

C

Et dixit vnuſquiſpiam de Iſrael. Num vidiſti virum hũc
qui aſcendit? Ad exprobrandum enim Iſrael aſcendit.
Uirum ergo qui percuſſerit eum dabit rex diuitijs magnis
et filiam ſuã dabit ei. Et domuz patris eius faciet abſq; tri-
buto in Iſrael Et ait Dauid ad viros qui ſtabant ſecuz di-
cens. Quid dabitur viro qui percuſſerit philiſteum hunc
⁊ tulerit opprobrium de iſrael? Quis eſt enim hic Phili-
ſteus incircunciſus: q̃ exprobrauit aciem dei viuentis.
Referebat autem ei populus eundem ſermonem dicens.
Hec dabuntur viro qui percuſſerit eum. Quod cum audiſ-
ſet. Heliab frater eius maior loquente eo cum alijs iratus
eſt contra dauid et ait. Quare veniſti ⁊ quare dereliquiſti
paucul as oues illas in deſerto? Ego noui ſuperbiam tuaz
et nequitiam cordis tui: quod vt videres prelium deſcendi-
ſti. Et dixit Dauid. Quid feci? Nunquid non verbum eſt I. 20. a. v. 26
Et declinauit paulul um ab eo ad alium. Dixitq; eundem
ſermonem. Et reſpondit ei populus verbum ſicut prius.
Audita ſunt autem verba que locutus eſt Dauid et annun-
ciata in conſpectu ſaul. Ad quem cum fuiſſet adductus lo-
cutus eſt ei. Non concidat cor cuiuſquam in eo. Ego ſer-
uus tuus vadam et pugnabo aduerſus Philiſteum. Et
ait. Saul ad Dauid. Nõ vales reſiſtere Philiſteo iſti: nec
pugnare aduerſus eum: quia puer es. Hic autem vir bella-
tor eſt ab adoleſcentia ſua. Dixitq; Dauid ad Saul. Pa-
ſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem: et veniebat leo: vel
vrſus et tollebat arietem de medio gregis: et perſequebar
eos et percutiebam: eruebamq; de ore eorum. Et illi cõſur-
gebant aduerſum me: et apprehendebam mentum eorum
et ſuffocabam: interficiebamq; eos. Nam et leonem ⁊ vr-
ſum interfeci: ego ſeruus tuus. Erit igitur et Philiſteus
hic incircunciſus quaſi vnus ex eis. Nunc vadam et au-
feram opprobrium populi. Quoniam quis eſt iſte. Phili- E
ſteus incircunciſus: qui auſus eſt maledicere exercitu dei
viuentis? Et ait Dauid Dominus qui † eripuit me de ma- Alſ + eri
nu Leonis: ⁊ de manu vrſi. Ipſe me liberabit de manu phi-
liſtei huius. Dixit autem. Saul ad dauid. Uade et domi-
nus tecuz ſit. Et induit ſaul Dauid veſtimentis ſuis: ⁊ im-
poſuit galeam eream ſuper caput eius: et veſtiuit eum lo-
rica. Accinctus ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuaz
cepit tentare ſi armatus poſſet incedere. Nõ eñi habebat
conſuetudinem. Dixitq; dauid ad. Saul Non poſſuz ſic in-
cedere: quia non vſum habeo. Et depoſuit ea. Et tulit ba-
culum ſuum quem ſemper habebat in manibus. ⁊ elegit ſi-
bi quinq; limpidiſſimos lapides de torrente: ⁊ miſit eos in
peram paſtoralem quam habebat ſecum: ⁊ fundã manu tu-
lit: ⁊ proceſſit aduerſum philiſteũ. Ibat aũt philiſteus ince-
dẽs ⁊ appropinquãs aduerſuz dauid: ⁊ armiger eius ante
eum. Cũq; inſpexiſſet eũ philiſteus ⁊ vidiſſet dauid: deſpe-
xit eũ. Erãt aũt adoleſcẽs rufus: ⁊ pulcher aſpectu. Et di-
xit philiſteus ad dauid. Nũquid ego canis ſum q̃ tu venis
ad me cũ baculo? Et maledixit philiſteus dauidi i dijs ſuis. F
Dixitq; ad dauid. Ueni ad me ⁊ dabo carnes tuas volatili-
b⁹ celi ⁊ beſtijs terre. Dixit aũt dauid ad philiſteũ. Tu ve-
nis ad me cum gladio ⁊ haſta ⁊ clypeo: ego aũt venio ad te
in nomine dñi exercituũ dei agminum iſrael: quib⁹ expro-
braſti hodie. Et dabit te dñs in manu mea: ⁊ percutiã te et
auferam caput tuum a te. Et dabo cadauera caſtroꝝ phi- I. Mach. 4.
liſtijm hodie volatilibus celi et beſtijs terre: vt ſciat omnis
terra: quia eſt dominus deus in Iſrael: ⁊ nouerit vniuerſa
eccleſia hec. quia non in gladio: nec in haſta ſaluat domin⁹.
Ipſius enim eſt bellum: ⁊ tradet vos in manus noſtras.
Cum ergo ſurrexiſſet philiſteus ⁊ veniret ⁊ appropinqua-
ret contra dauid: feſtinauit Dauid et occurrit ad pugnam
ex aduerſo philiſtei. Et miſit manum ſuam in peram: tulit-
q; vnum lapidem ⁊ funda iecit: ⁊ circũducẽs percuſſit eũ i
fronte. Et infixus eſt lapis in fronte eius: ⁊ cecidit in faciẽ
ſuam

D

ſuam ſuper terram. Preualuitq; dauid aduerſuȝ philiſteū
Eccle.47.a. in funda ⁊ lapide: percuſſumq; philiſteum interfecit. Cūq;
Mach.4.d. gladiū nō haberet in manu dauid cucurrit ⁊ ſtetit ſup phi
q. ſ.c. mona liſteū ⁊ tulit gladiū eius: ⁊ eduxit eū de vagina ſua: ⁊ inter-
par.vol.c. fecit eū: p̄ciditq; caput eius. Uidētes aūt philiſtijȝ ꝙ mor-
glo. tuus eſſet fortiſſim⁹ eoꝝ: fugerūt. Et cōſurgētes viri iſrael
B ⁊ iuda vociferati ſunt: ⁊ pſecuti ſunt philiſteos vſq; duȝ ve
nirent in vallem: ⁊ vſq; ad portas accharon. Ceciderūtq;
vulnerati de philiſthijm in via ſarim ⁊ vſq; ad geth: ⁊ vſq; ad
accharon. Et reuertentes filij iſrl̄ poſtq̄ perſecuti fuerant
philiſteos inuaſerunt caſtra eorū. Aſſumens autem dauid
caput philiſtei: attulit illud in hieruſalem: arma vero eius
poſuit in tabernaculo † ſuo. Eo autē tempore quo viderat
ſaul dauid egrediētem contra philiſteum: ait ad abner prin
+ domini. cipem militie ſue. De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens?
Dixitq; abner. Uiuit anima tua rex ſi noui. Et ait rex. In-
terroga tu cuius filius ſit iſte puer. Cūq; egreſſus eſſet da
uid percuſſo philiſteo: tulit eum abner ⁊ introduxit coram
ſaule caput philiſtei habentem in manu ſua. Et ait ad eum
ſaul. De qua progenie es o adoleſcens. Dixitq; dauid. Fi-
lius ſerui tui iſai bethleemite ego ſum.

¶ Cap̄. Summa. De amicicia ⁊ confederatione dauid et
Ionathe filij regis ſaul: de cantu mulierū percuſſit ſaul mil
le ⁊ dauid decem milia: de ira ſaulis pro hoc cantu: de ipſo
prophetante in domo ſua ⁊ volente configere dauid lancea
cum pariete: ſaul aūt ammonet dauid ⁊ promittit ei filiā ſuā
maiorem merob que alteri datur: poſtea ſaul ꝓmittit ei mi
chol filiā ſuam in vxorem: ſponſalia petit centum preputia:
dauid perſoluit ⁊ fit gener regis. Cap̄. XVIII.

A ET factum eſt cuȝ compleſſet loqui ad ſaul.
aīa ionathe conglutinata eſt aīe dauid: et
dilexit eū ionathas quaſi aīam ſuam. Tu-
litq; eum ſaul in die illa: ⁊ nō conceſſit ei vt
+ reuerteretur in domuȝ patris ſui. Inierūt
aūt dauid ⁊ ionatas fed⁹. Diligebat enim
c.ii. lib. eū quaſi aīam ſuā. Nam expoliauit ſe ionathas tunica qua
his q̄ hic erat indutus: ⁊ dedit eā dauid ⁊ reliqua veſtimēta ſua vſq;
ur. ad gladiū ⁊ arcum ſuū vſq; ad balthеū. Egrediebat̄ q̄q; dō
B ad oīa quecunq; miſiſſet eū ſaul: ⁊ prudent̄ ſe agebat. Po-
ſuitq; eū Saul ſuper viros belli: ⁊ acceptus erat in oculis
vniuerſi populi: maximeq; in conſpectu famulorum Saul.
Porro cum reuerteretur percuſſo philiſteo dauid: ⁊ ferret
caput eius in hieruſaleȝ egreſſe ſunt mulieres de vniuerſis
vrbibus iſrael cantātes: choroſq; ducentes in occurſum ſaul
regis: i tympanis letitie ⁊ in ſiſtris: ⁊ precinebāt mulieres
ludentes atq; dicentes. Percuſſit ſaul mille: ⁊ dauid deceȝ
milia. Iratus eſt autem Saul nimis ⁊ diſplicuit in oculis
eccle. dil.i. eius iſte ſermo. Dixitq;. Dederunt dauid deceȝ milia: ⁊ mi
in fin. glo. hi mille dederunt. Quid ei ſupereſt niſi ſolum regnū? Non
rectis ergo oculis Saul aſpiciebat dauid a die illa ⁊ dein-
Eccl. 47.a. ceps. Poſt diem autem alteraȝ inuaſit ſpiritus dei malus
C Saul: ⁊ prophetabat in medio domus ſue. Dauid autem
pſallebat manu ſua: ſicut p ſingulos dies. Tenebatq; Saul
lanceam ⁊ miſit computans ꝙ configere poſſet dauid cū pa
riete. Et declinauit dauid a facie eius ſecundo. Et timuit
Saul dauid eo ꝙ dn̄s eſſet cum eo: ⁊ a ſe receſſiſſet. Amouit
ergo euȝ Saul a ſe: ⁊ fecit eum tribunum ſuper mille viros.
Et egrediebatur ⁊ intrabat in conſpectu populi. In omni
bus quoq; vijs ſuis Dauid prudenter ſe agebat: ⁊ domin⁹
D erat cum eo. Uidit itaq; Saul ꝙ prudens eſſet nimis ⁊ ce-
pit cauere eum. Omnis autēȝ iſrael ⁊ iuda diligebat dauid.
Ipſe enim ingrediebatur et egrediebat̄ ante eos. Dixitq;
Saul ad Dauid. Ecce filia mea maior merob: ipſam dabo
tibi vxorem: tantūmodo eſto vir fortis ⁊ preliare bella do
mini. Saul autem reputabat dicens. Non ſit manus mea
in eo: ſed ſit ſup eum man⁹ philiſtinorum. Ait aūt dauid ad
Saul. Quis ego ſum aut que eſt vita mea aut cognatio pa
tris mei in iſrael: vt fiam gener regis? Factum eſt autem 2. Regū. 9.a.
tempus cum deberet dari Merob filia Saul Dauid: da- E
ta eſt hadrieli molachite vxor. Dilexit autem dauid michol
filiam Saul alteram. Et nunciatum eſt Saul ⁊ placuit ei.
Dixitq; ſau. Dabo eam illi vt fiat ei in ſcandalum: et ſit ſu-
per eum manus philiſtinorum. Dixitq; ſaul ad dauid. In
duabus rebus gener meus eris hodie. Et mandauit ſaul
ſeruis ſuis. Loquimini ad dauid clam me dicentes. Ecce
places regi ⁊ omnes ſerui eius diligunt te.. Nunc ergo
eſto gener regis. Et locuti ſunt ſerui Saul in auribus Da
uid omnia verba hec. Et ait dauid. Num paruȝ videtur vo F
bis generum eſſe regis? Ego autē ſuȝ vir pauper ⁊ tenuis
Et renunciauerunt ſerui Saul dicentes. Huiuſcemodi ver
ba locutus eſt Dauid. Dixit autem Saul. Sic loquimini
ad Dauid. Non habet rex ſponſalia neceſſe: niſi tantum †
centum preputia philiſtinorum vt fiat vltio de inimicis re- Als+ ſexcēta
gis. Porro Saul cogitabat Dauid tradere in manus phi capita ſm ioſ.
liſtinorum. Cumq; renunciaſſent ſerui eius Dauid verba q̄
dixerat Saul: placuit ſermo in oculis Dauid vt fieret ge-
ner regis. Et poſt paucos dies ſurgens Dauid abijt in ac- G
charon cū viris qui † ſub eo erant: ⁊ percuſſit ex philiſthijm Als+cum
ducētos viros: ⁊ attulit eorū preputia ⁊ annūciauit ea regi 2. Regū. 3.c.
vt eſſe gener eius. Dedit itaq; Saul ei michol filiam ſuam 32. q. i. c. quod
vxorē. Et vidit Saul ⁊ intellexit ꝙ dominus eſſet cū dauid. autem.
Michol aūt filia ſaul diligebat eū: ⁊ ſaul magis cepit time
re dauid. Factuſq; eſt ſaul inimicus dauid cunctis diebus.
Et egreſſi ſunt principes philiſtinorum. A principio autem
egreſſionis eorum prudētius ſe gerebat dauid q̄ oēs ſerui
ſaul ⁊ celebre factum eſt nomen eius nimis.

¶ Cap̄. ſūmariū. De ſaule qui precepit occidi dauid. In
dicat hoc ei ionathas: ſaul iterū inuaditur a ſpiritu malo ⁊
vult lancea configere dauid: michol eum ſaluat: fugit Da-
uid ad ſamuelem. Saul mittit nuncios vt rapiant Dauid
tribus vicibus mittunt̄ nuncij ⁊ oēs cum ſamuele ꝓphetāt
de ſaule ꝓphetante cū ꝓphetātibus. Cap̄. XIX.

LOcutus eſt autem ſaul ad Ionathā filiuȝ A
ſuū ⁊ ad omnes ſeruos ſuos: vt occiderēt de his q̄ hic di
dauid. Porro † Ionathas filius ſaul dili- cunt̄ vid̄ ioſe.
gebat Dauid valde. Et indicauit † iona- li.6. anti.c.21.
thas dauid dicens: Querit ſaul pater me⁹ als+ionathā
occidere te. Quapropter obſerua te que-
ſo mane ⁊ manebis clā: ⁊ abſcōderis. Ego aūt † egrediens
ſtabo iuxta patrē meū in agro vbicūq; fuerit: ⁊ ego loquar al+ igrediēs
de te ad patreȝ meū ⁊ quodcūq; videro nūciabo tibi. Locu-
tus eſt ergo ionathas de dauid bona ad ſaul patrē ſuuȝ: di
xitq; ad eū. Ne pecces rex in ſeruū tuum dauid: q̄ non pec- ioſe. ſcribit io-
cauit tibi: ⁊ opera eius bona ſunt tibi valde: ⁊ poſuit aīam nathaȝ plura
ſuam in manu tua: ⁊ percuſſit philiſteuȝ. ⁊ fecit dominus ſa alia verba ꝑ-
lutem magnaȝ vniuerſo iſraeli. Uidiſti ⁊ letatus es. Qua tuliſſe in ꝯſpe
re ergo peccas in ſanguine innoxio interficiens dauid qui ctu ſaul ꝓ da-
eſt abſq; culpa? Quod cum audiſſet ſaul: placatus voce io- uid q̄ ſunt pul
nathe iurauit. Uiuit dominus: quia non occidetur. Uoca- chra in dicto
uit itaq; ionathas Dauid: ⁊ indicauit ei omnia verba hec. ca.12. in lib.6.
Et introduxit ionathas dauid ad ſaul ⁊ fuit ante eum ſicut B
erat heri ⁊ nudiuſtertius. Motum eſt autem ruſuȝ bellū
⁊ egreſſus dauid pugnauit aduerſum philiſthijȝ: percuſſitq;
eos plaga magna ⁊ fugerunt a facie ei⁹. Et factus eſt ſpi
ritus domini malus in Saul. Sedebat autē in domo ſua
⁊ tenebat lanceam. Porro Dauid pſallebat manu ſua. Ni-
ſuſq; eſt Saul configere dauid lancea in pariete. Et decli-
nauit Dauid a facie Saul. Lancea autem caſſo vulnere per
lata eſt in parietem: ⁊ Dauid fugit ⁊ ſaluatus eſt nocte illa.
Miſit ergo ſaul ſatellites ſuos nocte in domum Dauid vt
cuſtodirent eum et interficeret̄ mane. Quod cū annūciaſ- C
ſet Dauid michol vxor ſua dicens. Niſi ſaluaueris te nocte

hac cras morieris: depoſuit eum per feneſtram. Porro ille
✠ Dicit ioſe-phus q̄ michol poſuit ſub ſa-ga iecur capre ſpirans. abijt ⁊ aufugit: atq̄ʒ ſaluatus eſt. † Tulit aũt michol ſtatuã
⁊ poſuit eã ſuper lectũ: ⁊ pellem piloſaʒ caprarũ poſuit ad
caput eius: ⁊ operuit eam veſtimẽtis. Miſit aũt ſaul appa
ritores qui raperent dauid. Et reſponſum eſt q̄ egrotaret.
Rurſumq̄ʒ miſit ſaul nuncios: vt viderent dauid dicens.
Afferte eum ad me in lecto vt occidat. Cumq̄ʒ veniſſent nun
cij inuentum eſt ſimulacrũ ſuper lectũ: ⁊ pelles capraꝝ ad ca
put eius. Dixitq̄ʒ ſaul ad michol. Quare ſic illuſiſti mihi: ⁊
Al's + iſte. dimiſiſti inimicũ meuʒ vt fugeret? Et reſpondit michol ad
ſaul. Quia † ipſe locutus eſt mihi dicẽs: dimitte me: alioq̄n
interficiã te. Dauid aũt fugiẽs ſaluatus eſt. Et venit ad ſa-
D muel in rhamata: ⁊ nũciauit ei omnia que fecerat ſibi ſaul
Et abierunt ipſe ⁊ ſamuel: ⁊ morati ſunt in naioth. Nũcia
tum eſt autem ſauli a dicẽtibus. Ecce dauid in naioth in ra
matha. Miſit ergo ſaul lictores vt raperẽt dauid. Qui cuʒ
vidiſſent cuneũ ꝓphetarum vaticinantiũ: ⁊ ſamuelem ſtan-
al's + ſupeſt et teʒ ſup eos factus eſt etiã ſpũs dñi in illis ⁊ ꝓphetare cepe
runt etiã ipſi. Quod cuʒ nunciatuʒ eſſet ſauli: miſit † ⁊ alios
nuncios. Prophetauerunt autẽ ⁊ illi. Et rurſum miſit ſaul.
tertios nũcios: qui ⁊ ipſi prophetauerũt. Et iratus iracun
dia ſaul: abijt etiã ipſe in ramatha: ⁊ venit vſq̄ʒ ad ciſternam
al's + ſoccho magnaʒ q̃ eſt in † ſoccoth: ⁊ interrogauit ⁊ dixit. In quo lo
co ſunt ſamuel ⁊ dauid? Dictũq̄ʒ eſt ei. Ecce in naioth ſũt i
ramatha: Et abijt in naioth in ramatha. Et factus eſt etiã
ſuper eum ſpiritus domĩni: ⁊ ambulabat ingrediens ⁊ pro-
phetabat vſq̄ʒ dum veniret in naioth in ramatha. Et expo-
Supra. x. c. i. q. i. c. multe. et c. ꝓphetauit. liauit etiam ipſe veſtimentis ſuis ⁊ prophetauit cum cete-
ris coram ſamuele: ⁊ cecinit nudus tota die illa ⁊ nocte. Vñ
⁊ exiuit prouerbiũ: Num ⁊ ſaul inter ꝓphetas.

¶ Cap. Summariũ. De renouatione ⁊ cõfirmatiõe fede-
ris Dauid ⁊ ionathe: ⁊ qualiter ionathas apud ſaul excu-
ſat dauid abſenteʒ: ⁊ ille confundit eũ opprobrijs: de ſigno
trium ſagittaruʒ inter ionatham ⁊ dauid. Saul arripit lan
ceam vt percutiat ionathã excuſanteʒ Dauid de fletu iona
A the ⁊ Dauid ⁊ oſculo. Cap. XX.

Fugit autẽ Dauid de naioth q̃ eſt in rama-
7. q. i. ca. ſcelera-ris. De pe. diſ. 2. ſa gerat. ⁊ ca. ſi enim. tha: veniẽſq̄ʒ locut⁹ eſt corã ionatha. Quid
feci? Que eſt iniq̃tas mea ⁊ qd̃ peccatũ meuʒ
in patrẽ tuũ: q: q̃rit aiam meã? Qui dixit ei.
Abſit a te: nõ morier͡. Neq̄ʒ enĩ faciet pa-
ter me⁹ q̃d q̃ grãde vel paruũ: niſi pri⁹ indi-
cauerit mihi. Nunc ergo celauit a me pater meus ſermonẽ
tantummodo. nequaq̄ʒ enim erit iſtud Et iurauit rurſum
dauid. Et ille ait. Scit profecto pater tuus q̄ inueni gra-
tiam in oculis tuis: ⁊ dicet. Neſciat hoc ionathas: ne forte
triſtetur. Quinimmo viuit dñs ⁊ viuit anima tua: q: vno tã
al's + initium menſis ſm̃ io-ſephum. tũ (vt ita dicam) gradu ego morſq̄ʒ diuidimur. Et ait iona
thas ad dauid. Quodcũq̄ʒ dixerit mihi anima tua: faciã ti-
bi. Dixit autẽ dauid ad ionathã. Ecce † calende ſunt craſti
B no: ⁊ ego ex more ſedere ſoleo iuxta regem ad veſcendũ. Di
mitte ergo me vt abſcõdar in agro vſq̄ʒ ad veſperã diei ter
tie. Si reſpiciens requiſierit me pater tuus reſpõdebis ei.
al's + ſupereſt ſuis. Rogauit me dauid vt iret celeriter in bethleem ciuitateʒ ſu
am: quia victime ſolẽnes ibi ſũt vniuerſis contribulib⁹ † ſu
is. Si dixerit bene: pax erit ſeruo tuo. Si autem fuerit ira
tus ſcito q: cõpleta eſt malicia eius. Fac ergo miſericordiã
in ſeruũ tuũ: q: fedus dñi me famulũ tuũ tecum inire feciſti.
Si autẽ eſt iniquitas aliqua in me: tu me interfice: ⁊ patrẽ
al's + a te. tuum ne introducas me. Et ait ionathas. Abſit hoc † a me
Neq̄ʒ enĩ fieri põt vt ſi certe cognouero complerã eſſe pa-
tris mei maliciam contra te non annunciem tibi. Reſpon-
dit q̄ʒ Dauid ad ionatha. Quis renunciabit mihi: ſi quid
al's + ionathã forte reſpõderit tibi pater tuus dure de me? Et ait † iona-
thas ad Dauid. Veni ⁊ egrediamur foras i agrum. Cumq̄ʒ
exiſſent ambo in agruʒ: ait Jonathas ad Dauid. Domine
deus iſrael ſi inueſtigauero ſniam patris mei craſtino vel
perendie ⁊ aliquid boni fuerit ſup dauid ⁊ nõ ſtatim miſe-
ro ad te ⁊ notũ tibi fecero: hec faciat deus † ionathe: ⁊ hec al's + io[...]
augeat. Si aũt perſeuerauerit patris mei malicia aduerſũ
te: reuelabo aurẽ tuam: ⁊ dimittã te vt vadas in pace: et ſit
dñs tecũ ſicut fuit cũ patre meo. Et ſi vixero † facias mihi al's + [...]
miſericordiaʒ dñi ſi vero mortuus fuero: nõ auferas miſeri
cordiam tuam a domo mea vſq̄ʒ in ſempiternũ. Aut ſi nõ fe
cero qñ eradicauerit dñs inimicos dauid vnũquẽq̄ʒ de ter
ra auferat Dauid ionathã de domo ſua ⁊ requirat dñs de
manu inimicoꝝ dauid. Pepigit ergo † ionathas fedus cũ
domo dauid. Et requiſiuit dñm de manu inimicorũ dauid. al's + io[...]
Et addidit ionathas deierare dauid eo q̄ diligeret illum.
Sicut enĩ aiam ſuam: ita diligebat eũ. Dixitq̄ʒ ad eũ Jona
thas. Cras calende ſunt: ⁊ requireris. Requiret enĩ ceſſio
tua vſq̄ʒ perẽdie. Deſcẽdes ergo feſtinus ⁊ veniens in locũ
vbi celandus es in die qñ operari lʒ: ⁊ ſedebis iuxta lapidẽ D
cui nomẽ eſt ezel. Et ego tres ſagittas mittaʒ iuxta eũ: ⁊ ia
ciam quaſi exercens me ad ſignũ. Mittam quoq̄ʒ ⁊ puerũ
dicens ei. Vade ⁊ affer mihi ſagittas. Si dixero puero. Ec
ce ſagitte intra te ſunt: tolle eas: tu veni ad me: q: pax tibi
eſt ⁊ nihil eſt mali. Viuit dñs. Si aũt ſic locut⁹ fuero puero
ecce ſagitte vltra te ſunt: vade i pace: q: dimiſit te dñs. De
verbo aũt quod locuti fuimus ego ⁊ tu: ſit dñs inter me ⁊ te
vſq̄ʒ in ſempiternuʒ. Abſconditus eſt ergo dauid in agro ⁊
venerunt calende: ⁊ ſedit rex ad comedendũ panẽ. Cumq̄ʒ
ſediſſet rex ſup cathedram ſuam ſm̃ conſuetudinẽ que erat
iuxta parietẽ: ſurrexit ionathas ⁊ ſedit abner ex latere ſaul
vacuuſq̄ʒ apparuit locus Dauid: ⁊ nõ eſt locut⁹ ſaul q̃dq̄
in die illa. Cogitabat enim q̄ forte eueniſſet ei: vt non eſſet
† mund⁹ nec purificat⁹. Cũq̄ʒ illuxiſſet dies ſecunda poſt E
calendas rurſus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq̄ʒ al's + nõ [...] a coitu [...] ſm̃ Joſeph[...]
Saul ad ionatham filium ſuum. Cur non venit filius iſai
Capitu. Summariū. De filijs dauid natis in hebron: quomodo abner iratus contra iſboſeth pro concubina raſpha que fuerat patris ſui regnum iſrael promittit dauid. Dauid michol vxorem ſuā petit ⁊ accipit. Abner venit ad dauid in hebrō: ⁊ a ioab proditorie occiditur. Dauid vero abner plangit. Ca.III.

A FActa eſt ergo lōga cōcertatio inter domū
dauid ⁊ inter domū ſaulis: dauid ꝓficiēs
⁊ ſemp ſeipſo robuſtior: dom⁹ aūt ſaul de-
creſcēs q̄tidie. Natiq̄ ſunt ſex filij dauid i
hebrō. Fuitq̄ primogenit⁹ ei⁹ ammon de
achinoē iezraelite: ⁊ poſt eū cheleab d̄ abi
gail vxore nabal carmeli. Porro terti⁹ abſalon filius maa
cha filie tholomai regis geſſur. Quartus aūt adonias fili⁹
agith. Et quintus ſaphatias filius abithal. Sextus q̄ʒ ie-
thraā de egla vxore dauid. Hi nati ſunt dauid in hebrō. Cū De his vide ioſe. pulchre ſcribentē. lib.vij. antiq.c.j.
ergo eſſet prelium inter domū ſaul: ⁊ domū dauid: abner fili⁹
ner regebat domū ſaul. Fuerat aūt ſauli concubina noīe re
ſpha filia achia. Ingreſſuſq̄ eſt ad eā abner. Dixitq̄ iſbo- B
ſeth ad abner. Quare ingreſſus es ad cōcubinā pr̄is mei.
Qui iratus nimis ꝓpter verba iſboſeth ait. Nunquid ca-
put canis ego ſum aduerſum iudam hodie: qui fecerim mi-
ſericordiam ſuper domum ſaul patris tui: ⁊ ſuper fratres ⁊
proximos eius: ⁊ non tradidi te in manus dauid: ⁊ tu requiſi
ſti in me q̄ argueres pro muliere hodie. Hec faciat de⁹ ab- Alſ.+ manu. Infra eodem
ner ⁊ hec addat ei: niſi quomodo iurauit dn̄s dauid ſic fa-
ciā cū eo vt trāſferaꝛ regnū de domo ſaul: ⁊ eleueꝛ thron⁹
dauid ſup iſrael: ⁊ ſup iudā a dan vſq̄ berſabee. Et nō po-
tuit ei rn̄dere quicq̄ q: metuebat illum. Miſit ergo abner
nūcios ad dauid in hebron ꝓ ſe dicentes. Cuius eſt terra?
Et vt loquerenꝛ. Fac mecū amicitias: ⁊ erit manus mea te
cū: ⁊ reducā ad te vniuerſū iſrael. Qui ait. Optime. Ego
faciam tecū amicitias. Sed vnā rem peto a te dicēs. Non C
videbis faciē meam anteq̄ adduxeris † mihi michol filiam Alſ.+ ſupeſt mihi.
ſaul ⁊ ſic venies ⁊ videbis me. Miſit aūt dauid nūcios ad
iſboſeth filium ſaul dicens. Redde vxorē meā michol quā 1.Regū.18.g.
deſpondi mihi centum preputijs philiſtijm. Miſit ergo iſ-
boſeth ⁊ tulit eam a viro ſuo phaltiel: filio lais. Sequeba-
turq̄ eam vir ſuus plorans vſq̄ bahurim. Et dixit ad eum
abner. Vade † ⁊ reuertere. Qui reuerſus eſt. Sermonē q̄ʒ Alſ.+ ſupeſt. ⁊
intulit abner ad ſeniores iſrael dicens. Tam heri q̄ nudiuſter
tius querebatis dauid vt regnaret ſuper vos. Nunc ergo
facite quoniā dn̄s locutus eſt ad dauid dicēs. In manu ſer
ui mei dauid ſaluabo populū meū iſrael de manu philiſtijm
⁊ omnium inimicorum eius. Locutus eſt autem abner etiā D
ad beniamin. Et abijt vt loqueretur ad dauid in hebrō om
nia que placuerāt iſraeli ⁊ vniuerſo beniamin. Venit itaq̄ ad
dauid in hebron cum viginti viris. Et fecit dauid abner et
viris eius qui venerant cum eo † conuiuiū. Et dixit abner + Dixit ioſe. q̄ dauid per dies multos ſplēdide ⁊ preciosiſſimis cibarijs refecit abner ⁊ eos qui cum ipſo venerant.
ad dauid. Surgam vt congregem ad te dominū meū regē
omnē iſrael ⁊ ineat tecum fedus ⁊ imperes omnibus ſicut
deſiderat aīa tua. Cū ergo deduxiſſet dauid abner: ⁊ ille
eſſet in pace: ſtatim pueri dauid ⁊ ioab venerūt ceſis latro-
nibus cū p̄da magna nimis. Abner aūt nō erat cū dauid in
hebron: q: iā dimiſerat eū ⁊ ꝓfectus fuerat in pace: ⁊ ioab
⁊ oīs exercitus qui erāt cū eo poſtea venerāt. Nunciatum
eſt itaq̄ ioab a narrātibus. Venit abner filius ner ad regē E
⁊ dimiſit eum: ⁊ abijt in pace. Et ingreſſus eſt ioab ad regē
⁊ ait. Quid feciſti? Ecce venit abner ad te. Quare dimiſi-
ſti eum ⁊ abijt ⁊ receſſit? Ignoras abner filiū ner: quoniā
ad hoc venit ad te: vt deciperet te ⁊ ſciret exitū tuū ⁊ introi
tū tuū: ⁊ noſſet oīa que agis? Egreſſus itaq̄ ioab a dauid 3.Regū.2.c.
miſit nuncios poſt abner ⁊ reduxit eū a ciſterna ſyra igno-
rāte dauid. Cūq̄ reduxiſſet abner in hebron ſeorſū adduxit
eum ioab ad medium porte: vt loqueretur ei in dolo: ⁊ per
cuſſit illum ibi in inguine: ⁊ mortuus eſt in vltionem ſangui
nis aſahel fratris eius. Quod cum audiſſet dauid rem iam Infra eodem
geſtā: ait. Mundus ego ſum ⁊ regnum meum apud deum F
vſq̄ in ſempiternū a ſanguine abner filij ner: vt veniat ſup
caput ioab: ⁊ ſuper omnē domum patris eius nec deficiat
de domo ioab fluxum ſeminis ſuſtinens ⁊ leproſus ⁊ tenēs Daniel.13.c.
fuſū: ⁊ cadens gladio: ⁊ indigens pane. Igitur ioab ⁊ abi Act.10.f.
ſai frater eius interfecerūt abner. eo q̄ occidiſſet aſahel fra
trem eorum in gabaon in prelio. Dixit aūt dauid ad ioab: ⁊
ad omnem populum qui erat cū eo. Scindite veſtimenta
veſtra ⁊ accingimini ſaccis: ⁊ plāgite ante exequias abner. Supra eod
Porro rex dauid ſequebaꝛ feretrū. Cūq̄ ſepeliſſent abner Supra.1.b.
in hebron leuauit rex Dauid vocem ſuam ⁊ fleuit ſuper tu- Infra.13.f.

mulum abner. Fleuit aũt ⁊ oīs ppl's. Plangenſq; rex ⁊ lu-
gens abner ait. Nequaq̄ vt mori ſolent ignaui: mortu' eſt
G abner. Manus tue ligate nō ſunt: ⁊ pedes tui nō ſunt cōpe
dibus aggrauati: ſed ſicut ſolent cadere corā filijs iniquita
tis ſic corruiſti. Congeminanſq; oīs populus fleuit ſup eū.
Cūq; veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cū dauid
Supra eodē. clara adhuc die iurauit dauid dicēs. Hec faciat mihi deus
⁊ hec addat ſi ante occaſum ſolis guſtauero panē vel aliud
quicq̄. Omniſq; populus audiuit: ⁊ placuerūt eis cūcta q̄
fecit rex in cōſpectu totius populi. Et cognouit omne vul-
gus ⁊ vniuerſus iſrael in die illa: q̄m non actum fuiſſet a re
ge vt occideret abner fili' ner. Dixit q̄; rex ad ſuos ſuos.
Nam ignoratis q̄m princeps ⁊ maximus cecidit hodie in
iſrael? Ego aũt adhuc delicatus ſum ⁊ vnctus rex. Porro
viri iſti filij ſaruie duri ſunt mihi. Retribuat dominus faciē
ti malum iuxta maliciam ſuam.

¶ C. S. De rechab ⁊ banaa qui occiderūt iſboſeth: ⁊ ipſi
a pueris dauid occiſi ſunt in vltionem. Capi. IIII.

A Vide in. c. ij. I pri. li. vij. anti. per ioſe.

Audiuit aũt iſboſeth fili' saulq; cecidiſſet
abner in hebrō: ⁊ diſſolute ſunt man' eius
oīſq; iſrael pturbatus eſt. Duo aũt viri pri
cipes latronū erāt filio ſaul. Nomē vni ba
naa ⁊ nomē alteri rechab filij rēmon bero
thite de filijs bēiamin. Siquidē ⁊ beroth
B reputata eſt in beniamin. Et fugerūt berothite i gethaim:
fuerūtq; ibi aduene vſq; ad tp̄s illud. Erat aũt ionathe fi-
lio ſaul filius debilis pedibus. Quinquēnis eīm fuit q̄n ve-
nit nuncius de ſaul ⁊ ionatha ex iezrael. Tollens itaq; cum
nutrix ſua fugit. Cūq; feſtinaret vt fugeret: cecidit ⁊ claud'
effectus eſt: habuitq; vocabulū miphiboſeth. Venīētes igi
tur filij rēmon berothite rechab ⁊ banaa ingreſſiq; ſunt fer
uente die domū iſboſeth. Qui dormiebat ſup ſtratū ſuū me
ridie: ⁊ oſtiaria dom' purgās triticū obdormiuit. Ingreſ-
ſi ſunt aũt domū latenter aſſumētes ſpicas tritici: ⁊ percuſ-
C ſerunt eū in inguine rechab ⁊ banaa frater ei' ⁊ fugerunt.
Vide in dicto c. ij. c. vbi q̄ dixit dauid contra occiſores iſboſeth.
Cum aũt ingreſſi fuiſſent domū ille dormiebat ſup lectum
ſuum in cōclaui: ⁊ percutiētes interfecerūt eū. Sublatoq;
capite eius abierūt per viā deſerti tota nocte ⁊ attulerunt
caput iſboſeth ad dauid in hebrō. Dixerūtq; ad regē. Ecce
caput iſboſeth filij ſaul inimici tui: qui querebat aīam tuā.
D Et dedit dn̄s dn̄o nr̄o regi vltionē hodie de ſaul ⁊ de ſemi-
ne eius. Rn̄dens aũt dauid rechab ⁊ banaa fratri ei' filijs
Supra. i. b. rēmon berothite: dixit ad eos. Viuit dn̄s q̄ eruit aīaʒ meā
de omni anguſtia q̄m eū qui annūciauerat mihi ⁊ dixerat
Al' + ſic deg mortuus eſt ſaul qui putabat ſe pſpera nūciare tenui ⁊ oc
cidi eū in † ſicelech: cui oportebat me mercedem dare pnū
cio. Quātomagis nunc cum homines impij interfecerūt vi
rum innoxium in domo ſua ſuper lectū ſuuʒ non querā ſan
Al's + ſuper ſtra-to. guinem eius de manu vr̄a: ⁊ auferā vos de terra? Precepit
itaq; dauid pueris † ſuis ⁊ interfecerunt eos: precidētesq;
manus ⁊ pedes eorum ſuſpenderunt eos ſuper piſcinam in
hebron. Caput autem iſboſeth tulerunt ⁊ ſepelierunt in ſe-
pulchro abner in hebron.

¶ Ca. Summa. De ſcd'a vnctione dauid ſup iſrael: q' ab-
ſtulit cecos ⁊ claudos q̄n cepit arceʒ ſyon: de hira rege qui
mittit ad dauid ligna cedrina ⁊ artifices lignorū ⁊ lapiduʒ
de filijs natis in hieruſaleʒ: de bello dauid in baalpharaſiʒ
A vbi percutit philiſtijm. Cap. V.
I. Para. ii. a. Infra. 19. c.

Et venerunt vniuerſe tribus iſrl' ad dauid
in hebrō dicentes. Ecce nos os tuū ⁊ caro
Al's + paſce. tua ſumus. Sed ⁊ heri ⁊ nudiuſtertius cū
Al's + ſenes. eſſet ſaul ſup nos tu eras educens ⁊ redu-
Supra. 2. c. cēs iſrael. Dixit aũt dn̄s ad te. Tu paſces
pplm meū iſrl': ⁊ tu eris dux ſuper iſrl'. Ve-
nerunt quoq; ⁊ ſeniores iſrael ad regē in hebrō: ⁊ percuſſit
cum eis rex dauid fedus in hebron coram dn̄o: vnxeruntq;
dauid in regem ſuper iſrael. Filius triginta ānorū erat da
uid cū regnare cepiſſet ⁊ quadraginta annis regnauit. In Supra i. a.
hebron regnauit ſup iudaʒ ſeptē annis ⁊ ſex menſibus. In
hierl'm aũt regnauit triginta tribus annis ſup oēm iſrael.
⁊ iudā. Et abijt rex ⁊ oēs viri qui erāt cū eo in hierl'm ad ie
buſeū habitatorē terre. Dictūq; eſt dauid ab eis nō ingre-
dieris huc: niſi abſtuleris cecos ⁊ claudos dicētes. Nō in-
gredietur dauid huc. Cepit aũt dauid arcē ſyon: hec eſt ciui-
B tas dauid. Propoſuerat eīm dauid in die illa premiū q̄ per-
Qualiter hoc intelligatur de ioſep. c. li. vij. cuſſiſſet iebuſeū ⁊ tetigiſſet domatū fiſtulas: ⁊ abſtuliſſet ce
cos ⁊ claudos odiētes aīam dauid: idcirco dicit in prouer-
bio. Cecus ⁊ claudus nō † intrabūt in templū. Habitauit
Math. 2. b. aũt dauid in arce ſyon: ⁊ vocauit eam ciuitatem dauid. Et
Al's + intrabit in domū edificauit per gyrū a mello ⁊ intrinſecus. Et ingrediebatur
pficiēs atq; ſuccreſcēs: ⁊ dn̄s deus exercituū erat cum eo.
I. Para. 14. Miſit q̄; hirā rex tyri nūcios ad dauid ⁊ ligna cedrina ⁊ ar
tifices lignorū: artificeſq; lapidū ad parietes. ⁊ edificauerūt
domū dauid. Et cognouit dauid quoniā cōfirmaſſet eū do
C minus regē ſup iſrael: ⁊ q̄m exaltaſſet regnū eius ſup pplm
ſuū iſrael. Accepit ergo dauid adhuc concubinas ⁊ vxores
de hierl'm: poſtq̄ venerat de hebron. Natiq; ſunt dauid et
alij filij ⁊ filie: ⁊ hec noīa eorum q̄ nati ſunt ei in hierl'm. Sa
mua ⁊ ſobab ⁊ nathan ⁊ ſalomō ⁊ iabaar ⁊ eliſua ⁊ nepheg
Infra... Vide hic ... li. vij. antiq. ... vbi p... chie loquitur p̄ſtāte ... philiſtijm. ⁊ iaphia ⁊ heliſama ⁊ helida ⁊ heliphaleth. Audierūt ergo
philiſtijm q' vnxiſſent dauid in regē ſup iſrael ⁊ aſcenderūt
vniuerſi vt quererēt dauid. Quod cū audiſſet dauid deſcē-
dit in preſidiū. Philiſtijm aũt venientes diffuſi ſunt in valle
raphaim. Et cōſuluit dauid dn̄m dicens. Si aſcendam ad
D philiſtijm: ⁊ ſi dabis eos in manu mea? Et dixit dn̄s ad da
uid. Aſcende: q: tradens dabo philiſtijm in manu tua. Ve-
nit ergo dauid in baalpharaſim: ⁊ percuſſit eos ibi ⁊ dixit.
Diuiſit dn̄s inimicos meos corā me: ſicut diuidunt aque.
Propterea vocatū eſt nomen loci illius baalpharaſim. Et
reliquerūt ibi ſculptilia ſua que tulit dauid ⁊ viri eius. Et
addiderunt adhuc philiſtijm vt aſcenderēt ⁊ diffuſi ſunt in
valle raphaim. Cōſuluit aũt David dn̄m. Si aſcendam cō
tra philiſteos ⁊ trades eos in man' meas? Qui rn̄dit. Nō
aſcendas contra eos: ſʒ gyra poſt tergū eorum ⁊ venies ad
eos ex † aduerſo pirorum. Et cū audieris ſonitū clamoris
+ Ioſe. dicit fuiſſe ſiluam gradientis in cacumine pirorū: tunc inibis prelium: q: tūc
egredietur dn̄s ante faciem tuam. vt percutiat caſtra phili
ſtijm. Fecit itaq; dauid ſicut preceperat ei dominus ⁊ pcuſ
ſit philiſtijm de gabaa vſq; dū venias gezer.

¶ Capituli Summariū. De reductiōe arce dn̄i: de domo
aminadab: de percuſſione oze: q' dauid noluit dimittere arcā
in domū ſuā: ſed in domū obededon gethei: quā poſtmodū
inde reduxit in ciuitatem dauid: quomodo ludebat coram
dn̄o. ⁊ micbol cum deſpexit. Capi. VI.

A I. Para. 13. a.

Congregauit autem rurſuʒ dauid omnes
electos ex iſrael trigīta milia. Surrexitq;
Dauid ⁊ abijt ⁊ vniuerſus ppl's qui erāt
cum eo de viris iuda: vt adducerent arcā.
dei ſuper quam inuocatum eſt nomen do
mini exercituuʒ ſedentis in cherubin ſup
eam. Et impoſuerunt arcam dei ſuper plauſtrum nouum.
Tuleruntq; eam de domo Aminadab qui erat in Gabaa.
Oza autem et Haio fil' Aminadab minabant plauſtrum
nouum. Cūq; tuliſſent eum de domo. Aminadab qui erat
in Gabaa cuſtodiens arcam dei: Haio precedebat arcam
dei. David autem et omnis iſrael ludebant coram domino
in omnibus lignis fabrefactis et citharis et Liris et Tym
panis: ⁊ ſyſtris et cymbalis. Poſtq̄ autem venerunt ad
aream nachor: extendit Oza manum ad Arcam dei: et te
B nuit eam: q̄m calcitrabant boues ⁊ declinauerunt eam. Ira
2. q. 7 § item obijcitur. tuſq; eſt indignatione dn̄s contra ozam: ⁊ percuſſit eū ſup
temeritate

…nō erat …rdos ⁊ iō …debebat ar …tangere Ioſe.li. vij. …qui.

† temeritate. Qui mortuus eſt ibi iuxta arcam dei. Contriſtatus eſt aũt dauid eo q̄ percuſſiſſet dñs ozam. Et vocatũ eſt nomē loci illius percuſſio oze vſq̄ in diem hanc. Et extimuit dauid dñm in die illa: dicens. Quō igredietur ad me arca domini. Et noluit diuertere ad ſe arcam dñi i ciuitatē dauid: ſʒ diuertit eaʒ in domũ obededom gethei. Et habitauit arca dñi in domo obededō gethei tribus mēſibus. Et bñdixit dñs obededom ⁊ oēm domũ eius. Nunciatũq̄ eſt regi dauid q̄ bñdixiſſet dñs obededō ⁊ oīa eius ꝓpter arcam dei. Dixitq̄ dauid. Ibo ⁊ reducā arcaʒ cũ bñdictione in domũ meā. Abijt ergo dauid ⁊ adduxit arcam dei de domo obededom in ciuitatē dauid cũ gaudio. Et erāt cũ dauid ſeptē chori: ⁊ victima vituli. Cũq̄ trāſcēdiſſent qui portabant arcā dñi ſex paſſus immolabāt bouē ⁊ ouē ⁊ arietē ⁊ dauid percutiebat in organis armigatis ⁊ ſaltabat totis viribus ante dñm. Porro dauid erat accinct⁹ † ephot lineo: et dauid ⁊ oīs dom⁹ iſrael ducebāt arcā teſtamēti dñi in iubilo ⁊ in clāgore buccine. Cumq̄ intraſſet arca dñi in ciuitatem dauid michol filia ſaul proſpiciens per feneſtraʒ vidit regem dauid ſubſilientē atq̄ ſaltantem corā dño: et deſpexit eum in corde ſuo. Et introduxerunt arcā dñi: ⁊ impoſuerũt eam in loco ſuo in medio tabernaculi qd̄ tetenderat ei dauid. Et obtulit dauid holocauſta ⁊ pacifica: corā dño. Cũq̄ cōpleſſet offerēs holocauſta ⁊ pacifica: bñdixit pplo in noīe dñi exercituum. Et partitus eſt vniuerſe multitudini iſrael: tam viro q̄ mulieri ſingulis collirida panis vnam ⁊ aſſaturā bubale carnis vnaʒ: ⁊ ſimilam frixam oleo Et abijt oīs ppl's vnuſquiſq̄ in domũ ſuaʒ. Reuerſuſq̄ eſt dauid vt bñdiceret domui ſue. Et egreſſa michol filia ſaul in occurſum dauid ait. Quam glorioſus fuit hodie rex iſrl': diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruoꝝ ſuorum: ⁊ nudatus eſt: quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. Dixitq̄ dauid ad michol. Viuit dominus: quia ludam ante dominuʒ qui elegit me potius q̄ patrem tuum: ⁊ q̄ omnē domum eius ⁊ precepit mihi vt eſſem dux ſuper omnem populuʒ domini in iſrl'. Et ludam ⁊ vilior fiam plus q̄ factus ſum: ⁊ ero humilis in oculis meis: ⁊ cũ ancillis de quib⁹ locuta es glorioſior apparebo. Igitur Michol filie Saul nō eſt natus filius vſq̄ in diem mortis ſue.

pe.diſt.2.c. cognouerit. quō chart…em.

C · D

¶ Ca. Summariũ. De dauid volēte edificare domũ dñi: de nathan ꝓpheta qui ei reſpōdit: de verbo qd̄ ei dñs mandauit q̄ filium ſuſcitaret qui edificaret ei domũ: vbi ꝓmittitur xp̄s: Dauid gratias agit. Capi. VII.

Factum eſt autem cum ſediſſet rex in domo ſua ⁊ dñs dediſſet ei requiē vndiq̄ ab vniuerſis inimicis ſuis. dixit ad nathan ꝓphetam. Vides ne q̄ ego habitem in domo cedrina: ⁊ arca dei poſita eſt i medio pelliũ. Dixitq̄ nathā ad regem. Omne qd̄ eſt in corde tuo: vade ⁊ fac: q: dñs tecũ eſt. Factũ eſt aũt i illa nocte ⁊ ecce ſermo dñi ad nathā dicēs. Vade ⁊ loquere ad ſeruũ meũ dauid. Hec dixit dñs. Nunq̄d tu edificabis mihi domũ ad habitandũ? Neq̄ enĩ habitaui in domo ex die illa qua eduxi iſrl' de terra egypti: vſq̄ i diē hāc: ſʒ ambulabā in tabernaculo ⁊ in tētorio per cūcta loca q̄ trāſiui cum oībus filijs iſrael. Nunquid loquēs locutus ſum ad vnam de tribubus iſrael cui precepi vt paſceret populum meum iſrl' dicens. Quare non edificaſti mihi domum cedrinam? Et nunc hec dices ſeruo meo dauid. Hec dixit dominus exercituum. Ego tuli te de paſcuis ſequentem greges vt eſſes dux ſuper populum meum iſrael: ⁊ fui tecum in oībus vbicũq̄ ambulaſti: ⁊ interfeci vniuerſos inimicos tuos a facie tua: feciq̄ tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra. Et ponam locum populo meo iſrael: ⁊ plantabo eũ: ⁊ habitabo cum eo: ⁊ non turbabitur amplius: nec addent filij iniquitatis vt affligant eum ſicut prius: ex die

A Ioſep.lib.vij. c.iiij. 1.Para.17.a.

B 1.Regū.16.b. 1.Para.17.a.

qua conſtitui iudices ſup pplm meũ iſrael. Et requiem dabo tibi ab oībus inimicis tuis. † Predicetq̄ tibi dñs q̄ domũ faciat tibi dñs. Cũq̄ ꝯpleti fuerint dies tui ⁊ dormieris cũ prībus tuis: ſuſcitabo ſemen tuũ poſt te qd̄ egredietur de vtero tuo: ⁊ firmabo regnũ eius. Ipſe edificabit domũ nomini meo: ⁊ ſtabiliā thronũ regni eius vſq̄ in ſempiternuʒ. Ego ero ei in prēm ⁊ ipſe erit mihi in filiuʒ. Qui ſi iniq̄ aliquid geſſerit: arguā eũ in virgam viroꝝ: ⁊ in plagis filiorũ hoīm. Miſericordiā aũt meā non auferā ab eo: ſicut abſtuli a ſaul quē amoui a facie mea. Et fidelis erit domus tua ⁊ regnũ tuũ vſq̄ in eternũ ante faciē meā: ⁊ thron⁹ tuus erit firmus iugiter. Scdm̄ oīa verba hec ⁊ iuxta vniuerſam viſionē iſtā: ſic locutus eſt nathā ad dauid. Ingreſſus eſt aũt rex dauid ⁊ ſedit corā dño: ⁊ dixit. Quis ego ſuʒ dñe de⁹ † ⁊ que domus mea: q: adduxiſti me huc uſq̄? Sed ⁊ hoc parũ viſum eſt in cōſpectu tuo dñe deus † niſi loquereris etiā de domo ſerui in longinquũ. Iſta eſt enĩ lex adā dñe deus. Quid ergo addere poterit adhuc Dauid vt loquat̄ ad te? Tu enĩ ſcis ſeruũ tuũ dñe deus. Propter ṽbũ tuũ ⁊ ſcd̄m cor tuũ feciſti oīa magnalia hec: ita vt notuʒ faceres ſeruo tuo. Idcirco magnificatus es dñe de⁹: q: nō eſt ſimilis tui neq̄ eſt deus extra te i oībus que audiuim⁹ auribus nrīs. Que eſt aũt vt ppl's tuus iſrael gēs in terra ꝓpter quā iuit deus vt redimeret eā ſibi in pplm ⁊ poneret ſibi nomē: faceretq̄ eis magnalia: ⁊ horribilia ſup terrā a facie ppli tui quem redemiſti tibi ex egypto † gentē ⁊ deũ eius? Firmaſti enĩ tibi populum tuũ iſrael in populũ ſempiternũ: ⁊ tu dñe deus factus es eis in deũ. Nũc ergo dñe deus verbũ qd̄ locut⁹ es ſuper ſeruum tuum ⁊ ſuper domũ eius ſuſcita in ſempiternũ: ⁊ fac ſicut locutus es vt magnificet̄ nomen tuum vſq̄ in ſempiternũ: atq̄ dicatur. Dñs deus exercituum deus ſup iſrael? Et dom⁹ ſerui tui dauid erit ſtabilita corā dño: q: tu domine exercituum deus iſrael reuelaſti auriculaʒ ſerui tui dicēs: domũ edificabo tibi. Propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum vt oraret te orōne hac. Nunc ergo dñe de⁹ † tu es deus: ⁊ verba tua erunt vera. Locutus es enim ad ſeruum tuum bona hec. Incipe ergo et benedic domui ſerui tui vt ſit in ſempiternuʒ corā te: quia tu domine deus locutus es hec: ⁊ benedictione tua benedicetur domus ſerui tui in ſempiternum.

Alſ ✝. ſdderit 4.Regū.8.c. 1.Para.6. · 1.Para.22.c. · C · alſ ✝ meus. · Alſ ✝ meus · D Exodi.14.g. alſ ✝ gente et deo. Alſ ✝ gētib⁹. ⁊ dijs earum. · Alſ ✝ meus



¶ Capit. Summarium. De victorijs dauid qui tulit frenum tributi de philiſtijm. De adadezer. De tributis gentium moab: ſyrie: idumee. De congratulatione thou ad dauid. De officialibus dauid. Cap. VIII.

Factum eſt autem poſt hec percuſſit Dauid philiſtijm et humiliauit eos: et tulit Dauid frenum tributi de manu Philiſtijm: et percuſſit Moab: et menſus eſt eos funiculo coequans

De his q̄ hic dicunt̄ vide et Ioſe.li.vij. antiqui.ca.v. vbi diffuſe loquit̄. A 1.Para.18.a.

terre. Menſus eſt autem duos funiculos: vnum ad occidẽdum: ⁊ vnum ad viuificanduꝫ. Factuſq; eſt moab dauid ſeruiẽs ſub tributo. Et percuſſit dauid † adadezer filiũ roob regẽ ſoba: qñ profectus eſt vt dominaretˀ ſup flumẽ eufraten. Et captis dauid ex parte eius mille ſeptingẽtis equitibus: ⁊ viginti milibus peditũ ſubneruauit oẽs iugales curruum. Dereliquit aũt ex eis centũ currus. Venit q; ſyria damaſci vt preſidiũ ferret adadezer regi ſoba. † ⁊ percuſſit dauid de ſyria vigintiduo milia viroꝝ: ⁊ poſuit dauid p̄ſidiuꝫ in ſyria damaſci: factaq; eſt ſyria dauid ſeruiẽs ſub tributo. Seruauitq; dñs dauid in oibus ad queciiq; pfectus eſt. Et tulit dauid arma aurea ⁊ torques aureos quos habebant ſerui adadezer ⁊ detulit ea in hierlꝫ. Et de bethe ⁊ de beroth ciuitatibus adadezer tulit rex dauid es multum nimis: de quo fecit Salomõ oia vaſa erea in templo: et mare eneũ ⁊ coſlinas ⁊ altare. Audiuit aũt † thou rex emath q; percuſſiſſet dauid oẽ robur adadezer. Et miſit thou Jorã filiũ ſuũ ad regẽ dauid: vt ſalutaret eũ ꝯgratulãs ⁊ grãs ageret: eo q; expugnaſſet adadezer ⁊ pcuſſiſſet eũ. Hoſtis q̃ppe erat † thou adadezer ⁊ in manu eius erãt vaſa aurea ⁊ vaſa argentea ⁊ vaſa erea que ⁊ ipſa ſanctificauit rex dauid dño cum argento ⁊ auro que ſanctificauerat vniuerſis gẽtibus quas ſubegerat de ſyria ⁊ moab: ⁊ filijs ammon ⁊ philiſtijm ⁊ amalech ⁊ de manubijs Adadezer filijs roob regis ſoba. Fecit quoq; ſibi dauid nomen cũ reuerteretˀ capta ſyria in valle ſalinarũ ceſis decẽ ⁊ octo milibꝰ: ⁊ in gebelẽ ad viginti tria milia ⁊ poſuit in idumea cuſtodes: ſtatuitq; preſidiuꝫ. Et facta eſt vniuerſa idumea ſeruiens Dauid. Et ſeruauit dominus dauid in omnibus ad queciiq; profectus eſt. Et regnauit Dauid ſuper omnem iſrael. Faciebat quoq; Dauid iudicium ⁊ iuſtitiam omni populo ſuo. Joab autem filius ſaruie erat ſuper exercitum. Porro ioſaphat filius ahiliud erat a commentarijs: ⁊ ſadoch filius achitob ⁊ achimelech filius abiathar erant ſacerdotes: ⁊ ſaraias ſcriba. Banaias autem filius Joiade ſup ſerethi ⁊ phelethi. Filij autem Dauid ſacerdotes erant.

Als † adrazatum ſm ioſe.
B
Als † que. de cõ. diſ. 1. c. 1.
Als † thol.
C
Als † thol.
de cõ. diſ. 1. ca. 1. ibi: ppter ſanguinem.
D
Infra. 20. g.

¶ Capituli Summariũ. De ſiba ſeruo miphiboſeph: de miſericordia quam fecit Dauid miphiboſeph claudio filio Jonathe. Cap. IX.

A

Et dixit Dauid. Putas ne eſt aliq̃s qui remanſerit de domo ſaul: ⁊ faciã cũ eo miam ppter ionathã? Erat aũt de domo ſaul ſeruus noĩe ſiba. Quẽ cũ vocaſſet rex ad ſe: dixit ei. Tu ne es ſiba? Et ille rñdit. ego ſum ſeruus tuꝰ. Et ait rex. Nũq̃d ſupeſt aliq̃s de domo ſaul: vt faciã cuꝫ eo miſericordiã dei? Dixitq; ſiba regi. Supeſt filius † ionathe debilis pedibus. Vbi (inq̃t) eſt? Et ſiba ad regẽ. Ecce (ait) in domo eſt machir filij amihel in lodabar. Miſit ergo rex dauid ⁊ tulit eum de domo machir filij amihel de lodabar. Cũ aũt veniſſet † miphiboſeth filius ionathe filij ſaul ad dauid: corruit in faciem ſuaꝫ ⁊ adorauit. Dixitq; dauid. Miphiboſeth? Qui reſpondit. Adſum ſeruus tuꝰ. Et ait ei dauid. Ne timeas: quia faciẽs faciam in te miſericordiam propter ionathã patrem tuum: ⁊ reſtituã tibi omnes agros ſaul pñs tui: ⁊ tu comedes panem in menſa mea ſemper: qui adorãs euꝫ dixit. Quis ego ſum ſeruus tuus: qm̃ reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei? Vocauit itaq; rex ſibã pueruꝫ ſaul ⁊ dixit ei. Omnia queciiq; fuerunt ſaul ⁊ vniuerſam domum eius dedi filio dñi tui. Operare igitur ei terraꝫ tu ⁊ filij tui ⁊ ſerui tui: ⁊ inferes filio domini tui cibos vt alatˀ. Miphiboſeth autem filius domini tui comedet ſemp panẽ ſup menſam meã. Erãt autẽ ſibe quindecim filij ⁊ viginti ſerui. Dixitq; ſiba ad regem. Sicut iuſſiſti dñe mi rex ſeruo tuo: ſic faciet ſeruus tuus. Et miphiboſeth comedet ſuper menſaꝫ meam † quaſi vnus de filijs regis. Habebat autem miphiboſeth filium paruulum nomine micha. Omnis vero cognatio domus ſibe ſeruiebat miphiboſeth. Porro miphiboſeth habitabat in hieruſalem: quia de menſa regis iugiter veſcebatur: ⁊ erat claudus vtroq; pede.

als † ionathã
B
als † mẽphiboſ ſm ioſep.
Infra. 19. a.
C
1. Regũ. 16. d.
Smyrna ciuitas conditur.
D
Als † egis.
Epheſus ciuitas condi[tur]
Tẽplũ [...] formoſiſ[...] fundatur.

¶ Ca. Sum. De nuncijs dauid quibus rex ãnon fecit radi dimidiam barbã: ⁊ veſtes precidit vſq; ad nates: de pugna ⁊ victoria ioab ⁊ abiſai fratris contra ammon ⁊ ſyros. De ſyris qui erant trãs flumen cõducti ab adadezer admonitis quos poſtea percuſſit dauid. Cap. X.

Factuꝫ eſt aũt poſt hec vt moreretˀ rex filiorum ammõ: ⁊ regnauit anõ filius eius p eo. Dixitq; dauid. Faciã miſericordiã cũ anõ filio naas ſicut fecit pr̃ eiꝰ mecũ miſericordiã. Miſit ḡ dd cõſolans eũ p ſeruos ſuos ſup pñs interitu. Cum aũt veniſſent ſerui dauid in terrã filioꝝ ammõ. Dixerũt principes filioꝝ ammõ ad anõ dñm ſuũ. Putas q; ppter honoreꝫ pñs tui miſerit dauid ad te cõſolatores: ⁊ nõ ideo vt te iueſtigaret ⁊ exploraret ciuitatem ⁊ euerteret eaꝫ: miſit Dauid ſeruos ſuos ad te? Tulit itaq; anõ ſeruos. Dauid raſitq; dimidiaꝫ partem barbe eorum ⁊ precidit veſtes eorum medias vſq; ad nates: ⁊ dimiſit eos. Quod cũ nunciatũ eſſet dauid: miſit in occurſum eorum. Erãt eñi viri confuſi turpiter valde. Et mãdauit eis Dauid. Manete in hierico donec creſcat barba veſtra: ⁊ tũc reuertemini. Videntes aũt filij ammon q; iniuriam feciſſent dauid miſerunt ⁊ conduxerunt mercede ſyrum roob ⁊ ſyrum ſoba viginti milia peditum: ⁊ a rege maacha mille viros: ⁊ ab hiſtob decẽ milia viroꝝ. Qd cum audiſſet dauid miſit ioab ⁊ oeꝫ exercitũ bellatorũ. Egreſſi ſunt ergo filij ãmon ⁊ direxerũt aciẽ ante ipm introituꝫ porte. Syrꝰ aũt ſoba ⁊ roob ⁊ hiſtob ⁊ maacha ſeorſuꝫ erãt in cãpo. Vidẽs ergo ioab q; preparatũ eſſet aduerſum ſe preliuꝫ: ⁊ ex aduerſo poſt tergũ elegit ſibi ex oibus electis iſrl' ⁊ inſtruxit aciẽ ꝯ ſyrũ: reliquã aũt ptẽ pplĩ tradidit abiſai fratri ſuo. Qui direxit aciẽ aduerſuꝫ filios ammon. Et ait ioab. Si preualuerint aduerſum me ſyri: eris mihi in adiutoriũ: ſi aũt filij ãmon p̄ualuerint aduerſum te auxiliabor tibi. Eſto vir fortis ⁊ pugnemꝰ p pplõ nr̃o: ⁊ ciuitate dei nr̃i. Dñs aũt faciet quod bonũ eſt in cõſpectu ſuo. Iniit itaq; ioab ⁊ ppls eius q̃ erat cũ eo certamẽ cõtra ſyros: q̃ ſtatiꝫ fugerunt a facie eius. Filij aũt ãmon videntes q; fugiſſent ſyri. fugerũt ⁊ ipſi a facie abiſai; ⁊ ingreſſi ſunt ciuitatẽ. Reuerſuſq; eſt ioab a filijs ãmon ⁊ venit hierlm. Vidẽtes igitˀ filij ãmon qm̃ ſyrus expauit: ⁊ qm̃ corruiſſet carã iſrael: congregati ſunt pariter. Miſitq; adadezer ⁊ eduxit ſyros qui erãt trãs fluuiũ: ⁊ adduxit eoꝝ exercitũ. Sobach aũt magiſter militie adadezer erat princeps eoꝝ. Qd cũ nunciatuꝫ eſſet dauid cõtraxit oẽm iſrael: † ⁊ trãſiuit iordanẽ venitq; in helema. Et direxerũt aciẽ ſyri ex aduerſo dauid ⁊ pugnauerunt cõtra iſrl'. Fugeruntq; ſyri a facie iſrael ⁊ occidit dauid de ſyris ſeptingẽtos currꝰ ⁊ quadragita milia equitũ: ⁊ ſobach principẽ militie percuſſit: q̃ ſtatim mortuus eſt. Videntes aũt vniuerſi reges qui erãt in preſidio adadezer victos eſſe ab iſrl' expauerunt ⁊ fugerũt quinquaginta ⁊ octo milia corã iſrael. Et fecerũt pacẽ cuꝫ iſrl': ⁊ ſeruierunt eis: ⁊ timueruntq; ſyri auxilium p̄bere filijs ammon.

B
1. Para. 19
Ioſephus [...] lib. 7. an[...]
Miletũ ci[uitas] cõdit[ur] aſia mino[r]
Carthago [con]ditur.
Dido dat
C
D
† ipſemet rex dauid ioſephus.

¶ Capituli Summariũ. De adulterio dauid cum bethſabee de literis ⁊ morte Vrie: de nuncio ioab ad dauid: de filio nato bethſabee. Capitulum. XI.

Factũ eſt aũt vertente ãno eo tpe q̃ ſolẽt reges ad bella pcedere: miſit dauid Joab ⁊ ſeruos ſuos cũ eo: ⁊ vniuerſũ iſrl' ⁊ vaſtauerũt filios amõ: ⁊ obſederũt † rabba. Dauid aũt remãſit i hierlm. Dũ hec agerentˀ accidit q̃dã die vt ſurgeret dauid de ſtratu ſuo poſt meridiẽ ⁊ deãbularet in ſolario domus regie: viditq; mulierem

A
als † rab[ba] ſm ioſeph[us] c. 6. libro. 6.

mulierem ſe leuantẽ ex aduerſo ſuper ſolariũ ſuũ. Erat aũt mulier pulchra valde. Miſit ergo rex ⁊ requiſiuit q̃ eſſet mulier. Nunciatũq; eſt ei: ꝙ ipſa eſſet † bethſabee filia heliam vxor vrie ethei. Miſſis itaq; dauid nũcijs tulit eã. Que cũ ingreſſa eſſet ad illũ dormiuit cũ ea. Statimq; ſctificata eſt ab imundicia ſua ⁊ reuerſa eſt in domũ ſuã concepto fetu. Mittẽſq; nũciauit dauid ⁊ ait. Cõcepi. Miſit aũt Dauid ad ioab dicẽs. Mitte ad me vriã etheũ. Miſitq; ioab vriã ad dauid. Et venit vrias ad dauid. Queſiuitq; dauid q̃ recte ageret ioab ⁊ pplˢ: ⁊ quõ adminiſtraret bellũ. Et dixit dauid ad vriã. Vade in domũ tuam ⁊ laua pedes tuos. Et egreſſus eſt vrias de domo regis ſecutuſq; eſt eũ cibꝰ regiꝰ. Dormiuit aũt vrias añ portã domus regie cum alijs ſeruis dñi ſui ⁊ nõ deſcẽdit ad domũ ſuã. Nunciatũq; eſt dauid a dicẽtibus. Nõ iuit vrias ad domũ ſuã. Et ait dauid ad vriã: Nunq̃d non de via veniſti? Quare nõ deſcendiſti in domũ tuam? Et ait vrias ad dauid. Arca dei ⁊ iſrael ⁊ iuda habitant i papilionibus: ⁊ dñs meus ioab: ⁊ ſerui dñi mei ſup faciem terre manẽt: ⁊ ego ingrediar domũ meã vt comedã ⁊ bibam ⁊ dormiam cũ vxore mea? Per ſalutem tuaꝫ ⁊ per ſalutẽ anime tue nõ faciã rem hanc. Ait ergo dauid ad vriã: Mane hic etiam hodie ⁊ cras dimittam te. Manſit vrias in hieruſalem in die illa ⁊ altera: ⁊ vocauit eum dauid vt comederet coraꝫ ſe ⁊ biberet ⁊ inebriauit eum. Qui egreſſus veſpere dormiuit in ſtratu ſuo cũ ſeruis dñi ſui: ⁊ in domuꝫ ſuam nõ deſcendit. Factuꝫ eſt ergo mane: ⁊ ſcripſit Dauid epiſtolam ad ioab: miſitq; per manũ vrie ſcribens in epiſtola. Ponite vriã ex aduerſo belli vbi fortiſſimũ eſt preliuꝫ: ⁊ derelinquite eum: vt percuſſus intereat. Igitur cũ ioab obſideret vrbeꝫ: poſuit vriam in loco vbi ſciebat viros eſſe fortiſſimos. Egreſſiq; viri de ciuitate bellabãt aduerſuꝫ ioab. Et ceciderunt de populo ſeruorum Dauid: ⁊ mortuus eſt etiam vrias etheus. Miſit itaq; ioab ⁊ nunciauit Dauid omnia verba prelij: precepitq; nuncio dicens. Cum compleueris vniuerſos ſermones belli ad regẽ: ſi euꝫ videris indignari ⁊ dixerit quare acceſſiſtis ad muruꝫ: vt preliaremini an ignorabatis ꝙ multa deſuper ex muro tela mittantur? quis percuſſit abimelech filium hierobaal: nõne mulier miſit ſuper eum † fragmen mole de muro: ⁊ interfecit eum in thebes: quare iuxta murũ acceſſiſtis? Dices. Etiaꝫ ſeruus tuus vrias etheus occubuit. Abijt ergo nuncius ⁊ venit ⁊ narrauit dauid oĩa que ei preceperat ioab: ⁊ dixit nuncius ad dauid. Preualuerũt aduerſuꝫ nos viri: ⁊ egreſſi ſunt ad nos in agrũ. Nos aũt facto impetu pſecuti eos ſumus vſq; ad portam ciuitatis ⁊ direxerũt iacula ſagittarij ad ſeruos tuos ex muro deſup: mortuiq; ſunt de ſeruis regis. Quinetiã ſeruus tuus vrias etheus mortuus eſt. Et dixit dauid ad nuncium. Hec dices ioab. Non te frangat iſta res. Varius eñ euentus eſt belli: ⁊ nunc hunc ⁊ nunc illuꝫ cõſumit gladius. Conforta bellatores tuos aduerſus vrbem vt deſtrues eam ⁊ exhortare eos. Audiuit autẽ vxor vrie ꝙ mortuus eſſet vrias vir ſuus ⁊ planxit eum. Tranſactoq; luctu miſit Dauid ⁊ introduxit eam in domum ſuaꝫ: ⁊ facta eſt ei vxor: peperitq; ei filium. Et diſplicuit verbum hoc quod fecerat dauid coram domino.

† berſabee
De pe. diſ. 2. §. ... diſt. in fi. ... 2. §. ſed ob ... tur.
B
... ra. 14. c. ... el. 19. c.
C
... offi. dele. ... um olim.
... 9. g.
† fragmẽ
De pe. diſ. 1. §. ... cũ dauid ... 2. §. oppo ... di. 3. c. totã ... iſtin. 4. §. fi. ... 6. di. c. dñs. l ... princi.

¶ Ca. Summariũ. De parabola nathã ad dauid: de oue pauperis: de puero dauid: de morte paruuli filij: de natiuitate Salomonis qui vocatus eſt amabilis dño: de captione rabbath: ⁊ ſubneruatiõe curruũ eius. Ca. XII.

A

Miſit ergo dñs nathã ad dd. Qui cũ veniſſet ad eũ dixit ei. Reſponde mihi iudiciũ. Duo viri erãt in ciuitate vna: vnus diues ⁊ alter pauper. Diues habebat oues ⁊ boues plurimos valde: paup aũt nihil habebat oĩno preter ouem vnam paruulaꝫ quã emerat ⁊ nutrierat: ⁊ que creuerat apud eum cũ filijs eius ſimul de pane illius comedens: ⁊ de calice illius bibens: et in ſinu eius dormiẽs: eratq; illi ſicut filia. Cum aũt peregrinus quidã veniſſet ad diuitem parcẽs ille ſumere de ouibꝰ ⁊ de bobus ſuis vt exhiberet cõuiuium peregrino illi q̃ venerat ad ſe: tulit oueꝫ viri pauperis ⁊ preparauit cibos homini illi qui venerat ad ſe. Iratus aũt indignatione dauid aduerſus hominẽ illum nimis: dixit ad nathan. Viuit dñs qm̃ filius mortis eſt vir qui fecit hoc. Quem reddet in quadruplum: eo ꝙ fecerit verbum iſtud ⁊ nõ pepercerit. Dixit aũt nathan ad dauid. Tu es ille vir qui feciſti hanc rẽ. Hec dixit dñs deus iſrael. Ego vnxi te in regẽ ſuper iſrael ⁊ ego erui te de manu ſaul ⁊ dedi tibi domũ dñi tui: ⁊ vxores domini tui in ſinu tuo: dediq; tibi domũ iſrael ⁊ iuda: ⁊ ſi parua ſunt iſta adijciam tibi multo maiora. Quare ergo contẽpſiſti verbum dñi: vt faceres malũ in conſpectu meo? Vriã etheum percuſſiſti gladio: ⁊ vxorem illius accepiſti in vxorem tibi ⁊ interfeciſti eum gladio filiorũ ammon. Quamobrem non recedet gladius de domo tua vſq; in ſempiternuꝫ eo ꝙ deſpexeris me: ⁊ tuleris vxorẽ vrie ethei vt eſſet vxor tua. Itaq; hec dixit dominus. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum in domo tua: ⁊ tollam vxores tuas in oculis tuis: et dabo proximo tuo ⁊ dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis huius. Tu enim feciſti abſcondite: ego auteꝫ faciã verbum iſtud in conſpectu omnis iſrael: ⁊ in cõſpectu ſolis huius. Et dixit dauid ad nathã. Peccaui dño. Dixitq; nathã ad dauid. Dñs quoq; tranſtulit peccatum tuum. Non morieris. Verũtamen qm̃ blaſphemare feciſti inimicos nomẽ dñi propter verbum hoc: filius qui natus eſt tibi morte morietur. Et reuerſus eſt nathan in domũ ſuam. Percuſſit q; dñs paruulum quẽ pepererat vxor vrie dauid: ⁊ deſperatꝰ eſt. Deprecatuſq; eſt dauid dñm ꝓ paruulo: ⁊ ieiunauit dauid ieiunio: ⁊ ingreſſus ſeorſuꝫ iacuit ſuper terrã. Venerũt aũt ſeniores domus eius cogentes eũ vt ſurgeret de terra. Qui noluit nec comedit cum eis cibum. Accidit aũt die ſeptima vt moreret infans: timueruntq; ſerui dauid nũciare ei ꝙ mortuus eſſet paruulꝰ: dixerunt eñ. Ecce cum paruulus adhuc viueret: loquebamur ad eum ⁊ non audiebat vocem noſtram: q̃tomagis ſi dixerimus mortuus eſt puer: ſe affliget? Cum ergo dauid audiſſet ſeruos ſuos muſitantes intellexit ꝙ mortuꝰ eſſet ĩfantulus. Dixitq; ad ſuos ſuos: Num mortuus eſt puer? Qui reſponderũt ei. mortuus eſt. Surrexit ergo Dauid de terra ⁊ lotus vnctuſq; eſt. Cũq; mutaſſet veſtẽ ingreſſus eſt domũ domini: ⁊ adorauit ⁊ venit in domum ſuam: petiuitq; vt ponerẽt ei panem ⁊ comedit. Dixerunt autem ei ſerui ſui. Quis eſt ſermo quem feciſti? Propter infanteꝫ cuꝫ adhuc viueret ieiunaſti: ⁊ flebas mortuo autem puero ſurrexiſti ⁊ comediſti panẽ. Qui ait. Propter infantem cum adhuc viueret ieiunaui ⁊ fleui. Dicebam eñ. Quis ſcit: ſi forte donec eum mihi dominus ⁊ viuat infans? Nũc aũt quia mortuus eſt quare ieiuno? Nũquid potero reuocare eum amplius? Ego vadaꝫ magis ad eum: ille vero nõ reuertet ad me. Et conſolatus eſt dauid bethſabee vxorem ſuã ingreſſuſq; ad eam dormiuit cuꝫ ea. Que genuit filium ⁊ vocauit nomen eius Salomon ⁊ dñs dilexit eum. Miſitq; euꝫ in manu nathã ꝓphete ⁊ vocauit nomen eius amabilis dño: eo ꝙ diligeret euꝫ dñs. Igit pugnabat ioab contra rabbath filiorꝫ ammon: ⁊ expugnabat vrbẽ regiã. Miſitq; ioab nũcios ad dauid dicens. Dimicaui aduerſum † rabbath: ⁊ capienda eſt vrbs aquarũ. Nũc igitur congrega reliquã partẽ populi ⁊ obſide ciuitatem ⁊ cape eaꝫ: ne cum a me vaſtata fuerit vrbs nomini meo aſcribatur victoria. Congregauit itaq; dauid omnem populuꝫ et profectus eſt aduerſum Rabbath. Cũq; dimicaſſet cepit eam. Et tulit diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentum: habens † gemmas ſpecioſiſſimas: et impoſitum eſt ſuper caput Dauid. Sed et predam ciuita-

B
3. q. 7. ... fi.
C
De pe. diſ. 1. c. cũ voluiſſet. §. deniq;.
De pe. diſ. 1. c. nũc ãt. 2. q. 7. c. 2. in prin.
D
De pe. diſ. 1. c. ſi peccauit. c. ſicut primi.
Di. 2. §. opponitur. in fi.
Di. 3. c. totã. ca. ille rex tãtus
33. q. 2. c. H ipſum. ibi vnius hebdomade.
E
De ſb. ſig. c. 3. in glo.
F
1. Para. 3. b.
Mat. 1. a.
G
Al. † rabetha
† Et i medio fuit ſardonicẽ quõ rex poſtea Dauid geſtabat in capite ſcdm ioſephũ

tis aſportauit multam valde: populum quoqꝫ eius adduꝫ cens ſeruauit: ⁊ circumegit ſuper eos ferrata carpenta. Di uiſitqꝫ cultris ⁊ traduxit in typo laterum. Sic fecit vniuerſis ciuitatibus filiorum ammon. Et reuerſus eſt Dauid et omnis exercitus in hieruſalem.

¶ Cap. Summarium. De inceſtu amnon cū ſorore ſua thamar. ⁊ quō Abſalō occidit eū in cōuiuio: de fuga Abſalon in geſſur: dauid ceſſat pſequi abſalon. Cap. XIII.

B Factum eſt aūt poſt hec: vt abſalō filij dauid ſororē ſpecioſiſſimā vocabulo thamar adamaret amnon filiꝰ dauid: ⁊ deperiret in eā valde: ita vt ꝓpter amorē eiꝰ egrotaret: qꝛ cū eſſet virgo difficile ei videbat: vt quippiā inhoneſte ageret cū ea. Erat aūt amnon amicus noīe † ionadab: filius ſemma fratris dauid vir prudens valde. Qui dixit ad eū. Quare ſic attenuaris macie fili regis ꝑ ſingulos dies? Cur non indicas mihi? Dixitqꝫ ei amnō. Thamar ſororē fratris me. Abſalon amo. Cui reſpōdit ionadab. Cuba ſup † lectū tuū ⁊ languorē ſimula. Cūqꝫ venerit pater tuus vt viſitet te: dic ei. Veniat oro thamar ſoror mea vt det mihi cibū ⁊ faciat pulmentum ⁊ comedā de manu eius. Accubuit itaqꝫ amnon ⁊ quaſi egrotare cepit. Cūqꝫ veniſſet rex ad viſitandū eum: ait amnon ad regē. Veniat obſecro thamar ſoror mea vt faciat ī oculis meis duas ſorbitiūculas: ⁊ cibū paratū capiā de manu eiꝰ. Miſit ergo dauid ad thamar domū dicēs. Veni ī domū amnō fratris tui: ⁊ fac ei pulmentū. Venitqꝫ thamar in domū amnon fratris ſui. Ille aūt iacebat. Que tollēs farinā ɔmiſcuit: ⁊ liqꝫfaciēs in oculis eius coxit ſorbitiūculas. Tollēſqꝫ qd coxerat: effudit ⁊ poſuit corā eo: ⁊ noluit comedere. Dixitqꝫ amnon. Eijcite vniuerſos a me. Cūqꝫ eieciſſent oēs: dixit amnon ad thamar. Infer cibū ī cōclaui vt veſcar de manu tua. Tulit ergo thamar ſorbitiūculas quas fecerat: ⁊ intulit ad amnon fratrē ſuū in cōclaui. Cūqꝫ obtuliſſet ei cibū: apprehendit eam ⁊ ait. Veni cuba mecū ſoror mea. Que rñdit ei. Noli frater mi: noli opprimere me. Neqꝫ eñi hoc fas eſt in iſrael. Noli facere ſtultitiā hanc. Ego eñi ferre non potero opprobrium meum. Et tu eris quaſi vnus de inſipiētibus in iſrael. Quin potius loquere ad regem: ⁊ nō negabit me tibi. Noluit aūt amnon acquieſcere precibus eius: ſed preualens viribus oppreſſit eam ⁊ cubauit cum ea. Et exoſam eā habuit odio magno nimis: ita vt maius eſſet odiū quo oderat eā amore quo ante dilexerat. Dixitqꝫ ei amnō. Surge ⁊ vade. Que reſpondit ei. Maius eſt hoc malum quod nūc agis aduerſū me: ꝙ quod ante feciſti expellēs me. Et noluit audire eam: ſed vocato puero qui miniſtrabat ei dixit. Eijce hanc a me foras ⁊ claude oſtiū poſt eam. Que induta erat † talari tunica. Huiuſcemodi enim filie regis virgines veſtibus vtebantur. Eiecit itaqꝫ eam miniſter illius foras. clauſitqꝫ fores poſt eam. Que aſpergens cinerem capiti ſuo: ſciſſa talari tunica: impoſitiſqꝫ manibus ſuper caput ſuum ibat egrediens ⁊ clamās. Dixit autem ei Abſalon frater ſuus. Nunquid amnon frater tuus concubuit tecum? Sed nunc ſoror tace frater tuus eſt. Neqꝫ affligas cor tuū pro hac re. Manſit itaqꝫ thamar contabeſcens in domo Abſalon fratris ſui. Cum autem audiſſet rex dauid verba hec contriſtatus eſt valde: ⁊ noluit contriſtare ſpiritum amnon filij ſui: quoniam diligebat eum: quia primogenitus erat ei. Porro nō eſt locutus Abſalon ad amnō nec malum nec bonū. Oderat enim Abſalon amnon: eo ꝙ violaſſet thamar ſororem ſuam. Factum eſt autem poſt tempꝰ biennij: vt tonderent oues Abſalon in balaſor que eſt iuxta effraim. Et vocauit abſalon omnes filios regis. Venitqꝫ ad regem: ⁊ ait ad eum. Ecce tōdētur oues ſerui tui: veniat oro rex cum ſeruis ſuis ad ſeruum ſuum. Dixitqꝫ rex ad Abſalon. Noli fili mi: noli rogare vt veniamus oēs ⁊ grauemꝰ te. Cum aūt cogeret eū ⁊ noluiſſet ire: benedixit ei. Et ait abſalō ad dauid. Si nō vis venire veniat obſecro nobiſcū ſaltem amnō frater meꝰ. Dixitqꝫ ad eū rex. Nō ē neceſſe vt vadat tecū. Coegit itaqꝫ abſalon eū: ⁊ dimiſit cū eo amnō ⁊ vniuerſos filios regis. Feceratqꝫ abſalō cōuiuiū q̄ſi cōuiuiū regis. Preceperat aūt abſalō pueris ſuis dicēs. Obſeruate cū temulētꝰ fuerit amnō vino ⁊ dixero vobis percutite eum ⁊ interficite: nolite timere. Ego eñi ꝗ ſū ꝓcipio vobis. Roboramini ⁊ eſtote viri fortes. Fecerunt ḡ pueri Abſalon aduerſū amnō: ſicut ꝓceperat eis Abſalon. Surgentēſqꝫ oēs filij regis: aſcēdērit ſinguli mulas ſuas ⁊ fugerūt. Cūqꝫ adhuc ꝑgerēt ī itinere fama ꝑuenit ad dd dicēs. Percuſſit abſalō oēs filios regis: ⁊ nō remāſit ex eis ſaltē vnꝰ. Surrexit itaqꝫ rex dd: ⁊ ſcidit veſtimēta ſua: ⁊ cecidit ſup terrā: ⁊ oēs ſui illiꝰ qui aſſiſtebāt ei ſciderūt veſtimēta ſua. Rñdens aūt ionadab filꝰ ſemma fratris dauid dixit. Ne exiſtimet dñs meꝰ rex: ꝙ oēs pueri regꝫ occiſi ſint. Amnon ſolus mortuꝰ eſt: qm̄ in † odio abſalō erat poſitꝰ ex die qua oppreſſit thamar ſororē eius. Nūc ergo ne ponat dñs meus rex ſuper cor ſuū verbū iſtud dicēs: oēs filij regis occiſi ſunt: qm̄ amnon ſolus mortuus eſt. Fugit aūt abſalon. Et eleuauit puer ſpeculator oculos ſuos ⁊ aſpexit: ⁊ ecce. populus multus veniebat pariter deuium ex latere mōtis. Dixit autē Ionadab ad regē. Ecce filij regis adſunt. Iuxta verbum ſerui tui ſic factum eſt. Cūqꝫ ceſſaſſet loqui: apparuerunt ⁊ filij regis. Et intrantes leuauerunt vocē ſuā et fleuerunt. Sed ⁊ rex ⁊ omnes ſerui eius fleuerunt: ploratu magno nimis. Porro Abſalon fugiens: abijt ad tholomai filium ammiur regem geſſur. Luxit ergo Dauid filium ſuum Amnon multis diebus. Abſalon autem cum fugiſſet et veniſſet † in Geſſur: fuit ibi tribus annis. Ceſſauitqꝫ rex Dauid perſequi Abſalon: eo ꝙ conſolatus eſſet ſup Amnon interitu.

Marginal notes:
al' + ionathas ſm ioſephum
als + lectulū
Dixit ioſep. ꝙ thamar fecit amnō colliridas et frixit eas obtulitqꝫ fratri ſuo amnon.
C
Gene. 34. c. 47. di. c. ſūt hꝫ ꝗ neceſſe.
D
als + colobio habēte manicas vſqꝫ ad talos ꝓfuſas ne facile viderēt quibus antiq̄ virgines vtebant ſm ioſephū li. 7 antiq. ca. viij.
E
47. di. ſ. ceſſe.
δ. 1. b. ⁊. 3. ſ.
Als + oc.
G
+ Ad aūt ternū viri uincie ... tentem ſm ioſephum.

¶ Capituli Summariū. De ioab ⁊ muliere thecuite: ⁊ parabola eius ad Dauid: de reuocatione Abſalon de geſſur in Hieruſalem ꝙ faciem regis non vidit tribus annis: De pulchritudine Abſalō: de pondere capillorꝫ eius ducentis ſiclis: de ſegete Ioab ſuccenſa: Ioab intrat ad regem rogans pro abſalon: vocatur abſalon ⁊ oſculatur a rege.
Cap. XIIII.



A Intelligens aūt ioab filius ſaruie: ꝙ cor regis verſum eſſet ad abſalon: miſit thecuā ⁊ tulit inde mulierē ſapientē: dixitqꝫ ad eā. Lugere te ſimula: ⁊ iduere veſte lugubri: ⁊ ne vngaris oleo vt ſis q̄ſi mulier iā pluꝫrimo tpe lugēs mortuū ⁊ ingredieris ad regē: ⁊ loq̄ris ad eū ſermoēs huiuſcemodi. Poſuit aūt ioab verba in ore eiꝰ. Itaqꝫ cū ingreſſa fuiſſet mulier thecuites

ad regē

ad regē cecidit corā eo ſup terrā: ⁊ adorauit ⁊ dixit. Serua
me rex. Et ait ad eam rex. Quid cauſe habes? Que rñdit.
Regū.6.f. Heu mulier vidua ego ſum. Mortuus eſt eñ vir meus: et
B ancille tue erāt duo filij qui rixati ſunt aduerſum ſe ī agro.
nulluſq; erat q̄ eos ꝓhibere poſſet ⁊ percuſſit alter alterū: ⁊
interfecit eū. Et ecce conſurgens vniuerſa cognatio aduer
ſuꝫ ancillā tuā: dicit. Trade eū q̄ ꝑcuſſit fratrē ſuū vt occida
mus eū pro aīa fratris ſui quē interfecit: ⁊ deleamus here-
dem. Et quērit extinguere ſcintillaꝫ meā: que relicta eſt vt
nō ſuperſit viro meo nomē ⁊ reliquie ſuper terrā. Et ait rex
C ad mulierem. Uade in domū tuā: ⁊ ego † iubebo ꝓ te. Di-
+ videbo. xitq; mulier thecuites ad regem. In me dñe mi rex ſit iniq-
tas ⁊ in domo patris mei: rex autē ⁊ thronus eius ſit inno-
cens. Et ait rex. Qui contradixerit tibi: adduc eum ad me:
⁊ vltra nō addet vt tāgat te. Que ait. Recordet rex dñi dei
ſui vt non multiplicentur ꝓximi ſanguinis ad vlciſcendum
⁊ nequaq̄ interficiant filiū meuꝫ. Qui ait. Uiuit dominus
q: non cadet de capillis filij tui ſuper terrā. Dixit ergo mu
D lier. Loquatur ancilla tua ad dominū meum regem verbū.
Et ait. Loquere. Dixitq; mulier. Quare cogitaſti huiuſce
modi rem contra populuꝫ dei: ⁊ locutus eſt rex verbū iſtud
vt peccet: ⁊ non reducat eiectum ſuū? Omnes morimur et
[...]e.25.c. +[...] quaſi aque dilabimur in terrā: que non † reuertuntur. Nec
vult deus perire aīam: ſed retractat cogitās ne penitus pe
reat qui abiectus eſt. Nūc igit̄ veni vt loquar ad dñm meū
regeꝫ verbū hoc preſente pp̄lo. Et dixit ancilla tua. loquar
[...]a 29.d. ad regeꝫ: ſi quo modo faciat rex verbū ancille ſue. Et audi
uit rex verba vt liberaret ancillā ſuam de manu omniuꝫ qui
volebant de hereditate dñi delere me ⁊ filiuꝫ meū ſimul. Di
cat ergo ancilla tua vt fiat verbū dñi mei regis ſicut ſacrifi-
E cium. Sicut eñ angelus domini ſic eſt dñs meˀ rex: vt nec
benedictione nec maledictione moueat̄. Unde ⁊ dñs deus
tuus eſt tecum. Et rñdens rex: dixit ad mulierē. Ne abſcō-
das a me verbū qđ te interrogo. Dixitq; ei mulier. Loque-
[...] u.b. re domine mi rex. Et ait rex. Nunq̄d manus ioab tecuꝫ eſt
in oībus iſtis? Rñdit mulier ⁊ ait. Per ſalutem anime tue
dñe mi rex: nec ad ſiniſtram nec ad dexteram eſt ex omnibˀ
his que locutus eſt dñs meus rex. Seruus eñ tuus ioab:
ipſe precepit mihi ⁊ ipſe poſuit in os ancille tue omnia ver
ba hec vt verterem figurā ſermonis huius. Seruus enim
tuus ioab precepit iſtud. Tu autē dñe mi rex ſapiens es: ſi-
cut habet ſapientiā angelus dei: vt intelligas omnia ſuper
terram. Et ait rex ad ioab. Ecce placatus feci verbū tuum.
Uade ergo ⁊ reuoca puerū Abſalon. Cadenſq; ioab ſuper
faciē ſuaꝫ in terram adorauit: ⁊ bñdixit regi. Et dixit ioab.
F Hodie intellexit ſeruus tuˀ: q: inueni grām in oculis tuis
dñe mi rex. Feciſti eñ ſermonem ſerui tui. Surrexit ergo
ioab ⁊ abijt in geſſur ⁊ adduxit Abſalon in hieruſalem. Di
xit aūt rex. Reuertatur in domum ſuā: ⁊ faciem meam non
videat. Reuerſus eſt itaq; Abſalon in domū ſuā: ⁊ faciē re-
gis nō vidit. Porro ſicut abſalō vir nō erat pulcher in om
ni iſrael: ⁊ decorus nimis. A veſtigio pedis vſq; ad verticē
nō erat in eo vlla macula. Et qñ tondebat capillū (Semel
aūt in anno tondebat̄ q: grauabat eū ceſaries) pōderabat
capillos capitis ſui † ducētis ſiclis pondere publico. Nati
Qui faciūt [...] mina s[...] [...]ep.d alia [...]lia ſcribit [...] pulch: itu [...] Abſalon [...] ll. vij. ſunt aūt Abſalon filij tres: ⁊ filia vna noīe thamar elegātis
forme. Manſitq; Abſalon in hierl̄m duobus annis: ⁊ faciē
regis nō vidit. Miſit itaq; ad ioab vt mitteret eū ad regē.
Qui noluit venire ad eū. Cūq; ſcđo miſiſſet ⁊ ille noluiſſet
venire ad eū: dixit ſuis ſuis. Scitis agrū ioab iuxta agrū
meum habentem meſſem hordei. Ite igitur ⁊ ſuccendite eū
igni. Succenderunt ergo ſerui Abſalon ſegetem igni. Et
venientes ſerui ioab ſciſſis veſtibus ſuis dixerunt. Succē-
derunt ſerui abſalon partem agri igni. Surrexitq; Joab
⁊ venit ad Abſalon in domum eius: ⁊ dixit. Quare ſuccen-
derunt ſerui tui ſegetem meam igni? Et rñdit Abſalon ad

Joab. Miſi ad te obſecrans vt venires ad me: ⁊ mitterem
te ad regem vt diceres ei. Quare veni de geſſur? Melius
mihi erat ibi eſſe. Obſecro ergo vt videam faciē regis. Qđ
ſi memor eſt iniquitatis mee interficiat me. Ingreſſus ita-
q; Joab ad regem: nunciauit ei omnia hec. Uocatuſq; eſt
Abſalon ⁊ intrauit ad regem: ⁊ adorauit ſuper faciēꝫ terre
coram eo. Oſculatuſq; eſt rex Abſalon. A

Capi. Summarium. De Abſalon quō incuruabat cor- De his que ſ
da virorū poſt ſe volens regnare: de cōiuratione eius ɔtra ſequunt̄ vide
patrē: de fuga Dauid: de ethai ⁊ getheo: qui trāſiuit cū re- ꝑ ioſe. lib. vij.
ge ſadoch et abiathar miſſis in hierl̄m: de chuſi remiſſo ad antiqui. c. ix.
Abſalon: vt diſſipet conſiliū achitofel. Ca. XV.

Igitur poſt hec fecit ſibi Abſalon currˀ et
equites ⁊ q̄nquaginta viros q̄ precederēt
eū. Et mane cōſurgēs Abſalon ſtabat iux
ta introitū porte in via: ⁊ oēm virū qui ha
bebat negociū. vt veniret ad regis iudiciū
vocabat Abſalō ad ſe: ⁊ dicebat de qua ci
uitate es tu? Qui rñdens aiebat. Ex vna tribu iſrl̄ ego ſuꝫ
ſeruus tuus. Rñdebatq; ei Abſalon. Uident̄ mihi ſermo-
nes tui boni ⁊ iuſti: ſed nō eſt qui te audiat cōſtitutus a re-
ge. Dicebatq; Abſalon. Quis me conſtituat iudicē ſup ter
ram: vt ad me veniant oēs qui habent negociū: ⁊ iuſte iudi
cem? Sed ⁊ cum accederet ad eū homo vt ſalutaret illū: ex
tendebat manum ſuā: ⁊ apprehendens oſculabat̄ eū. Facie
batq; hoc omni iſrael venienti ad iudiciū vt audiretur a re
ge: ⁊ ſollicitabat corda viroꝝ iſrael. Poſt quatuor autē an B
nos dixit Abſalon ad regē Dauid. Uadam ⁊ redam vota
mea que voui dño in hebron. Uouens eñ vouit ſeruus tuˀ
cum eſſet in geſſur ſyrie dicens. Si reduxerit me dominus Supra. 13. g.
in hieruſalē ſacrificabo domino. Dixitq; ei rex Dauid. Ua
de in pace. Et ſurrexit ⁊ abijt in hebron. Miſit autem Ab-
ſalon exploratores in vniuerſas tribus iſrael: dicens Sta
tim vt audieritis clangoreꝫ buccine: dicite † Regnabit ab Abs + regna-
ſalon in hebron. Porro cum abſalon ierunt ducenti viri de bit.
hieruſalem vocati: euntes ſimplici corde: ⁊ cauſam penitus
ignorantes. Accerſiuit quoq; Abſalon achitofel gylonitēꝫ C
conſiliariuꝫ Dauid de ciuitate ſua gylo. Cumq; immolaret
victimas: facta eſt coniuratio valida: populuſq; concurrēs
augebatur cum Abſalon. Uenit igitur nuncius ad Dauid
dicens. Toto corde vniuerſus iſrael ſequitur Abſalon. Et
ait Dauid ſeruis ſuis qui erant cum eo in hieruſaleꝫ. Sur 23, q. 5. c. quid
gite ⁊ fugiamus. Neq; enim erit nobis effugiuꝫ a facie Ab eñ. de pe. di. 1.
ſalon. Feſtinate egredi: ne forte veniens occupet nos: ⁊ † i c. non perſi et
pellat ſuper nos ruinam: ⁊ percutiat ciuitateꝫ in ore gladij. c. ſicut primi.
Dixeruntq; ſerui regis ad eum. Omnia quecūq; precepe- Als + īpleat.
rit dñs noſter rex libenter exequemur ſerui tui. Egreſſus Al + īpiguat.
eſt ergo rex ⁊ vniuerſa domus eius pedibus ſuis. Et dere-
liquit rex decem mulieres concubinas ad cuſtodiendā do
mum. Egreſſuſq; rex ⁊ omnis iſrael pedibus ſuis ſtetit pro D
cul a domo: ⁊ vniuerſi ſerui eius ambulabant iuxta eum: et
legiones cerethi ⁊ felethi: ⁊ omnes gethei pugnatores va-
lidi ſexcenti viri qui ſecuti eum fuerant de geth pedites pre
cedebant regem. Dixit aūt rex ad ethai getheum. Cur ve-
nis nobiſcū? Reuertere ⁊ habita cū rege quia peregrinus
es ⁊ egreſſus es de loco tuo. Heri veniſti: ⁊ hodie compel-
leris nobiſcum egredi. Ego auteꝫ vadam quo iturus ſum.
Reuertere ⁊ reduc tecum fratres tuos: ⁊ dñs faciet tecum
miſericordiam ⁊ veritatem q: oſtendiſti gratiam ⁊ fidē. Et
reſpondit ethai regi dicens. Uiuit dñs: ⁊ viuit dominˀ meˀ
rex: quoniam in quocūq; loco fueris dñe mi rex: ſiue in mor
te ſiue in vita ibi erit ſeruus tuus. Et ait dauid ethai: Ueni
⁊ tranſi. Et tranſiuit ethai getheus ⁊ rex ⁊ omnes viri qui E
cum eo erāt: ⁊ reliqua multitudo. Omneſq; flebant voce Ruth. 1. c.
magna: ⁊ vniuerſus populus tranſibat. Rex vero tranſgre
diebatur torrentem cedron: ⁊ cunctus populus incedebat

C
tutibus tuis. Beati viri tui † ⁊ beati ſerui tui: hi ꝗ aſſiſtunt corã te omni tꝑe: ⁊ audiũt ſapiẽtiã tuã. Sit dñs deus tuus benedictus qui voluit te ordinare ſuꝑ thronũ ſuũ regẽ dñi dei tui. Quia diligit deus iſrael: ⁊ vult ſeruare eũ in eternũ: idcirco poſuit te ſuꝑ eũ regẽ vt facias iudicia atq; iuſtitiam. Dedit autẽ regi cẽtum viginti talẽta auri: ⁊ aromata multa nimis: ⁊ gemmas precioſiſſimas. Non fuerũt aromata talia: vt hec que dedit regina ſaba regi ſalomoni. Sed et ſerui hyram cum ſeruis ſalomonis attulerũt aurum de ophir:
+ thima.
+ thijmis
⁊ ligna † tina: ⁊ gemmas precioſiſſimas: de quib⁹ fecit rex de lignis. ſ. † tinis gradus in domo dñi: ⁊ in domo regia: citharas quoq; ⁊ pſalteria cantoribus. Nũꝙ viſa ſunt in terra iuda ligna talia. Rex aũt ſalomon dedit regine ſaba cuncta que voluit ⁊ que poſtulauit: ⁊ multo plura ꝙ attulerat
D
ad eum. Que reuerſa abijt in terrã ſuã cũ ſeruis ſuis. Erat autem põdus auri qđ afferebaṫ ſalomoni ꝑ ſingulos ãnos ſexcenta ſexagintaſex talenta auri: excepta ea ſumma quam legati diuerſarum gentiũ ⁊ negociatores afferre conſueuerant: omneſq; reges arabie ⁊ ſatrape terrarũ qui comportabant aurum et argentum ſalomoni. Fecit igiṫ rex ſalomõ ducẽtas haſtas aureas: de ſumma ſexcẽtorum aureorũ qui
E
in ſingulis haſtis expẽdebãtur. Treceẽta quoq; ſcuta aurea trecentorum aureorum quib⁹ tegebãtur ſingula ſcuta. Poſuitq; ea rex in armentario qđ erat conſitum nemore. Fecit quoq; rex ſoliũ eburneũ grãde: ⁊ veſtiuit illud auro mundiſſimo. Sex quoq; gradus quibus aſcẽdebaṫ ad ſolium ⁊ ſcabellũ aureũ: ⁊ brachiola duo altrinſecus: ⁊ duos leones ſtantes iuxta brachiola: ſed ⁊ alios duodecim leunculos ſtantes ſuper ſex gradus ex vtraq; parte. Non fuit tale ſolium in vniuerſis regnis. Omnia quoq; vaſa cõuiuij regis erant aurea ⁊ vaſa domus ſaltus libani ex auro puriſſimo. Argentũ enĩ in diebus illis ꝓ nihilo reputabatur. Siquidem naues regis ibant in tharſis cum ſeruis hyram ſemel in annis trib⁹: ⁊ deferebãt inde aurum ⁊ argẽtũ ⁊ ebur ⁊ ſimias ⁊ pauos.

Magnificatus eſt igitur ſalomon ſuper omnes reges terre: pre diuitijs ⁊ gloria. Omneſq; reges terrarũ deſiderabant videre faciem ſalomonis: vt audirẽt ſapiẽtiã quã dederat de⁹ in corde eius. Et deferebãt ei munera: vaſa argentea ⁊ aurea: veſtes ⁊ arma ⁊ aromata equos et mulos ꝑ ſingulos ãnos. Habuit quoq; ſalomõ quadragita milia equorum in ſtabulis: ⁊ curruũ equitũq; duodecim milia. Conſtituitq; eos in vrbibus quadrigarum: ⁊ vbi erat rex in hieruſalem. Exercuit etiam poteſtatem ſuꝑ cũctos reges a flumine eufrate vſq; ad terram philiſtinorum: ⁊ vſq; ad terminos egypti. Tantãq; copiam prebuit argenti in hierl'm quaſi lapidũ ⁊ cedrorum tãtam multitudinem velut ſycomorum que gignuntur in campeſtribus. Adducebantur autem ei equi de egypto cunctiſq; regionibus. Reliqua autem operum ſalomonis priorum ⁊ nouiſſimorum ſcripta ſunt in verbis nathan ꝓphete: ⁊ in libris abie ſylonitis. In viſione quoq; addo videtis cõtra hieroboam filium nabath. Regnauit autem ſalomon in hieruſalem ſuꝑ omnem iſrael quadraginta annis. Dormiuitq; cum patribus ſuis. Et ſepelierunt eum in ciuitate dauid. Regnauitq; roboam filius eius pro eo.
3. regum. 10. d.
F
G
3. regum. 11. g

¶ Cap. Sum. De roboã ⁊ cõſilio iuuenũ ei dato. de ſciſſione regni: ⁊ de hieroboã: de vxoribus roboam. Cap. X.

A
3. regum. 12. a
De his ꝗ hic vide Joſe. lib. 8. c. 4.

Profect⁹ eſt aũt roboã in ſychem (Illuc enĩ cũctus iſrael cõuenerat) vt cõſtituerẽt eum regẽ. Qđ cũ audiſſet hieroboã filius nabath qui erat in egypto (fugerat quippe illuc ante ſalomonem) ſtatim reuerſus eſt. Vocaueruntq; eũ et venit cum vniuerſo iſrael: ⁊ locuti ſunt ad roboã dicentes. Pater tuus duriſſimo iugo nos preſſit: tu leniora impera patre tuo: qui nobis impoſuit grauem ſeruitutem et paululum de onere ſubleua vt ſeruiamus tibi. Qui ait. Poſt tres dies reuertimini ad me. Cũq; abijſſet pp̄ls: init cõſilium cum ſenibus qui ſteterant corã patre eius ſalomone dum adhuc viueret dicens. Quid datis cõſilij vt reſpõdeam pp̄lo. Qui dixerũt ei. Si
B
placueris pp̄lo huic ⁊ linieris eos verbis clemẽtibus: ſeruient tibi omni tꝑe. At ille reliquit cõſilium ſenũ ⁊ cũ iuuenibus tractare cepit qui cũ eo nutriti fuerãt: ⁊ erãt in comitatu illius. Dixitq; ad eos. Quid vobis videtur: vel quid reſpndere debeo pp̄lo huic qui dixit mihi: ſubleua iugũ qđ impoſuit nobis pater tuus: Ad illi reſpõderunt vt iuuenes et nutriti cum eo in delitijs atq; dixerunt. Sic loqueris populo qui dixit tibi pater tuus aggrauauit iugũ noſtrum: tu ſubleua: ⁊ ſic rñdebis ei. Minim⁹ digit⁹ me⁹ groſſior eſt lũbis patris mei. Pater meus impoſuit vobis graue iugum:
3. regum. 12. c
C
et ego maius pondus apponam. Pater meus cecidit vos flagellis: ego vero cedam vos ſcorpionib⁹. Venit ergo hieroboam ⁊ vniuerſus populus ad roboã die tertio ſicut preceperat eis. Reſpondiṫq; rex dura derelicto cõſilio ſeniorum: locutuſq; eſt iuxta iuuenum volũtatem. Pater meus graue vobis impoſuit iugum: qđ ego graui⁹ faciã. Pater me⁹ cecidit vos flagellis: ego vero cedam vos ſcorpionib⁹. Et non acquieuit pp̄li precibus. Erat enĩ volũtatis dei: vt compleretur ſermo eius quẽ locutus fuerat ꝑ manũ abie ſylonitis ad hieroboã filiũ nabath. Populus autem vniuerſus rege duriora dicẽte: ſic locutus eſt ad eum. Non eſt nobis pars in dauid: neq; hereditas in filio iſai. Reuertere in tabernacula tua iſrl'. Tu aũt paſce domũ tuã dauid. Et abijt
D
iſrael in tabernacula ſua. Suꝑ filios aũt iſrael qui habitabant in ciuitatibus iuda regnauit roboam. Miſitq; rex roboam adurã qui preerat tributis: ⁊ lapidauerũt eum filij iſrael ⁊ mortuus eſt. Porro rex roboam currum feſtinauit
3. regum. 2. d.
7. q. 1. c. denique
aſcẽdere: ⁊ fugit in hieruſalem. Receſſitq; iſrael a domo dauid vſq; ad diem hanc. † Factum eſt autem cũ audiſſet oĩs
ors + hoc totũ ſupereſt videlicet factum eſt vſq; ad finẽ. c.
iſrael ꝙ reuerſus eſſet hieroboam: miſerunt et vocauerunt eum regem congregato cetu: et conſtituerunt eum regem

ſuper omnem iſrael:nec ſecutus eſt quiſpiam domũ dauid
preter tribum iuda ſolam.

¶ Cap̃.Sum.De ſemia ꝓpheta quẽ miſit dñs ad roboã:
ne pugnaret ipſe ⁊ populus contra iſrael. Cap̃. XI.

A 3.regum.1.a. Venit aũt roboã in hieruſalem ⁊ cõuocauit
vniuerſam domũ iuda ⁊ beniamin centum
octoginta milia electoꝝ atq; bellãtium: vt
dimicaret cõtra iſrael ⁊ cõuerteret ad ſe re
gnum ſuum. Factuſq; eſt ſermo dñi ad ſe‑
meiã hoiem dei dicẽs. Loquere ad roboã
filium ſalomonis regẽ iuda: ⁊ ad vniuerſum iſrael qui eſt in
iuda ⁊ bẽiamin. Hec dicit dñs. Non aſcẽdetis neq; pugna
bitis cõtra fratres veſtros. Reuertatur vnuſquiſq; i domũ
B ſuã:q2 mea hoc geſtuz eſt volũtate. Qui cũ audiſſent ſermo
nem dñi reuerſi ſunt nec perrexerũt cõtra hieroboã. Habi‑
tauit aũt roboã in hierl̃m ⁊ edificauit ciuitates muratas in
iuda:extruxitq; bethleẽ ⁊ ethã ⁊ thecue. Bethſur quoq; et
ſocco ⁊ odolã:necnõ ⁊ geth ⁊ mareſa ⁊ ziph ſed ⁊ adurã et
lachis ⁊ azecha:ſaraa quoq; ⁊ abialon ⁊ hebron q̃ erãt in iu
da ⁊ bẽiamin ciuitates munitiſſimas. Cumq; clauſiſſet eas
muris:poſuit in eis principes:aborũq; horrea hoc eſt olei
⁊ vini. Sed ⁊ in ſingulis vrbibus fecit armamẽtaria ſcutoꝝ
⁊ haſtarũ:firmauitq; eas ſumma diligẽtia:⁊ imperauit ſuꝑ
C iudã ⁊ beniamin. Sacerdotes aũt ⁊ leuite qui erant in vni‑
uerſo iſrael. venerũt ad eũ de cũctis ſedibus ſuis relinquen‑
tes ſuburbana ⁊ poſſeſſiones ſuas:⁊ trãſeũtes ad iudam ⁊
hieruſalem:eo ꝙ abieciſſet eos hieroboã ⁊ poſteri eius ne
3.Regũ.18.g. ſacerdotio dñi fungerentur. Qui conſtituit ſibi ſacerdotes
excelſoꝝ ⁊ demonioꝝ:vituloꝝq; quos fecerat. Sed ⁊
de cũctis tribubus iſrael quicũq; dederãt coꝛ ſuum vt que‑
rerent dñm deum iſrael:venerunt in hierl̃m ad immolandũ
victimas ſuas corã dño deo patrum ſuoꝝ:⁊ roborauerunt
regnum iuda ⁊ cõfirmauerũt roboam filium ſalomonis per
D tres annos. Ambulauerunt enim in vijs dauid ⁊ ſalomonis
annis tãtum tribus. Duxit aũt roboam vxorem maalath fi
liam herimoth filij dauid:abiail quoq; filiã heliab filij iſai q̃
peperit ei filios iehus ⁊ ſomoriam ⁊ ſoon. Poſt hãc quoq;
alſ.† abeſſalõ accepit maacham filiam † abſalon que peperit ei abia et
ethai ⁊ ziza ⁊ ſalumith. Amauit autem roboã maachã filiaꝫ
abſalon ſuper omnes vxores ſuas ⁊ cõcubinas. Nã vxores
decem ⁊ octo duxerat:cõcubinas aũt ſexaginta:⁊ genuit vi
ginti octo filios ⁊ ſexaginta filias. Cõſtituit vero in capite
abiã filium maacha ducem ſuꝑ oẽs fratres ſuos. Ipſum enĩ
regem facere cogitabat:quia ſapientioꝛ fuit et potentioꝛ ſu
per omnes filios ei9:⁊ in cunctis finibus iuda ⁊ beniamin:
⁊ in vniuerſis ciuitatib9 muratis. Prebuitq; eis eſcas plu‑
rimas: ⁊ multas petiuit vxores.



¶ Cap̃.Summa. De ſeſac rege egypti qui ſpoliauit hieru
ſalem:de ſcutis ereis que fecit roboam pro ſcutis aureis a
ſeſac ſublatis. Cap̃.XII.

Cumq; roboratum fuiſſet regnũ roboã ⁊ cõ A
fortatũ dereliquit legẽ dñi:⁊ oĩs iſrael cũ
eo. Anno aũt quinto regni roboã:aſcendit
ſeſac rex egypti in hieruſalẽ: q2 peccauerũt
dño:cũ mille ducẽtis curribus:⁊ ſexagin‑
ta milibus equitũ. Nec erat numer9 vulgi
quod venerat cũ eo ex egypto libies.ſ.et troglodite ⁊ ethyo
pes. Cepitq; ciuitates munitiſſimas in iuda:⁊ venit vſq; in
hieruſalẽ. Semeias autem ꝓpheta ingreſſus eſt ad roboã
⁊ principes iuda qui congregati fuerant in hieruſalem fu‑
gientes ſeſac. Dixitq; ad eos. Hec dicit dñs. Uos reliqui‑ B
ſtis me ⁊ ego reliqui vos in manu ſeſac. Conſternatiq; prin
cipes iſrael:et rex dixerũt. Iuſt9 eſt dñs. Cũq; vidiſſet dñs
ꝙ hũiliati eſſent:fact9 eſt ſermo dñi ad ſemeiã dicẽs. Quia
humiliati ſunt nõ diſperdam eos:daboq; eis pauxillũ au‑
xilij:⁊ nõ ſtillabit furoꝛ me9 ſuꝑ hierl̃m ꝑ manũ ſeſac. Uerũ
tamẽ ſeruiẽt ei:vt ſciãt diſtãtiaꝫ ſeruitutis mee ⁊ ſeruitutis
regni terrarum. Receſſit itaq; ſeſac rex egypti ab hieruſa‑ C
lem ſublatis theſauris domus domini ⁊ domus regis. oĩa
q; ſecum tulit:⁊ clypeos aureos quos fecerat ſalomon pro
quibus fecit rex eneos:⁊ tradidit illos principib9 ſcutario‑
rum qui cuſtodiebãt veſtibulum palacij. Cumq; introiret
rex domum dñi veniebãt ſcutarij ⁊ tollebãt eos:iterũq; re‑
ferebãt eos ad armamẽtariũ ſuum. Uerũtamẽ q2 humiliati
ſunt auerſa eſt ab eis ira dñi:nec deleti ſunt penitus. Siq̃ D
dẽ ⁊ in iuda inuẽta ſunt opera bona. Cõfortat9 eſt ergo rex 3.regum.14.
roboã in hieruſalem atq; regnauit. Quadraginta autem ⁊
vnius anni erat cum regnare cepiſſet. Et decem ⁊ ſepteꝫ an
nis regnauit in hierl̃m vrbe quam elegit dñs vt cõfirmaret
nomen ſuum ibi de cũctis tribubus iſrael. Nomẽ aũt mr̃is
eius naama amanitis. Fecitq; malum: ⁊ nõ preparauit coꝛ
ſuum vt quereret dñm. Opera vero roboam prima et nouiſ
ſima ſcripta ſunt in libris ſemeie prophete ⁊ addo videntis:
⁊ diligẽter expoſita. Pugnauerũtq; aduerſum ſe roboã et
hieroboam cũctis diebus. Et dormiuit roboam cum patri
bus ſuis. Sepultuſq; eſt in ciuitate dauid:et regnauit abia
filius eius pro eo.

¶ C.S. De regno abie filij roboã:⁊ de bello ⁊ victoria abie
cõtra iſrl̃ ⁊ hieroboã. ⁊ de morte hieroboã. Cap̃. XIII.

Anno octauodecimo regis hieroboam re‑ A
gnauit abia ſuꝑ iudam. Tribus annis re‑ 3.regum.15.
gnauit in hieruſalẽ. Nomẽq; matris eius
michaia filia vriel de gabaa. Et erat bellũ
inter abia ⁊ hieroboam. Cũq; iniſſet abia
certamẽ:⁊ haberet bellicoſiſſimos viros:
⁊ electoꝛum † quadraginta milia hieroboam inſtruxit ecõ‑ alſ.† quadragenta.
tra aciẽ † octoginta milia viroꝝ:qui ⁊ ipſi electi erãt: ⁊ ad alſ.† octingenta.
bella fortiſſimi. Stetit ergo abia ſuper montem ſemeron q̃
erat in effraim: ⁊ ait. Audi hieroboã ⁊ oĩs iſrael. Nũ ignora
tis ꝙ dominus deus iſrael dederit regnuꝫ dauid ſuꝑ iſrael
in ſempiternũ ipſi ⁊ filijs eius in pactum ſalis. Et ſurrexit B
hieroboam filius nabath ſeruus ſalomonis filij dauid et re
bellauit cõtra dñm ſuum. Cõgregatiq; ſunt ad eum viri va
niſſimi ⁊ filij belial: ⁊ preualuerunt contra roboam filiũ ſalo
monis. Porro roboam erat rudis ⁊ corde pauido:nec po‑
tuit reſiſtere eis. Nũc ergo vos dicitis qd̃ reſiſtere poſſitis
regno dñi:qd̃ poſſidet ꝑ filios dauid. Habetiſq; grãdẽ po
puli multitudinẽ atq; vitulos aureos quos fecit vobis hie
roboã in deos. Et eieciſtis ſacerdotes dñi filios aarõ atq;
leuitas:⁊ feciſtis vobis ſacerdotes ſicut oẽs ppl̃i terrarũ.
Quicũq; venerit ⁊ initiauerit manum ſuam in tauro ⁊ in bo
bus et in arietibus ſeptem:fit ſacerdos eoꝛum qui non ſunt
dij. Noſter autem dñs deus eſt:quẽ non relinquimus. Sa C
cerdoteſq; qui miniſtrãt dño de filijs aaron:⁊ leuite ſunt in
oꝛdine ſuo:holocauſta quoq; offerunt domino ꝑ ſingulos
dies mane et veſpere et thimiama iuxta legis precepta cõ‑
fectum

fectum:⁊ proponuntur panes in menſa mundiſſima. Eſtq̃
apud nos candelabrum aureum⁊ lucerna eius vt accendã
tur ſemper ad veſperam. Nos quippe cuſtodim⁹ precepta
dñi dei noſtri:quem vos reliquiſtis. Ergo in exercitu no-
ſtro dux deus eſt:⁊ ſacerdotes eius qui clangunt tubis ⁊ re
ſonãt cõtra vos. Filij iſrael nolite pugnare cõtra dñm deuz
De bello abie contra hieroboã unde latius p Joſe.li.3.c.6. patrum veſtrorum:qꝛ nõ vobis expedit. Hec illo loquente
hieroboã retro moliebatur inſidias. Cumq̃ ex aduerſo ho
ſtium ſtaret ignorãtem iudã ſuo ambiebat exercitu. Reſpi
cienſq̃ iudas vidit inſtare bellum ex aduerſo ⁊ poſt tergum
D ⁊ clamauit ad dñm:ac ſacerdotes tubis canere ceperũt oẽſ
q̃ viri iuda vociferrati ſunt. Et ecce illis clamãtibus pter-
ruit deus hieroboã ⁊ oẽm iſrael qui ſtabat ex aduerſo abia
et iuda. Fugerũtq̃ filij iſrael iudam:⁊ tradidit eos de⁹ i ma
nu eoꝝ. Percuſſit ergo eos abia ⁊ pplꝯ ei⁹ plaga magna:⁊
He. + qngẽta. corruerunt vulnerati ex iſrael † quinquaginta milia viroꝝ
fortium. Humiliatiq̃ ſunt filij iſrael in tpe illo: ⁊ vehemen-
tiſſime cõfortati filij iuda:eo ꝙ ſperaſſent in dño deo patrũ
ſuorum. Perſecutus eſt autem abia fugientem hieroboam
⁊ cepit ciuitates eius:bethel ⁊ filias eius:⁊ hieſana cum fi-
liabus ſuis:effron quoq̃ ⁊ filias eius. Nec valuit vltra reſi
ſtere hieroboam in dieb⁹ abia. Quem percuſſit dñs ⁊ mor
tuus eſt. Igitur abia confortato imperio ſuo:accepit vxo-
res quatuordecim:procreauitq̃ vigintiduos filios ⁊ ſexde
cim filias. Reliqua autem ſermonum abia viarumq̃ ⁊ ope
rum ei⁹ ſcripta ſunt diligẽtiſſime in libro addo prophete.

¶ Cap̃. Summa. De morte abie pro quo regnauit filius
eius aſa:⁊ de bello aſa contra ethyopes. Cap̃. XIIII.

A 3.reg. 15.b. de ſola rege vi Joſe lib.8. Dormiuit aũt abia cum patribus ſuis:et ſe
pelierunt eum in ciuitate dauid. Regna-
uitq̃ aſa filius eius pro eo. In cuius die-
bus requieuit terra annis decem. Fecit er
go aſa qđ bonuz ⁊ placitũ erat in cõſpectu
dei ſui:⁊ ſubuertit altaria peregrini cult⁹ ⁊
excelſa:cõfregit ſtatuas lucoſq̃ ſuccidit:⁊ precepit iude vt
quereret dñm deum patrum ſuorum:⁊ faceret legem ⁊ vni-
uerſa mandata. Et abſtulit de cũctis vrbibus iuda aras et
phana:⁊ regnauit ĩ pace. Edificauit quoq̃ vrbes munitas
B in iuda:quia quietus erat:et nulla temporibus eius bella
ſurrexerant:pacem dño largiente. Dixit autem iude. Edifi
cemus ciuitates iſtas et vallemus muris ⁊ roboremus tur
ribus ⁊ portis ⁊ ſeris:donec a bellis quieta ſunt omnia:eo
ꝙ queſieris dñm deum patrum noſtrorum:⁊ dederit nobis
pacem per gyrum. Edificauerũt igitur:⁊ nullum in extruen
do impedimẽtum fuit. Habuit aũt aſa in exercitu ſuo portã
C tium ſcuta ⁊ haſtas de iuda trecenta milia. De bẽiamin ve-
ro ſcutarioꝝ ⁊ ſagittariorum ducenta octoginta milia. Om
neſq̃ iſti viri fortiſſimi. Egreſſus eſt autem contra eos zara
ethyops cum exercitu ſuo decies centena milia:⁊ curribus
trecentis:⁊ venit vſq̃ mareſa. Porro aſa perrexit obuiam
ei.⁊ inſtruxit aciem ad bellum in valle zephata que eſt iuxta
mareſa:⁊ inuocauit dñm deum:⁊ ait. Dñe non eſt apud te
vlla diſtantia:vtrum in paucis auxilieris aut in pluribus.
D Adiuua nos dñe deus noſter. In te eñ ⁊ in tuo noie habẽ-
tes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Domi-
nus deus noſter tu es:non preualet contra te homo. Exter
ruit itaq̃ dñs ethyopes corã aſa ⁊ iuda. Fugeruntq̃ ethyo
He. + gerare. pes:⁊ perſecutus eſt eos aſa ⁊ populus qui cũ eo erat vſq̃ †
gerara. Et ruerũt ethyopes vſq̃ ad internitionẽ:qꝛ dño ce
dente contriti ſunt:⁊ exercitu illius preliãte. Tulerũt ergo
ſpolia multa. Et percuſſerunt ciuitates oẽs p circuitum ge
rare. Grãdis quippe cunctos terror inuaſerat. Et diripue
runt vrbes ⁊ multam predam aſportauerũt. Sed ⁊ caulas
ouium deſtruentes tulerunt pecorum infinitam multitudi-
nem ⁊ camelorum:reuerſiq̃ ſunt in hieruſalem.

¶ C. S. De verbis azarie ꝓphete:de aſa. de federe popu
li ⁊ iuramento:vt toto corde dñm quererent. Cap̃. XV.

Azarias aũt filius obed facto in ſe ſpiritu A
dei egreſſus eſt in occurſum aſa:⁊ dixit ei.
Audite me aſa ⁊ oĩs iuda ⁊ beniamin. Do
minus vobiſcum qꝛ fuiſtis cũ eo. Si que-
ſieritis eum:inuenietis. Si aũt dereliqueri
ritis eum dereliquet vos. Trãſibũt autem
multi dies in iſrael abſq̃ deo vero:⁊ abſq̃ ſacerdote:abſq̃
doctore quoq̃ ⁊ abſq̃ lege. Cũq̃ reuerſi fuerit ĩ anguſtia
ſua ⁊ clamauerint ad dñm deum iſrael ⁊ queſierint eum:re-
perient eum. In tpe illo nõ erit pax egredienti ⁊ ingredien
ti:ſed terrores vndiq̃ in cunctis habitatoribus terrarum.
pugnabit eñ gens contra gentem. ⁊ ciuitas contra ciuita-
tem:qꝛ dñs cõturbabit eos ĩ omni anguſtia. Uos ergo cõ- B
fortamini ⁊ nõ diſſoluantur manus veſtre:erit eñ merces
operi veſtro. Qđ cũ audiſſet aſa verba. ſcꝫ ⁊ ꝓphetiam aza
rie filij obed ꝓphete cõfortatus eſt:⁊ abſtulit idola de omĩ
terra iuda ⁊ de bẽiamin:⁊ ex vrbibus quas ceperat mon-
tis effraim ⁊ dedicauit altare dño qđ erat ãte porticũ dñi.
Congregauitq̃ vniuerſum iudam ⁊ beniamin ⁊ aduenas
cum eis de effraim ⁊ de manaſſe ⁊ de ſymeon. Plures eniꝫ C
ad eum cõfugerãt ex iſrael:videntes ꝙ dñs de⁹ illius eſſet
cum eo. Cũq̃ veniſſent in hierlm mẽſe tertio:anno decimo
quinto regni aſa:immolauerũt dño in die illa de manubijs
⁊ predam quã adduxerãt boues ſeptingẽtos:⁊ arietes ſe
ptẽ milia. Et intrauit ex more ad corroborandũ fedus:vt
quererẽt dñm deuz patruz ſuoꝝ in toto corde ⁊ in tota aĩa
ſua. Si quis autem inquit non queſierit dñm deum iſrael:
moriaᷓ a minimo vſq̃ ad maximũ:a viro vſq̃ ad mulierez.
Iurauerũtq̃ dño voce magna in iubilo:⁊ in clangore tube
⁊ in ſonitu buccinarũ oẽs qui erã in iuda cũ execratione.
In omni eñ corde ſuo iurauerũt:⁊ in tota volũtate queſie D
runt eũ ⁊ iuenerũt. Preſtititq̃ eis dñs requiẽ p circuitũ.
Sed ⁊ maacham matrẽ aſa regis ex auguſto depoſuit im
perio eo ꝙ feciſſet in luco ſimulachrum priapi qđ omne cõ
triuit:⁊ in fruſta comminuens combuſſit ĩ torrẽte cedron.
Excelſa aũt derelicta ſunt in iſrael. Attamẽ cor aſa erat ꝑ-
fectum cunctis diebus eius. Eaq̃ que vouerat pater ſu⁹
et ipſe intulit in domũ dñi: argentum ⁊ aurum vaſorumq̃
diuerſam ſupellectilem. Bellum vero nõ fuit vſq̃ ad trice
ſimum annum regni aſa.

¶ Cap̃. Sum. De baaſa ⁊ de federe aſa cum benadab. de
anani ꝓpheta increpãte aſa pro initio federe:⁊ morte aſa
propter fedus. Cap̃. XVI.

Anno autẽ triceſimo ſexto regni eius:aſcẽ A
dit baaſa rex iſrael in iudaz ⁊ muro circũ
dabat rama:vt null⁹ tute poſſit egredi et
ingredi de regno aſa. Protulit aũt aſa ar
gentum ⁊ aurũ de theſauris dom⁹ dñi et
de theſauris regijs miſitq̃ ad benadab
regẽ ſyrie qui habitabat ĩ damaſco dicẽs fedus inter me ⁊
te eſt. Pater quoq̃ meus ⁊ pater tu⁹ habuere cõcordiaꝫ.
Quãobrem miſi tibi argentum ⁊ aurũ:vt rupto federe qđ B
habes cuꝫ baaſa rege iſrael facias eũ a me recedere. Quo
comperto benadab miſit principes exercituũ ſuorũ ad vr-
bes iſrael. Qui ꝑcuſſerũt ahiõ ⁊ dan ⁊ abelmaim ⁊ vniuer
ſas vrbes neptalim muratas. Quod cũ audiſſet baaſa de-
ſijt edificare rama:⁊ intermiſit opus ſuum. Porro aſa rex
aſſumpſit vniuerſum iudã ⁊ tulerunt lapides de rama et li
gna que edificationi ꝑparauerat baaſa:edificauitq̃ ex eis
gabaa et maſpha. In tpe illo venit anani ꝓpheta ad aſam C
regem iuda:et dixit ei. Quia habuiſti fiduciã in rege ſyrie
et nõ in dño deo tuo:idcirco euaſit ſyrie regis exercitus de 2.macha. 9.a.
manu tua. Nõne ethiopes ⁊ lybies multoplures erãt qua Geñ.31.d.
drigis ⁊ equitibus ⁊ multitudine nimia:quos cũ dño cre 4.regũ.13.c.
didiſſes tradidit in manu tua? Oculi eñ dñi contemplant

vniuerſam terrã: ⁊ pꝛebent fortitudinẽ his qui corde pfecto
credũt in eum. Stulte igit egiſti ⁊ ppter hoc etiã pꝛeſenti
tempoꝛe aduerſum te bella conſurgũt. Iratuſqꝫ aſa aduer-
ſus videntem: iuſſit eum mitti in neruum. Valde quippe ſup
B hoc fuerat dñs indignatus ⁊ interfecit de pplo in tpe illo
plurimos. Opera aũt aſa pꝛima ⁊ nouiſſima ſcripta ſunt in
3. regum. 15. c. libꝛo regũ iuda ⁊ iſrael. Egrotauit etiã aſa anno triceſimo
nono regni ſui. doloꝛe pedum vehementiſſimo: ⁊ nec in infir
mitate ſua queſiuit dñm: ſed magis in arte medicoꝝ cõfiſus
eſt. Doꝛmiuitqꝫ cum patribus ſuis. Et moꝛtuus eſt anno
quadrageſimo pꝛimo regni ſui. Et ſepelierunt eum in ſepu
chꝛo ſuo qd foderat ſibi in ciuitate dauid. Poſueruntqꝫ eũ
ſuper lectum ſuum plenum aromatibus ⁊ vnguentis mere-
tricijs que erant pigmentarioꝛum arte cõfecta: ⁊ combuſſe
runt ſuper eum ambitione nimia.

¶ Cap. Summa. De regno ioſaphat ⁊ qualiter miſit pꝛe-
dicatoꝛes: ⁊ de diuitijs eius: ⁊ pꝛincipibus ⁊ numero bella
toꝛum eius. Cap. XVII.

A Regnauit aũt ioſaphat filius eius pꝛo eo: ⁊
inualuit cõtra iſrael. Conſtituitqꝫ militum
numeros in cũctis vꝛbibus iuda que erãt
vallate muris: pꝛeſidiaqꝫ diſpoſuit in terra
iuda ⁊ in ciuitatibus effraim quas ceperat
aſa pater eius. Et fuit dñs cũ ioſaphat: qꝛ
ambulauit in vijs dauid patris ſui pꝛimis: ⁊ nõ ſperauit in
baalim: ſed in deo patris ſui ⁊ perrexit in pꝛeceptis illius:
⁊ nõ iuxta peccata iſrael. Cõfirmauitqꝫ dñs regnũ in manu
B eius: ⁊ dedit oĩs iuda munera ioſaphat: factęqꝫ ſunt ei infi-
nite diuitie: ⁊ multa gloꝛia. Cũqꝫ ſumpſiſſet coꝛ eius auda-
ciam ppter vias dñi: etiã excelſa ⁊ lucos de iuda abſtulit.
Tertio autem anno regni ſui miſit de pꝛincipibus ſuis be-
nail ⁊ abdiam ⁊ zachariã ⁊ nathanael ⁊ micheã vt docerent
in ciuitatibus iuda ⁊ cũ eis leuitas ſemeiã ⁊ nathaniã ⁊ za-
badiã aſael quoqꝫ ⁊ ſemiramoth ⁊ ionathã adoniãqꝫ ⁊ tho
C biã ⁊ thobadoniã leuites ⁊ cũ eis eliſama ⁊ ioꝛam ſacerdo-
tes. Docebãtqꝫ pplm in iuda: habẽtes libꝛum legis dñi: et
circuibãt cũctas vꝛbes iuda: atqꝫ erudiebant pplm. Itaqꝫ
factus eſt pauoꝛ dñi ſup oĩa regna terrarũ que erãt p gyꝛũ
iuda: nec audebãt bellare cõtra ioſaphat: ſed ⁊ philiſtei io
ſaphat munera deferebãt ⁊ vectigal argenti. Arabes quoqꝫ
adducebãt pecoꝛa arietum ſeptẽ milia ſeptingẽtos: ⁊ hy-
cos totidem. Creuit ergo ioſaphat ⁊ magnificatus eſt vſqꝫ
in ſublime: atqꝫ edificauit in iuda domos ad inſtar turrium
vꝛbeſqꝫ muratas: ⁊ multa opera patrauit in vꝛbibus iuda.
D Viri quoqꝫ bellatoꝛes ⁊ robuſti erãt in hieruſalem quoꝛum
iſte numerus per domos atqꝫ familias ſinguloꝝ. In iuda
pꝛinceps exercitus ednas dux ⁊ cũ eo robuſtiſſimi viri tre
cẽta milia. Poſt hũc ioanam pꝛinceps: ⁊ cũ eo ducẽta octo
ginta milia. Poſt illũ quoqꝫ amaſias filius zechꝛi conſecra
tus dño ⁊ cũ eo ducenta milia viroꝛum foꝛtium. Hũc ſeque
batur robuſtus ad pꝛelia eliada ⁊ cũ eo tenentium arcum ⁊
clipeum ducenta milia. Poſt iſtum etiã iozabad ⁊ cum eo
centum octoginta milia expeditoꝛum militum. Hi oẽs erãt
ad manum regis: exceptis alijs quos poſuerat in vꝛbibus
muratis. ⁊ in vniuerſo iuda.

¶ Ca. Summa. Deſcẽdit ioſaphat ad achab: qui inſimul
aſcenderũt ad bellũ in ramoth galaad. de mẽdacijs falſoꝝ
pꝛophetaꝝ: ⁊ de pꝛophetia michee ad maxillam percuſſi:
de moꝛte achab: incarceratur micheas. Cap. XVIII.

A
3. regũ. 22. ⁊ Io-
ſe. lib. 8. c. 12.
Fuit ergo ioſaphat diues: ⁊ inclitus mul-
tum ⁊ affinitate cõiunctus eſt achab. De
ſcẽditqꝫ poſt duos annos ad eũ in ſama-
riam: ad cuius aduentũ mactauit achab
arietes ⁊ boues plurimos ipſi et pplo q
venerat cũ eo: perſuaſitqꝫ illi vt aſcẽderet
in ramoth galaad. Dixitqꝫ achab rex iſrael ad ioſaphat re-
gem iuda. Veni mecũ in ramoth galaad. Cui ille reſpõdit.
Ut ego ⁊ tu: ſicut ppls tuus ſic ⁊ ppls meus tecũqꝫ erimus
in bello. Dixit ioſaphat ad regem iſrael. Cõſule obſecro in
pꝛeſentiarum ſermonem dñi. Cõgregauit igitur rex iſrael
pꝛophetarum quadringentos viros: ⁊ dixit ad eos. In ra- B
moth galaad ad bellandum ire debemus an quieſcere? At
illi. Aſcẽdite inquiunt ⁊ tradet eos deus in manu regis. Di
xitqꝫ ioſaphat. Nũquid nõ eſt hic pꝛophetes dñi vt ab illo
etiã requiramus? Et ait rex iſrael ad ioſaphat. Eſt vir vn⁹
a quo poſſumus querere dñi volũtatem. Sed ego odi eum
quia non pꝛophetat mihi bonum. ſed malũ omni tempoꝛe.
Eſt autem micheas filius iemla. Dixitqꝫ ei ioſaphat. Ne lo
quaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex iſrael vnũ de eunu
chis: ⁊ dixit ei. Voca cito micheã filium iemla. Poꝛro rex
iſrael ⁊ ioſaphat rex iuda vterqꝫ ſedebant in ſolio ſuo veſti-
ti cultu regio. Sedebãt aũt in area iuxta poꝛtam ſamarie: C
omneſqꝫ pꝛophete vaticinabantur coꝛam eis. Sedechias
vero filius chanana fecit ſibi coꝛnua ferrea: ⁊ ait. Hec dixit
dominus. His ventilabis ſyꝛiam donec cõteras eam. Om
neſqꝫ pꝛophete ſimiliter pꝛophetabãt atqꝫ dicebãt. Aſcen-
de in ramoth galaad: ⁊ pſperaberis: ⁊ tradet eos dñs i ma
nus regis. Nuncius autem qui ierat ad vocandum micheã
ait illi. En verba omnium pꝛophetarum vno oꝛe bona regi
annunciant. Queſo ergo te vt ⁊ ſermo tuus ab eis non diſ-
ſentiat loquariſqꝫ pꝛoſpera. Cui reſpondit micheas. Viuit
dominus: quia quodcũqꝫ dixerit mihi deus meus hoc lo- 3. reg. 22. c.
quar. Venit ergo ad regem. Cui rex ait. Michea ire debe- D
mus in ramoth galaad ad bellandum an quieſcere? Cui ille
reſpondit. Aſcendite. Cuncta enim pꝛoſpera euenient ⁊ tra
dentur hoſtes in manus veſtras. Dixitqꝫ rex. Iterum atqꝫ
iterum te adiuro: vt mihi non loquaris niſi quod verum eſt
in nomine dñi. At ille ait. Vidi vniuerſum iſrael diſperſum
in montibus ſicut oues abſqꝫ paſtoꝛe. Et dixit dominus.
Non habent iſti dominos. Reuertatur vnuſquiſqꝫ in do-
mum ſuam in pace. Et ait rex iſrael ad ioſaphat. Nonne di
xi tibi: q non pꝛophetaret iſte mihi quicqꝫ boni: ſed ea que
mala ſunt? At ille. Idcirco ait: audite verbũ domini. Vidi
dominum ſedentem in ſolio ſuo: et omnem exercitũ celi aſſi E
ſtentem ei a dextris ⁊ a ſiniſtris. Et dixit dominus. Quis 3. regum. 22.
decipiet achab regẽ iſrael: vt aſcendat ⁊ coꝛruat in ramoth
galaad? Cumqꝫ diceret vnus hoc modo ⁊ alter alio: pꝛoceſ
ſit ſpiritus ⁊ ſtetit coꝛam domino ⁊ ait. Ego decipiam eũ.
Cui dominus. In quo inquit decipies? At ille reſpondit.
Egrediar ⁊ ero ſpiritus mendax in oꝛe omnium pꝛopheta
rum eius. Dixitqꝫ dominus. Decipies: et pꝛeualebis. Egre
dere: ⁊ fac ita. Nunc igitur ecce dominus dedit ſpiritũ mẽ
dacij in oꝛe omnium pꝛophetarum tuoꝛum: ⁊ dominus locu
tus eſt de te mala. Acceſſit autem ſedechias filius chanane:
et percuſſit michee maxillam: ⁊ ait. Per quã viam tranſiuit
ſpũs dñi ad me: vt loqueretur tibi? Dixitqꝫ micheas. Tu ipſe F
videbis in die illo: quãdo ingreſſus fueris cubiculum de cu
biculo: vt abſcondaris. Pꝛecepit autem rex iſrael dicens.
Tollite micheam ⁊ ducite eũ ad amon pꝛincipem ciuitatis:
et ad ioas filium amalech: et dicetis. Hec dixit rex. Mitti- G
te hunc in carcerem: et date ei panis modicum: ⁊ aque pau
xillum donec reuertar in pace. Dixitqꝫ micheas. Si reuer
ſus fueris in pace: non eſt dominus locutus in me. Et ait.
Audite omnes populi. Igitur aſcenderũt rex iſrael ⁊ ioſa-
phat rex iuda in ramoth galaad. Dixitqꝫ rex iſrael ad ioſa
phat. Mutabo habitum: ⁊ ſic ad pugnã vadã: tu autem in
duere veſtibus tuis. Mutatoqꝫ rex iſrael habitu venit ad G
bellũ. Rex aũt ſyꝛie pꝛeceperat ducib⁹ equitatus ſui dicẽs.
Ne pugnetis cõtra minimũ aut cõtra maximũ niſi cõtra ſo
lũ regẽ iſrael. Itaqꝫ cũ vidiſſent pꝛincipes eqtat⁹ ioſaphat
dixerũt. Rex iſrael eſt iſte. Et circũdederũt eũ dimicantes
At ille clamauit ad dñm: ⁊ auxiliat⁹ eſt ei: atqꝫ auertit eos ab
illo

illo. Cum enim vidiſſent duces equitatus ꝙ non eſſet rex
iſrael reliquerūt eū. Accidit aūt vt vnus e pplo ſagittā in in-
certū iaceret: ⁊ percuteret regē iſrael inter ceruicem ⁊ ſca-
pulas. At ille aurige ſue ait. Cōuerte manum tuā ⁊ educ me
de acie quia vulneratus ſum. Et finita eſt pugna in die illo.
Porro rex iſrael ſedebat in curru ſuo contra ſyros vſq ad
veſperam ⁊ mortuus eſt occidente ſole.

¶ C. S. De correptione ioſaphat per ꝓphetam iehu: de
conſilio ioſaphat ad iudices. Cap. XIX.

A R Euerſus eſt aūt ioſaphat rex iuda i domū
ſuā pacifice ⁊ in hierl'm. Cui occurrit iehu
filius anani vidēs ⁊ ait ad eū. Impio pre-
bes auxiliū: ⁊ his qui oderūt dñm amici-
tia iungeris: ⁊ idcirco irā quidē dñi mere-
baris: ſed bona opera inuēta ſunt in te: eo
ꝙ abſtuleris lucos de terra iuda ⁊ preparaueris cor tuū vt
requireres dñm deū patrū tuorū. Habitauit ergo ioſaphat
B in hierl'm. Rurſumq egreſſus eſt ad ppl'm de berſabee vſq
ad montem effraim ⁊ reuocauit eos ad dñm deū patrū ſuo-
rum. Conſtituitq iudices terre in cunctis ciuitatibus iu-
da munitis per ſingula loca. Et precipiens iudicibus: vide-
te (ait) quid faciatis. Nō eñ hoīs exercetis iudicium: ſed
dñi: ⁊ quodcūq iudicaueritis in vos redūdabit. Si timor dñi
C vobiſcum: ſit eū diligētia cūcta facite. Nō eſt eñ apud dñm
deum noſtrum iniquitas nec pſonarū acceptio: nec cupido
munerum. In hierl'm quoq cōſtituit ioſaphat leuitas ⁊ ſa-
cerdotes: ⁊ principes familiarū ex iſrael: vt iudicium ⁊ cām
dñi iudicarēt habitatoribus eius. Precepitq eis dicens.
Sic agetis in timore dñi fideliter ⁊ corde perfecto. Omnē
cauſam que venerit ad vos fratrum veſtrorū qui habitāt in
vrbibus ſuis: inter cognationē ⁊ cognationem vbicūq eſt
queſtio de lege de mandato: de cerimonijs: de iuſtificatio-
nibus oſtendite eis: vt nō peccēt in dñm ⁊ ne veniat ira dei
D ſup vos: ⁊ ſup fratres veſtros. Sic ergo agētes nō peccabi-
bitis. Amarias autē ſacerdos ⁊ pontifex veſter in his que
ad deū pertinent preſidebit. Porro zabadias fili⁹ Iſmael
qui eſt dux in domo iuda: ſuper ea opera erit que ad regis
officium pertinent. Habetiſq magiſtros Leuitas coram
vobis. Confortamini et agite diligenter: ⁊ erit dñs † vobiſ- (al's + erit dñs in bonis.)
cum in bonis.

¶ C. S. De filijs ammō ⁊ moab ⁊ ſeyr contra ioſaphat cō-
gregatis: de oratione iazihel ꝓphete: de hoſtib⁹ ioſaphat
ceſis mutuo: de correptione ioſaphat pro inito federe cum
ochozia rege iſrael facta per eliezer. Cap. XX.

A P Oſt hec ɔgregati ſunt filij moab ⁊ filij am-
mon: ⁊ cū eis de † ammonitis ad ioſaphat: (al's + idumeis.)
vt pugnarēt cōtra eū. Veneruntq nūcij ⁊ in-
dicauerūt ioſaphat dicētes. Venit contra
te multitudo magna de his locis q̄ trans
mare ſunt de ſyria: ⁊ ecce conſiſtunt in aſa-
ſonthamar: qui eſt engaddi. Ioſaphat aūt timore perterri-
tus totum ſe cōtulit ad rogādum dñm: ⁊ predicauit ieiuniū
vniuerſo iuda. Congregatuſq eſt iudas † ad deprecandū
dñm: ſed ⁊ omnes de vrbibus ſuis venerūt ad obſecrādum (al's + ad placandum.)
eum. Cūq ſtetiſſet ioſaphat in medio cetu iude ⁊ hieruſalē
in domo dñi ante atriū nouum ait. Dñe deus patrum no-
ſtrorum tu es deus in celo ⁊ dñaris cunctis regnis gentiū.
B In manu tua eſt fortitudo ⁊ potētia: nec quiſq tibi poteſt
reſiſtere. Nonne tu deus noſter interfeciſti omnes habita-
tores terre huius coram populo tuo iſrael: ⁊ dediſti eam ſe-
mini abraam amici tui in ſempiternum? Habitaueruntq in
ea ⁊ extruxerunt in illa ſanctuarium nomini tuo: dicentes.
Si irruerint ſuper nos mala: gladius iudicij: peſtilētia et
fames: ſtabimus coram domo hac in cōſpectu tuo in qua in-
uocatum eſt nomē tuum et clamabimus ad te in tribulatio-
nibus noſtris: et exaudies † nos ſaluoſq facies. Nūc igi-
tur ecce filij ammon ⁊ moab ⁊ mons ſeyr: ꝑ quos nō cōceſſi- al's + ſuperes nos.
ſti filijs iſrael vt trāſirēt quādo egrediebātur de egypto: ſꝫ
declinauerūt ab eis nō interfecerūt illos: econtrario agūt et
nituntur eijcere nos de poſſeſſione: quam tradidiſti nobis
deus noſter. Ergo non iudicabis eos? In nobis quidem C
non eſt tanta fortitudo: vt poſſimus huic multitudini reſi-
ſtere que irruit ſuper nos. Sed cū ignoremus quid agere
debeamus: hoc ſolum habemus reſidui: vt oculos noſtros
dirigamus ad te. Omnis vero iuda ſtabat coram dño cum
paruulis ⁊ vxoribus ⁊ liberis ſuis. Erat autem iazihel fili⁹
zacharie filij banaie filij iehihel filij mathanie Leuites de
filijs aſaph ſup quē fact⁹ eſt ſpūs dñi in medio turbe: ⁊ ait.
Attendite omnis iuda ⁊ qui habitatis in hieruſalem et tu
rex ioſaphat. Hec dicit dñs vobis. Nolite timere nec pa-
ueatis hanc multitudinem. Non eſt enim veſtra pugna: ſed
dei. Cras † deſcendetis † contra eos. Aſcēſuri eñ ſunt per D al's + aſcendēs.
cliuum nomine † ſcis: ⁊ inuenietis illos in ſummitate torrē-
tis qui eſt cōtra ſolitudinem hieruhel. Nō eñ eritis vos q̄ al's + ſuper eſt
dimicabitis ſed tantūmodo confidenter ſtate: ⁊ videbitis al's + ſcio.
auxilium domini ſuper vos. O iuda ⁊ hieruſalem nolite ti-
mere nec paueatis. Cras egredimini cōtra eos ⁊ domin⁹
erit vobiſcū. Ioſaphat ergo ⁊ iuda et omnes habitatores
hieruſalem ceciderunt proni in terram corā domino et ado-
rauerunt eum. Porro leuite de filijs caath ⁊ de filijs chore
laudabant dominum deū iſrael: voce magna in excelſum.
Cumq mane ſurrexiſſent egreſſi ſunt per deſertum thecue.
Profectiſq eis ſtans ioſaphat in medio eorum dixit. Audi- E
te me viri iuda: et omnes habitatores hieruſalem. Credi-
te in domino deo veſtro et ſecuri eritis. Credite prophetis
eius et cuncta euenient proſpera. Deditq conſilium popu-
lo ⁊ ſtatuit cantores domini: vt laudarent eum in turmis
ſuis: ⁊ antecederent exercitū: ac voce conſona dicerēt: Cō-
fitemini domino quoniam bonus: quoniam in eternum mi-
ſericordia eius. Cumq cepiſſent laudes canere vertit do-
minus inſidias eorum in ſemetipſos filiorum ſcilicet ammō
⁊ moab ⁊ montis ſeyr: qui egreſſi fuerant vt pugnarent con-
tra iudam ⁊ percuſſi ſunt. Namq filij ammon ⁊ moab con-
ſurrexerunt aduerſum habitatores montis ſeyr: vt interfice-
rent ⁊ delerent eos. Cumq hoc opere perpetraſſent etiam
in ſemetipſos verſi: mutuis ſe concidere vulneribus. Porro
iuda cum veniſſet ad ſpeluncam que reſpicit ſolitudinem vi-
dit procul omnem late regionem plenam cadaueribus: nec
ſupereſſe quēquam qui necem potuiſſet euadere. Venit er- F
go ioſaphat et omnis populus cum eo ad detrahenda ſpo-
lia mortuorum. Inuenerūtq inter cadauera variā ſupelle-
ctilē: veſtes quoq ⁊ vaſa precioſiſſima: et diripuerunt: ita
vt omnia portare non poſſent: nec per tres dies ſpolia aufer-
re: pre prede magnitudine. Die autem quarto congregati
ſunt in valle benedictionis. Etenim quoniam ibi benedixe-
runt domino: vocauerunt locum illum vallis benedictiōis
vſq in preſentem diem. Reuerſuſq eſt omnis vir iuda ⁊ ha-
bitatores hieruſalem ⁊ Ioſaphat ante eos in hieruſalē cū
leticia magna: eo quod dediſſet eis dominus gaudium de
inimicis ſuis. Ingreſſiq ſunt in hieruſalem cum pſalterijs
et cytharis ⁊ tubis in domum domini. Irruit autem pauor
domini ſuper vniuerſa regna terrarum cum audiſſent ꝙ pu-
gnaſſet dominus contra inimicos iſrael. Quieuitq regnū
ioſaphat: ⁊ prebuit ei dominus pacem per circuitum. Re-
gnauit igitur ioſaphat ſuper iudam et erat triginta quinq
annorum cum regnare cepiſſet. Viginti aūt ⁊ quinq annis
regnauit in hieruſalem: ⁊ nomen matris eius azuba filia ſe-
lachi. Et ambulauit in via patris ſui aſa: nec declinauit ab G
ea: faciēs q̄ placita erāt corā dño. Verūtñ excelſa nō abſtu-
lit ⁊ adhuc ppl's nō direxerat cor ſuū ad dñm deū patrū ſuo-
rū. Reliqua aūt geſtorū ioſaphat priorū ⁊ nouiſſimorū ſcri-

pta ſunt in libris iehu filij anani q̄ digeſſit in libro regum
De Ioſaphat rege Iuda et eius ſanctitate. vide ampliſſime per Ioſe. lib. 8. c. 7.
iſrael. Poſt hec iniit amicitias ioſaphat rex iuda cū Ocho
zia rege iſrael: cuius opera fuerūt impiiſſima et particeps
fuit vt facerēt naues que irent in tharſis. Fecerūtqꝫ claſſem
in aſiongaber. Prophetauit autem elieſer filius dodā de
mareſa ad ioſaphat dicēs. Quia habuiſti fedus cum ocho
zia percuſſit dn̄s opa tua: contriteqꝫ ſunt naues nec potuerūt
ire in tharſis.

¶ Cap. Sum. De morte ioſaphat ⁊ regno iorā q̄ occidit
ſex fratres ſuos ⁊ ambulauit in vijs achab: de literis helie
ſad eum miſſis: in quib⁹ erat ſcriptum quali morte moreret
ipſe ioram et de eius longa tabe. Cap. XXI.

A Ormiuit aūt ioſaphat cū patrib⁹ ſuis ⁊ ſe
pultus eſt cum eis in ciuitate dauid: regna
uitqꝫ iorā filius eius p eo. Qui habuit fra
tres filios ioſaphat azariā ⁊ iahiehel ⁊ za
chariā ⁊ azariā ⁊ michael ⁊ ſaphatiā. oēs
alias † iſrael.
hi filij ioſaphat regis † iuda. Deditqꝫ eis
pater ſuus munera argēti ⁊ auri ⁊ penſationes cum ciuita
tibus munitiſſimis in iuda. Regnū aūt tradidit iorā eo q̄d
eſſet primogenitus. Surrexit aūt iorā ſup regnū patris ſui.
Cumqꝫ ſe cōfirmaſſet occidit omnes fratres ſuos gladio: ⁊
alias † iſrael. 4. regum. 8. c.
quoſdam de principibus † iuda. Trigintaduoꝝ annoꝝ erat
B iorā cū regnare cepiſſet: ⁊ octo annis regnauit in Hierl'm.
Ambulauitqꝫ in vijs regū iſrl' ſicut egerat domus achab: fi
lia quippe achab erat vxor eius. Et fecit malū in cōſpectu
dn̄i. Noluit aūt dn̄s diſpdere domū dauid pp̄ter pactū q̄d
inierat cū eo: ⁊ q̄ pmiſerat vt daret ei lucernā ⁊ filijs ei⁹ in
alias † illius.
omni tp̄e. In diebus illis † rebellauit edom ne eſſet ſubdi
C tus iude ⁊ cōſtituit ſibi regē. Cūqꝫ trāſiret iorā cū princip
ibus ſuis ⁊ cūcto equitatu qui erat ſecū: ſurrexit nocte ⁊ per
cuſſit edom q̄ ſe circūdederat: ⁊ oēs duces equitatus eius.
Attn̄ rebellauit edom ne eſſet ſub ditione iuda vſqꝫ ad hāc
diem. Eo tp̄e ⁊ lobna receſſit ne eſſet ſub manu illius. Dere
liquerat eñ dn̄m deum patrum ſuoꝝ: inſup ⁊ excelſa fabri
catus eſt in vrbibus iuda: ⁊ fornicari fecit habitatores hie
ruſalē: ⁊ preuaricari iudā. Allate ſunt aūt ei litere ab Helia
propheta: in quibus ſcriptum erat. Hec dicit dn̄s deus da
uid patris tui. Quā non ambulaſti in vijs ioſaphat patris
tui: ⁊ in vijs aſa regis iuda: ſed inceſſiſti per iter regū iſrael
⁊ fornicari feciſti iudā: ⁊ habitatores hierl'm imitatus forni
cationē domus achab: inſup ⁊ fratres tuos domum patris
tui: meliores te occidiſti: ecce dn̄s pcutiet te plaga magna
cum populo tuo ⁊ filijs ⁊ vxoribus tuis vniuerſaqꝫ ſubſtan
D tia tua. Tu aūt egrotabis peſſimo lāguore vteri donec egre
diātur vitalia tua paulatim per ſingulos dies. Suſcitauit
ergo dn̄s contra ioram ſpiritum philiſtinorum ⁊ arabum q̄
confines ſunt ethyopibus: ⁊ aſcenderunt in terram iuda: ⁊
vaſtauerunt eam. Diripueruntqꝫ cunctam ſubſtātiam que
inuenta eſt in domo regis: inſuper ⁊ filios eius: et vxores.
Nec remanſit ei filius niſi ioachaz qui minimus natu erat.
Et ſuper hec omnia percuſſit eum dominus alui languore
inſanabili. Cūmqꝫ diei ſuccederet dies et temporum ſpacia
voluerentur: duorum annorum expletus eſt circulus. Et ſic
longa conſumptus eſt tabe: ita vt egeret etiam viſcera
ſua. Languore pariter ⁊ vita caruit. Mortuuſqꝫ eſt in infir
mitate peſſima: ⁊ non fecit eis populus ſecundum morem
combuſtionis exequias: ſicut fecerat maioribus eius. Tri
gintaduorum annorum fuit cum regnare cepiſſet: ⁊ octo
annis regnauit in Hieruſalem. Ambulauit non recte. Et ſe
pelierunt eum in ciuitate dauid: veruntamen non in ſepul
chro regum.

Sic etiā dicit Ioſe. de ſepultura iorā. li. 9. cap. 5.
¶ Capituli Summarium. De regno ochozie: et qualiter
ipſe ⁊ ioram rex Iſrael occiſi ſunt ⁊ iehu: de regno Athalie
qualiter occidit omne ſemen regium: de ioas abſcondito.
Capitulum. XXII.

C Onſtituerunt autem habitatores hierl'm
A
alias † ochoziā filiū eius minimū regem pro eo.
Oēs eñ maiores natu q̄ ante eū fuerāt in
terfecerūt latrones arabū q̄ irruerāt i ca
ſtra. Regnauitqꝫ ochozias filius Iorā re
gis iuda. Quadragintaduoꝝ annoꝝ erat
ochozias cū regnare cepiſſet: ⁊ vno ānno regnauit in hierl'm
alias † ochozias vel gotolia in 70. interp.
⁊ nomē matris eius † athalia filia amri. Sed ⁊ ipſe ingreſ
ſus eſt p vias domus achab. Mater eñ eius impulit eū vt
B impie ageret. Fecit ergo malum in cōſpectu dn̄i ſicut dom⁹
achab. Ipſi eñ fuerūt ei cōſiliarij poſt mortem patris ſui in
interitum eius: ambulauitqꝫ in cōſilijs eoꝝ. Et perrexit cū
iorā filio achab rege iſrael in bellum cōtra aſahel regem ſy
rie in ramoth galaad: vulnerauerūtqꝫ ſyri ioram. Qui reuer
ſus eſt vt curaretur in iezrael. Multas eñ plagas accepe
rat in ſupradicto certamine. Igitur † ochozias filius iorā
alias † azarias.
C rex iuda deſcendit vt inuiſeret iorā filium achab in iezrahel
egrotātem. Voluntatis quippe fuit dei aduerſus ochoziā:
vt veniret ad ioram: ⁊ cum veniſſet ⁊ egrederetur cū eo ad
uerſum iehu filium namſi: quem vnxit dn̄s vt deleret domū
achab. Cum ergo euerteret iehu domum achab: inuenit p̄n
cipes iuda ⁊ filiorum fratrum ochozie qui miniſtrabant ei ⁊
interfecit illos. Ipſum quoqꝫ perquirens Ochoziam com
prehendit latitantem in ſamaria: adductumqꝫ ad ſe occidit.
D Et ſepelierunt eum eo q̄ eſſet filius Ioſaphat: qui queſie
4. regum.
rat dominum in toto corde ſuo. Nec erat vltra ſpes aliqua:
vt de ſtirpe quis regnaret ochozie. Siquidem Athalia ma
ter eius videns q̄ mortuus eſſet filius ſuus: ſurrexit ⁊ inter
alias †
fecit omnem ſtirpē regiam domus iorā. Porro † ioſabeth
filia regis tulit ioas filiū ochozie: et furata eſt eum de me
dio filiorum regis cum interficerentur abſconditqꝫ eum cū
nutrice ſua in cubiculo lectulorum. Ioſabeth autē que ab
ſconderat eum erat filia regis ioram vxor ioiade pontificis
ſoror ochozie: ⁊ idcirco athalia interfecit eum. Fuit ergo cū
eis in domo dei abſcōditus ſex annis q̄bus regnauit atha
lia ſuper terram.

¶ Cap. Summa. De ioiada quomodo vnxit ioas regem
A
iuda: de occiſione athalie. Cap. XXIII.

A Nno autem ſeptimo confortatus ioia
4. regum. Ibi vide et cor. Ioſephi.
da aſſumpſit centuriones azariā videli
cet filium hieroboam ⁊ hiſmahel filiū
Iohannā azariā quoqꝫ filium obeth et
maaſiā filiū adaie ⁊ eliſaphat filium ze
chri: ⁊ iniit cum eis fedus. Qui circūeū
tes iudam congregauerunt leuitas de
cūctis vrbibus iuda: ⁊ principes familiarum iſrael: venerūt
qꝫ in hieruſalem. Iniit ergo omnis multitudo pactū in do
mo domini cum rege. Dixitqꝫ ad eos ioiada. Ecce filius re
gis regnabit: ſicut locutus eſt dominus ſuper filios dauid.
Iſte eſt ergo ſermo quem facietis. Tertia pars veſtrum qui
veniunt ad ſabbatum ſacerdotem ⁊ leuitarum ⁊ ianitorum
erit in portis: tertia vero pars ad domum regis ⁊ tertia ad
B portam que appellatur fundamenti. Omne vero reliquum
vulgus ſit in atrijs domus domini: nec quiſpiam alius in
grediatur domum domini niſi ſacerdotes ⁊ qui miniſtrāt
de Leuitis. Ipſi tantummodo ingrediantur: quia ſanctifi
cati ſunt et omne reliquum vulgus obſeruet cuſtodias do
mini. Leuite autem circūdent regem habentes ſinguli † ar
† Arma [illegible] nota q̄ [illegible] quo teſtō [illegible] tum [illegible] eccleſia [illegible] portare ar q̄d tñ hodie prohibitum extra de vi hone. cle. et rici arma.
ma ſua: ⁊ ſi quis alius ingreſſus fuerit templum interficiat
ſintqꝫ cum rege ⁊ intrante ⁊ egrediente. Fecerunt ergo le
uite ⁊ vniuerſus iuda iuxta omnia que preceperat ioiada
pontifex. Et aſſumpſerunt ſinguli viros qui ſub ſe erant: ⁊
veniebant per ordinem ſabbati cum his qui iam impleue
rant ſabbatum ⁊ egreſſuri erant. Siquidem ioiada ponti
fex nō dimiſerat abire turmas: q̄ ſibi p ſingulas hebdoma
das ſuccedere cōſueuerāt. Deditqꝫ ioiada ſacerdos centu
rionibus

C rionibus lanceas clypeoſq; ⁊ peltas regis dauid: quas cõ
ſecrauerat in domo dñi. Cõſtituitq; oẽm pplm tenẽtiũ pu
giones a parte templi dextera: vſq; ad partẽ tẽpli ſiniſtram
coram altari ⁊ tẽplo ꝑ circuitũ regis: ⁊ eduxerũt filiũ regis
⁊ impoſuerũt ei dyadema ⁊ teſtimoniũ: dederũtq; in manu
ei⁹ tenẽdã legẽ: ⁊ cõſtituerũt eũ regẽ: vnxitq; illũ ioiada põ
tifex ⁊ filij ei⁹: imprecatiq; ſunt ei atq; dixerunt. Viuat rex.
Qḋ cũ audiſſet athalia vocẽ ſcz currẽtiũ atq; laudantiũ re
gem: ingreſſa eſt ad pplm in tẽplum dñi. Cũq; vidiſſet regẽ
ſtantem ſup gradum in introitu: ⁊ principes turmaſq; circa
eũ omnẽq; pplm terre gaudẽtem atq; clãgentem tubis ⁊ di
uerſi generis organis cõcinentem: vocẽq; laudãtiũ ſciditve
ſtimẽta ſua ⁊ ait. Inſidie inſidie. Egreſſus aũt ioiada pon
tifex ad cẽturiones ⁊ principes exercit⁹ dixit eis. Educite
illã extra ſepta templi ⁊ interficiatᷣ foris gladio. Precepitq;
ſacerdos ne occideretᷣ in domo dñi ⁊ impoſuerũt ceruici
D bus eius manus. Cũq; intraſſet portam equoꝝ domus re
gis interfecerunt eã ibi. Pepigit aũt ioiada fedus inter ſe:
vniuerſumq; pplm ⁊ regẽ vt eſſet ppl's dñi. Itaq; ingreſſus
eſt omnis pplus domum baal ⁊ deſtruxerũt eam: ⁊ altaria:
ac ſimulachra illius cõfregerunt. Mathan quoq; ſacerdo
tem baal interfecerunt ante aras. Conſtituit autem ioiada
prepoſitos in domo dñi ⁊ ſub manibus ſacerdotum ⁊ leui
al's † ad offerendum. tarum quos diſtribuit dauid in domo dñi: † vt offerrent ho
locauſta dño ſicut ſcriptũ eſt in lege moyſi: in gaudio ⁊ cãti
cis: iuxta diſpoſitionem Dauid. Cõſtituit quoqȝ ianitores
in portis domus dñi vt non ingrederetᷣ eam immundus in
omni re. Aſſumpſitq; centuriones ⁊ fortiſſimos viros ac prin
cipes populi ⁊ omne vulgus terre ⁊ fecerunt deſcendere re
gem de domo dñi ⁊ introire per medium porte ſuperioris
in domum regis ⁊ collocauerunt eum in ſolio regali. Leta
tuſq; eſt omnis populus terre ⁊ vrbs quieuit. Porro atha
lia interfecta eſt gladio.

¶ Cap. Sũ. De operibus ioas bonis q̃diu vixit ioiada. de morte ioiada: de peccatis ioas poſt mortem Ioiade qualiter interfecit filium eius zachariam: qualiter contra ioas inſurrexerunt ſerui ſui: ⁊ eum interfecerũt. Cap. XXIIII.

A 4. regũ. 12. b. Septem annorum erat ioas cũ regnare ce
piſſet ⁊ quadraginta annis regnauit i hie
ruſalem. Nomen matris eius ſebia de ber
ſabee. Fecitq; quod bonum eſt coram do
mino cunctis diebus Ioiade ſacerdotis.
Accepit autẽ ei ioiada vxores duas: e qui
bus genuit filios ⁊ filias. Poſt que placuit ioas vt inſtau
raret domum dñi: congregauitq; ſacerdotes ⁊ leuitas ⁊ di
xit eis. Egredimini ad ciuitates iuda ⁊ colligite de vniuer
ſo iſrael pecuniam ad ſartatecta templi dei veſtri per ſingu
B los annos: feſtinatoq; hoc facite. Porro leuite egere negli
gentius. Vocauitq; rex ioiadam principem ⁊ dixit ei. Qua
re tibi non fuit cure: vt cogeres leuitas inferre de iuda: ⁊ de
hieruſalem pecuniam que conſtituta eſt a Moyſe ſeruo do
mini vt inferret eam omnis multitudo iſrael in tabernacu
lum teſtimonij? Athalia enim impiiſſima et filij eius deſtru
xerunt domum domini ⁊ de vniuerſis que ſanctificata fue
rant in domo domini ornauerunt phanum baalim. Prece
pit ergo rex ⁊ fecerũt arcam: poſuerũtq; eam iuxta portam
domini forinſecus. Et predicatum eſt in iuda ⁊ hieruſalem
vt deferrẽt ſinguli precium domino quod conſtituit Moy
ſes ſeruus dei ſuper omnem iſrael in deſerto. Letatiq; ſunt
cuncti principes ⁊ omnis populus: ⁊ ingreſſi contulerunt
C in arcam domini atq; miſerunt ita vt impleretur. Cũq; tem
pus eſſet vt deferret arcam coram rege per manus leuita
rum (videbãt enim multam pecuniam) ingrediebatur ſcri
ba regis ⁊ quez primus ſacerdos conſtituerat: effundebãt
q; pecuniam que erat in arca. Porro arcam reportabant
ad locum ſuum. Sicq; faciebant per ſingulos dies. Et cõ
gregata eſt infinita pecunia quã dederũt rex et ioiada his
qui preerant operibus domus dñi. At illi cõducebãt ex ea
ceſores lapidũ ⁊ artifices operum ſingulorum vt inſtaura
rẽt domũ dñi: fabros quoq; ferri ⁊ eris vt qḋ cadere cepe
D rat fulciretᷣ. Egeruntq; hi q operabantᷣ induſtrie et obdu
cebatur parietum cicatrix per manus eoꝝ: ac ſuſcitauerũt
domum domini in ſtatũ priſtinũ ⁊ firmiter eã ſtare fecerũt.
Cumq; † compleſſent omnia opera detulerunt coraz rege: al's † defecit omnia
⁊ † ioiada reliquam partem pecunie: de qua facta ſunt va al's † ioiade vel ioade.
ſa templi in miniſteriũ ad holocauſta: phiale quoq; ⁊ cete
ra vaſa aurea et argentea. Et offerebantᷣ holocauſta in do
mo dñi iugiter cunctis diebus ioiade. Senuit aũt ioiada
plenus dierũ et mortuus eſt cum centũ triginta eſſet anno
rum. Sepelieruntq; eum in ciuitate dauid cum regib⁹: eo
q; feciſſet bonum cum iſrael ⁊ cũ domo eius. Poſtq̃ obijt
E ioiada ingreſſi ſunt principes iuda ⁊ adorauerũ regẽ. Qui
delinitus obſequijs eorum acquieuit eis. Et dereliquerũt
templum domini dei patrum ſuorum: ſeruieruntq; lucis et
ſculptilib⁹. Et facta eſt ira domini contra iudam ⁊ hieruſa
lem propter hoc peccatum. Mittebatq; eis prophetas: vt
reuerterentur ad dñm: quos proteſtantes illi audire nole Mat. 23. b.
bant. Spũs itaq; † dei induit zachariam filiũ ioiade ſacer al's † domini.
dotem ⁊ ſtetit in cõſpectu populi ⁊ dixit eis. Hec dixit do
minus deus. Quare tranſgredimini preceptum dñi quod
vobis non proderit: ⁊ dereliquiſtis dominum vt derelique
ret vos? Qui congregati aduerſus eum: miſerunt lapi
des iuxta regis imperium in atrio domus domini. Et non
eſt recordatus ioas rex miſericordie quam fecerat Ioiada
pater illius ſecum: ſed interfecit filium eius. Qui cum mo
F reretur ait. Videat dominus ⁊ requirat. Cumq; euolutus
eſſet annus: aſcendit contra eum exercitus ſyrie: venitq; in
iudam ⁊ hieruſalem et interfecit cunctos principes populi
atq; vniuerſam predam miſerunt regi in damaſcum. Et cer
te cum permodicus veniſſet numerus Syrorum tradidit
dominus in manibus eorum infinitam multitudinem: eo
quod dereliquiſſent dominum deum patrum ſuorum. In
G ioas quoq; ignominioſa exercuere iudicia. Et abeũtes di
miſerunt eum in languoribus magnis. Surrexerunt au
tem contra eum ſerui ſui in vltionem ſanguinis zacharie fi
lij ioiade ſacerdotis: ⁊ occiderunt eum in lectulo ſuo ⁊ mor
tuus eſt. Sepelieruntq; eum in ciuitate dauid: ſed nõ in ſe
pulchris regũ. Inſidiati vero ſunt ei zabath filius ſemath
† ammonitidis: ⁊ ioſaphat filius ſamarith Moabitidis. al's † amonitis.
Porro filij eius ac ſumma pecunie que adunata fuerat ſub
eo: et inſtauratio domus dei ſcripta ſunt diligentius in li
bris regum.

¶ Capitu. Summarium. De regno amaſie: ⁊ de victoria eius contra edom: de captione eius et bello contra ioas regem iſrael: de ſpoliatione hieruſalem et morte amaſie.

Capitulum. XXV.

A Regnauit autem Amaſias filius eius pro
eo. Vigintiquinq; annorum erat amaſias 4. reg. 14. a.
cum regnare cepiſſet: Et vigintinouez an Ioſe. ii. 9. c. 9.
nis regnauit in Hieruſalem. Nomen ma
tris eius Ioaden de Hieruſalem. Fecit
q; bonum in conſpectu domini. Veruntã
men non in corde perfecto. Cumq; roboratum ſibi videret
imperium iugulauit ſeruos qui occiderant regem patrem
ſuum: ſed filios eorum non interfecit: ſicut ſcriptum eſt in li B
bro legis Moyſi: vbi precepit dominus dicens. Non occi
dentur patres pro filijs: neq; filij pro patribus ſuis: ſz vnuſ
quiſq; in ſuo peccato morietᷣ. Congregauit igitur amaſias Deu. 24. c.
iudam: ⁊ conſtituit eos per familias tribunoſq; ⁊ centurio 4. regum. 4. c.
nes in vniuerſo iuda ⁊ Beniamin: ⁊ recẽſuit a viginti annis
⁊ ſurſuz: inuenitq; triginta milia iuuenum q̃ egrederentᷣ ad
pugnã ⁊ tenerẽt haſtam ⁊ clypeũ. Mercede q̃ cõduxit de

C mea. Pauſa ⁊ quieſce ppl's me': quia veniet requies tua.
Nutrix bona nutri filios tuos: confirma pedes eorū. Ser-
uos quos tibi dedi nemo ex eis interiet. Ego enim eos re-
quiram de numero tuo. Noli fatigari. Cum enim vene-
rit dies preſſure ⁊ anguſtie: alij plorabunt ⁊ triſtes erūt: tu
autem hylaris ⁊ copioſa eris. Zelabunt gentes ⁊ nil aduer-
ſus te poterunt. dicit dominus. Manus mee tegent te: ne
filij tui gehennam videant. Jocundare mater cū filijs tuis
quia ego te eripiam dicit dominus. Filios tuos dormien-
tes memorare: quoniam ego eos educaꝫ de lateribus ter-
re: ⁊ miſericordiam cum illis faciaꝫ quoniā miſericors ſuꝫ:
dicit dñs omnipotens. Amplectere natos tuos vſq; duꝫ ve-
nio: ⁊ preſtē illis miſericordiaꝫ quoniaꝫ erubeſcant fontes
mei: ⁊ gr̄a mea non deficiet. Ego eſdras preceptū accepi a
dño in monte oreb vt irem ad iſrael. Ad quos cum venirem
reprobauerunt me ⁊ reſpuerunt mandatū dñi. Jdeoq; vo-
bis dico gētes que auditis ⁊ itelligiſtis. Expectate paſto-
rem veſtrum: requiem eternitatis dabit vobis: quoniaꝫ in
proximo eſt ille qui i fine ſeculi adueniet. Parati eſtote ad
premia regni: q: lux perpetua lucebit vobis per eternitatē
temporis. Fugite vmbrā ſeculi huius. Accipite iocundita-
tem glorie veſtre. Ego teſtor palaꝫ ſaluatorem meū: cōmen-
datum donū accipite: ⁊ iocundamini gratias agentes ei q̄
vos ad celeſtia regna vocauit. Surgite ⁊ ſtate ⁊ videte nu-
merum ſignatorū in conuiuio domini. Qui ſe de vmbra ſe-
culi tranſtulerunt ſplendidas tunicas a domino acceperūt.
Recipe ſyon numerum tuum ⁊ conclude candidatos tuos
qui legem domini compleuerunt. Filioꝝ tuorum quos op-
tabas plenus eſt numerus. Roga imperium dñi: vt ſanctifi-
cetur populus tuus qui vocatus eſt ab initio. Ego eſdras
vidi in monte ſion turbam magnam quam numerare non
potui: ⁊ omnes canticis collaudabāt dñm: ⁊ in medio eorū
erat iuuenis ſtatura celſus eminentior omnibus illis: ⁊ ſin-
gulis eorum capitibus imponebat coronas ⁊ magis exal-
tabatur. Ego aūt miraculo tenebar. Tunc interrogaui an-
gelum ⁊ dixi. Qui ſunt hi dñe? Qui reſpondens dixit mihi:
Hi ſunt qui mortalem tunicam depoſuerunt ⁊ immortaleꝫ
ſumpſerunt: ⁊ confeſſi ſunt nomen dei. modo coronantur et
accipiūt palmas. Et dixi angelo. Ille iuuenis quis eſt qui
eis coronas imponit: ⁊ palmas in manus tradit? Et reſpō-
dens dixit mihi. Ipſe eſt filius dei: quem in ſeculo confeſſi
ſunt. Ego autem magnificare eos cepi qui fortiter pro no-
mine domini ſteterunt. Tunc dixit mihi angelus. Vade an-
nuncia pplo meo: qualia ⁊ quāta mirabilia dñi dei vidiſti.

Capitulum. III.

A ANno triceſimo ruine ciuitatis eram in ba-
bylone: et cōturbatus ſum ſuper cubiculo
meo recumbens. Et cogitatiōes mee aſcē-
debant ſuper cor meū: quoniam vidi deſer-
tionem ſyon ⁊ abundantiā eorum qui ha-
bitabant in babylone. Et vētilat' eſt ſpiri-
tus meus valde. Et cepi loqui ad altiſſimum verba timo-
rata: ⁊ dixi. O dominator dñe: tu dixiſti ab initio qn̄ plāta-
ſti terrā ⁊ hoc ſolus: ⁊ imperaſti pplo: ⁊ dediſti adā corpus
mortuū: ſed ⁊ ipſum figmentū manuū tuarū erat ⁊ inſuffla-
ſti in eū ſpiritū vite: ⁊ fact' eſt viuēs corā te ⁊ iduxiſti eū in
paradiſo quē plātauerat dextera tua anteq̄ terra aduenta-
ret. Et huic mādaſti diligere viā tuā. ⁊ preteriuit eā. ⁊ ſtatī
inſtituiſti in eo mortē ⁊ in nationib' eius: ⁊ nate ſunt gētes
⁊ tribus ⁊ ppli ⁊ cognationes quarū non eſt numerus. Et
ambulauit vnaqueq; gēs in volūtate ſua: ⁊ mira agebāt co-
B ram te: ⁊ ſpernebāt precepta tua. Iterū aūt in tēpore indu-
xiſti diluuiū ſuper inhabitātes ſeculū: ⁊ perdidiſti eos: ⁊ fa-
ctū eſt in vno q̄ eorum ſicut ade mors: ſic his diluuiū. Dere-
liquiſti aūt vnū ex his noe cum domo ſua: ⁊ ex eo iuſti oēs.
Et factū eſt cū cepiſſent multiplicari q̄ habitabāt ſup terrā
multiplicauerunt filios ⁊ populos et gentes multas: et ce-
perunt iterato impietatem facere plus q̄ priores. ⁊ factum
eſt enim cum iniquitateꝫ facerent coram te: elegiſti tibi vi-
rum ex his cui nomen erat Abraam: et dilexiſti eum et de-
monſtraſti ei ſoli voluntatem tuam: ⁊ diſpoſuiſti ei teſtamē-
tum eternum: ⁊ dixiſti ei vt non vnq̄ derelinqueres ſemen
eius. Et dediſti ei iſaac: ⁊ iſaac dediſti iacob ⁊ eſau et ſegre-
gaſti tibi

gaſti tibi iacob:eſau autē ſeparaſti. Et factus eſt Jacob in
multitudine magna. Et factū eſt cum educeres ſemen eius
C ex egypto adduxiſti ſuper montē ſyna. Et inclinaſti celos
⁊ ſtatuiſti terrā. ⁊ cōmouiſti orbē:⁊ tremere feciſti abyſſos
⁊ conturbaſti ſeculū:⁊ tranſijt gloria tua portas quatuor
ignis ⁊ terremotus ⁊ ſpūs ⁊ gelu:vt dares ſemini iacob le-
gem ⁊ generationi iſrael diligentiā. Et nō abſtuliſti ab eis
cor malignū:vt faceret lex tua ī eis fructū. Cor eīm malignū
baiulās primus adā trāſgreſſus ⁊ victus eſt:ſed ⁊ oēs qui
de eo nati ſunt. Et facta eſt pmanens infirmitas et lex cum
corde ppli:cū malignitate radicis:⁊ diſceſſit quod bonum
eſt ⁊ manſit malignū ⁊ tranſierunt tempora ⁊ finiti ſunt an
ni:⁊ ſuſcitaſti tibi ſeruū noīe Dauid:⁊ dixiſti ei edificare ci
uitatem noīs tui:⁊ offerre tibi in eadē thus ⁊ oblationes.
Et factum eſt hoc annis multis. Et dereliquerunt qui ha-
bitabāt ciuitatē in oībus facientes ſicut fecit adā:⁊ oēs ge
nerationes eius. Vtebant eīm ⁊ ipſi corde maligno. Et tradi
diſti ciuitatē tuā in manibus inimicorum tuorū. Nunquid
D meliora faciūt q̄ habitant babylonē? Et ꝓpter hoc domi-
nabitur ſyon. Factū eſt cum veniſſem huc ⁊ vidiſſem impie
tates:quarū non eſt numerus: ⁊ delinquentes multos:vi-
dit aīa mea hoc triceſimo anno:⁊ exceſſit cor meū:quoniā
vidi quomodo ſuſtines eos peccātes:et pepercisti impie
agentibus:⁊ perdidiſti pplm̄ tuum ⁊ conſeruaſti inimicos
tuos ⁊ non ſignificaſti. Nihil memini quomō debeat dere
linqui via hec. Nunquid meliora facit babylō q̄ ſyon. Aut
alia gens cognouit te ꝑter iſrael? Aut que tribus credide-
runt teſtamentis tuis ſicut iacob? Quarū merces nō cōpa
rauit neq̄ labor fructificauit. Pertrāſiens eīm pertranſiuit
in gentibus:⁊ vidi abūdantes eas:⁊ nō memorātes māda
torum tuorū. Nunc ergo pōdera in ſtatera noſtras iniqui-
tates:⁊ eorū qui habitant in ſeculo:⁊ nō inuenieť nomē tuū
niſi in iſrl. Aut qū non peccauerunt in cōſpectu tuo q̄ habi
tant terrā? Aut que gens ſic obſeruauit mādata tua? Hos
quidem per nomina inuenies ſeruaſſe mandata tua:gētes
autem non inuenies. Capitulum. IIII.

A ET reſpōdit ad me angelus q̄ miſſus eſt ad
me cui nomen vriel ⁊ dixit mihi. Excedēs
exceſſit cor tuū in ſeculo hoc:⁊ comprehē
dere cogitas viam altiſſimi. Et dixi. Ita
dn̄e me⁹. Et reſpondit mihi:⁊ dixit. Tres
vias miſſus ſum oſtēdere tibi:⁊ tres ſimi
litudines ꝓponere corā te de quibus mihi ſi renūciaueris
vnā ex his:et ego tibi demōſtrabo viā quā deſideras vide
re ⁊ docebo te vn̄ ſit cor malignū. Et dixi. Loq̄re dn̄e me⁹.
Et dixit ad me. Vade pōdera mihi ignis pondus:aut mē-
ſura mihi flatū venti:aut reuoca mihi diē que preterijt. Et
reſpondi ⁊ dixi. Quis natorū poterit facere vt me interro-
ges de his. Et dixit ad me. Si eſſem interrogans:te dicēs
quāte habitatiōes ſūt in corde maris:aut quāte vene ſunt
in principio abyſſi:aut quante vene ſunt ſuper firmamentū
aut qui ſunt exitus paradiſi:diceres mihi fortaſſis in abyſ-
ſum non deſcendi:neq̄ ī infernū adhuc:neq̄ in celum vn̄q̄
aſcendi. Nunc aūt non interrogaui te niſi de igne ⁊ vento ⁊
die per quem tranſiſti:⁊ a quibus ſeparari non potes:⁊ nō
reſpondiſti mihi de eis. Et dixit mihi. Tu que tua ſunt tecū
coadoleſcentia non potes cognoſcere:⁊ quomodo poterit
vas tuum capere altiſſimi viam:⁊ iam exterius corrupto ſe
culo intelligere corruptionem euidentem in facie mea? Et
dixi illi. Melius erat nos non eſſe q̄ adhuc viuentes viue
re in impietatibus ⁊ pati ⁊ non intelligere de qua re. Et re
B ſpondit ad me ⁊ dixit. Proficiſcens profectus ſum ad ſiluā
lignorum campi:⁊ cogitauerunt cogitationem ⁊ dixerūt.
Venite ⁊ eamus ⁊ faciamus ad mare bellum vt recedat co
ram nobis:⁊ faciamus nobis alias ſiluas. ⁊ ſimiliter fluct⁹
maris:⁊ ipſi cogitauerunt cogitationem ⁊ dixerunt venite
aſcendentes debellemus ſiluas campi vt ⁊ ibi conſumem⁹
nobiſmetipſis aliam regionem. Et factus eſt cogitatus ſil
ue in vanum. Venit enim ignis et conſumpſit eam. Simili-
ter ⁊ cogitatus fluctuum maris. Stetit enim arena et pro-
hibuit eos. Si enim eſſes iudex horum quem inciperes iu
ſtificare:aut quem cōdēnare? Et reſpondi ⁊ dixi. Vtiq̄ va
nam cogitationem cogitauerunt. Terra enim data eſt ſilue
⁊ mari locus portare fluctus ſuos:⁊ reſpondit ad me ⁊ di
xit. Bn̄ tu iudicaſti. Et quare nō iudicaſti temetipſū. Quē
admodum enim terra ſilue data eſt:⁊ mare fluctibus ſuis:
ſic qui ſuper terram inhabitāt que ſunt ſuper terram intel
ligere ſolummodo poſſunt:⁊ qui ſuper celos que ſuper alti
tudinem celorum. Et reſpōdi ⁊ dixi. Deprecor te domine
vt mihi detur ſenſus intelligendi. Non enim volui inter-
rogare de ſuperioribus tuis:ſed de his que ꝑtranſeunt per
nos quotidie:propter quid iſrael datus in opprobrium gē
tibus quem dilexiſti populum datus eſt tribubus impijs:
⁊ lex patrum noſtrorum in interitum deducta eſt:⁊ diſpoſi
tiones ſcripte nuſq̄ ſunt:⁊ pertranſiuimus de ſeculo vt lo
cuſte:⁊ vita noſtra ſtupor ⁊ pauor:⁊ nec digni ſum⁹ miſeri
cordiam conſequi. Sed quid faciet nomini ſuo quod inuo
catum eſt ſuper nos? Et de his interrogaui. Et reſpondit C
ad me ⁊ dixit. Si fueris plurimum ſcrutatus frequēter mi
raberis. Quoniam feſtinans feſtinat ſeculum pertranſire:
⁊ nō capit portare que in futuris temporibus iuſtis repro
miſſa ſunt. quoniam plenū in iuſtitia eſt ſeculum hoc et in
firmitatibus. De quibus autem interrogas dicam. Semi-
natum enim eſt malum:et necdum venit deſtructio ipſius.
Si ergo non inuerſum fuerit quod ſeminatū eſt:⁊ diſceſſe-
rit locus vbi ſeminatū eſt malū non veniet vbi ſeminatū eſt
bonum. Quoniam granū ſeminis mali ſeminatum eſt in
corde adam ab initio:et quātum impietatis generauit vſq̄
nunc:⁊ generat vſq̄ cum veniat area. Eſtima autē apud te
granum mali ſeminis quantum fructum impietatis genera
uit quando ſecate fuerint ſpice quarum non eſt numerus
q̄ magnā aream incipient facere. Et reſpondi ⁊ dixi. Quo
modo ⁊ quando hec? Quare modici ⁊ mali anni noſtri? Et
reſpōdit ad me ⁊ dixit mihi. Non feſtines tu ſuper altiſſimū.
Tu enim feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. Nam exceſſi⁊ e
tuus multus. Nonne de his interrogauerunt anime iuſto
rum in promptuarijs ſuis dicētes. Vſq̄ quo ſpero ſic:⁊ quā-
do veniet fructus aree mercedis noſtre. Et reſpōdit ad ea
hieremiel archangelus et dixit. Quando impletus fuerit
numerus ſeminum in vobis:quoniam in ſtatera pondera
uit ſeculum et menſura menſurauit tempora:⁊ numero nu-
merauit tempora:⁊ non cōmouit nec excitauit vſq̄ dum im
pleatur predicta mēſura. Et reſpondi ⁊ dixi. O dominator D
domine:ſed ⁊ nos omnes pleni ſumus impietate. Et ne
forte ꝓpter nos non impleantur iuſtorū aree:propter pec-
cata inhabitantiū ſuper terrā. Et reſpōdit ad me ⁊ dixit.
Vade ⁊ interroga pregnantem ſi quando impleuerit noue
menſes ſuos adhuc poterit matris eius retinere partū in
ſemetipſa. Et dixi. Non poteſt dn̄e. Et dixit ad me. In in-
ferno promptuaria animarū matrici aſſimilata ſunt. Quē ad
modum eīm illa feſtinat que parit effugere neceſſitatē part⁹
ſic ⁊ hec feſtinat reddere ea que cōmendata ſunt. Ab initio
tibi demonſtrabitur de his que concupiſcis videre. Et re-
ſpōdi ⁊ dixi. Si inueni gratiam ante oculos tuos:⁊ ſi poſ
ſibile eſt:⁊ ſi idoneus ſum demonſtra mihi ſi pluſq̄ preteri
tum ſit habet venire:aut plura pertranſierūt ſupra q̄ futu
rum eſt. Quid pertranſiuit ſcio:quid autem futurū ſit igno
ro. Et dixit ad me. Sta ſuper dexteram partē ⁊ demōſtra
bo tibi interpretationem ſimilitudinis. Et ſteti ⁊ vidi ⁊ ec-
ce fornax ardens tranſijt corā me. Et factum eſt cum tran
ſiret flamma vidi:⁊ ecce ſuperauit fumus. Poſt hec trāſijt
corā me nubes plena aque:⁊ immiſit pluuiā impetu multā.

Et cum tranſiſſet impetus pluuie ſuperauerunt in ea gutte
Et dixit ad me cogita tibi. Sicut creſcit pluuia amplius ꝙ
gutte: ⁊ ignis ꝙ fumus ſic ſuperabūdauit que tranſiuit mē
ſura. Superauerunt autē gutte ⁊ fumus. Et oraui ⁊ dixi.
Putas viuo vſq in diebus illis. Uel quid erit in diebus il
lis. Reſpondit ad me ⁊ dixit. de ſignis de quibus me inter
rogas ex parte poſſum tibi dicere: de vita autē tua non ſum
A missus dicere tibi: ſed neſcio.

Capitulum. V.

De ſignis autem. Ecce dies venient in qui
bus apprehendentur qui habitant terras
in ſenſu multo: et abſcondetur veritatis
via. et ſterilis erit a fide regio ⁊ multiplica
bitur iniuſtitia ſuper hanc quam ipſe tu vi
des ⁊ ſuper quam odiſti olim. ⁊ erit impo
ſitio veſtigio quam nunc vides regnare regionem. et vide
bunt eam deſertam. Si autem tibi dederit altiſſimus vide
re videbis poſt tertiam turbas. ⁊ relucеſcet ſubito ſol noctu
⁊ luna ter in die: ⁊ de ligno ſanguis ſtillabit. ⁊ lapis dabit
vocem ſuam. ⁊ populi commouebuntur. ⁊ regnabit quē nō
ſperant qui inhabitāt ſuper terram: ⁊ volatilia commigra
tionem facient. ⁊ mare ſodomiticum piſces reijciet. ⁊ dabit
vocē noctu quam non nouerāt multi. Omnes autem au
dient vocem eius. Et chaos fiet per loca multa. ⁊ ignis fre
quenter remittetur: ⁊ beſtie agreſtes tranſmigrabūt. et mu
lieres menſtruate parient mōſtra. ⁊ in dulcibus aquis ſal
ſe inuenientur: ⁊ amici omnes ſemetipſos expugnabūt. et
abſcondetur tunc ſenſus: ⁊ intellectus ſeparabitur in prō
ptuarium ſuum: ⁊ queretur a multis et non inuenietur: et
multiplicabitur iniuſtitia ⁊ incontinentia ſuper terram. Et
interrogabit regio proximā ſuam. ⁊ dicet. Nunquid per te
pertranſijt iuſtitia iuſtum faciens. Et hoc negabit. Et erit
in illo tempore: ⁊ ſperabunt homines et non impetrabūt.
laborabunt ⁊ non dirigentur vie eorum. Hec ſigna dicere
tibi permiſſum eſt mihi. Et ſi oraueris iterum ⁊ ploraueris
B ſicut ⁊ nunc et ieiunaueris ſeptem diebus: audies iterato
horum maiora. Et euigilaui et corpus meum horruit valde
et anima mea laborauit vt deficeret. Et tenuit me qui venit
angelus qui loquebatur in me: et confortauit me et ſtatuit
me ſuper pedes. Et factum eſt in nocte ſecunda: ⁊ venit ad
me ſalathiel dux populi ⁊ dixit mihi. Ubi eras? Et quare
vultus tuus triſtis? Aut neſcis quoniam tibi creditus eſt
iſrael in regione tranſmigrationis eorum? Exurge ergo et
guſta panem et non derelinquas nos ſicut paſtor gregem
ſuum in manibus luporum malignorum. Et dixi ei. Uade
a me et non appropies ad me. Et audiuit vt dixi: et receſſit
a me. Et ego ieiunaui diebus ſeptem vlulans et plorans: ſi
cut mihi mandauit Uriel angelus. Et factum eſt poſt dies
ſeptem: et iterum cogitationes cordis mei moleſte erant
mihi valde. Et reſumpſit anima mea ſpiritum intellectus.
⁊ iterum cepi loqui coram altiſſimo ſermones. Et dixi. Do
minator domine ex omni ſilua terre: et omnibus arboribus
eius elegiſti vineam vnicam: et ex omni terra orbis elegiſti
tibi foueam vnam: et ex omnibus floribus orbis elegiſti ti
bi lilium vnum. et omnibus abyſſis maris repleſti tibi riuū
vnum: et ex omnibus edificatis ciuitatibus ſanctificaſti ti
bimetipſi Syon: et ex omnibus creatis volatilibus nomi
naſti tibi columbam vnam: et ex omnibus plaſmatis peco
ribus prouidiſti tibi ouem vnam: et ex omnibus multipli
catis populis acquiſiuiſti tibi populum vnum: et ab omni
bus probatam legem donaſti huic quem deſideraſti popu
lo. Et nunc domine vt quid tradidiſti vnum pluribus? Et
preparaſti ſuper vnam radicem alias. Et diſperdidiſti vni
cum tuum in multis. Et conculcauerunt eum qui contra
dicebant ſponſionibus tuis: quiq tuis teſtamentis non
credebant. Et ſi odiens odiſti populum tuum: tuis mani
bus debet caſtigari. Et factum eſt cū locutus eſſem ſermo C
nes ⁊ miſſus eſt angelus ad me qui ante venerat ad me pre
terita nocte: ⁊ dixit mihi. Audi me ⁊ inſtruam te et intende
mihi et adiciam coram te. Et dixi loquere domine meus.
Et dixit ad me. Ualde tu in exceſſu mentis factus es pro iſ
rael. An plus dilexiſti eum ꝙ qui eum fecit? Et dixi ad eū.
Non domine: ſed dolens locutus ſum. Torquent enim me
renes mei per omnem horam querentem apprehendere ſe
mitam altiſſimi: ⁊ inueſtigare partem iudicij eius. Et dixit
ad me. Non potes. Et dixi. Quare domine? Ad quid naſce
bar: aut quare nō fiebat matrix matris mee mihi ſepulchrū
vt non viderem laborem Jacob. et defatigationem gene
ris iſrael. Et dixit ad me. Numera mihi que necdum ve
nerāt et collige mihi diſperſas guttas: ⁊ reuirida mihi ari
dos flores: ⁊ aperi mihi clauſa promptuaria: et perduc mihi
incluſos in eis flatus. Demonſtra mihi vocis imaginem
et tunc oſtendam tibi laborem quem rogas videre. Et dixi.
Dominator domine: quis enim eſt qui poteſt hec ſcire: ni
ſi qui cum hominibus habitationem non habet? Ego au
tem incipiens: ⁊ quomodo potero dicere de his quibus
me interrogaſti. Et dixit ad me. Quomodo nō potes face
re vnum de his que dicta ſunt: ſic non poteris inuenire iu
dicium meum: aut in fine charitatem quā populo promiſi
Et dixi. Sed ecce domine tu prope es his qui in fine ſunt
Et quid facient qui ante me fuerūt: aut nos: aut hi qui poſt
nos. Et dixit ad me. Corone aſſimilabo iudicium meum:
Sicut non nouiſſimorum tarditas: ſic nec priorum veloci
tas. Et reſpondi ⁊ dixi. Nec poteras facere eos qui facti
ſunt et qui ſunt et qui futuri ſunt in vnum: vt celerius iudi
cium tuum oſtendas. Et reſpondit ad me et dixit. Non po
teſt feſtinare creatura ſuper creatorem: nec ſubſtinere ſecu
lum eos qui in eo creandi ſunt in vnum. Et dixi. Quomo
do dixiſti ſeruo tuo quoniam viuificās viuificaſti a te crea
tam creaturam in vnum: et ſuſtinebat creatura: poterit et
nunc portare preſentes in vnum. Et dixit ad me. Interro
ga matricem mulieris et dices ad eam. Et ſi paris quare
per tempus. Roga ergo eam vt det decem in vnum. Et di
xi. Non vtiq poterit: ſed ſecundum tempus. Et dixit ad
me. Et ego dedi matricē terre his qui ſeminati ſunt ſuper
eam per tempus. Quemadmodum enim infans non parit
ea que ſenum ſunt: ſic ego diſpoſui a me creatum ſeculum.
Et interrogaui: et dixi. Cum iam dederis mihi viā loquar
coram te. Nam mater noſtra de qua dixiſti mihi adhuc iu
uenis eſt: iam ſenectuti appropinquat. Et reſpondit ad me
⁊ dixit. Interroga eam que parit: ⁊ dicet tibi. Dices enim
ei. Quare quos peperiſti nunc non ſunt ſimiles his qui an
te te: ſed minores ſtatura. Et dicet tibi et ipſa. Alij ſunt qui
in iuuentute virtutis nati ſunt: et alij qui ſub tempore ſene
ctutis deficiente matrice ſunt nati. Conſidera ergo et tu:
quoniam minori ſtatura eſtis pre his qui ante vos: et qui
poſt vos minori ꝙ vos: quaſi iam ſeneſcentes creature: et
fortitudinem iuuentutis pretereuntes. Et dixi. Rogo do
mine ſi inueni gratiam ante oculos tuos: demonſtra ſeruo
tuo per quem viſites creaturam tuam.

Capitulum. VI. A

Et dixit ad me. Initio terreni orbis: et an
teꝙ ſtarent exitus ſeculi: et anteꝙ ſpira
rent conuentiones ventorum: ⁊ anteꝙ ſo
narent voces tonitruum. ⁊ anteꝙ ſplēde
rent nitores chorуſcationum ⁊ anteꝙ cō
firmarent fundamenta paradiſi: et anteꝙ
viderentur decori flores ⁊ anteꝙ cōfirmarentur mōte vir
tutes: ⁊ anteꝙ colligerent innumerabiles militie angelorū
⁊ anteꝙ extollerent altitudines aeris: ⁊ anteꝙ nominarent
menſure

mẽſure firmamẽtorum: ⁊ anteq̃ eſtuarent camini in ſyon: ⁊
anteq̃ inueſtigarent̃ pñtes anni ⁊ anteq̃ abalienarent̃ eoꝝ
qui nuc peccant adinuentiones: ⁊ anteq̃ conſignati eſſent
qui fidem theſaurizauerunt: tunc cogitaui ⁊ facta ſunt per
me ſolum ⁊ nõ ꝑ alium ⁊ finis per me ⁊ non per alium. Et re-
ſpondi ei ⁊ dixi. Que erit ſeparatio temporum? Aut quan-
do prioris finis ⁊ ſequẽtis initiũ. Et dixit ad me. Ab abraã
vſq ad iſaac quando nati ſunt ab eo iacob ⁊ eſau manus ia-
cob tenebat ab initio calcaneum eſau. Finis enim huius ſe-
culi eſau: ⁊ principium ſequentis iacob. Hominis enim ma-
nus inter calcaneũ ⁊ manũ. Aliud noli querere eſdra. Et
reſpondi ⁊ dixi. O dominator domine: ſi inueni gratiaꝫ an-
te oculos tuos oro vt demonſtres ſeruo tuo finem ſignorũ
tuorum: quorum partem mihi demonſtraſti nocte precedẽ-
ti. Et reſpondit et dixit ad me. Surge ſuper pedes tuos: ⁊
audi vocem pleniſſimam ſonitus. Et erit ſicut commotio:
B nec commouebitur locus in quo ſtes ſuper eum. Ideo cum
loquitur tu non expaueas quoniam de fine verbum ⁊ fun-
damentum terre intelligitur: quoniaꝫ de ipſis ſermo treme-
ſcit et commouetur: Scit enim quoniam fineꝫ eorum opor-
tet commutari. Et factum eſt cum audiſſeꝫ ſurrexi ſuper pe-
des meos et audiui: et ecce vox loquens. ⁊ ſonus eius ſicut
ſonnus aquarum multarum. Et dixi. Ecce dies veniunt: et
erit quando: appropinquare incipiam vt viſitem habitan-
tes in terra: ⁊ quando inquirere incipiam ab eis qui iniu-
ſte nocuerunt iniuſticia ſua: ⁊ quãdo ſuppleta fuerit humi-
litas ſyon: ⁊ cum ſuper ſignabitur ſeculum quod incipiet ꝑ-
tranſire: hec ſigna faciam. Libri aperientur ante facieꝫ fir-
mamenti: ⁊ omnes videbunt ſimul: ⁊ anniculi infantes lo-
quentur vocibus ſuis: et pregnantes immaturos parient
infantes trium ⁊ quatuor menſium ⁊ viuent ⁊ ſuſcitabũtur.
Et ſubito apparebũt ſeminata loca non ſeminata: ⁊ plena
promptuaria ſubito inuenientur vacua: ⁊ tuba canet cuꝫ ſo-
no: quam cũ omnes audierint ſubito expaueſcent. Et erit.
In illo tempore debellabunt amici amicos vt inimici ⁊ ex-
paueſcet terra cum his. Et vene fontium ſtabunt: ⁊ non de-
currẽt in horis tribus. Et erit omnis qui derelictus fuerit
ex omnibus iſtis quibus predixi tibi: ipſe ſaluabitur: ⁊ vi-
debit ſalutare meum et finem ſeculi veſtri. Et videbunt qui
recepti ſunt homines: qui mortem non guſtauerunt a nati-
uitate ſua: ⁊ mutabitur cor inhabitantium et conuertetur
in ſenſum alium. Delebitur enim malum ⁊ extinguetur do-
lus. Florebit autem fides ⁊ vincetur corruptela: ⁊ oſtende-
tur veritas que ſine fructu fuit diebus tantis. Et factuꝫ eſt
cum loqueretur mihi: ⁊ ecce paulatim intuebar ſuper eum
ante quem ſtabam: ⁊ dixit ad me hec. Veni tibi oſtendere tẽ-
pus venture noctis. Si ergo iterum rogaueris: et iterum
ieiunaueris ſeptem diebus: iterum tibi renunciabo horum
maiora per diem quam audiui Audita eſt enĩ vox tua apud
C altiſſimum. Vidit enim fortis directionem tuam et proui-
dit pudicitiã quam a iuuẽtute tua habuiſti: et propter hoc
miſit me demonſtrare tibi hec omnia et dicere tibi. Confi-
de ⁊ noli timere ⁊ noli feſtinare cum prioribus temporibus
cogitare vana et non properes a nouiſſimis temporibus.
Et factum eſt poſt hec et fleui iterum: ⁊ ſimiliter ieiunaui ſe-
ptem diebus vt ſuppleaꝫ tres hebdomadas que dicte ſunt
mihi. Et factuꝫ eſt in octaua nocte ⁊ cor meum turbabatur
iterato in me: ⁊ cepi loqui coram altiſſimo. Inflammabatur
enim ſpiritus meus valde: ⁊ anima mea angiabatur. Et di-
xi. O domine loquens locutus es ab initio creature in pri-
mo die dicens. Fiat celum ⁊ terra: ⁊ tuum verbum opus ꝑ-
fectum. Et erat tunc ſpiritus: et tenebre circunferebantur
⁊ ſilentium ſonus vocis hominis nondum erat abs te. Tũc
dixiſti de theſauris tuis proferri lumen luminoſum: quo ap-
pareret opus tuum. Et die ſecundo creaſti ſpiritum firma-
menti: ⁊ imperaſti ei vt diuideret ⁊ diuiſionem faceret inter
aquas. vt pars quedam ſurſum recederet: pars vero deor-
ſum maneret. Et tertia die imperaſti aquis congregari in
ſeptima parte terre: ſex vero partes ſiccaſti et conſeruaſti
vt ex his ſint coram te miniſtrantia ſeminata adeo ⁊ cultã.
Verbum enim tuuꝫ proceſſit ⁊ opus ſtatim fiebat. Proceſ-
ſit enim ſubito fructus multitudinis immenſus ⁊ concupi-
ſcentie guſtus multiformes: et flores colore immutabili: et
odores odoramenti inueſtigabilis. Et die tertia hec facta
ſunt. Quarta autem die imperaſti fieri ſolis ſplendorem: lu-
ne lumen ſtellarum diſpoſitionẽ: ⁊ imperaſti eis vt deſerui-
rent futuro plaſmato homini. Quinto autem die dixiſti ſe- D
ptime parti vbi erat aqua cõgregata vt procrearet anima-
lia ⁊ volatilia ⁊ piſces. Et ita fiebat Aqua muta ⁊ ſine ani-
ma que dei nutu iubebantur animalia faciebat: vt ex hoc
mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc conſeruaſti duas
animas: nomen vni vocaſti enoch: ⁊ nomen ſecunde voca-
ſti leuiathan: ⁊ ſeparaſti ea ab alterutro. Non enim pote-
rat ſeptima pars vbi erat aqua congregata capere ea. Et
dediſti enoch vnam partem que ſiccata eſt tertio die: vt ha-
bitet in ea vbi ſunt montes mille. Leuiathan autẽ dediſti
ſeptimam partem humidam: ⁊ ſeruaſti eam vt fiat in deuo-
rationem quibus vis ⁊ quando vis. Sexto autem die im-
peraſti terre vt crearet coram te iumenta et beſtias ⁊ repti-
lia: et ſuper his adam: quem conſtituiſti ducem ſuper om-
nibus factis que feciſti ⁊ ex eo educimur nos omnes queq
elegiſti populũ. Hec autem omnia dixi coram te domine:
quia propter nos creaſti ſeculum. Reſiduas autem gentes
ab adam natas dixiſti eas nil eſſe: ⁊ quoniam ſaliue aſſimi-
late ſunt et quaſi ſtillicidium de vaſe ſimilaſti abundãtiam
eorum. Et nunc domine ecce iſte gentes que in nihilum de-
putate ſunt: ceperũt dominari noſtri et deuorare. Nos au-
tem populus tuus quem vocaſti primogenitum vnigenitũ
emulatorem tuum traditi ſumus in manibus eorum. Et ſi
propter nos creatum eſt ſeculum: quare non hereditatem
poſſidemus cũ ſeculo? Vſq quo hec?

Capitulum. VII.

E factum eſt cum finiſſem loqui verba hec A
miſſus eſt ad me angelus qui miſſus fue-
rat ad me primis noctibus: ⁊ dixit ad me.
Surge eſdra: ⁊ audiui ſermones quos ve-
ni loq ad te. Et dixi. Loquere deus meus.
Et dixit ad me. Mare poſitum eſt in ſpa-
cioſo loco vt eſſet altum ⁊ immenſum: erit autẽ ei introitus
in anguſto loco poſitus vt eſſet ſimilis fluminibus. Quis
enim volens voluerit ingredi mare ⁊ videre eum vel domi-
nari eius ſi non tranſierit anguſtum in latitudineꝫ quomo-
do venire poterit? Item aliud. Ciuitas eſt edificata ⁊ poſi-
ta in loco campeſtri: eſt autẽ plena omnium bonorũ. In-
troitus eiꝰ anguſtus ⁊ in precipiti poſitꝰ vt eſſet a dextris
quidem ignis: ⁊ a ſiniſtris aqua alta. ſemita autẽ eſt vna ſo-
la inter eos poſita: hoc eſt inter ignem ⁊ aquam vt non ca-
piat ſemita niſi ſolũmodo veſtigiuꝫ hominis. Si aũt dabit̃
ciuitas homini in hereditatẽ: ſi nũq̃ antepoſitũ periculuꝫ
ptrãſierit: quomodo accipiet hereditatẽ ſuã? Et dixi. Sic
domine. Et dixit ad me. Sic eſt ⁊ iſrael pars. Propter eos
enĩ feci ſeculum ⁊ quãdo tranſgreſſus eſt adaꝫ conſtitutio-
nes meas iudicatũ eſt quod factum eſt. Et facti ſunt introi-
tus huius ſeculi anguſti ⁊ dolẽtes ⁊ laborioſi: pauci autem
⁊ mali ⁊ periculorum pleni ⁊ labore magnopere fulti. Nam
maioris ſeculi introitus ſpacioſi ⁊ ſecuri ⁊ facientes immor-
talitatis fructum. Si ergo ingredientes non fuerũt ingreſ-
ſi qui viuunt anguſta ⁊ vana hec non poterũt recipere que
ſunt repoſita? Nunc ergo quare tu conturbaris cuꝫ ſis cor-
ruptibilis: ⁊ quid moueris tu cum ſis mortalis? Et qua-

B re non accepiſti in corde tuo qḋ eſt futurū:ſed quod in pre-
ſenti: Reſpōdi ⁊ dixi. Dn̄ator domine ecce diſpoſuiſti lege
tua q̄m iuſti hereditabunt hec: impij aut peribunt:iuſti aūt
ferant anguſta ſperantes ſpacioſa. Qui enim impie geſſe-
rūt et anguſta paſſi ſunt:⁊ ſpacioſa nō videbūt. Et dixit ad
me. Non eſt iudex ſuper deum:neq̄ intelligens ſuper altiſſi
mum. Pereunt em̄ multi preſentes: q: negligitur que ante
poſita eſt dei lex. Mandans em̄ mandauit deus venientib᷒
quādo venerunt :quid facientes viuerent:⁊ quid obſeruan
tes nō punirentur: Hi aūtē non ſunt perſuaſi:⁊ contradixe
runt ei:⁊ cōſtituerunt ſibi cogitamen vanitatis ⁊ propoſue
runt ſibi circūuentiones delictorum:⁊ ſuperdixerunt altiſſi
mo nō eſſe: ⁊ vias eius non cognouerūt:⁊ legē eius ſpreue-
runt:⁊ ſponſiones eius abnegauerūt:⁊ in legitimis eius fi-
dem non habuerūt:⁊ opera eius nō perfecerunt. Propter
hoc eſdra vacua vacuis ⁊ plena plenis. Ecce tēpus veniet:
⁊ erit quādo veniēt ſigna que p̄dixi tibi. Et apparebit ſpon
ſa:⁊ apparēſcens oſtendet que nunc ſubducitur terra:⁊ oīs
qui liberatus eſt de predictis malis:ipſe videbit mirabilia
mea. Reuelabitur em̄ filius meus ieſus cum his qui cū eo
ſunt:⁊ iocūdabuntur qui relicti ſunt in annis quadringen-
tis. Et erit poſt annos hos ⁊ morietur filius meus xp̄s ⁊ oēs
qui ſpiramentum habent homines. Et cōuertetur ſeculum
in antiquum ſilentium diebus ſeptē ſicut in prioribus iudi
cijs ita vt nemo derelinquatur. Et erit poſt dies ſeptem et
excitabitur quod nōdū vigilat ſeculū: ⁊ morietur corruptū.
Et terra reddet que in ea dormiunt:⁊ puluis qui in eo ſilē-
tio habitant ⁊ promptuaria reddent que eis commendate
ſunt anime. Et reuelabitur altiſſimus ſuper ſedem iudicij ⁊
pertranſibunt miſerie ⁊ longanimitas congregabitur. Iu-
dicium aūt ſolum remanebit:veritas ſtabit:⁊ fides cōuale-
C ſcet. Et opus ſubſequetur ⁊ merces oſtendetur ⁊ iuſtitie vi
gilabūt:⁊ iniuſtitie nō dominabunt̄. Et dixi. Prim᷒ abraā
propter ſodomitas orauit:⁊ moyſes pro patribus qui i de-
ſerto peccauerūt ⁊ qui poſt eum pro iſrael in diebus achaz
⁊ ſamuelis ⁊ dauid pro confractione. ⁊ Salomon pro eis q̄
venerunt in ſanctificationem:⁊ helyas pro his qui pluuiā
acceperunt:⁊ pro mortuo vt viueret:⁊ ezechias pro populo
in diebus ſennacherib:⁊ multi pro multis. Si ergo modo
quando corruptibile increuit:⁊ iniuſtitia multiplicata eſt:
⁊ orauerunt iuſti pro impijs: quare ⁊ nunc ſic non erit: Et
reſpondit ad me ⁊ dixit. Preſens ſeculum non eſt finis glo
ria in eo frequens manet:propter hoc orauerunt pro inua-
lidis. Dies enim iudicij erit finis temporis huius ⁊ initiū
temporis future immortalitatis in quo tranſiuit corrupte-
la:ſoluta eſt intemperantia:abſciſſa eſt incredulitas:creuit
autem iuſtitia:orta eſt veritas. Tunc enim nemo poterit ſal
uare eū qui perijt:neq̄ demergere qui vicit. Et reſpondi
et dixi. Hic eſt ſermo meus primus ⁊ nouiſſimus :quoniam
melius erat non dare terram adam vel cum iam dediſſet eo
cohercere eum vt non peccaret. Quid enim prodeſt homini-
bus in preſenti viuere in triſtitia :⁊ mortuos ſperare puni-
tionem: O tu quid feciſti adam: Si enim tu peccaſti: non
eſt factus ſolius tuus caſus:ſed et noſter qui ex te adueni-
mus. Quid enim prodeſt nobis ſi promiſſum eſt nobis im-
mortale tempus nos autē mortalia opera egimus: Et quo
niam predicta eſt nobis perēnis ſpes:nos vero peſſimi va-
ni facti ſumus. Et quoniam repoſita ſunt nobis habitacu-
la ſanitatis ⁊ ſecuritatis:nos vero male conuerſati ſumus.
Et quoniam repoſita eſt gloria altiſſimi protegere eos qui
tarde conuerſati ſunt:nos aūt peſſimis vijs ambulauimus.
Et quoniam oſtendetur paradiſus:cuius fructus incorru-
ptus perſeuerat in quo eſt ſecuritas ⁊ medela:nos vero nō
D ingrediemur. In ingratis enim locis conuerſati ſumus. Et
quoniam ſuper ſtellas fulgebunt facies eorum qui abſtinē-
tiam habuerunt: noſtre autē facies ſuper tenebras nigre.

Non enim cogitauimus viuentes quando iniquitatē facie
bamus q̄ inciperem᷒ poſt mortē pati. Et rn̄dit ⁊ dixit. Hoc
eſt cogitamentū certaminis qḋ certabit q̄ ſuper terrā nat᷒
eſt homo:vt ſi victus fuerit:patiat̄ qḋ dixiſti. Si aūt vicerit
recipiet qḋ dico. Qm̄ hec eſt vita quā moyſes dixit cū viue
ret ad pplm̄ dicens. Elige tibi vitā vt viuas. Non credide-
runt aūt ei:ſed nec poſt eū ꝓphetis. Sed nec mihi q̄ locu-
tus ſum ad eos:qm̄ nō eſſet triſtitia in perditionē eorū:ſicut
futurum eſt gaudiū ſup eos quibus perſuaſa eſt ſalus. Et
rn̄di ⁊ dixi. Scio dn̄e quoniā vocatus eſt altiſſimus miſeri-
cors:in eo q̄ miſereatur his qui nondum in ſeculo aduene-
runt:⁊ q̄ miſeretur illis qui conuerſionē faciunt in lege ei᷒
et lōganimis eſt:qm̄ longanimitatem preſtat his qui pecca
uerūt quaſi ſuis operibus:⁊ munificus eſt qm̄ quidem do-
nare vult ꝑ exigentijs:⁊ multe miſericordie : qm̄ multiplicat
magis miās his qui preſentes ſunt:⁊ qui preterierūt:⁊ qui
futuri ſunt. Si em̄ nō multiplicauerit miās ſuas non viuifi
cabitur ſeculū cū his qui inhabitabūt in eo. Et donat qm̄ ſi
nō donauerit de bonitate ſua vt alleuient̄ hi qui iniquitatē
fecerunt de ſuis iniquitatibus:nō poterit decies milleſima
pars viuificari hoīm. Et iudex ſi nō ignouerit his q̄ curati
ſunt verbo eius:⁊ deleuerit multitudinē cōtentionū nō for-
taſſis derelinquerent̄ in innumerabili multitudine niſi pau
ci valde. Capitulum. VIII.

ET reſpondit ad me ⁊ dixit. Hoc ſeculū fe-
cit altiſſimus ꝑpter multos:futurū aūt ꝓ
pter paucos. Dicā aūt corā te ſimilitudi-
nem eſdra. Qn̄o aūt interrogabis terrā
⁊ dicet tibi : qm̄ dabit terrā multā magis
vn̄ fiat fictile:paruū aūt puluerē:vn̄ aurū
fit:ſic ⁊ actus p̄ſentis ſeculi. Multi quidē creati ſunt :pau-
ci aūt ſaluabunt̄. Et rn̄di ⁊ dixi. Abſorbe ergo aīa ſenſum ⁊
deuora quod ſapit. Cōueniſti em̄ obaudire ⁊ ꝓphetare vo-
lens. Nec em̄ tibi datū eſt ſpaciū niſi ſolūmodo viuere. O
dn̄e ſi nō permittes ſeruo tuo vt oremus corā te : ⁊ des no-
bis ſemen cordi ⁊ ſenſui culturā : vn̄ fructus fiat : vn̄ viuere
poſſit oīs corruptus: q̄ portabit locū hoīs: Solus em̄ es:⁊
vna plaſmatio nos ſumus manuū tuarū: ſicut locutus es.
Et quō nūc in matrice plaſmatū eſt corp᷒ ⁊ preſtas mēbra:
cōſeruat̄ in igne ⁊ aqua tua creatio:⁊ nouē menſibus patit̄
tua plaſmatio tuā creaturā que in ea creata eſt:ipm̄ aūt qḋ
ſeruat ⁊ qḋ ſeruat̄ vtraq̄ ſaluabunt̄:ſeruataq̄ q̄nq̄ iterum
reddit matrix que in ea creuerūt. Imperaſti em̄ ex ipſis mē-
bris:hoc eſt māmillis p̄bere lac:fructui māmillarū vt nutria-
tur id qḋ plaſmatū eſt vſq̄ in tp̄s aliqḋ:⁊ poſtea diſponas
eū tue miē. Enutriſti eū tua iuſtitia:⁊ erudiſti eū in lege tua
⁊ corripuiſti eū tuo intellectu ⁊ mortificabis eū vt tuā crea- B
turā:⁊ viuificabis eū vt opus tuū. Si ergo perdideris eū
qui tātis laboribus plaſmat᷒ eſt tuo iuſſu:facile eſt ordina-
ri vt ⁊ id qḋ fiebat ſeruaret̄. Et nunc domine dicā de om-
ni hoīe:tu magis ſcis:de pplo aūt tuo ob quem doleo: ⁊ de
hereditate tua ꝑpter quā lugeo:⁊ ꝑpter iſrael ꝑpter quē
triſtis ſum ⁊ de iacob propter quem doleo ideo incipiā ora
re coram te pro me ⁊ pro eis: qm̄ video lapſus noſtros qui
inhabitamus terram. Sed audiui celeritatē iudicis qui fu
turus eſt. Ideo audi vocem meā ⁊ intellige ſermonē meum
⁊ loquar coram te. ¶ Initium verborum eſdre p̄uſq̄ aſſu-
meretur. Et dixi. Domine qui inhabitas ſeculum cuius
oculi eleuati in ſuperna et aere:et cuius thronus ineſtima-
bilis : ⁊ gloria incomprehenſibilis : cui aſtat exercitus an-
gelorum cum tremore quorum ſeruatio in vento et igne
conuertitur : cuius verbum verum et dicta perſeuerantia
cuius iuſſio fortis et diſpoſitio terribilis cuius aſpectus a-
reſacit abyſſos:⁊ indignatio tabeſcere facit montes ⁊ veri
tas teſtificatur:exaudi orationem ſerui tui ⁊ auribus perci
pe precationē figmenti tui. Dum enim viuo loquor et dum
ſapio

ſapio reſpondeo. Nec reſpicias populi tui delicta:ſed qui
tibi in veritate ſeruiunt. Nec intendas impia gentium ſtu-
dia:ſed qui tua teſtimonia cū doloribus cuſtodierunt. Nec
cogites qui in conſpectu tuo falſe ꝯuerſati ſunt:ſed memo-
rare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt. Neqꝫ vo-
C lueris perdere qui pecudū mores habuerūt:ſed reſpicias
eos qui legem tuam ſplendide docuerunt. Nec indigneris
eis qui beſtijs peiores iudicati ſunt:ſed diligas eos q̄ ſem
per in iuſtitia tua cōfidūt et gloria. Quoniā nos ⁊ p̄res no
ſtri talibus morbis languem⁹:tu aūt propter nos pctōres
miſericors vocaberis. Si eīm deſideraueris vt noſtri miſe
rearis:tunc miſericors vocaberis:nobis autē non habenti
bus opera iuſtitie. Juſti eīm quibus ſunt opera multa repo
ſita ex proprijs operibus recipient mercedez. Quid eſt eīm
homo vt ei indigneris:aut genus corruptibile vt ita ama-
rus ſis de ipſo? In veritate enim nemo de genitis eſt qui nō
impie geſſit:⁊ de confidentibus qui non deliquit. In hoc
enim ānunciabitur iuſtitia tua et bonitas tua domine:cum
miſertus fueris eis qui non habent ſubſtantiam bonorum
operum. Et reſpondit ad me:⁊ dixit. Recte locutus es ali
qua ⁊ iuxta ſermones tuos:ſic et fiet. Quoniam nō vere co
gitabo ſuper plaſma eorum qui peccauerunt añ mortez:añ
iudicium:ante perditionem:ſed iocundabor ſuper iuſtorū
figmentum:⁊ memorabor peregrinatiōis quoqꝫ ⁊ ſaluatio
nis ⁊ mercedis receptionis. Quō ergo locutus ſum:ſic et
eſt. Sicut eīm agricola ſerit ſup terraz ſemina multa:⁊ plā-
tationes multitudinis plantat:ſed non in tempore oīa que
ſeminata ſunt ſaluantur:ſed nec oīa que plantata ſunt radi
cabunt:ſic et qui in ſeculo ſeminati ſunt:non omnes ſalua-
buntur. Et reſpondi:⁊ dixi. Si inueni gratiā loquar. Quō
ſemen agricole ſi nō aſcenderit:aut non acceperit pluuiam
tuam in tempore:aut ſi corruptum fuerit multitudine plu-
uie:ſic perit. Et ſimiliter homo qui manibus tuis plaſmat⁹
eſt.et tu ei ymago nominat⁹:quoniam ſimilatus es ei pro-
pter quem omnia plaſmaſti:⁊ ſimilaſti ſemini agricole. Nō
iraſcaris ſuper nos ſed parce populo tuo:⁊ miſerere here-
ditati tue. Tu autem creature tue miſereris. Et reſpōdit
D ad me:⁊ dixit. Que ſunt preſentia preſentibus:⁊ que ſunt
futura futuris. Multum enim tibi reſtat vt poſſis diligere
meam creaturam ſuper me. Tibi autem frequeter ⁊ ipſi ꝓ-
ximaui:iniuſtis autem nunq̄. Sed et in hoc mirabilis es
coram altiſſimo:quoniam humiliaſti te ſicut decet te.⁊ nō
iudicaſti te vt inter iuſtos plurimum glorificeris. Propter
qđ miſerie multe ⁊ miſerabiles efficientur eis qui habitāt
ſeculum in nouiſſimis:quia in multa ſuperbia ambulaue
runt tu autem pro te intellige et de ſimilibus tuis inquire
gloriam. Vobis enim apert⁹ eſt paradiſus:plantata eſt ar
bor vite:preparatum eſt futurum tempus preparata eſt
abundantia:edificata eſt ciuitas:probata eſt requies:per
fecta eſt bonitas:et perfacta ſapiētia. Radix mali ſignata
eſt a vobis:infirmitas et tinea a vobis abſconſa eſt:⁊ in in-
fernum fugit corruptio in obliuione. Tranſierunt dolores
⁊ oſtenſus eſt in fine theſaurus imortalitatis. Noli ergo
adijcere inquirēdo de multitudine eorum qui pereūt. Nā
et ipſi accipientes libertatem ſpreuerunt altiſſimum:⁊ legē
eius contempſerunt:⁊ vias eius dereliquerūt. Adhuc au-
tem iuſtos eius conculcauerunt:⁊ dixerunt in corde ſuo nō
eſſe deum:et quidem ſcientes:quoniam moriuntur. Sicut
enim vos ſuſcipient que predicta ſunt:ſic eos ſitis ⁊ crucia-
tus que preparata ſunt. Non enim volui hominem diſper
di. Sed ⁊ ipſi qui creati ſunt quoinquinauerūt nomen ei⁹
qui fecit eos ⁊ ingrati fuerunt ei qui preparauit eis vitam.
Quaproter iudicium meum modo appropinquat. Que
non omnibus demonſtraui niſi tibi:et ſimilibus paucis.
Et reſpondi:et dixi. Ecce nunc domine demonſtraſti mihi
multitudinem ſignorum que incipies facere in nouiſſimis:
ſed non demonſtraſti mihi quo tempore.

Capitulum.IX.

Et reſpondit ad me:⁊ dixit. Metiens me- A
tire tempus in ſemetipſo:⁊ erit cū videris
qm̄ trāſierit pars quedam ſignoꝝ que pre
dicta ſunt:tunc intelliges qm̄ ipm̄ eſt tp̄s
in quo incipiet altiſſimus viſitare ſeculum:
qđ ab eo factum eſt. Et qm̄ videbit in ſecu
lo motio locoꝝ ⁊ populoꝝ turbatio:tūc itelliges qm̄ de his
erat altiſſimus locutus a diebus qui fuerunt ante ab initio
Sicut eīm oē quod factū eſt in ſeculo:initiū habet pariter.
⁊ cōſummationē:⁊ cōſummatio eſt manifeſta: ſic ⁊ altiſſimi
tp̄a initia habēt manifeſta in ꝓdigijs ⁊ virtutibus: et con-
ſummatiōes in actu. Et in ſignis. Et erit oīs qui ſaluus fa
ctus fuerit:⁊ qui poterit effugere per opera ſua:⁊ per fidē
in qua credidiſtis relinquetur de predictis periculis et vi-
debit ſalutare meum in terra mea ⁊ in finib⁹ meis:quoniā
ſanctificaui me a ſeculo. Et tūc miſerebūtur qui nunc abuſi
ſunt vias meas:⁊ in tormentis cōmorabūtur hi qui eas ꝓ
iecerūt in contemptu. Qui enim nō cognouerunt me viuē-
tes beneficia conſecuti:⁊ qui faſtidierunt legē meā cum ad-
huc erant habentes libertatem:⁊ cū adhuc eſſet eis apert⁹ B
penitētie locus non intellexerūt ſed ſpreuerunt. Hos opor
tet poſt mortem in cruciamēto cognoſcere. Tu ergo noli ad
huc curioſus eſſe quō impij cruciabunt:ſed inquire quō iu
ſti ſaluabunt:⁊ quorū ſeculū:et ꝓpter quos ſeculū:⁊ qñ. Et
reſpondi ⁊ dixi. Olim locutus ſum ⁊ nunc dico:⁊ poſtea di
cam:quoniā plures ſunt qui pereūt:q̄ qui ſaluabunt:ſicut
multiplicat fluct⁹ ſuper guttā. Et rndit ad me:⁊ dixi. Qua
lis ager talia ⁊ ſemina:⁊ quales flores tales ⁊ tincture:⁊ q̄-
lis operator:talis et creatio:⁊ qualis agricola:talis cultu-
ra:qm̄ tp̄s erat ſeculi. Et nunc cum eſſem parans eis his q̄
nunc ſunt anteq̄ fieret ſeculum in quo habitarēt:et nemo
contradixit mihi. Tunc eīm quiſqꝫ:⁊ nunc creatur in mūdo
hic parato ⁊ menſe indeficienti:⁊ lege inueſtigabili corru
pti ſunt mores eorum. Et conſideraui ſeculum:⁊ ecce erat
periculum propter cogitationes que in eo aduenerunt. Et
vidi ⁊ peperci ei valde:⁊ ſeruaui mihi acinum de botro:et
plantationem de tribu multa. Pereat ergo multitudo que
ſine cauſa nata eſt:⁊ ſeruetur acinus meus ⁊ plātatio mea
quia cum multo labore perfeci. Tu autē ſi adhuc intromit-
tas ſeptem dies alios ſed nō ieiunabis in eis:ibis in cāpuz
florum vbi domus nō eſt edificata:⁊ māducabis ſolūmodo
de floribus campi:⁊ carnē non guſtabis ⁊ vinū non bibes:
ſed ſolūmodo flores. Deprecare altiſſimuz ſine intermiſſio-
ne ⁊ veniam ⁊ loquar tecū. Et profectus ſuz ſicut dixit mi- C
hi in campum qui vocatur ardath:⁊ ſedi ibi in floribus:et
de herbis agri manducaui:⁊ facta eſt eſca earuz mihi in ſa
turitatem. Et factum eſt poſt dies ſeptem:⁊ ego diſcumbe-
bam ſupra fenuz:⁊ cor meum iteruz turbabatur ſicut ante.
Et apertum eſt os meum:⁊ incoaui dicere coraz altiſſimo
⁊ dixi. O domine te nobis oſtendens oſtēſus es patribus
noſtris in deſerto:quod non calcatur ⁊ infructuoſo:quan-
do erant exeuntes de egypto:⁊ dicens dixiſti. Tu iſrael au
di me:⁊ ſemen iacob intende ſermonibus meis. Ecce enim
ego ſemino in vobis legem meaz:et faciet in vobis fructum
et glorificabimini in eo per ſeculum. Naz patres noſtri ac
cipientes legem non ſeruauerunt ⁊ legitima mea non cuſto
dierunt:et factus eſt fructus legis non parens. Nec enim
poterat:quoniam tuus erat. Nam qui acceperunt perie-
runt:non cuſtodientes quod in eis ſeminatum fuerat:et
ecce conſuetudo eſt vt cum acceperit terra ſemen:vel na-
uem mare:vel vas aliquod eſcam vel potum:cum fuerit ex
terminatum:id in quo ſeminatum eſt:vel in quod miſſum
eſt:ſimul id quod ſeminatum vel miſſum eſt:vel que ſuſce-
pta ſunt exterminantur:⁊ ſuſcepta iam non manent apud

D nos. Sed nobis ſic non factum eſt. Nos quidẽ qui legem
accepimus: peccantes periuimus: ꝛ coꝛ noſtruꝫ quod ſuſce
pit eam. Nam lex non perijt: ſed permãſit in ſuo laboꝛe. Et
cum loquerer hec in coꝛde meo: reſpexi oculis meis: ꝛ vidi
mulierem in dextera parte. Et ecce hec lugebat ꝛ ploꝛabat
cum voce magna: ꝛ animo dolebat valde ꝛ veſtimenta eius
diſciſſa: ꝛ cinis ſuper caput eius. Et dimiſi cogitatus in q̈
bus eram cogitans: ꝛ conuerſus ſum ad eam: ꝛ dixi ei. Ut
quid fles: ꝛ quid doles animo? Et dixit ad me. Dimitte me
domine meus vt defleam me: ꝛ adijciam doloꝛem: quoniam
valde amaro ſum animo: ꝛ humiliata ſum valde. Et dixi ei.
Quid paſſa es? Dic mihi. Et dixit ad me. Sterilis fui ego
famula tua ꝛ non peperi: habens maritum annis triginta.
Ego enim per ſingulas hoꝛas ꝛ per ſingulos dies ꝛ annos
triginta hos: depꝛecoꝛ altiſſimũ nocte ac die. Et factum eſt
poſt triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuam: ꝛ vi
dit humilitatẽ meã ꝛ attendit tribulationi mee: ꝛ dedit mi
bi filiũ. Et iocundata ſunt ſuper eum valde: ego ꝛ vir meus
et oẽs ciues mei ꝛ honoꝛificabamꝰ valde foꝛte. Et nutriui
eum cum laboꝛe multo. Et factum eſt cũ creuiſſet ꝛ veniſſet
accipere vxoꝛem: feci diem epuli. Ca. X.

B Et factum eſt cum introiſſet filius meus in
thalamo ſuo: cecidit ꝛ moꝛtuus eſt: ꝛ euer
timus omnes lumina. Et ſurrexerũt oẽs
ciues mei ad cõſolandũ me: ꝛ quieui vſq̄
in alterũ diem vſq̄ nocte. Et factũ eſt cũ om
nes quieuiſſent vt me conſolarent̃ vt quie
ſcerent: ꝛ ſurrexi nocte ꝛ fugi: ꝛ veni ſicut vides in hoc cam
po: ꝛ cogito iam non reuerti in ciuitatem: ſed hic conſiſtere
ꝛ neq̄ manducare neq̄ bibere: ſed ſine intermiſſione luge
re ꝛ ieiunare vſq̄ dum moꝛiar. Et dereliqui ſermones in q̈
bus eram: ꝛ reſpondi cum iracundia ad eam ꝛ dixi. Stul
ta ſuper omnes mulieres: non vides luctum noſtrum ꝛ q̈
nobis contingunt. Quoniã ſyon mater noſtra omni triſti
tia contriſtatur ꝛ humilitate humiliata eſt: ꝛ luget validiſſi
me. Et nũc quoniam omnes lugemus ꝛ triſtes ſumus: quo
niam omnes contriſtati ſumus: tu autẽ contriſtaris in vno
filio. Interroga enim terram ꝛ dicet tibi quoniam hec eſt
que debeat lugere caſum tantoꝛum ſuper eam germinantiũ.
Et ex ipſa ab initio omnes nati: ꝛ alij venient. Et ecce pene
omnes in perditionem ambulant: ꝛ exterminium fit mul
titudo eoꝛum. Et quis ergo debet lugere magis: niſi hec q̈
tam magnã multitudinem pdidit: q̈ tu que pro vno doles?
Si autem dicis mihi: quoniam nõ eſt planctus meus ſimi
lis terre. quoniam fructus ventris mei pdidi quem cum
meroꝛibus peperi: ꝛ cum doloꝛibus genui: terra autem ſm
viaꝫ terre: abijt q̄ in ea multitudo pꝛeſens quomodo euenit
ꝛ ego tibi dico. Sicut cum tu laboꝛe peperiſti: ſic ꝛ terra
dat fructum ſuum homini ab initio ei qui fecit eam. Nunc
ergo retine apud temetipſam doloꝛeꝫ tuũ: ꝛ foꝛtiter fer qui
tibi cõtigerunt caſus. Si enĩ iuſtificaueris terminum dei
B ꝛ conſilium ſuum recipies in tempoꝛe: ꝛ in talibus collau
Enumerat 6 multas tribulationes. daberis. Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum. Et
dixit ad me. Non faciam neq̄ ingrediar ciuitatem: ſed hic
moꝛiar. Et appoſui adhuc loqui ad eam: ꝛ dixi. Noli face
re hũc ſermonẽ. ſed conſenti perſuadẽti. Quot enim caſus
ſyon? Conſolare propter doloꝛem hieruſalẽ. Uides enim
quoniã ſanctificatio noſtra deſerta effecta eſt ꝛ altare nr̃m
demolituꝫ eſt templum noſtrum deſtructũ eſt: ꝛ pſalteriuꝫ
noſtrum humiliatum eſt et hymnus conticuit: ꝛ exultatio
noſtra diſſoluta eſt: ꝛ lumen candelabꝛi noſtri extinctuꝫ eſt:
ꝛ arca teſtamenti noſtri direpta eſt ꝛ ſancta noſtra contami
nata ſunt: ꝛ nomen quod inuocatum eſt ſuper nos pene p
phanatum eſt ꝛ liberi noſtri contumeliam paſſi ſunt: et ſa
cerdotes noſtri ſuccenſi ſunt: ꝛ leuite noſtri in captiuitatẽ
abierſit: ꝛ virgines noſtre coinquinate ſunt: ꝛ mulieres no
ſtre vim paſſe ſunt ꝛ iuſti noſtri rapti ſunt: ꝛ paruuli noſtri
perditi ſunt: et iuuenes noſtri ſeruierunt: ꝛ foꝛtes noſtri in
ualidi facti ſunt. Et quod omniũ maius ſignaculum ſyon
quoniam reſignata eſt de gloꝛia ſua. Nam et tradita eſt in
manibus eoꝛum qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam tri
ſtitiam multam: ꝛ depone abs te multitudinem doloꝛum vt
tibi repꝛopicietur foꝛtis: ꝛ requiem faciet tibi altiſſimus
requietionem laboꝛum. Et factum eſt cum loquebar ad eã
facies eius fulgebat ſubito ꝛ ſpecies: choꝛuſcus fiebat vi
ſus eius: vt eſſem pauens valde ad eam: et cogitarem quid
eſſet hoc. Et ecce ſubito emiſit ſonitum vocis magnuꝫ timo
re plenum vt commoueretur terra a mulieris ſono. Et vidi
et ecce amplius mulier non comparebat mihi: ſed ciuitas
edificabatur ꝛ locus demonſtrabatur de fundamentis ma
gnis. Et timui ꝛ clamaui voce magna: ꝛ dixi. Ubi eſt vriel
angelus qui a pꝛincipio venit ad me? Quoniam ipſe me fe C
cit venire in multitudine in exceſſu mentis huius. Et factꝰ
eſt finis meus in coꝛruptione: et oꝛatio mea in pꝛoperium
et cum eſſem loquens ego hec: ecce venit ad me: ꝛ vidit me.
Et ecce eram poſitus vt moꝛtuus ꝛ intellectꝰ meus alien
tus erat: et tenuit dexteram meam. et confoꝛtauit me: ꝛ ſta
tuit me ſuper pedes meos: et dixit mihi. Quid tibi eſt: et
quare conturbatus eſt intellectus tuus: et ſenſus coꝛdis
tui: et quare conturbaris? ꝛ dixi. Quoniam dereliquiſti
me: et ego quidem feci ſecundum ſermones tuos ꝛ exiui in
campum: ꝛ ecce vidi ꝛ video quod non poſſum enarrare:
et dixit ad me. Sta vt vir: et commonebo te: et dixi. Loque
re domine deus tu in me. Noli me derelinquere: vt non fru
ſtra moꝛiar: quoniam vidi que non ſciebam: et audio que
non ſcio. Aut nunquid ſenſus meus fallitur et anima mea
ſomniat? Nunc ergo depꝛecoꝛ te vt demonſtres ſeruo tuo
de exceſſu hoc: et reſpondit ad me ꝛ dixit. Audi me vt doce
am te et dicam tibi de quibus times: quoniam altiſſimus
reuelauit tibi myſteria multa. Uidit rectam viam tuaꝫ: quo
niam ſine intermiſſione contriſtabaris pꝛo populo tuo: et
valde lugebas propter Syon. Hic ergo intellectus viſio
nis que tibi apparuit ante paululum. Quam vidiſti lugen
tem inchoaſti. conſolari eam: nunc autem iam ſpeciem mu
lieris nõ vides: ſed apparuit tibi ciuitas edificari: ꝛ quo
niam enarrabat tibi de caſu filij ſui: hec abſolutio eſt. Hec
mulier quam vidiſti: hec eſt Syon. Et quoniam dixi tibi
quam et nunc conſpicies vt ciuitatem edificatam. Et quo
niam dixit tibi: quia ſterilis fuit annis triginta: pꝛopter D
quod erant anni ſcilicet triginta quando non erat in ea ad
huc oblatio oblata. Et factum eſt poſt annos triginta: edi
ficauit Salomon ciuitatem et obtulit oblatiões: tunc fuit
quando peperit ſterilis filium. Et quod tibi dixit: quoniã
nutriuit eum cum laboꝛe: hoc erat habitatio in hieruſalem.
Et quoniam dixit tibi q̄ filius meus veniens in ſuo thala
mo moꝛtuus eſſet et contigiſſet ei caſus: hoc erat que facta
eſt ruina Hieruſalem. Et ecce vidiſti ſimilitudinem eius: ꝛ
quoniam filium lugeret inchoaſti conſolari eam: et de his
que contigerunt: hec erant tibi aperienda. Et nunc videt
altiſſimus: quoniam ex animo contriſtatus es et quoniam
ex toto coꝛde pateris p ea: oſtẽdit tibi claritatẽ gloꝛie eius
et pulchꝛitudinẽ decoꝛis eiꝰ. Propterea enĩ dixi tibi vt ma
neres in cãpo vbi domꝰ nõ eſt edificata. Sciebam enĩ ego
qm̃ altiſſimus incipiebat tibi oſtendere hec: ppterea dixi ti
bi vt venires in agrũ vbi nõ eſt fundamentuꝫ edificij. Nec
enĩ poterat opus edificij hominis ſuſtineri in loco vbi in
cipiebatur altiſſimi ciuitas oſtẽdi. Tu ergo noli timere: ne
q̄ expaueſcat coꝛ tuum: ſed ingredere ꝛ vide ſplendoꝛem ꝛ
magnitudinem edificij: quantum capax eſt tibi viſu oculo
rum videre. Et poſt hec audies quantum capit auditꝰ au
rium tuarum audire. Tu enĩ beatus es pꝛe multis: et voca
tus es

tus es apud altiſſimū: ſicut ⁊ pauci. Nocte aūt que in craſtinū futura eſt manebis hic: ⁊ oſtēdet tibi altiſſimus has viſiones ſuperiorū: que faciet altiſſimus his qui habitāt ſuper terram a nouiſſimis diebus. Et dormiuit illā nocte ⁊ aliam ſicut dixerat mihi.

Cap. XI

por quoniā pulchritudinē eius mirabant̄ nimis ⁊ dixerūt D
ad eam: Conſeruaſti animam tuam: eo q̄ tale reperiſti con
ſilium: vt deſcenderes ad dñm noſtrum. Hoc aūt ſcias qm̄
cū ſteteris in cōſpectu ei': bene tibi faciet ⁊ eris gratiſſima
in corde eius. Duxeruntq; illā ad tabernaculuz holofernis
annunciantes eam. Cumq; intraſſet ante faciē eius ſtatim Supra.9.c.
captus eſt in ſuis oculis holofernes. Dixeruntq; ad euz ſa al's + quis c
tellites eius. † Quis cōtēnat populū hebreoꝝ qui tā deco temnit.
ras mulieres habēt: vt nō pro his merito pugnare contra
eos debeamus? Uidens itaq; iudith holofernē ſedētem in
conopeo qd̄ erat ex purpura ⁊ byſſo ⁊ auro ⁊ ſmaragdo et
lapidibus precioſis intextū: ⁊ cū in faciez eius intendiſſet:
adorauit eum proſternens ſe ſup terrā. Et eleuauerunt eaz
ſerui holofernis iubente domino ſuo.

¶ Ca. Sū.

¶ Ca. Sũ. Holofernes confortat iudith: cauſam quare ve‑
nerit querit: que reſpondit verba adulatoria placentia ho‑
loferni. Cap. XI.

A Tunc holofernes dixit ei. Equo aio eſto et
noli pauere in corde tuo: qm̃ ego nũq̃ no‑
cui virum qui voluit ſeruire nabuchodo‑
noſor regi. Pp̃ls aũt tuus ſi nõ contẽpſiſ‑
ſet me: no eleuaſſem lãceam meã ſup eum.
Nunc aũt dic mihi: qua ex cauſa receſſiſti
ab illis ⁊ placuit tibi vt venires ad nos? Et dixit illi iudith.
B Sume verba ancille tue qm̃ ſi ſecutus fueris verba ancille
tue perfectã rẽ faciet dñs tecum. Viuit enĩ nabuchodono‑
ſor rex terre: ⁊ viuit virtus eius q̃ eſt in te ad correptionem
oĩm aĩarũ errãtiũ: qm̃ nõ ſolũ hoĩes ſuiẽt illi p te: ſed ⁊ be‑
ſtie agri obtemperant illi. Nunciaẽ enĩ animi tui induſtria
vniuerſis gentibus: ⁊ indicatũ eſt omni ſeculo: qm̃ tu ſolus
bonus ⁊ potens es in omni regno eius ⁊ diſciplina tua oĩ‑
bus prouincijs predicaẽ. Nec hoc latet q locut⁹ eſt achior
nec illud ignoraẽ qđ ei iuſſeris euenire. Cõſtat enĩ deũ no‑
ſtrũ ſic peccatis offenſuz vt mandauerit per ꝓphetas ſuos
ad pp̃lm q tradet eũ p peccatis ſuis. Et qm̃ ſciunt ſe offen
diſſe deum ſuũ filij iſrael: tremor tuus ſup ipſos eſt. Inſup
etiam fames inuaſit eos ⁊ ab ariditate aque iam inter mor‑
tuos computantur. Deniq̧ hoc ordinant vt interficiant pe
cora ſua ⁊ bibant ſanguinem eorũ: ⁊ ſancta dñi dei ſui que
precepit deus non contingi in frumento vino ⁊ oleo: hec
cogitauerunt impendere: ⁊ volunt conſumere que nec ma‑
nibus deberent contingere. Ergo qm̃ hec faciunt certum
eſt q in perditionẽ dabunẽ. Qđ ego ancilla tua cognoſcẽs
fugi ab illis: ⁊ miſit me dñs hec ipſa nunciare tibi. Ego enĩ
ancilla tua deũ colo etiam nunc apud te: ⁊ exiet ancilla tua
⁊ orabo deum ⁊ dicet mihi qñ eis reddat peccatũ ſuũ: ⁊ ve‑
D niens nunciabo tibi ita vt ego adducam te per mediã hie‑
ruſalẽ. Et habebis omnem pp̃lm iſrael ſicut oues quibus
non eſt paſtor: ⁊ non latrabit vel vnus canis contra te: qm̃
hec mihi dicta ſunt p prouidẽtiã dei. Et qm̃ iratus eſt illis
deus: hec ipſa miſſa ſum nunciare tibi. Placuerunt aũt om
nia verba hec coram holoferne ⁊ coram pueris eius: ⁊ mi‑
rabantur ad ſapientiam eius ⁊ dicebant alter ad alterum.
Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu: in pulchritu‑
dine ⁊ in ſenſu verborum. Et dixit ad illam holofernes. Be
ne fecit deus qui miſit te ante populum: vt des illum tu in
manibus noſtris. Et quoniam bona eſt promiſſio tua: ſi fe‑
cerit mihi hoc deus tuus erit ⁊ deus me⁹: ⁊ tu in domo na‑
buchodonoſor magna eris: ⁊ nomen tuum nominabitur in
vniuerſa terra.

¶ Ca. S. Judith in domo theſaurorũ manere precipitur
libertas exeundi ad orationeẽ largiẽ de cibis ꝓprijs ſe mã‑
ducaturam dicit mittiẽ vagao vt iudith cõſentiat holofer‑
ni: illa intrat comedere ⁊ bibere coram eo: holofernes ine‑
briatur. Capitu. XII.

A Tunc iuſſit eã introire vbi repoſiti erãt the‑
ſauri eius: ⁊ iuſſit illic manere eã, ⁊ conſti‑
tuit q̃d dareẽ illi de conuiuio ſuo. Cui rñ‑
dit iudith ⁊ dixit. Nũc non potero mãdu‑
care ex his que mihi precipis tribui ne ve‑
niat ſup me offenſio: ex his aũt q̃ mihi de‑
tuli mãducabo. Cui holofernes ait. Si defecerint tibi iſta
que tecum detuliſti: quid faciemus tibi? Et dixit Judith.
Viuit anima tua domine meus: quoniam non expẽdet om‑
nia hec ancilla tua: donec faciat deus in manu mea hec que
B cogitaui. Et induxerunt illã ſerui eius in tabernaculum q̃
al's ✝ fiducia precepera. Et petijt dũ introiret vt daretur ei ✝ copia no
cte ⁊ ante lucem egrediendi foras ad orationem: ⁊ deprecã‑
di dñm. Et p̃cepit cubicularijs ſuis vt ſicut placeret illi exi‑
ret ⁊ introiret ad adorandũ deũ ſuũ per triduũ. Et exibat
noctib⁹ in vallẽ bethulie. ⁊ baptizabat ſe in fonte aq̃: et vt
aſcẽdebat orabat ad dñm deum iſrael vt dirigeret viã eius
ad liberationem populi ſui. Et introiens munda manebat
in tabernaculo vſq̧ dũ acciperet eſcaẽ ſuas in veſpere. Et
C factum eſt quarto die holofernes fecit cenam ſeruis ſuis: ⁊
dixit ad vagao eunuchum ſuum. Vade ⁊ ſuade hebreã illã:
vt ſponte cõſentiat habitare mecum. Fedũ eſt enĩ apđ aſſy‑
rios ſi femina irrideat virũ agendo ⁊ imunis ab eo trãſeat.
Tunc introiuit vagao ad iudith: ⁊ dixit. Non vereatur bo
na puella introire ad dñm meũ: vt honorificetur ante facieẽ
eius: ⁊ mãducet cũ eo ⁊ bibat vinum in iocũditate. Cui iu‑
dith rñdit. Que ego ſum vt cõtradicam dño meo? Omne
qđ erit ante oculos eius bonũ ⁊ optimuẽ faciam. Quicq̃d
D aũt illi placuerit: hoc mihi erit optimũ omnibus dieb⁹ vi‑
te mee. Et ſurrexit ⁊ ornauit ſe veſtimẽto ſuo: ⁊ ingreſſa ſte
tit ante faciẽ eius. Cor aũt holofernis concuſſum eſt. Erat
enĩ ardens in concupiſcentia ei⁹: ⁊ dixit ad eã holofernes.
Bibe nunc ⁊ accumbe in iocunditate: quoniam inueniſti
gratiam coram me. Et dixit Judith. Bibam domine quo‑
niam magnificata eſt anima mea hodie pre omnib⁹ diebus
meis. Et accepit ⁊ manducauit: ⁊ bibit coram ipſo ea que
parauerat illi ancilla eius: et iocundus factus eſt holofer‑
nes ad eam: bibitq̧ vinum multum nimis: quantum nunq̃
biberat in vita ſua.

¶ Capituli Summarium. Puella ad oſtium obſeruat:
iudith caput eius preſcidit: ciuibus ſuis caput holofernis
defert ⁊ oſtẽdit: iudith benedicitur: achior obſtupeſcit.

Capitulum. XIII.



A Et autem ſero factum eſt: feſtinauerunt ſer
ui illius ad hoſpitia ſua: et concluſit Va‑
gao oſtia cubiculi et abijt. Erant autem
omnes fatigati a vino. Eratq̧ iudith ſola
in cubiculo. Porro Holofernes iacebat
in lecto nimia ebrietate ſopitus. Dixitq̧
Judith puelle ſue: vt ſtaret foras ante cubiculuz ⁊ obſerua
ret. Stetitq̧ Judith ante lectum orans cum lachrymis et
labiorum motu in ſilentio: dicens. Cõfirma me domine de‑
us iſrael: ⁊ reſpice in hac hora ad opera manuum mearum:
vt ſicut promiſiſti hieruſalem ciuitatem tuam ✝ erigas: et al's ✝ pteges
hoc quod credens per te poſſe fieri cogitaui perficiam. Et
cum hec dixiſſet acceſſit ad columnam que erat ad caput le
ctuli eius: ⁊ pugionem eius qui in ea ligatus pendebat ex
ſoluit. Cumq̧ euaginaſſet illuz apprehẽdit comam capitis
eius ⁊ ait. Cõfirma me dñe deus in hac hora ⁊ percuſſit bis
in ceruicem eius: et abſcidit caput eius. Et abſtulit ✝ co‑ B
nopeũ eius a columnis: ⁊ euoluit corpus eius truncũ. Et poſt al's ✝ cõforta. al's ✝ canopeũ.
puſillum exiuit ⁊ tradidit caput holofernis ancille ſue: et
iuſſit vt mitteret illud in perã ſuam: ⁊ exierũt due ſecũdum

conſuetudinē ſuam quaſi ad orationem ⁊ tranſierūt caſtra.
Et gyrantes vallē venerunt ad portā ciuitatis. Et dixit iu-
dith a longe cuſtodibꝰ murorū. Aperite portas qm̄ nobiſcū
eſt deus qui fecit virtutem in iſrael. Et factum eſt cū audiſ-
ſent viri vocem eius: vocauerunt preſbyteros ciuitatis. Et
occurrerunt ad eam oēs a minimo vſqꝫ ad maximum: qm̄
ſperauerant eam iam non eſſe venturam. Et accendētes lu-
minaria congyrauerunt circa eā vniuerſi. Illa aūt aſcēdēs
C in eminentiorem locum iuſſit fieri ſilentium. Cumqꝫ oēs ta-
cuiſſent: dixit iudith. Laudate dn̄m deū noſtrum q̄ nō deſe-
ruit ſperantes in ſe: ⁊ in me ancillam ſuam adimpleuit miſe-
Infra eodem. ricordiam ſuam quam promiſit domui iſrael: ⁊ interfecit in
manu mea hoſtem populi ſui in hac nocte. Et proferens de
pera caput holofernis: oſtendit illis dicēs. Ecce caput ho-
lofernis principis militie aſſyriorum. Et ecce conopeū illiꝰ
in quo recumbebat in ebrietate ſua: vbi ⁊ per manum femi-
ne percuſſit illum dn̄s deus noſter. Viuit autē ipſe dn̄s qm̄
cuſtodiuit me angelus eius: ⁊ hinc euntem ⁊ ibi commorā-
tem: ⁊ inde huc reuertentem: ⁊ nō permiſit me dn̄s ancillā
als † ad vos. ſuā coinquinari: ſed ſine pollutiōe peccati reuocauit me †
Pſalmus. 105. 106. 117. vobis gaudentem in victoria ſua: in euaſione mea ⁊ libera-
tione veſtra. Confitemini illi omnes quoniam bonus: qm̄
in ſeculum miſericordia eius. Vniuerſi aūt adorantes dn̄m
dixerunt ad eam. Bn̄dixit te dn̄s in virtute ſua: quia ꝑ te
Infra eodem. Luce. 9. ad nihilū redegit inimicos noſtros. Porro ozias princeps
D populi iſrael dixit ad eam. Benedicta es tu filia a dn̄o deo
excelſo pre omnibus mulieribus ſuper terrā. Benedictus
dn̄s qui creauit celum ⁊ terrā: qui te direxit in vulnera ca-
pitis principis inimicorum noſtrorū: qꝛ hodie nomen tuum
ita magnificauit: vt non recedat laus tua de ore hoim qui
memores fuerint virtutis dn̄i in eternū: pro quibus nō pe-
perciſti anime tue propter āguſtias ⁊ tribulationem gene-
ris tui: ſed ſubueniſti ruine ante conſpectum dei noſtri. Et
dixit omnis populus: fiat fiat. Porro achior vocatus venit
Et dixit ei iudith. Deus iſrael cui tu teſtimonium dediſti:
Supra. 10. b. ⁊ infra. 15. d. ꝙ vlciſcaꝛ ſe de inimicis ſuis ipſe caput omnium incredulo-
rum incidit in hac nocte in manu mea ⁊ vt probes qꝛ ita eſt:
Supra eodē. ecce caput holofernis qui in contemptu ſuperbie ſue deū
Supra. 5. d. et Supra. 6. a. iſrael contempſit ⁊ tibi interitum minabatur dicēs cum ca-
ptus fuerit populus iſrael: gladio perforari precipiam late-
ra tua. Videns aūt achior caput holofernis: anguſtiatꝰ pre
al † heſitauit. pauore cecidit in faciē ſuam ſup terram ⁊ † eſtuauit anima
eius. Poſtea vero q̄ reſumpto ſpiritu recreatus eſt: proci-
Supra eodē. dit ad pedes eius ⁊ adorauit eam ⁊ dixit. Benedicta tu a
deo tuo in omni tabernaculo iacob: qm̄ in omni gente q̄ au-
dierit nomen tuum magnificabitur ſup te deus iſrael.

¶ Ca. S. Caput holofernis in muro ſuſpēditur: achior cir-
cunciditur: facto armorum ſtrepitu aſſyrij volentes holofer-
nem excitare inuenerunt mortuū. Capitu. XIIII.

A Dixit aūt iudith ad omnē populum. Audi-
te me fratres. Suſpendite caput hoc ſup
muros noſtros. Et erit cum exierit ſol ac-
cipiat vnuſquiſqꝫ arma ſua ⁊ exite cū impe-
tu: non vt deſcēdatis ſeorſum ſed quaſi im-
petum faciētes. Tunc exploratores neceſ-
ſe erit vt fugiant ad principem ſuum excitandū ad pugnā.
Cumqꝫ duces eorū concurrerint ad tabernaculum holofer-
nis ⁊ inuenerint eum truncū in ſuo ſanguine volutatū de-
B cidet ſuper eos timor. Cumqꝫ cognoueritis fugere eos: ite
poſt illos ſecuri: qm̄ dn̄s conteret eos ſub pedibus veſtris.
Tunc achior videns virtutem quam fecit deus iſrael reli-
cto gentilitatis ritu: credidit deo ⁊ circūcidit carnem ꝑpu-
tij ſui: ⁊ appoſitus eſt ad populum iſrael ⁊ omnis ſucceſſio
generis eius vſqꝫ in hodiernum diem. Mox autem vt ortꝰ
eſt dies ſuſpenderunt ſuper muros caput holofernis: acce-
pitqꝫ vnuſquiſqꝫ vir arma ſua: ⁊ egreſſi ſunt cū grandi ſtre-
pitu ⁊ vlulatu. Quod videntes exploratores ad tabernacu-
lum holofernis cucurrerunt. Porro hi qui in tabernaculo C
erant venientes ⁊ ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes ex-
citandi gratia inquietudinem arte moliebantur: vt non ab
excitantibus: ſed a ſonantibus holofernes euigilaret.
Nullus enī audebat † cubiculum virtutis aſſyriorum pul- als † taber-naculum.
ſando aut intrando aperire. Sed cum veniſſent eius duces
ac tribuni ⁊ vniuerſi maiores exercitus regis aſſyriorū di- 1. Regum.
xerunt cubicularijs. Intrate ⁊ excitate illū: quoniā egreſ-
ſi mures de cauernis ſuis auſi ſunt prouocare nos ad ꝓliū.
Tunc ingreſſus vagao cubiculum eius ſtetit ante cortinā.
Et plauſum fecit manibus ſuis. Suſpicabatur enim illum
cum iudith dormire. Sed cum nullum motum iacentis ſen-
ſu aurium caperet: acceſſit proximans ad cortinam. Et ele-
uans eam vidensqꝫ cadauer abſqꝫ capite holofernis in ſuo D
ſanguine tabefactum iacere ſuper terram exclamauit voce
magna cum fletu ⁊ ſcidit veſtimēta ſua. Et ingreſſus taber-
naculum iudith non inuenit eā. Et exiliuit foras ad popu- Et ſic [illegible] habebant [illegible] iucundi[illegible] ſumenta [illegible] iudei [illegible]
lum: ⁊ dixit: vna mulier hebrea fecit cōfuſionem in domo re-
gis nabuchodonoſor. Ecce enim holofernes iacet in terra
⁊ caput eius non eſt in illo. Quod cum audiſſent principes
virtutis aſſyriorum ſciderunt oēs veſtimenta ſua: ⁊ intolle-
rabilis timor ⁊ tremor cecidit ſuper eos: ⁊ turbati ſunt ani-
mi eorum valde. Et factus eſt clamor incōparabilis in me-
dio caſtrorum eorum.

¶ Ca. S. Fugerunt aſſyrij ⁊ filij Iſrael perſequunꝛ eos in
ore gladij: qui ditati ſunt ſpolijs eorū per. xxx. dies vix ſpo-
lia colligentes venit pontifex cum clero ⁊ bn̄dixit Judith.
Capitulum. XV.

Cumqꝫ omnis exercitus decollatum holo- A
fernem audiſſet: fugit mens ⁊ conſiliū ab
eis ⁊ ſolo tremore ⁊ metu agitati fuge pre-
ſidium ſumunt: ita vt nullus loqueretur cū
proximo ſuo: ſed inclinato capite relictis
omnibus euadere † feſtinabant: hebreos al † [illegible]
quos armatos ſuper ſe venire audierant: fugientes ꝑ viam
camporum ⁊ ſemitas † collium. Videntes itaqꝫ filij Iſrael als † [illegible]
fugientes ſecuti ſunt illos: deſcenderuntqꝫ clangentes tu-
bis: ⁊ vlulantes poſt ipſos. Et quoniam aſſyrij non aduna- B
ti: in fugam ibant precipites. Filij autem Iſrael vno agmi-
ne perſequentes debilitabant omnes quos inuenire po-
tuiſſent. Miſitqꝫ Ozias nuncios per omnes ciuitates et
regiones Iſrael. Omnis itaqꝫ regio: omniſqꝫ vrbs ele-
ctam iuuentutem armatam miſit poſt eos: ⁊ perſecuti ſunt
eos in ore gladij quouſqꝫ peruenirent ad extremitatem fi-
nium ſuorum. Reliqui autem qui erant in bethulia: ingreſ-
ſi ſunt caſtra aſſyriorum: ⁊ predam quam fugientes aſſyrij
reliquerant abſtulerunt: et onuſtati ſunt valde. Hi vero C
qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam omnia que erant
illorum abſtulerunt ſecum: ita vt non eſſet numerus in pe-
coribus et iumentis et vniuerſis † mobilibus eorum: vt a al † [illegible]
minimo vſqꝫ ad magnum omnes diuites fierent de preda-
tionibus eorum. Joachim autem ſummus pontifex de Hie-
ruſalem venit in Bethuliam cum vniuerſis preſbyteris
ſuis: vt videret iudith. Que cum exiſſet ad illum benedi-
xerunt illam omnes vna voce dicentes. Tu gloria hieru-
ſalem: tu letitia Iſrael: tu honorificētia populi noſtri: quia
feciſti viriliter. Et confortatum eſt cor tuum eo qd̄ caſtita-
tem amaueris: ⁊ poſt virum tuum alterum neſcieris. ideo D
⁊ manus domini confortauit te. Et ideo eris benedicta in Supra. 13. d.
eternum. Et dixit omnis populus: fiat fiat. Per dies autē
triginta vix collecta ſunt ſpolia aſſyriorum a populo iſrael.
Porro aūt vniuerſa q̄ holofernis peculiaria fuiſſe ꝓbata
ſunt dederunt. Judith in auro: et argento: ⁊ veſtibus: ⁊ gē-
mis: et omni ſupellectili: et tradita ſunt omnia illa populo.

Et omnes

Et omnes populi gaudebant cū mulieribus ⁊ virginibus
et iuuenibus: in organis ⁊ citharis.

Ca. Summarium. Cāticū iudith et quomodo oīs po-
pulus bethulie iuit in hieruſalē adorare: de morte iudith.

Capitulum. XVI.

Tunc cātauit canticum hoc dño iudith: di-
cens. Incipite dño in tympanis: cantate
dño in cymbalis: modulamini illi pſalmū
nouum: exultate ⁊ inuocate nomen eius.
Dñs conterens bella: dñs nomen eſt illi.
Qui poſuit caſtra ſua i medio populi ſui
vt eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtroꝝ. Ve-
nit aſſur in montib⁹ ab aquilone in multitudine fortitudis
ſue. Cui⁹ multitudo obturauit torrentes ⁊ equi coꝝ coope-
B ruerunt valles. Dixit ſe incenſurum fines meos: ⁊ iuuenes
meos occiſurum gladio: infantes meos dare in predam et
virgines in captiuitatem. Dñs autem omnipotens nocuit
eum: ⁊ tradidit eum in † manus femine ⁊ confudit eū. Nō
enim cecidit potens coꝝ a iuuenibus: nec filij † titan per-
cuſſerunt eū: nec excelſi gigantes impoſuerunt ſe illi: ſ; iu-
dith filia merari in ſpecie faciei ſue diſſoluit eum. Exuit eīn
ſe veſtimento viduitatis: ⁊ induit ſe † veſtimento letitie in
exultatione filiorum iſrael. Vnxit faciem ſuā vnguēto: col-
ligauit cincinnos ſuos mitra ad decipiendum illum. Sāda-
lia eius rapuerunt oculos eius: pulchritudo eius captiuā
fecit animam eius: amputauit pugione ceruicē eius. Hor-
ruerunt perſe conſtantiam eius: ⁊ medi audaciam ei⁹. Tūc
vlulauerunt caſtra aſſyriorum quando apparuerunt humi-
les mei: areſcētes in ſiti. Filij puellarū cōpunxerunt eos:
⁊ ſicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in pre-
C lio a facie domini dei mei. Hymnum cantemus dño: hym-
num nouum cantemus deo noſtro. Adonai dñe deus ma-
gnus es tu: ⁊ preclarus in virtute tua ⁊ quē ſuperare nemo
poteſt. Tibi ſeruiat omnis creatura tua: quia dixiſti: et fa-
cta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum ⁊ creata ſunt: ⁊ nō eſt q̄ reſi-
ſtat voci tue. Montes a fundamentis mouebūtur cū aq̄s
petre ſicut cera liqueſcēt ante faciem tuam. Qui autem ti-
ment te magni erunt apud te per omnia. Ve genti inſurgē-
ti ſuper genus meum. Dominus enim omnipotens vindi-
cabit in eis: in die iudicij viſitabit illos. Dabit enī ignem
⁊ vermes in carnes eorum: vt vrantur ⁊ ſentiant vſq; in ſem-
piternum. Et factum eſt poſt hec: omnis populus poſt vi-
ctoriam venit in hieruſalem adorare dominū ⁊ mox vt puri-
ficati ſunt omnes obtulerūt holocauſta ⁊ vota ⁊ repromiſ-
ſiones ſuas. Porro iudith vniuerſa † vaſa bellica holofer-
nis que dedit illi populus: ⁊ † canopeum quod ipſa ſuſtu-
lerat de cubiculo ipſius obtulit in anathema obliuionis.
D Erat aūt populus iocundus ſecundum faciem ſanctorum:
⁊ per tres menſes gaudiū huius victorie celebratum eſt cū
iudith. Poſt dies aūt illos vnuſquiſq; rediit i ſua: ⁊ iudith
magna facta eſt in bethulia: ⁊ preclarior erat vniuerſe ter-
re iſrael. Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta ita vt nō co-
gnoſceret virū omnibus diebus vite ſue: ex quo defunctus
eſt manaſſes vir eius. Erat autem diebus feſtis procedēs
cum magna gloria. Manſit autem in domo viri ſui annos
centum quinq;: ⁊ dimiſit abram ſuam liberam: et defuncta
eſt ac ſepulta cum viro ſuo in bethulia. Luxitq; illā oīs po-
pulus diebus ſeptem. In oī aūt ſpacio vite eius nō fuit qui
perturbaret iſrael: ⁊ poſt mortē eius annis multis. Dies
aūt victorie hui⁹ feſtiuitatis ab hebreis in numero ſancto-
rum dierū accipitur ⁊ colitur a iudeis ex illo tempore vſq;
in preſentem diem.

Explicit liber Judith.

Incipit plog⁹ btī Hieronymi pſbyteri i libꝝ Heſter

Librum heſter variis tranſlatoribus cōſtat
eſſe vitiatū: quē ego de archiuis hebreorū
reuelās verbū e verbo expreſſius tranſtu-
li. Quē librū editio vulgata laciniosis hic-
inde verborum funibus trahit a ddēs ea q̄
ex tēpore dici poterant: ⁊ audiri ſicut ſoli-
tū eſt ſcolaribus diſciplinis ſumpto themate excogitare q̄-
bus verbis vti potuit qui iniuriam paſſus eſt vel ille q̄ iniu-
riam fecit. Vos aūt o paula ⁊ euſtochiū q̄m ⁊ bibliothecas
hebreoꝝ ſtuduiſtis intrare ⁊ interpretū certamina cōprobaſtis
tenētes heſter hebraicū librū p ſingula verba nr̄am tranſla- Hebr. 1. b.
tionē aſpicite vt poſſitis agnoſcere me nihil etiā augmētaſſe
addēdo: ſed fideli teſtimonio ſimpliciter ſicut in hebreo ha-
betur hyſtoriā hebraicā latine lingue tradidiſſe. Nec affecta-
mus laudes hoīm nec vituperatioēs expaueſcim⁹. Deo eīn
placere curantes minas hominū penitus non timem⁹. q̄m
deus diſſipat oſſa eoꝝ qui hominib⁹ placere deſiderant: et
ſcd̄m apoſtolū qui eiuſmodi ſunt ſerui chriſti eē nō poſſunt.
Rurſum in libro heſter alphabetū ex minio vſq; ad theta
literā fecim⁹ diuerſis in locis: volentes ſcilicet ſeptuaginta
interpretū ordinē p hoc inſinuare ſtudioſo lectori. Nos eīn
iuxta morem hebraicum: ordinem proſequi etiam in ſeptua-
ginta editione maluimus.

Explicit prologus.



Incipit liber Heſter

Ca. S. De cōuiuio aſſueri regis: de vaſthi regina q̄ no- al. artaxerſes
luit intrare ad regē: de repudiatione eius ex conſilio ſeptē vel mennen.
ſapientum: de decreto promulgato q̄ viri dn̄entur vxorib⁹. ii. perſarū rex.

Capitulum. I.

A
In diebus aſſueri qui Hāc hyſtoriā
regnauit ab india vſq; ethiopiā ſup cētū vi- heſter ſcribit
gintiſeptē puincias: qn̄ ſedit i ſolio regni Joſeph⁹. li. 12.
ſui: ſuſa ciuitas regni ei⁹ exordiū fuit. Ter- antiq. c. 6. vbi
tio igit anno imperij ſui fecerat grāde cō- plene de hoc.
uiuium cūctis principib⁹ ⁊ pueris ſuis fortiſſimis perſarū ⁊ Galli in italia
medoꝝ inclytis ⁊ prefectis puinciarū corā ſe vt oſtenderet venūt, ⁊ vrbes
diuitias glorie regni ſui ac magnitudiē atq; iactātiā potē- multas cōdūt
tie ſue multo tpe cētū videlicet ⁊ octoginta dieb⁹. Cumq;
implerent dies cōuiuij: inuitauit oēm ppl̄m q̄ inuēt⁹ eſt in ſu-
ſis a maximo vſq; ad minimū: ⁊ iuſſit ſeptē dieb⁹ cōuiuiū pre-
parari in veſtibulo orti ⁊ nemoris quod regio cultu ⁊ manu Mediolanum
cōſitū erat. Et pēdebāt ex oī pte tētoria aerei coloris ⁊ car- conditur.
baſini ac hyacinthini ſuſtentata funibus byſſinis atq; pur- B
pureis qui eburneis circulis inſerti erāt ⁊ colūnis marmo-
reis fulciebant. Lectuli q̄s aurei ⁊ argētei ſup pauimentum
ſmaragdino ⁊ pario ſtratū lapide diſpoſiti erāt quod mira

varietate pictura decorabat. Bibebāt aūt q̄ inuitati erāt
[apla cōdit.] aureis poculis: ⁊ alijs atq; alijs vaſis ſibi inferebant. Ui-
[Comū cōdit.] nū q̄ vt magnificētia regia dignū erat abſidans ⁊ precipu-
[Bergamū cō-] um ponebat nec erat qui nolentes cogeret ad bibēdū: ſed
[itur.] ſicut rex ſtatuerat preponēs mēſis ſingulos de principibus
[Bixia cōdit.] ſuis: vt ſumeret vnuſquiſq; qd̄ vellet. Uaſthi q̄ regina fecit
[Ucētia cōdit] conuiuium feminarū in palatio vbi rex aſſuerus manere cō-
ſueuerat. Itaq; die ſeptimo cum rex eſſet hylarior ⁊ poſt ni-
[Cremona cō-] miam potationem incaluiſſet mero: precepit maumā ⁊ Ba-
[itur.] zata ⁊ arbona ⁊ bagatha ⁊ abgatha ⁊ zarath ⁊ charchas:
C ſeptē eunuchis qui in conſpectu eius miniſtrabāt vt intro-
ducerent reginā vaſthi coram rege poſito ſuper caput eius
dyademate: vt oſtenderet cunctis populis ⁊ principib⁹ ei⁹
[Infra.2.a.] pulchritudinem. Erat enim pulchra valde q̄ renuit: ⁊ ad re-
gis imperium quod per eunuchos mandauerat: venire cō-
tempſit. Unde iratus rex ⁊ nimio furore ſuccenſus interro-
gauit ſapientes qui ex more regio ſemper ei aderant ⁊ illo-
rum faciebat cuncta conſilio: ſcientium leges ac iura maio-
rum. Erāt enim primi ⁊ proximi charſena ⁊ ſethar ⁊ adma-
tha ⁊ tharſis ⁊ mares ⁊ marſana ⁊ mamucha: ſeptē duces
perſarum atq; medorum qui videbant faciem regis: ⁊ pri-
mi poſt eum reſidere ſoliti erant: cui ſententie vaſthi regia
ſubiaceret: que aſſueri regis imperiū quod per eunuchos
mandauerat facere noluiſſet. Reſponditq; Mamucha au-
[Camillus ro-] diente rege atq; principibus. Non ſolum regem leſit regi-
[manus.] na vaſthi: ſed ⁊ omnes populos ⁊ principes qui ſunt in cū-
ctis prouincijs regis aſſueri. Egredietur enim ſermo regi-
ne ad omnes mulieres vt contemnant viros ſuos ⁊ dicant.
Rex aſſuerus iuſſit vt regina vaſthi intraret ad eū: ⁊ illa no-
luit: atq; hoc exemplo omnes principū coniuges perſarū
D
[Seſti romam] atq; medorum paruipendent imperia maritorum: vnde re-
[piant.] gis iuſta eſt indignatio. Si ergo tibi placet egrediatur edi-
ctum a facie tua ⁊ ſcribatur iuxta legem perſarum atq; me-
[Torquat⁹ ro-] dorum quam preteriri illicitū eſt vt nequaq̄ vltra regina va-
[manus] ſthi ingrediatur ad regem: ſed regnum illius altera q̄ me-
[Regum.15.f.] [Iſocrates ora-] lior eſt illa accipiat. Et hoc in omne (quod latiſſimum eſt)
[tor.] prouinciarum tuarum diuulgetur imperium vt cuncte vxo-
[Xenophō phi-] res tam maiorum quam minorum deferant maritis ſuis ho-
[loſophus.] norem. Placuit conſiliū eius regi ⁊ pricipibus. Fecitq; iu-
xta conſiliū mamucha: ⁊ miſit epiſtolas ad vniuerſas pro-
uincias regni ſui vt queq; gens audire ⁊ legere poterat di-
uerſis linguis ⁊ literis: eſſe viros principes ac maiores in
domibus ſuis: ⁊ hoc per cunctos populos diuulgari.

Ca.S. De virginib⁹ queſitis regi inter quas erat Heſter: de introitu eius ad cubiculum regis: quod regina facta eſt: de Mardocheo regi reuelante per heſter proditionem eunuchorum. Cap.II.

A
His itaq; geſtis poſtq̄ regis aſſueri idigna-
tio deferbuerat: ⁊ recordatus eſt vaſthi q̄
feciſſet vl̄ que paſſa eſſet. Dixeruntq; pue-
[Architarentī-] ri regis ac miniſtri eius. Querantur regi
[nus phūs.] puelle virgines ac ſpecioſe: ⁊ mittantur q̄
conſiderent per vniuerſas p̄uincias puel-
las ſpecioſas ⁊ virgines: ⁊ adducant eas ad ciuitatē ſuſan
⁊ tradant eas in domum feminarum ſub manu egei eunu-
chi qui eſt prepoſitus ⁊ cuſtos mulierum regiarum: ⁊ acci-
[Plato phūs.] piant mundum muliebre ⁊ cetera ad vſus neceſſaria. Et q̄-
cumq; inter omnes oculis regis placuerit: ipſa regnet pro
[Dyomedes.] vaſthi. Placuit ſermo regi ⁊ ita vt ſuggeſſerant iuſſit fieri.
[medicus.] Erat vir iudeus in ſuſis ciuitate vocabulo mardocheus fi-
lius iair: filij ſemei: filij cis de ſtirpe gemini qui tranſlatus
[4. Regū. 2.f.] fuerat de hieruſalem eo tempore quo iecconiam regem Iu-
[Antiſtenes phi-] da nabuchodonoſor rex babylonis tranſtulerat: qui fuit
[loſoph⁹ athē.] nutritius filie fratris ſui edīſſe que altero nomine vocabat
[Supra. 1.c. e.] heſter: ⁊ vtrumq; parentem amiſerat pulchra nimis ⁊ deco-
[Infra eodem.] ra facie. Mortuiſq; patre eius ac matre: mardocheus ſibi
B

eam adoptauit in filiam. Cumq; percrebruiſſet regis impe-
rium ⁊ iuxta mandatum illius multe pulchre virgines ad- [Ariſtipus phi-]
ducerentur ſuſan: ⁊ egeo traderent eunucho: heſter quoq; [loſophus.]
inter ceteras puellas ei tradita eſt: vt ſeruaretur in nume-
ro feminarum. Que placuit ei ⁊ inuenit gratiam in cōſpe- [Epicur⁹ phūs.]
ctu illius. Et precepit eunucho vt accelerarct mūdū mulie-
brem: ⁊ traderet ei partes ſuas ⁊ ſeptem puellas ſpecioſiſ-
ſimas de domo regis: ⁊ tā ipſam q̄ pediſſequas ei⁹ ornaret
atq; excoleret. Que noluit indicare ei populum ⁊ patriam
ſuam. Mardocheus enim preceperat ei: vt de hac re omni- [Philoſtratus]
no reticeret qui deambulabat quotidie ante veſtibulū do- [phūs.]
mus in qua electe virgines ſeruabantur curam agens ſalu-
tis heſter: ⁊ ſcire volens quid ei accideret. Cum autem ve- [Speuſippus]
niſſet tempus ſingularum per ordinem puellarum vt intra- [phūs.]
rent ad regem expletis omnibus que ad cultum muliebrē
pertinebant menſis duodecimus vertebatur ita duntaxat
vt ſex mēſibus oleo vngerent myrtino: ⁊ alijs ſex quibuſdā
pigmentis ⁊ aromatibus vterent. Ingredienteſq; ad regē C
quicquid poſtulaſſent ad ornatum pertinens accipiebāt.
vt eis placuerat compoſite: de triclinio feminarū ad regis
cubiculum tranſibant. Et que intrauerat veſpere egredie- [Lyſander]
batur mane: atq; inde in ſecundas edes deducebātur: que [Lacedemonius.]
ſub manu ſuſagazi eunuchi erant qui concubinis regis p̄ſi-
debat: nec habebat poteſtatem ad regem vltra redeundi.
niſi voluiſſet rex ⁊ eam venire iuſſiſſet ex nomine. Euoluto
autem tempore per ordinem: inſtabat dies quo heſter filia [Symon ...]
abiahil fratris mardochei quam ſibi adoptauerat in filiam [...nienſis.]
deberet intrare ad regem. Que non queſiuit muliebrē cul-
tum: ſed quecumq; voluit egeus eunuchus cuſtos virginū
hec ei ad ornatum dedit. Erat enim formoſa valde: ⁊ incre-
dibili pulchritudine omnium oculis gratioſa: ⁊ amabilis
videbatur. Ducta eſt itaq; ad cubiculum regis aſſueri mē- [Supra.1.c.]
ſe decimo qui vocatur thebeth: ſeptimo anno regni eius. [Supra eod.]
Et adamauit eā rex pluſq̄ omnes mulieres: habuitq; gra- [Timeleō co...]
tiam ⁊ miſericordiam coram eo ſuper omnes mulieres. Et
poſuit dyadema regni in capite eius: fecitq; eam regnare
in loco vaſthi. Et iuſſit conuiuium preparari per magnifi- D
cum cunctis principibus ⁊ ſeruis ſuis: pro coniunctione ⁊
nuptijs heſter. Et dedit requiem vniuerſis prouincijs: ac
dona largitus eſt iuxta magnificentiam principalē. Cumq;
⁊ ſecundo quererentur virgines ⁊ congregarentur. Mar-
docheus manebat ad ianuam regis. Necdum prodiderat [Marcus ...]
heſter patriam ⁊ populum ſuum iuxta mandatū ei⁹. Quic- [tius roma...]
quid enim ille precipiebat obſeruabat heſter: ⁊ ita cuncta
faciebat vt eo tempore ſolita erat q̄ eā paruulam nutriebat.
Eo igitur tempore quo Mardocheus ad regis ianuā mo-
rabatur: irati ſunt bagatham ⁊ thares duo eunuchi regis [Infra.6.a.]
qui ianitores erant ⁊ in primo palatij limine reſidebāt: vo- [Infra.12.a.]
lueruntq; inſurgere in regem ⁊ occidere eū. Quod mardo-
cheum non latuit. Statimq; nunciauit regine heſter: ⁊ illa
regi ex nomine mardochei qui ad ſe rem detulerat. Queſi-
tum eſt ⁊ inuentum: ⁊ appenſus eſt vterq; eorum in patibu-
lo ⁊ iuſſit rex vt in libro memoriali ſcriberetur: vt pro vita
ſua aliquid repenſaret ei. Mandatumq; eſt hyſtorijs et an-
nalibus traditum coram rege.

Ca.Sū. De exaltatione amān: cui mardocheus genua non flectit: ſors in vrna mittit a rege: petijt amā vt iudei occidantur: litte mittunt per curſores ad vniuerſas prouincias: iudei lugent. Capi .III.

Poſt hec rex aſſuerus exaltauit aman filium a-
madathi qui erat de ſtirpe agag: ⁊ poſuit ſo-
lium eius ſuper omnes principes quos habe- [A] [Infra ...]
bat. Cunctiq; ſerui regis qui in forib⁹ palatij
verſabantur flectebant genua: et adorabant
aman. Sic eñ preceperat imperator. Solus mardocheus

non flectebat

non flectebat genu neqꝫ adorabat eū. Cui dixerūt pueri regis q̄ ad fores palatij reſidebāt. Cur preter ceteros nō obſeruas mandatū regis? Cumqꝫ hoc crebꝰ dicerent: et ille

B nollet audire: nunciauerunt aman ſcire cupientes vtrū pſeueraret in ſententia. Dixerat eīm eis ſe eſſe iudeū. Qđ cum audiſſet aman ⁊ experimēto ꝓbaſſet ꝙ mardocheꝰ ſibi non flecteret genu: nec ſe adoraret: iratus eſt valde: et ꝓ nihilo duxit in vnū mardocheum mittere manus ſuas. Audierat eīm ꝙ eſſet gentis iudee: magiſqꝫ voluit omnē iudeoꝝ: qui

Infra.9.c. erant in regno aſſueri perdere nationē. Mēſe primo cuius vocabulum eſt niſan anno duodecimo regni aſſueri miſſa ē ſors in vrnam q̄ hebraice dicit̄ phur: corā aman quo die ⁊ q̄ menſe gens iudeoꝝ deberet interfici ⁊ exiuit mēſis duode-

C cimus qui vocat̄ adar. Dixitqꝫ aman regi aſſuero. Eſt po-

Infra.13.b. pulus per omnes prouincias regni tui diſperſus ⁊ a ſe mutuo ſeparatus nouis vtens legibꝰ ⁊ cerimonijs: ⁊ inſuꝑ regis ſcita contemnēs. Et optime noſti ꝙ nō expediat regno

Supra eodē. tuo vt inſoleſcat ꝑ licētiā. Si tibi placet decerne vt pereat: ⁊ decē milia talētorum appēdā arcarijs gaze tue. Tulit ergo rex annulum quo vtebat̄ de manu ſua ⁊ dedit eū aman filio amadathi de progenie agag hoſti iudeorum: dixitqꝫ ad eum. Argētū qđ tu polliceris tuū ſit: de populo age qđ tibi placet. Vocatiqꝫ ſunt ſcribe regis mēſe primo niſan: tertia decima die eiuſdē menſis ⁊ ſcriptū eſt vt iuſſerat aman ad omnes ſatrapas regis: ⁊ iudices prouinciarū diuerſarūqꝫ gentiū: vt queqꝫ gens legere poterat ⁊ audire pro varietate linguarū ex noīe regis aſſueri: ⁊ litere ſignate ipſiꝰ ānulo miſſe ſunt per curſores regis ad vniuerſas ꝓuincias vt occiderent atqꝫ delerēt oēs iudeos a puero vſqꝫ ad ſenē paruulos ⁊ mulieres vno die hoc eſt tertiodecio mēſis duodecimi qui vocatur adar: ⁊ bona eorum diriperent. Sūma aūt epiſtolarum hec fuit vt omnes prouincie ſcirent ⁊ pararēt ſe ad predictam diem. Feſtinabant curſores qui miſſi erāt regis imperium explere. Statimqꝫ in ſuſis pepēdit edictū

Infra .8. d. rege ⁊ aman celebrante conuiuium: ⁊ cunctis iudeis qui in vrbe erant flentibus.

C. S. Mardocheus mandat heſter vt ad regē intrās roget pro iudeis: illa excuſatione pretendit iterū admonita iubet orari pro ſe. Capi. IIII.

A Que cum audiſſet. Mardocheus ſcidit veſtimenta ſua ⁊ indutus eſt ſacco ſpargens cinerē capiti: ⁊ ī platea medie ciuitatis voce magna clamabat oſtendēs amaritudinem animi ſui: ⁊ hoc eiulatu vſqꝫ ad fores palatij gradiens. Non eīm erat licitum indutum ſacco aulam regis intrare. In omnibus quoqꝫ prouincijs oppidis: ac locis ad que crudele regis dogma peruenerat planctus ingens erat apud iudeos ieiunium: vlulatꝰ ⁊ fletus ſacco ⁊ cinere multis proſtrato vtentibus. Ingreſſe autem ſunt puelle heſter et eunuchi: nunciaueruntqꝫ ei.

B Qđ audiēs conſternata eſt ⁊ veſtem miſit: vt ablato ſacco indueret eam. Quam accipere noluit. Accitoqꝫ athach eunucho quē rex miniſtrū ei dederat: precepit vt iret ad mardocheū ⁊ diſceret ab eo cur hoc faceret. Egreſſuſqꝫ athach iuit ad mardocheum ⁊ inuenit eum ſtantem in platea ciuitatis ante oſtium palatij. Qui indicauit ei omnia que acciderant: quomodo aman promiſiſſet vt in theſauros regis pro iudeorum nece inferret argentum: exemplar quoqꝫ edicti quod pendebat in ſuſis dedit ei vt regine oſtenderet: et moneret eam vt intraret ad regem ⁊ deprecaret̄ eum ꝓ populo ſuo. Regreſſus athach nūciauit heſter omnia q̄ mardocheus dixerat. Que reſpondit ei: ⁊ iuſſit vt diceret mar-

C docheo. Omnes ſerui regis ⁊ cūcte q̄ ſub ditiōe eius ſunt norunt prouincie: ꝙ ſiue vir ſiue mulier nō vocatus: interiꝰ atriū regis intrauerit abſqꝫ vlla cūctatione ſtatī interficiatur: niſi forte rex aureā virgam ad eum tetenderit pro ſigno clemētie atqꝫ ita poſſit viuere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero: que triginta iam diebus non ſū vocata ad eū? Quod cum audiſſet mardocheus rurſum manda-

D uit heſter dicens. Ne putes quod animam tuam tantum liberes: quia in domo regis es pre cunctis iudeis. Si enim nunc ſilueris: per aliam occaſionem liberabuntur iudei: et tu: ⁊ domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrum idcirco ad regnum veneris: vt in tali tēpore parareris? Rurſumqꝫ heſter hec mardocheo verba mandauit. Vade ⁊ congrega omnes iudeos quos in ſuſis reppereris: ⁊ orate pro me. Non comederis ⁊ nō bibetis tribus diebus ⁊ tribꝰ noctibus: ⁊ ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo ⁊ tūc ingrediar ad regē contra legē faciens non vocata: tradenſqꝫ me morti ⁊ periculo. Iuit itaqꝫ mardocheus ⁊ fecit omnia que heſter preceperat.

Nota magnū ieiunium

Infra.3.c.

Cap. S. Heſter intrat ad regē: placet regi. dicit̄ ei: Pete qđ vis: etiā dimidiū regni mei: petit vt rex ⁊ aman ſecum ad cōuiuiū veniāt ſero petit vt iterū altero die ābo ad conuiuium veniant: aman Mardocheo crucem parat.

Capitulum. V.

A Die autē tertio induta eſt heſter regalibꝰ veſtimentis: ⁊ ſtetit in atrio domus regie qđ erat interius contra baſilicam regis. At ille ſedebat ſuꝑ ſoliū ſuum in conſiſtorio palatij contra oſtium domus. Cumqꝫ vidiſſet heſter reginam ſtantē placuit oculis eius: ⁊ extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu. Que accedens oſculata eſt ſummitatē virge eiꝰ.

B Dixitqꝫ ad eā rex. Quid vis heſter regina? Que eſt petitio tua? Etiam ſi dimidiam partem regni petieris dabitur tibi. At illa reſpōdit. Si regi placet obſecro vt venias ad me hodie: ⁊ aman tecum ad conuiuium quod paraui. Statimqꝫ rex. Vocate (inquit) cito aman: vt Heſter obediat voluntati. Venerunt itaqꝫ rex ⁊ aman ad conuiuium quod eis regina parauerat. Dixitqꝫ ei rex poſtquam vinum biberat abundanter. Quid petis vt detur tibi ⁊ pro qua re poſtulas? Etiam ſi dimidiā partem regni mei petieris impetrabis. Cui reſpondit Heſter. Petitio mea ⁊ preces ſunt iſte.

Vinū nāqꝫ homines liberales facit. Marci.6.c.

C Si inueni in conſpectu regis gratiam: ⁊ ſi regi placet vt det mihi quod poſtulo ⁊ meam impleat petitionem: veniat rex ⁊ aman ad conuiuium quod paraui eis: ⁊ cras aperiam regi voluntatem meam.. Egreſſus eſt itaqꝫ illo die aman letꝰ ⁊ alacer. Cumqꝫ vidiſſet Mardocheum ſedentem ante fores palatij: ⁊ non ſolum non aſſurrexiſſe ſibi: ſed nec motū quidem de loco ſeſſionis ſue: indignatus eſt valde. Et diſſimulata ira reuerſus in domum ſuam conuocauit ad ſe amicos ſuos ⁊ zares vxorem ſuam: ⁊ expoſuit illis magnitudinem diuitiarum ſuarum: filiorumqꝫ turbam: et quanta eū

D gloria ſuper omnes principes ⁊ ſeruos ſuos rex eleuaſſet. Et poſt hec ait. Regina quoqꝫ heſter nullū aliū conuocauit ad cōuiuium cū rege ꝑter me: apud quā etiā cras cū rege pranſurus ſum. Et cū hec oīa habeā nihil me habere puto: quamdiu videro Mardocheū Iudeum ſedentē āte fores regias. Rñderuntqꝫ ei zares vxor eiꝰ ⁊ ceteri amici. Iube parari excelſam trabem habentem altitudinis quinquaginta cubitos: ⁊ dic mane regi vt appendat̄ ſuper eā mardocheus: ⁊ ſic ibis cum rege letꝰ ad cōuiuium. Placuitqꝫ ei conſilium: ⁊ iuſſit excelſam parari crucem.

Ca. S. Rex ī annalibus fidelitatem mardochei inuenit: precepit eū honorari: amā cōfuſus domū reuertitur.

Capitulum. VI.

A Noctē illam duxit rex inſomnē: iuſſitqꝫ ſibi afferri hyſtorias ⁊ annales priorum temporū. Que cū illo preſente legerent̄ ventū eſt ad illum locū vbi ſcriptū erat quomō nunciaſſet mardocheus

Supra.2.d. Infra.12.a.

inſidias bagathã ⁊ thares eunuchorum regẽ aſſuerum iu-
gulare cupientiũ. Quod cũ audiſſet rex ait. Quid pro hac
fide honoris ac premij mardocheꝰ cõſecutus eſt? Dixerũt
B ei ſerui illius ac miniſtri. Nihil omnino mercedis accepit.
Statimq; rex. Quis eſt (inq̃t) in atrio? Amã quippe inte-
rius atriũ domus regie intrauerat: vt ſuggereret regi ⁊ iu-
beret mardocheũ affigi patibulo qđ ei fuerat preparatum.
Rñderunt pueri. Amã ſtat in atrio. Dixitq; rex. Ingredia-
tur. cũq; eſſet ingreſſus: ait illi. Quid debet fieri viro quem
rex honorare deſiderat? Cogitãs aũt in corde ſuo aman: ⁊
reputans q nullũ aliũ rex niſi ſe vellet honorare reſpondit.
Homo quẽ rex honorare cupit: debet indui veſtibus regijs
C ⁊ imponi ſup equũ qui de ſella regis eſt: ⁊ accipere regium
dyadema ſup caput ſuũ: ⁊ primus de regijs pricipibꝰ ac ty-
rannis teneat equũ eius: ⁊ per plateã ciuitatis incedẽs cla-
met ⁊ dicat: Sic honorabit quẽcũq; voluerit rex honorare.
Dixitq; ei rex. Feſtina ⁊ ſumpta ſtola ⁊ equo fac ita vt lo-
cutus es mardocheo iudeo: q̃ ſedet ante fores palatij. Ca-
ue ne quidq̃ de his que locutus es p̃termittas. Tulit itaq;
aman ſtolã ⁊ equum: indutumq; mardocheũ in platea ciui
tatis ⁊ impoſitũ equo precedebat atq; clamabat. Hoc ho-
nore condignus eſt quemcũq; voluerit rex honorare. Re-
D uerſuſq; eſt mardocheus ad ianuam palatij ⁊ aman feſtina-
uit ire in domum ſuam lugens: ⁊ operto capite. Narrauitq;
zares vxori ſue ⁊ amicis omnia que eueniſſent ſibi. Cui reſ-
ponderunt ſapientes quos ſecum habebat in conſilio et
vxor eius. Si de ſemine iudeorum eſt. Mardocheus ante
quem cadere cepiſti: non poteris ei reſiſtere ſed cades i cõ-
ſpectu eius. Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi re-
gis ⁊ cito eũ ad conuiuium quod regina parauerat perge-
re compulerunt.

¶ Ca. Summarium. De accuſatione heſter contra amã: de ſuſpẽſione aman in patibulo mardocheo preparato.

Capitulum. VII.

A Intrauit itaq; rex ⁊ aman: vt biberent cũ
regina. Dixitq; ei rex etiã ſecũdo die poſt
q̃ vino incaluerat. Que eſt petitio tua he-
ſter vt deť tibi ⁊ q̃d tibi vis fieri? Etiam ſi
dimidiã partẽ regni mei petieris impetra
bis. Ad quez illa rñdit. Si inueni grãm in
oculis tuis o rex: ⁊ ſi placet dona mihi aiam meã p qua ro-
B go: ⁊ pplm meum pro quo obſecro. Traditi eñ ſumus ego
⁊ populus meus vt conteramur: iugulemur ⁊ pereamus.
Atq; vtinã in ſeruos ⁊ famulas venderemur eſſet tolerabi-
le malũ ⁊ gemẽs tacerem: nunc aũt hoſtis noſter eſt cuius
crudelitas redundat in regem. Rñdenſq; rex aſſuerus ait.
Quis eſt iſte ⁊ cuiꝰ potentie: vt hec audeat facere? Dixitq;
heſter. Hoſtis ⁊ inimicus noſter peſſimꝰ iſte eſt aman. Qđ
C ille audiens illico obſtupuit: vultum regis ac regine ferre
non ſuſtinẽs. Rex aũt iratus ſurrexit: ⁊ de loco cõuiuij in-
trauit in hortum arboribus conſitũ. Aman quoq; ſurrexit
vt rogaret heſter reginaz pro anima ſua. Intellexit eñ a re-
ge ſibi paratum malum. Qui cũ reuerſus eſſet de orto ne
moribus conſito: ⁊ intraſſet cõuiuij locum reperit aman ſup
lectulum corruiſſe in quo iacebat heſter ⁊ ait. Etiaz reginã
D vult opprimere me preſente in domo mea. Necdũ verbum
de ore regis exierat ⁊ ſtatim operuerunt faciem eius. Di-
xitq; arbona vnus de eunuchis qui ſtabant in miniſterio re
gis. En lignum quod parauerat mardocheo qui locutꝰ eſt
pro rege ſtat in domo aman: habens altitudinis quinqua-
ginta cubitos. Cui dixit rex. Appendite eũ in eo. Suſpen-
ſus eſt itaq; aman in patibulo qđ parauerat. Mardocheo:
et regis ira quieuit.

¶ Ca. S. Mardocheus exaltatur a rege: ⁊ heſter rogat literas nouas irritatorias literarũ veterũ aman: fit gaudium iudeis: quia noua lux oriri viſa eſt. Cap. VIII.

A Die illo dedit rex aſſuerus heſter regine do
mũ aman aduerſarij iudeorum: ⁊ mardocheꝰ
ingreſſus eſt ante faciẽ regis. Confeſſa eſt Supra.3.c.
eñ ei heſter q eſſet patruus ſuus. Tulitq;
rex annulũ quẽ ab aman recipi iuſſerat: ⁊
tradidit mardocheo. Heſter aũt cõſtituit
mardocheũ ſup domũ ſuã. Nec his cõtẽta pcidit ad pedes
regis: fleuitq; ⁊ locuta ad eũ orauit vt maliciam amã aga-
gite ⁊ machinationes eius peſſimas quas excogitauerat 𝔷
iudeos iuberet irritas fieri. At ille ex more ſceptrum aureũ
pretendit manu: quo ſignum clementie monſtrabatur. Illa-
q; conſurgens ſtetit añ eum: ⁊ ait. Si placet regi: ⁊ ſi inueni
gratiam † in oculis eius deprecatio mea non ei videtur eſſe alias + cõram
contraria obſecro vt nouis epiſtolis veteres aman litere i- ante.
B ſidiatoris ⁊ hoſtis iudeorum: quibus eos in cunctis regis p-
uincijs perire preceperat corrigant. Quo eñ potero ſuſti-
nere necem ⁊ interfectionem populi mei? Reſponditq; rex
aſſuerus heſter regine ⁊ mardocheo iudeo. Domum. Amã
conceſſi heſter regine: ⁊ ipſum iuſſi affigi cruci: q2 auſus eſt
manum mittere in iudeos. Scribite ergo iudeis ſicut vo- Supra.3.c.
bis placet ex regis noie: ſignantes literas annulo meo: hec
enim conſuetudo erat vt epiſtolis que ex regis noie mitte-
banť: ⁊ illius annulo ſignate erant nemo auderet contradi
cere. Accitiſq; ſcribis ⁊ librarijs regis: erat autem tempus
tertij menſis qui appellatur ſiban: viceſima ⁊ tertia illius
diei ſcripte ſunt epiſtole vt mardocheꝰ voluerat ad iudeos
⁊ ad principes: procuratoreſq; ⁊ iudices qui centum viginti
ſeptem prouincijs ab india vſq; ad ethiopiam preſidebant Supra.1.a.
prouincie atq; prouincie: populo ⁊ populo: iuxta linguas Infra.16.a.
⁊ literas ſuas: ⁊ iudeis prout legere poterant ⁊ audire. Ip-
ſeq; epiſtole que ex regis nomine mittebantur annulo ip-
ſius obſignate ſunt ⁊ miſſe per veredarios: qui per oĩes
prouincias diſcurrentes veteres literas nouis nuncijs p̃-
uenirent. Quibus imperauit rex vt conuenirent iudeos p
ſingulas ciuitates: ⁊ in vnum preciperent cõgregari: vt ſta-
rent pro animabus ſuis et omnes inimicos ſuos cum con-
iugibus: ac liberis: ac vniuerſis domibus interficerent
atq; delerent. Et conſtituta eſt per omnes prouincias
D vna vltionis dies: id eſt tertiadecima die menſis duodeci-
mi Adar. Summaq; epiſtole hec fuit vt in omnibus ter
ris ac populis qui regis aſſueri ſubiacebãt imperio: notum
fieret paratos eſſe iudeos ad capiendã vindictam de hoſti- Supra.3.b.
bus ſuis. Egreſſiq; ſunt veredarij celeres nuncios † perfe- alias + pueniẽ
rentes: ⁊ edictum regis pependit in ſuſis. Mardocheꝰ au-
tem de palatio: ⁊ de conſpectu regis egrediens fulgebat ve
ſtibus regijs: hiacynthinis videlicet ⁊ aerinis: coronam au
ream portans in capite ⁊ amictus ſerico pallio atq; purpu-
reo. Omniſq; ciuitas exultauit atq; letata eſt. Iudeis aũt
noua lux oriri viſa eſt gaudium honor ⁊ tripudium. Apud
omnes populos v[r]bes atq; prouincias quocũq; regis p̃-
cepta veniebant m[ir]a exultatio epule atq; conuiuia: et fe-
ſtus dies intantum vt plures alterius † gentis ⁊ ſecte eorum alias + genti
religioni ⁊ cerimonijs iũgerentur. Grandis eñ cunctos iu-
daici nominis terror inuaſerat.

¶ Ca. S. De cede quã exercuerũt iudei i hoſtes ſuos: ⁊ de filijs amã ſuſpẽſis: de reſcripto mardochei ad iudeos ⁊ diebus aſſignatis ſolenniter celebrandis. Ca. IX.

A Igitur duodecimi menſis quẽ adar vocari
añ iam diximꝰ tertiadecima die qñ cũctis
iudeis interfectio parabať ⁊ hoſtes eorũ
inhabitant ſanguini verſa vice ſuperiores
iudei eſſe ceperũt ⁊ ſe de aduerſarijs vindi-
care. Congregatiq; ſunt p ſingulas ciuita
tes ⁊ oppida ⁊ loca: vt extẽderent manũ contra inimicos et
pſecutores ſuos. Nulluſq; auſus eſt reſiſtere: eo q oẽs po-
pulos magnitudinis eorum formido penetraret. Naz ⁊ p-
uinciarũ

uinciarum iudices ⁊ duces ⁊ procuratores: omniſq; dignitas
que ſingulis locis ac operibus preerat: extollebat iudeos
timore mardochei quē principē eſſe palatij ⁊ plurimū poſſe
B cognouerāt. Fama quoq; nois eius creſcebat quotidie et ꝑ
cūctorum ora volitabat. Itaq; percuſſerūt iudei inimicos
ſuos plaga magna: ⁊ occiderūt eos reddētes eis qđ ſibi pa
rauerāt facere intātum vt etiam in ſuſis quingentos viros
interficerēt: extra decem filios aman agagite hoſtis iudeo-
rum. Quorū iſta ſunt nomina pharaſandata ⁊ delphon et
eſphata ⁊ phorata ⁊ adalia ⁊ aridatha ⁊ ephermeſtha ari-
ſai ⁊ aridai ⁊ vaiſatha. Quos cum occidiſſent predas de
ſubſtantijs eoꝝ agere noluerūt. Statimq; numerus eorum
C qui occiſi erāt in ſuſis ad regem relatus eſt. Qui dixit regi
ne. In vrbe ſuſis interfecerunt iudei quingentos viros: et
alios decem filios aman. Quātam putas eos exercere ce-
dem in vniuerſis prouincijs? Quid vltra poſtulas: ⁊ qđ vis
vt fieri iubeam? Cui illa reſpondit. Si regi placet detur po
teſtas iudeis: vt ſicut fecerūt hodie in ſuſis: ſic ⁊ cras faciāt
⁊ decem filij amā in patibulis ſuſpendātur. Precepitq; rex
vt ita fieret. Statimq; in ſuſis pependit edictum: ⁊ decem fi
lij amā ſuſpenſi ſunt. Cōgregatis iudeis quartadecima die
menſis adar: interfecti ſunt in ſuſis trecenti viri: nec eoꝝ
ab illis direpta ſubſtātia eſt. Sed ⁊ per oēs ꝓuincias que
ditioni regis ſubiacebāt ꝓ animabus ſuis: ſteterunt iudei
interfectis hoſtibus ac perſecutoribus ſuis: intm̄ vt ſeptua-
ginta quinq; milia occiſorum implerent: ⁊ nullus de ſubſtā
D tijs eoꝝ quidꝙ contingeret. Dies autem tertiuſdecim⁹ mē
ſis adar: vnus apud omnes interfectionis fuit: ⁊ quartade
cima die cedere deſierūt. Quem conſtituerunt eſſe ſolēnem
vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis gaudio at
q; conuiuijs. At qui in vrbe ſuſis cedem exercuerāt tertiode
cimo ⁊ quartodecimo die eiuſdē mēſis in cede verſati ſunt.
quintodecimo autem die percutere deſierunt. Et idcirco
eumdem diem conſtituerunt ſolēnem epularum atq; letitie.
Hi vero iudei qui in oppidis non muratis ac villis mora-
bantur: quartūdecimū diem mēſis adar cōuiuiorum ⁊ gau
dijs decreuerūt: ita vt exultēt in eo: ⁊ mittāt ſibi mutuo par
E tes epularum ⁊ ciborū. Scripſit itaq; mardocheus omnia
hec ⁊ literis comprehenſa miſit ad iudeos q̄ in omnibus
regis prouincijs morabātur: tam in vicino poſitis q̄ ꝓcul:
vt quartādecimā ⁊ quintādecimā diem menſis adar pro fe-
ſtis ſuſciperent: ⁊ reuertēte ſemper anno ſolēni celebrarēt
honore: q2 in ipſis diebus ſe vlti ſunt iudei de inimicis ſuis
⁊ luctus atq; triſtitia in hilaritatē gaudiūq; conuerſi ſunt:
eſſentq; dies iſti epularū atq; letitie: ⁊ mitterēt ſibi inuicem
ciborum partes: ⁊ pauperibus munuſcula largirentur. Su
ſceperūtq; iudei in ſolēnem ritum cūcta que eo tempore fa-
cere ceperāt: et que mardocheus literis facienda mādaue-
Supra.3.c. F rat. Amā enim fili⁹ amadathi ſtirpis agag: hoſtis ⁊ aduer-
ſarius iudeorum cogitauit contra eos malum vt occideret
illos atq; deleret: ⁊ miſit phur: qđ noſtra lingua vertitur in
ſortem: ⁊ poſtea ingreſſa eſt heſter ad regem: obſecrās vt co
natus eius literis regis irriti fierent: ⁊ malum quod cōtra
Supra.3.c. iudeos cogitauerat reuerteretur in caput eius. Deniq; et
ipſum ⁊ filios eius affixerūt cruci atq; ex illo tempore dies
iſti appellati ſunt phurim id eſt ſortiū: eo q̄ phur id eſt ſors
in vrnā miſſa fuerit. Et cūcta que geſta ſunt epiſtole: id eſt
libri huius volumine continentur: queq; ſuſtinuerunt: ⁊ q̄
deinceps immutata ſunt: ſuſceperūt iudei ſup ſe ⁊ ſemē ſuū
⁊ ſup cūctos qui religioni eorum voluerūt copulari: vt nul-
li liceat duos hos dies abſq; ſolēnitate trāſigere: quos ſcri
+certa. G ptura teſtatur: ⁊ † cetera expetunt tempora annis ſibi iu-
giter ſuccedentibus. Iſti ſunt dies quos nulla vnq̄ delebit
obliuio: ⁊ per ſingulas generatiōes cūcte in toto orbe pro
uincie celebrabūt: nec eſt vlla ciuitas in dies phurim: id eſt
ſortium non obſeruentur a iudeis ⁊ ab eorum progenie que
his cerimonijs obligata eſt. Scripſerūtq; heſter regina fi-
lia abiahil: ⁊ mardocheus iudeus etiam ſcđam epiſtolam:
vt omni ſtudio dies iſta ſolēnis ſanciret in poſterū. Et miſe
runt ad omnes iudeos qui in centum vigintiſeptem prouin
cijs regis aſſueri verſabantur: vt haberent pacem ⁊ ſuſcipe
rent veritatem obſeruantes dies ſortium et ſuo tempore
cum gaudio celebrarent: ſicut conſtituerant mardocheus
⁊ heſter. Et illi obſeruanda ſuſceperunt a ſe ⁊ a ſemine ſuo
ieiunia atq; clamores ⁊ ſortium dies: ⁊ omnia que libri hui⁹
qui vocatur heſter hyſtoria continentur.

¶ Cap. Summa. De continuatione dictorum ad dicēda: de expoſitione ſomnij mardochei. Cap. X.

Rex vero aſſuerus omnem terrā ⁊ cun- A
ctas maris inſulas fecit tributarias:
cui⁹ fortitudo ⁊ imperium: ⁊ dignitas
atq; ſublimitas qua exaltauit mardo-
cheū: ſcripta ſunt in libris medoꝝ atq;
perſarū: ⁊ quomodo mardoche⁹ iudaici
generis ſecūdus a rege aſſuero fuerit:
⁊ magn⁹ apud iudeos ⁊ acceptabilis
plebi fratrū ſuoꝝ querēs bona pplo ſuo: ⁊ loquens ea q̄ ad B
pacē ſeminis ſui pertinerēt. ¶ Que habētur in hebreo ple Uerba ſancti hieronymi et nō ſunt de textu.
na fide expreſſi: hec aūt q̄ ſequūtur ſcripta repperi in editio
ne vulgata: que grecoꝝ lingua ⁊ literis cōtinentur. Et inte
rim poſt finem libri hoc capitulū ferebaꝝ qđ iuxta cōſuetu-
dinem noſtrā obello. i. veru prenotauimus. † Dixitq; mar +. Textus ſequitur.
docheus. A deo facta ſunt iſta. Recordatus ſum ſomnij qđ
viderā: hec eadē ſignificantis: nec eoꝝ quidꝙ irritum fuit. Infra.n.d.
C Paruus fons q̄ creuit i fluuiū ⁊ in lucē ſolēq; cōuerſus eſt:
et in aquas plurimas redūdauit heſter eſt: quā rex accepit
vxorē ⁊ voluit eſſe reginam. Duo aūt dracones: ego ſum et
aman. Gentes que conuenerāt: hi ſunt q̄ conati ſunt delere
nomen iudeorū. Gēs aūt mea iſrael eſt: que clamauit ad do
minum ⁊ ſaluū fecit dn̄s pplm ſuū: liberauitq; nos ab om-
nibus malis: ⁊ fecit ſigna magna atq; portenta inter gētes
⁊ duas ſortes eſſe precepit vnā ppli dei: ⁊ alteram cūctaruꝫ
gentium. Venitq; vtraq; ſors in ſtatutum ex illo iā tpe corā D
deo vniuerſis gētibus: ⁊ recordatus eſt dn̄s ppli ſui: ac mi-
ſertus hereditati ſue. Et obſeruabuntur dies iſti in menſe
adar quartadecima ⁊ quintadecima die eiuſdem mēſis cum
omni ſtudio ⁊ gaudio in vnū cetum ppli congregati: in cū-
ctas deinceps generationes populi iſrael.

¶ Cap. Sū. De diuerſitate literarū qualiter in hebreos ꝓmulgata eſt editio: de ſomnio mardochei. Ca. XI.

Anno quarto regnātib⁹ ptolemeo ⁊ cleo- A
Et ſenes ⁊ antiqui ſunt in nobis multo vetuſtioꝛes q̄ pa-
tres tui. Nūqd grāde eſt vt cōſolet̃ te deꝰ? Sꝫ ꝟba tua pꝛa
ua hoc phibēt. Quid te eleuat coꝛ tuū: ⁊ quaſi magna co
gitās: attonitos habēs oculos? Quid tumet contra deū
ſpiritus tuꝰ: vt pferas de oꝛe tuo huiuſcemodi ſermones?
Quid eſt hō vt immaculatus ſit: ⁊ vt iuſtꝰ appareat natꝰ de
mulierē? Ecce iter ſanctos eꝰ nemo immutabilis ⁊ celi nō Supꝛa. 7. d. de pe. di. 1. c.
ſunt mūdi in cōſpectu eꝰ. Quāto magis abominabilis et
inutilis homo: qui bibit quaſi aquā iniquitatē? Oſtendā
tibi audi me: quid vidi narrabo tibi. Sapientes cōfitētur
⁊ nō abſcōdūt patres ſuos. Quibꝰ ſolis data ē terra: ⁊ nō C
trāſibit alienus per eos. Cūctis diebꝰ ſuis impiꝰ ſupbit:
⁊ numerus annoꝝ incertus eſt tyrānidis eꝰ. Sonitꝰ terro
ris ſemp in auribꝰ illiꝰ. Et cū pax ſit ille ſemp inſidias ſuſpi
catur. Nō credit q̄ reuerti poſſit de tenebꝛis † ad lucē cir-
cūſpectās vndiq; gladiū. Cū ſe mouerit ad querēdū panē: alſ. + nō ſꝫ lucem.
nouit q̄ paratus ſit in manu eius tenebꝛaꝝ dies. Terrebit
eū tribulatio: ⁊ anguſtia vallebit eū ſicut regē q̄ ꝑparat̃
ad pꝛeliū. Tetēdit eīm aduerſus deū manū ſuā. ⁊ cōtra oīpo
tentem roboꝛatꝰ eſt. Cucurrit aduerſus eū erecto collo: et D
pingui ceruice armatus eſt. Operuit faciem eꝰ craſſitudo:
⁊ de lateribus

⁊ de lateribꝰ eiꝰ a ruina depēdet. Habitauit in ciuitatibus
deſolatis: ⁊ in domibꝰ deſertis q̄ in tumulos ſunt redacte.
Nō ditabit᷑ nec perſeuerabit ſubſtātia eiꝰ nec mittet in ter
al's + ſpiritus. ra radicē ſuam. Nō recedet de tenebris. Ramos eius areſa
al's + credit. ciet flāma ⁊ auferet᷑ † ſpū oris ſui ab eo. Nō † credat fruſtra
per guido. errore decepꝰ ꝙ aliquo precio redimendꝰ ſit. Anteq̄ dies
q. 4. c. inter eiꝰ impleant᷑ peribit ⁊ manꝰ eius areſcent. Ledet᷑ quaſi vi
verba. nea in primo flore botrus eius ⁊ quaſi oliua ꝓiciēs florem
7. a. ſuū. Cōgregatio eñ hypocrite ſterilis: ⁊ ignis deuorabit
59. c. tabernacula eoꝝ q̄ munera libenter accipiunt. Cōcepit do
lorē ⁊ peperit iniquitatē ⁊ vterus eius preparat dolos.

¶ C. S. Job dolorē ſuū diſſimulat: ⁊ crudelitatē hoſtium ſuoꝝ: ⁊ dicit ſe pati hoc abſq̄ iniq̄tate manus ſue cū haberet ad dn̄m mūdas preces.

Capi. XVI.

A Reſpondens aūt iob dixit. Audiui frequēter talia. Cōſolatores oneroſi oēs vos eſtis. Nunq̄d habebunt finē verba vētoſa: Aut aliq̄d tibi moleſtum eſt ſi loquaris. Poterā ⁊ ego ſimilia veſtri loqui. Atq̄ vtinā eſſet aīa veſtra ꝓ aīa mea. Cōſolarer ⁊ ego vos ſermonibꝰ: ⁊ mouerē capu: meū ſup vos. Roborarem vos ore meo: ⁊ mouerē labia mea quaſi parcēs vobis. Sed
B quid agā: Si locutꝰ fuero nō quieſcet dolor meꝰ ⁊ ſi tacuero nō recedet a me. Nūc aūt oppreſſit me dolor meus: ⁊ in nihilū redacti ſunt oēs artus mei. Ruge mee teſtimonium
al's + animaꝫ. dicunt contra me: ⁊ ſuſcitat᷑ falſiloquus aduerſus † faciem meā cōtradicens mihi. Collegit furorē ſuum in me: ⁊ cōminās mihi infremuit cōtra me dētibus ſuis. Hoſtis meꝰ terribilibus oculis me intuitus eſt. Aperuerūt ſup me ora ſua
al's + ſaturati
C ⁊ exprobrantes percuſſerūt maxillā meā: † ſatiati ſunt penis meis. Cōcluſit me deus apud iniquum ⁊ manibꝰ impioruꝫ me tradidit. Ego ille quondā opulētus repēte cōtritꝰ ſū: tenuit ceruicē meā. Confregit me ⁊ poſuit me ſibi quaſi in ſignū. Circūdedit me lāceis ſuis: cōuulnerauit lūbos meos. Nō pepercit ⁊ effudit in terra viſcera mea. Cōcidit me vul
al's + conſuit. nere ſup vulnus: irruit in me quaſi gigas. Saccū † conſui
D ſuper cutem meā: ⁊ † operui cinere carnē meā. Facies mea
al's + operuit. intumuit a fletu: ⁊ palpebre mee caligauerunt. Hec paſſus ſum abſq̄ iniquitate manus mee cū haberē mūdas ad deū
q. 3. c. inter verba. preces. Terra ne operias ſanguinē meū: neq̄ inueniat ī te locū latēdi clamor meus. Ecce eñ in celo teſtis meus: ⁊ cōſcius meus in excelſis. Verboſi amici mei ad deū ſtillat oculus meus. Atq̄ vtinam ſic iudicaretur vir cuꝫ deo: quomodo iudicat᷑ filius hominis cum collega ſuo. Ecce eñ breues anni tranſeunt: et ſemitaꝫ per quam non reuertar ambulo.

¶ C. S. In breuitate dierū ⁊ caligatione oculoꝝ ⁊ putrefactione carnis dicit ſe patienter preſtolari.

Ca. XVII.

A Spiritus meꝰ attenuabit᷑: dies mei breuiabūtur: ⁊ ſolū mihi ſupeſt ſepulchruꝫ. Non peccaui: ⁊ in amaritudinibꝰ morat᷑ oculus
al's + domine.
B meꝰ. Libera me † ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiuſuis manꝰ pugnet cōtra me. Cor eoꝝ lōge feciſti a diſciplina: propterea nō exaltabunt᷑. Predā pollicet᷑ ſocijs: ⁊ oculi filioꝝ eiꝰ deficiēt. Poſuit me quaſi in prouerbiū vulgi: ⁊ exēplum ſum corā eis. Ca
C ligauit ad indignationem oculus meus. ⁊ mēbra mea quaſi
per guido. in nihilū redacta ſunt. Stupebunt iuſti ſup hoc ⁊ innocēs
q. 4. c. hic contra hypocritā ſuſcitabit᷑. Et tenebit iuſtus viā ſuam: et
vita. mūdis manibus addet fortitudinē. Igit᷑ oēs vos cōuertimini ⁊ venite: ⁊ non inueniam in vobis vllū ſapientē. Dies mei tranſierunt: cogitationes mee diſſipate ſunt torquen
D tes cor meū. Noctem verterunt in diem: ⁊ rurſuꝫ poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero: infernus domus mea eſt: ⁊ in tenebris ſtraui lectulum meum. Putredini dixi: pater meus es: mater mea ⁊ ſoror mea, vermibꝰ. Vbi eſt ergo nūc preſtolatio mea ⁊ patientiam meam quis cōſiderat: In profundiſſimum infernum deſcēdent oīa mea. Putas ne ſaltē ibi erit requies mihi.

De pe. di. i. c. ecōtra. 2. ſ. in glo. ꝓ in reſurrectione a peccato.

¶ Ca. Sū. De luce de captione, ⁊ introitu impij baldath dicit.

Cap. XVIII.

A Reſpōdēs aūt † baldath ſuites dixit. Vſq̄ ad quē finē verba iactabis. † Intelligite priꝰ ⁊ ſic loquamur. Quare reputati ſumꝰ vt iumenta ⁊ ſorduimꝰ corā † te: Quid † ꝑdis aīam tuaꝫ in furore tuo: Nunquid propter te derelinquetur terra ⁊ transferantur † rupes de loco ſuo: Nonne lux

al's + baldad. al's + intelligite. al's + nobis. al's + q̄ ꝑdis. al's + perdes. al's + montes.

B impij extinguet᷑: nec ſplēdebit flāma ignis eiꝰ: Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius: ⁊ lucerna q̄ ſuper eū eſt extinguetur. Artabunt᷑ greſſus virtutis eiꝰ: ⁊ ꝑcipitabit eū cōſiliū ſuū. Immiſit eñ in rethe pedes ſuos et in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo: ⁊ exardeſcet contra eū ſitis. Abſcondita eſt in terra pedica eius ⁊ decipula illius ſuper ſemitā. Vndiq̄ terrebunt eum formidines ⁊ in

C
Al's + medie mundant.

uoluēt pedes eius. Attenuet᷑ fame robur eius: et † inedia inuadat coſtas illiꝰ. Deuoret pulchritudinē cutis eiꝰ: ⁊ cōſumat brachia illius primogenita mors. Auellat᷑ de tabernaculo ſuo fiducia eius: ⁊ calcet ſup eum quaſi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius ſocij eius: qui nō eſt aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur. Deorſum radices eius
D ſiccentur: ſurſum autem atteratur meſſis eius. Memoria illius pereat de terra: ⁊ nō celebretur nomē eius in plateis. Expellet eum de luce in tenebras ⁊ de orbe transferet eum. Non erit ſemen eius neq̄ progenies in populo ſuo: nec vlle reliquie in regionibus eius. In die eius ſtupebūt nouiſſimi. ⁊ primos inuadet horror. Hec ſunt ergo tabernacula iniqui: ⁊ iſte locus eius qui ignorat deum.

¶ C. S. Job flagella ſua deſcribit: prophetat de paſſione xp̄i ⁊ reſurrectione generali: ⁊ monet fugere a facie gladij.

Capitulum. XIX.

A Reſpondens autem Job dixit. Vſquequo affligitis animam meam: et atteritis me ſermonibꝰ En decies cōfunditis me ⁊ nō erubeſcetis opprimētes me. Nempe ⁊ ſi ignoraui: mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini: et arguitis me opprobrijs meis. Saltem nunc intelligite: quia deus non equo iudicio affligerit me: et flagellis ſuis me cinxerit. Abacuch. i. c.
Ecce clamabo vim patiens ⁊ nemo † audiet. Vociferabor: al's + exaudiet.
B et non eſt qui iudicet. Semitam meam circunſepſit: ⁊ tranſire non poſſum et in calle meo tenebras poſuit. Spoliauit me gloria mea: et abſtulit coronam de capite meo. Deſtruxit me vndiq̄ et pereo: et quaſi euulſe arbori abſtulit ſpem meam. Iratus eſt contra me furor eius ⁊ ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum. Simul venerunt latrones eius. et fecerunt ſebi viā per me: et obſederunt in gyro tabernaculuꝫ meum. Fratres meos longe fecit a me: et noti mei quaſi alieni re
C ceſſerunt a me. Dereliquerunt me propinqui mei: ⁊ qui me nouerant obliti ſunt mei. Inquilini domus mee ⁊ ancille mee ſicut alienum habuerunt me: ⁊ quaſi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui ⁊ non reſpondit † al's + mihi.
ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhorruit Infra. 30. c.
vxor mea: ⁊ orabam filios vteri mei. Stulti quoq̄ deſpiciebant me: ⁊ cum ab eis receſſiſſem detrahebant mihi. Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei: ⁊ queꝫ maxime diligebā † auerſatus eſt a me. Pelli mee cōſumptis carnibus adheſit os meū ⁊ derelicta ſunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Miſeremini mei: miſeremini mei: ſaltem

al's + aduerſatus eſt mihi.

D vos amici mei. q: manꝰ dn̄i tetigit me. Quare perſequimini me ſicut deus: ⁊ carnibus meis ſaturamini: Quis mihi tribuat: vt ſcribantur ſermones mei: Quis mihi det: vt exarentur in libro ſtilo ferreo ⁊ plūbi lamina vel † celte ſculpant᷑ ī ſilice: Scio eī ꝙ redēptor meꝰ viuit: ⁊ ī nouiſſimo † die de terra ſurrecturꝰ ſuꝫ: ⁊ rurſū circūdabor pelle mea ⁊ ī

al's + certe. al's + ſperē die.

carne mea videbo deū. Quē viſur⁹ ſum ego ipſe ⁊ oculi mei conſpecturi ſunt: ⁊ non alius. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. Quare ergo nūc dicitis perſequamur eū ⁊ radicem verbi inueniamus ɔtra eum? Fugite ergo a facie gladij qm̄ vltor iniquitatū gladi⁹ eſt. Et ſcitote eſſe iudicium.

¶ Ca. S. Sophar de impio ⁊ hypocrita auaro calūniatore ⁊ paupere dicit. Ca. XX.

Reſpondens aūt ſophar naamathites dixit. Id circo cogitatiōes mee varie ſuccedūt ſibi ⁊ mēs i diuerſa rapit. Doctrinā qua me arguis audiā ⁊ ſpūs intelligētie mee reſpondebit mihi. Hoc ſcio a principio ex quo poſit⁹ eſt hō ſup terrā ꝙ laus impiorū breuis ſit ⁊ gaudiū hypocrite ad inſtar puncti. Si aſcē
Alſ + in celo. derit † vſq ad celū ſupbia eius ⁊ caput eius nubes tetige
B rit quaſi ſterquiliniū in fine perdet: ⁊ q̄ eum viderāt dicēt. Ubi eſt velut ſomniū auolās nō inuenietur trāſiet ſicut viſio nocturna. Oculus q̄ eū viderat nō videbit neq vltra intuebitur eū locus ſuus. Filij ei⁹ attereñt egeſtate ⁊ man⁹ illius reddēt ei dolorē ſuū. Oſſa eius implebunt vitijs adoleſcētie eius: ⁊ cū eo in puluere dormiēt. Cū eñ dulce fuerit i ore eius: malū abſcōdet illud ſub lingua ſua. Parcet illi ⁊ non derelinquet illud ⁊ celabit in gutture ſuo. Panis ei⁹ i ventro illi⁹ vertet in fel aſpidū intrinſec⁹. Diuitias quas deuorauit euomet: ⁊ de vētre illi⁹ extrahet eas de⁹. Caput aſpi
C dū ſuget ⁊ occidet eum ligua vipere. Nō videat riuulos fluminis torrētis mellis ⁊ butyri. Luet q̄ fecit oia: nec tñ conſumet. Iuxta multitudinē adinuentionū ſuarū ſic ⁊ ſuſtine
Al + pauperis domū rapuit. bit: qm̄ confringēs nudauit † pauperis domū: rapuit ⁊ non
Alſ + quod. edificauit eā: nec eſt ſatiat⁹ venter ei⁹. Et cū habuerit † q̄ †
Alſ + cui erat. cōcupierat: poſſidere non poterit. Nō remāſit de cibo ei⁹:
Eccleſiaſt. 3. c. ⁊ ꝓpterea nihil ꝑmanebit de bonis ei⁹. Cū ſatiat⁹ fuerit ar
tabit ⁊ eſtuabit ⁊ ois dolor irruet ſup eū. Utinā impleatur venter ei⁹ vt emittat in eum irā furoris ſui: ⁊ pluat ſup il
Alſ non hʒ + gladius. lū bellū ſuū. Fugiet arma ferrea: ⁊ irruet arcū ereū. † Gladius † educt⁹ ⁊ egrediēs de vagina ſua: ⁊ fulgurās i ama
D
Alſ + eductus ritudine ſua. † Uadēt ⁊ veniēt ſup eū horribiles oēs tene
Alſ + vadit. bre abſcondite ſunt in occultis eius. Deuorabit eū ignis q̄
Et venient. non ſuccēdit: affliget relict⁹ i tabernaculo ſuo. Reuelabūt celi iniq̄tatē ei⁹: ⁊ terra cōſurget aduerſus eū. Apertum erit germē dom⁹ illius: detrahet in die furoris dei. Hec ē pars hois impij a deo: ⁊ hereditas verboꝝ eius a dño.

¶ Ca. S. De pſperitate ⁊ gaudio ⁊ retributione impij. de paupe q̄ ſimul perijt cū ipio ⁊ diuite loq̄tur. Ca. XXI.

A
Reſpōdēs aūt iob dixit. Audite q̄ſo ſermōes me
Mathei. 3. a. ⁊. 4. c. os: ⁊ † agite pniam. Suſtinete me. vt ego loq̄r: ⁊
Alſ + agetis. poſt mea ſi videbit̄ vba ridete. Nunquid cōtra
Añ iuuenalis hoiem diſputatio mea eſt: vt merito nō debeam
Cū venerit cō contriſtari. Attendite me ⁊ obſtupeſcite: ⁊ ſupponite digi
tra digito cō tū ori veſtro. Et ego qñ recordat⁹ fuero ptimeſco ⁊ cōcutit
peſce labellū. carnē meā tremor. Quare ergo impij viuūt ſubleuati ſunt:
Hierem. 12. a. confortatiq ſunt diuitijs. Semē coꝝ permanet corā eis: ꝓ
Abacuch. 1. a. pinquoꝝ turba ⁊ nepotū in conſpectu coꝝ. Dom⁹ coꝝ ſecu
B re ſunt ⁊ pacate: ⁊ nō eſt virga dei ſup illos. Bos eorū cōcepit ⁊ nō abortiuit: vacca peperit ⁊ nō eſt priuata fetu ſuo. Egrediuñt quaſi greges paruuli coꝝ: ⁊ infantes coꝝ exul
Alſ + gaudebunt. tant luſibus. Tenent tympanū ⁊ cytharā: ⁊ † gaudēt ad ſonitū organi. Ducunt in bonis dies ſuos: ⁊ in pūcto ad in
1. q. 2. c. tpō. in gloſa. 2. ferna deſcendunt. Qui dixerunt deo recede a nobis: ſcien
Infra. 22. c. tiam viarum tuarum nolumus. Quis eſt oipotēs vt ſeruia
Mala. 3. d. mus ei? Et quid nobis prodeſt ſi † orauerimus illū. Uerū
Alſ + adorauerimus eum. tamē q: nō ſunt in manu coꝝ bona ſua: cōſiliū impioꝝ lon
Prouer. 24. a. ge ſit a me. Quotiens lucerna impioꝝ extinguet ⁊ ſuperue
C niet eis inundatio: ⁊ dolores diuidet furoris ſui. Erunt ſicut palee ante faciem venti: ⁊ ſicut fauilla quā turbo diſper
Alſ + interfectionem. git. Deus ſeruabit filijs illius dolorem patris: ⁊ cum reddiderit tunc ſciet. Uidebunt oculi eius † imperfectionem ſuam ⁊ de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eum pertinet de domo ſua poſt ſe? Et ſi numerus menſiū eius
dimidietur? Nunquid deum docebit † quiſpiam ſcientiā: Alſ + quiſq.
qui excelſos iudicat? Iſte moritur robuſtus et ſan⁹: diues ⁊ felix: viſcera eius plena ſunt adipe: et medullis oſſa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine anime ſue:
abſq vllis opibus: † ⁊ tamen ſimul in puluere dormient: et Alſ + etiam.
D
vermes operient eos. Certe noui cogitationes veſtras: et ſententias contra me iniquas. Dicitis enim. Ubi eſt domus principis et vbi tabernacula impiorum? Interrogate quemlibet de viatoribus ⁊ hec eadem illum intelligere co
gnoſcetis. Quia in diem perditionis † ſeruatur malus: et Alſ + ſeruabit.
ad diem furoris ducetur. Quis arguet corām eo † vias ei⁹: Al + viam.
et que fecit quis reddet illi? Ipſe ad ſepulchra ducetur: et in congerie mortuoꝝ vigilabit. Dulcis fuit glareis cocyti: ⁊ poſt ſe omnē hoiem trahet: ⁊ ante ſe inumerabiles. Quō igitur conſolamini me fruſtra: cū reſpōſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati.

¶ C. S. Eliphaz arguit iob de oppreſſione pauperum: et immiſericordia: ⁊ de contemptu iudicis et penitenti multa bona promittit. Cap. XXII.

Reſpondens autem eliphaz themanites dixit. A
Nunquid deo comparari poteſt homo etiam cum perfecte fuerit ſcientie? Quid ꝓdeſt deo ſi iuſtus fueris: aut quid ei confers ſi immacu
lata fuerit † vita tua? Nunquid timens arguet Alſ + via.
te: ⁊ veniet tecum in iudicium: ⁊ non propter maliciā tuam plurimam ⁊ infinitas iniquitates tuas? Abſtuliſti enim pi
gnus fratrum tuorum ſine cauſa et nudos † ſpoliaſti veſti Alſ + expoliaſti.
bus. Aquam laſſo non dediſti: ⁊ eſurienti ſubtraxiſti panē.
In fortitudine brachij tui poſſidebas terrā ⁊ † potentiſſi B
mus obtinebas eam. Uiduas dimiſiſti vacuas: ⁊ lacertos Alſ + potentiſſime.
pupillorum comminuiſti. Propterea circūdatus es laq̄is: ⁊ conturbat te formido ſubita. Et putabas te tenebras nō
viſurum: ⁊ impetu aquarum inundantium non † oppreſſuꝫ Alſ + oppreſſurum.
iri. An cogitas ꝙ deus excelſior celo ſit: ⁊ ſuper ſtellarum verticē ſublimet? Et dicis. Quid eñ nouit deus? Et quaſi per caliginē iudicat. Nubes latibulum eius: nec noſtra cō
ſiderat: ⁊ circa cardines celi perambulat. Nūquid ſemitā C
ſeculoꝝ cuſtodire cupis: quā calcauerunt viri iniqui q̄ ſublati ſunt ante temp⁹ ſuū: ⁊ fluuius ſubuertit fundamentum
coꝝ? Qui dicebant deo recede a nobis: ⁊ quaſi nihil poſſit Supra. 21. b.
facere oipotens eſtimabāt eū: cū ille impleſſet domos eo Pſ. 106.
rum bonis. Quoꝝ ſnīa ꝓcul ſit a me. Uidebunt iuſti ⁊ letabunt: ⁊ innocēs ſubſannabit eos. Nōne ſucciſa eſt erectio eorum: ⁊ reliquias coꝝ deuorabit ignis? Acquieſce igit̄ ei:
⁊ habeto pacē: ⁊ per hec habebis fruct⁹ optios. Suſcipe D
ex ore illius legē ⁊ pone ſermones illi⁹ in corde tuo. Si reuerſus fueris ad oipotentē edificaberis: ⁊ lōge facies iniq̄tatē a tabernaculo tuo. Dabit pro terra ſilicē: ⁊ ꝓ ſilice tor
rentes aureos. Eritq omnipotens contra hoſtes tuos: ⁊ Proue. 10. e.
argentū coacervabit̄ tibi. Tunc ſuper omnipotentē delitijs affluēs: ⁊ eleuabis ad deū faciem tuā. Rogabis eum ⁊ exaudiet te: ⁊ vota tua reddes. Decernes rem ⁊ veniet tibi ⁊ in vijs tuis ſplendebit lumen. Qui eñ humiliatus fuerit erit in gloria. Et qui inclinauerit oculos ſuos ipſe ſaluabitur. Saluabit̄ innocēs: ſaluabit̄ aūt mūdicia manuū ſuaꝝ.

¶ Capituli Summarium. Job reſpondet ſe noſſe ⁊ timere potentiam ⁊ ſententiam iudicis ⁊ in iuſtitia ambulaſſe

Capitulum. XXIII.

Reſpondens autem iob ait. Nunc quoq in ama A
ritudine eſt ſermo meus: ⁊ manus plage mee aggrauata eſt ſuper gemitum meum. Quis mihi tribuat vt cognoſcā ⁊ inueniā illū ⁊ veniā vſq ad ſolium eius. Ponā corā eo iudiciū: ⁊ os meum replebo increpationibus

increpationib⁹ vt ſciā v̄ba q̄ mihi rn̄deat ⁊ intelligā q̄d lo-
quat̄ mihi. Nolo multa fortitudīe cōtēdat mecū nec magni
B tudis ſue mole me premat. Proponat eq̄tatē ɔtra me ⁊ pue
niet ad victoriā iudiciū meū. Si ad oriētem iero nō appet:
ſi ad occidētem: nō intelligā eū. Si ad ſiniſtrā q̄d agā? Nō
C als + pbabit. apprehendā eū. Si me vertā ad dexterā: nō videbo illum.
Ipſe v̄o ſcit viā meā ⁊ pbabit me quaſi aurū q̄d p ignē trā
ſit. Veſtigia eius ſecut⁹ eſt pes me⁹ viā eius cuſtodiui: ⁊ nō
declinaui ex ea. A mandatis labiorū eius nō receſſi: ⁊ in ſinu
D meo nō abſcōdi verba oris eius. Ipſe eñ ſolus eſt ⁊ nemo
als + quecūq̄ voluit hoc fecit. auertere pōt cogitationē eius: et aīa eius † q̄dcūq̄ voluit
hoc fecit. Cūq̄ expleuerit in me volūtatē ſuā: ⁊ alia multa
ſimilia preſto ſunt ei: ⁊ idcirco a facie ei⁹ turbat⁹ ſum: ⁊ conſi-
derans eum timore ſollicitor. De⁹ molliuit cor meū et oīpo
tens cōturbauit me. Non eñ perij ꝓpter imminentes tene
bras: nec faciē meā operuit caligo.

¶ C.S. Alioꝝ iniq̄tates deſcribit iob et damnationē im-
piorum. Capitulum. XXIIII.

A Ab oīpotēte nō ſunt abſcōdita tp̄a: q̄ autē
nouerūt eū ignorāt dies illi⁹. Alij terminos
trāſtulerūt: diripuerunt greges ⁊ pauerūt
eos. Aſinū pupilloꝝ abegerūt ⁊ abſtulerūt
p̄ pignore bouē vidue. Subuerterūt pau
perū viā: ⁊ oppreſſerūt pariter manſuetos
+ quaſi. B terre. Alij quaſi onagri in deſerto egrediunt̄ ad op⁹ ſuū: vi-
gilātesq̄ † ad predā p̄parāt panē liberis. Agrū nō ſuū de
metūt: ⁊ vineā ei⁹ quā vim oppreſſerunt vindemiāt. Nudos
dimittūt hoīes indumēta tollentes: quib⁹ nō eſt operimen
tum in frigore quos imbres montium rigant: ⁊ nō habētes
+ expolia- velamē amplexantur lapides. Vim fecerūt depredātes pu
pillos ⁊ vulgū pauperē † ſpoliauerūt. Nudis ⁊ incedētib⁹
abſq̄ veſtitu ⁊ eſurientibus tulerunt ſpicas. Inter aceruos
+ anime. coꝝ meridiati ſunt calcatis torcularib⁹ ſitiūt: de ciuitatib⁹
+ clamabit fecerūt viros gemere: ⁊ † aīa vulneratoꝝ † clamauit ⁊ deus
+ clamabūt C inultū abire nō patit̄. Ipſi fuerunt rebelles lumini. Neſcie
runt vias ei⁹ nec reuerſi ſunt p ſemitas eius. Mane primo
cōſurgit homicida interficit egenū ⁊ pauperē: p noctē vero
erit quaſi fur. Oculus adulteri obſeruat caliginē dicēs: nō
me videbit ocul⁹: ⁊ operiet vultū ſuū. Perfodit in tenebris
domos: ſicut in die cōdixerāt ſibi: ⁊ ignorauerūt lucem. Si
ſubito apperuerit aurora arbitrātur vmbrā mortis: ⁊ ſic in
tenebris quaſi in luce ambulāt. Leuis eſt ſup faciem aque.
Maledicta ſit pars eius in terra: nec ambulet p viā vineaꝝ.
Ad nimiū calorē trāſiet ab aquis niuiū ⁊ vſq̄ ad īferos pec
catum illius. Obliuiſcatur eius miſericordia. Dulcedo illi⁹
als + vermis. D † vermes. Nō ſit in recordatione: ſed cōterat̄ ſicut lignum
infructuoſum. Pauit eñ ſterilem ⁊ que non parit: ⁊ vidue
bene nō fecit. Detraxit fortes in fortitudine ſua: ⁊ cum ſte-
terit nō credet vite ſue. Dedit ei deus locū penitentie: ⁊ ille
Apoca. 2. f. abutitur eo in ſuperbia: oculi aūt eius ſunt in vijs illi⁹. Ele
uati ſunt ad modicum: ⁊ non ſuſiſtent ⁊ humiliabūtur ſicut
omnia: ⁊ auferentur: ⁊ ſicut ſummitates ſpicarum conterē-
tur. Quod ſi non eſt ita quis me poteſt arguere eſſe menti-
als + baldad tum: ⁊ ponere ante deum verba mea?

¶ Cap̄. Summa. Probat † baldath q̄ nemo in cōſpectu
A dei mundus exiſtat. Cap̄. XXV.

als + baldad. R Eſpōdēs aūt † baldath ſuites dixit. Poteſtas
⁊ terror: apud deū eſt qui facit cōcordiā in ſubli-
als + fulget. mibus ſuis. Nunquid eſt numerus militum ei⁹?
als + ſurgit. Et ſuper quē nō † ſurget lumē illius? Nunquid
Supra 4. d. De pe. diſt. c. ſi ... ante finē. iuſtificari poteſt homo comparatus deo: aut apparere mū-
dus natus de muliere? Ecce luna etiam non ſplēdet ⁊ ſtelle
non ſunt munde in conſpectu eius: q̄ꝰtomagis homo putre
do ⁊ filius hominis vermis.

¶ Cap̄. Summa. Iob dicit q̄ nullum eſt deo ab homine
adiutorium probat per eius magnalia. Cap̄. XXVI.



R Eſpōdēs aūt iob dixit. Cuius adiutor es? Nū- A
quid imbecillis? Et ſuſtētas brachiū ei⁹: q̄ non
eſt fortis? Cui dediſti cōſiliū. Forſitam illi q̄ nō
hȝ ſapiētiā ⁊ prudētiā tuā oſtendiſti plurimam:
Quē docere voluiſti? Nōne eū q̄ fecit ſpiramētū. Ecce gi- B
gantes gemūt ſub aq̄s: ⁊ q̄ habitant cū eis. Nudus eſt infer-
nus corā illo: ⁊ nullū eſt opimētū pditiōi. Qui extēdit aq̄lo-
nē ſup vacuū: ⁊ appēdit terrā ſup nihilū. Qui ligat aquas ī
nubibus ſuis vt nō erūt pariter deorſum. Qui tenet vultuȝ C
ſolij ſui ⁊ expādit ſup illud nebulā ſuā. Terminū circūdedit
aquis vſq̄ dū finiant̄ lux ⁊ tenebre. Colūne celi contremi-
ſcūt: ⁊ pauēt ad nutū ei⁹. In fortitudīe illi⁹ repēte maria cō
gregata ſunt ⁊ prudētia eius pcuſſit ſupbū. Spūs eius or-
nauit celos: ⁊ obſtetricāte manu ei⁹: educt⁹ eſt coluber tor- D
tuoſus. Ecce hec ex parte dicta ſunt viarū ei⁹. Et cū vix par
uam ſtillā ſermonis eius audierim⁹ quis poterit tonitruū
magnitudinis illi⁹ intueri?

¶ C.S. De cōſtātia ⁊ perfectione iuſtitie iob: ⁊ parte im-
pij apud dn̄m. Ca. XXVII.

A Ddidit q̄ꝫ iob aſſumēs parabolā ſuā ⁊ dixit. Vi-
uit deus q̄ abſtulit iudiciū meū: ⁊ oīpotēs q̄ ad A
amaritudinē adduxit aīam meā: q: donec ſupeſt
halit⁹ in me: ⁊ ſpūs dei in narib⁹ meis nō loquē-
tur labia mea iniquitatē: nec lingua mea meditabit̄ mēda-
ciū. Abſit a me vt iuſtos vos eſſe iudicē. Donec deficiā: non Diſ. 47. c. 2. in
recedā ab innocētia mea. Iuſtificationē meā quā cepi tene fine.
re nō deſerā. Neq̄ eñ rep̄hendit me cor meū: in oī vita mea. Joā. 3. a.
† Sicut impi⁹ inimic⁹ meus ⁊ aduerſari⁹ meus quaſi ini- als + ſit vt. B
quus. Que ē ei ſpes hypocrite ſi auare rapiat: ⁊ nō liberet
deus aīam eius. Nunquid deus audiet clamorem eius: cū
venerit ſuper eum anguſtia? Aut poterit in omnipotēte de
lectari: ⁊ inuocare deum omni tempore? Docebo vos per
manum dei que oīpotens habeat: nec abſcondā. Ecce vos
oēs noſtis: ⁊ quid ſine cauſa vana loquimini? Hec eſt pars C
hoīs impij apud deū: ⁊ hereditas violentorū quā ab oīpo-
tente ſuſcipiet. Si multiplicati fuerit filij ei⁹ in gladio erūt
⁊ nepotes eius nō ſaturabuntur pane. Qui reliqui fuerint
ex eo ſepelientur in interitu: ⁊ vidue illius non plorabunt.
Si compoꝛtauerit quaſi terram argentum: et ſicut lutū p̄
parauit veſtimēta: p̄parabit quidē: ſed iuſtus veſtietur il-
lis: ⁊ argentum innocēs diuidet. Edificauit ſicut tinea do-
mum ſuam: ⁊ ſicut cuſtos fecit vmbraculum. Diues cū dor- D
mierit nihil ſecum † auferet † aperiet oculos ſuos ⁊ nihil in- Ho. 48.
ueniet. Apprehendet eum quaſi aqua inopia nocte oppri- als + aufert.
met eum tempeſtas. Tollet eum ventus vrens ⁊ auferet: et als + aperit.
velut turbo rapiet eum de loco ſuo. Emittet ſuper eum: et
non parcet de manu eius fugiens fugiet. Stringet ſuper eū
manus ſuas: ⁊ ſibillabit ſup illum intuens locū eius.

¶ C.S. De eccleſia ⁊ ſynagoga: de inueniēda ſapientia:
de aduentu chriſti. Ca. XXVIII.

A Habet argētū venarū ſuarū principia ⁊ au-
Di.50.c.ferruꝫ. ro locꝰ eſt in quo cōflat. Ferrū de terra tol
cum glo. lit: ⁊ lapis ſolutus calore in es vertit. Tem
pus poſuit tenebris: ⁊ vniuerſoꝝ finē ipſe
alſ+vmbre. cōſiderat. Lapidē quoqꝫ caliginis ⁊ † vmbrā
alſ+diuidet. mortis † diuidit torrēs a pplo pegrināte:
eos quos oblitꝰ eſt pes egētis hoīs ⁊ inuios. Terra de qua
alſ+igne. oriebat panis in loco ſuo † igni ſubuerſa eſt. Locꝰ ſaphyri
B lapides eius ⁊ glebe illiꝰ aurū. ſemitā ignorauit auis nec in
tuitus † eſt † oculꝰ vulturis. Nō calcauerūt eā filij iuſtoꝝ
alſ+eſt eam oculus. nec pertrāſiuit p eā leena. Ad ſilicē extēdit manū ſuam: ſub
Alſ+oculos. uertit a radicibus mōtes. In petris riuos † excidit: ⁊ oē p
alſ+ſcidit. cioſum vidit oculꝰ eiꝰ. Profunda quoqꝫ fluuioꝝ ſcrutatus eſt:
Prouer.3.b. ⁊ abſcōdita produxit in lucem. Sapiētia vero vbi inuenit: ⁊
Ibidem.8.b. quis eſt locus intelligētie? Neſcit homo pciū eiꝰ: nec inue
C
Sapi.7.c. nit in terra ſuauiter viuētiū. Abyſſus dicit nō eſt in me: et
mare loquit nō eſt mecū. Nō dabit aurū obrizum p ea: nec
appendet argētū in cōmutatiōe eiꝰ. Nō ꝯferet tinctis indie
coloribꝰ: nec lapidi ſardonico pcioſiſſimo vel ſaphyro. Nō
adequabit ei aurum vel vitruꝫ: nec ꝯmutabunt p ea vaſa
auri excelſa ⁊ eminentia: nec cōmorabuntur in cōparatiōe
eiꝰ. Trahit aūt ſapiētia de occultis. Nō adequabit ei topa-
ziꝰ de ethiopia: nec tincture mūdiſſime cōponit. Unde ergo ſa
D piētia venit: ⁊ quis eſt locꝰ intelligētie? Abſcōdita eſt ab ocu
lis oīm viuētiū volucres quoqꝫ celi latet. Perditio ⁊ mors dixe
runt. Auribꝰ noſtris audiuimus famā eius. Deus intelligit
viam eius: ⁊ ipſe nouit locū illius. Ipſe enī fines mūdi itue
tur: ⁊ oia q ſub celo ſunt reſpicit. Qui fecit vētis pōdꝰ: ⁊
alſ nō hꝫ+in aquas appēdit † in mēſura. Quando ponebat pluuijs legem: et
ps.10.g. viā pcellis ſonātibus. Tūc vidit illā ⁊ enarrauit: ⁊ prepara
Prouer.10.a. uit ⁊ inueſtigauit: ⁊ dixit hoī. Ecce timor dñi ipſa eſt ſapiē
16 qō.2. c.q ſi- tia: ⁊ recedere a malo intelligentia.
ne.in princip. ¶ C.S. Enarrat iob ⁊ plāgit elapſaꝫ pſperitatē ⁊ iocū-
ditatem prioris tpis in perſona eccle. Ca.XXIX.
A Addidit quoqꝫ iob aſſumēs parabolā ſuā: ⁊
dixit. Quis mihi tribuat vt ſim iuxta mē
ſes priſtinos: ſm dies qbꝰ deꝰ cuſtodie
bat me? Quando ſplendebat lucerna eiꝰ ſu-
per caput meū: ⁊ ad lumē eiꝰ ābulabā i
tenebris. Sicut fui in diebꝰ adoleſcētie
mee: qn ſecreto deꝰ erat i tabernaculo
B meo. Quando erat ops mecū: ⁊ i circuitu meo pueri mei. Quando la-
uabā pedes meos butyro: ⁊ petra fūdebat mihi riuos olei.
Quando pcedebā ad portā ciuitatis: ⁊ i platea parabāt cathedrā
mihi. Uidebāt me iuuenes ⁊ abſcōdebant: ⁊ ſenes aſſurgē
tes ſtabāt. pricipes ceſſabāt loqui: ⁊ digitū ſupponebāt ori
ſuo. Uocē ſuā cohibebant duces: ⁊ lingua eorū gutturi ſuo
adherebat. Auris audiēs beatificabat me: ⁊ oculꝰ videns
teſtimoniū reddebat mihi: eo ꝙ liberaſſet pauperē vociferan-
tē ⁊ pupillū cui nō eſſet adiutor. Bñdictio periturī ſup me
veniebat ⁊ cor vidue cōſolatus ſum. Iuſtitia indutꝰ ſū ⁊ †
C
alſ+veſtiuit. veſtiui me ſicut veſtimēto ⁊ dyademate iudicio meo. Ocu-
lus fui ceco ⁊ pes claudo. Pater eraꝫ pauperum ⁊ cauſam
quā neſciebā diligētiſſime inueſtigabā. Conterebā molas
iniqui: ⁊ de dētibꝰ illiꝰ auferebā pdā. Dicebāqꝫ. In nidulo
meo moriar: ⁊ ſicut palma multiplicabo dies. Radix mea
alſ+iuxta. aperta eſt † ſecus aquas et ros morabit in meſſione mea.
D Gloria mea ſemp innouabit: ⁊ arcus meus in manu mea in
ſtaurabitur. Qui me audiebant expectabant ſniam: et †
Alſ+mei: intenti tacebāt ad conſiliū meū. Uerbis meis addere nihil
audebāt ⁊ ſup illos ſtillabat eloquiū meū. Expectabāt me
ſicut pluuiā ⁊ os ſuū aperiebāt quaſi ad imbrē ſerotinū. Si
qn ridebā ad eos nō credebant: ⁊ lux vultus mei nō cade-
Di.45.c.diſci- bat in terrā. Si voluiſſem ire ad eos ſedebā primus. Cūqꝫ
plina in fine. ſederē qſi rex circūſtāte exercitu erā tñ merentiū cōſolator.
¶ Ca.S. Enarrat ⁊ plangit iob mala pſentis tpis ⁊ here-
ticorū prefigurat futurā maliciam. Ca.XXX. A
Nunc aūt deridēt me iuniores tpe quoꝝ non di-
gnabar patres ponere cū canibus gregis mei.
Quoꝝ virtus manuum mihi erat p nihilo: ⁊ vita
ipſa putabant indigni. Egeſtate ⁊ fame ſteriles alſ+mādu-
qui rodebant in ſolitudine ſqualētes calamitate ⁊ miſeria. cabant.
Et † mādebāt herbas ⁊ arborū cortices: ⁊ radix iunipero B
rū erat cibus eoꝝ. Qui de conuallibus iſta rapientes cū ſin-
gula repeiſſent: ad ea cū clamore currebāt. In deſertis ha
bitabāt torrentium ⁊ in cauernis terre: vel ſup glareā. Qui
inter huiuſcemodi letabātur: ⁊ eſſe ſub ſentibꝰ delitias con
putabāt. Filij ſtultoꝝ ⁊ ignobiliū ⁊ in terra penitus nō pa-
rentes. Nūc in eoꝝ cāticū verſus ſum ⁊ factus ſum eis i pro-
uerbiū. Abominant me ⁊ longe fugiūt a me ⁊ faciē meā cō-
ſpuere non verent. Pharetrā enī ſuā aperuit ⁊ affligit me: ⁊
frenū poſuit in os meum. Ad dexterā orientis calamitates
mee illico ſurrexerunt. Pedes meos ſubuerterūt: ⁊ oppſſe
runt quaſi fluctibus ſemitis ſuis. Diſſipauerūt itinera mea;
inſidiati ſunt mihi ⁊ preualuerunt: ⁊ nō fuit qui ferret aux
liū. Quaſi rupto muro ⁊ aperta ianua irruerunt ſup me: et C alſ+
ad meas miſerias deuoluti ſunt. Redactus ſum in † nihilū alſ + ad
† Abſtulit quaſi vētus deſideriū meū: ⁊ velut nubes per- nī.
tranſijt ſalus mea. Nūc aūt in memetipſo marceſcit anima
mea ⁊ poſſident me dies afflictionis. Nocte os meū perfo-
ratur doloribus ⁊ q me comedūt nō dormiunt. In multitu-
dine eoꝝ cōſumitur veſtimentū meū: ⁊ quaſi capitio tunice
ſuccinxerunt me. Cōparatꝰ ſum luto ⁊ aſſimilatus ſum fa- Supra.19.
uille ⁊ cineri. † Clamo ad te ⁊ nō exaudies me: ſto ⁊ non re- alſ + cla
ſpicis me. Mutatus es mihi in crudelē ⁊ in duricia manꝰ bo ad te ⁊ n exaudies.
tue aduerſaris mihi. Eleuaſti me: ⁊ quaſi ſuper ventuꝫ po- D
nens eliſiſti me valide. Scio quia morti trades me: vbi conſti-
tuta eſt domus oī viuēti. Uerūtñ nō ad conſumptionē eoꝝ
emittis manū tuā: ⁊ ſi corruerint ipſe ſaluabis. Flebā quō-
dā ſup eo q afflictꝰ erat: ⁊ cōpatiebat aīa mea pauperi. Ex
pectabā bona ⁊ venerūt mihi mala. pſtolabar lucē ⁊ erupe-
runt tenebre. Interiora mea efferbuerūt abſqꝫ vlla reqe p-
uenerūt me dies afflictionis. Merēs incedebā ſine furore
cōſurgēs in turba clamabā. Frater fui draconū ⁊ ſocꝰ ſtru-
thionū. Cutis mea denigrata eſt ſuper me: ⁊ oſſa mea aruе-
runt pre caumate. Uerſa eſt in luctū cithara mea: ⁊ organum
meum in vocem flentium.
¶ Ca.S. Cathalogꝰ virtutū ipſius iob ponit: cuꝫ atteſta
tione appetit teſtem iudicē. Capi.XXXI.
Pepigi fedus cū oculis meis vt ne cogitarē A
quidē de virgine. Quā enī partē haberet i
me deꝰ deſup: ⁊ hereditatē oipotēs de ex-
celſis? Nunqd nō pditio eſt iniquo: ⁊ alie-
natio operātibus † iniuſtitiā. Nōne ipſe alſ+iniq
cōſiderat vias meas ⁊ cūctos greſſus me-
os dinumerat? Si ambulaui in vanitate ⁊ feſtinauit in do-
lo pes meus: appēdat me in ſtatera iuſta: ⁊ ſciat deꝰ ſimpli- Prouer.5.
citatem meā. Si declinauit greſſus meꝰ de via: ⁊ ſi † ſecutꝰ Infra.14.c.
eſt oculꝰ meꝰ cor meū ⁊ ſi in manibꝰ meis adheſit macula: alſ+ſecutū
ſerā: ⁊ aliꝰ comedat ⁊ progenies mea eradicet. Si deceptū eſt oculū
eſt cor meū ſup muliere: ⁊ ſi ad oſtiū † amici mei inſidiatus B Alſ + vic
ſum: ſcortū alteriꝰ ſit vxor mea ⁊ ſup illā incuruent alij. Hoc
enī nephas eſt: ⁊ iniqtas maxima. Ignis eſt vſqꝫ ad † per-
ditionem deuorans et omnia eradicans genimina. Si con- alſ+conſum
tempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo: ⁊ † ancilla mea: cuꝫ ptionem.
† diſceptarent aduerſum me. Quid enim faciam cum ſurre Alſ+ āc meis.
xerit ad iudicādum deus ⁊ cum queſierit: quid reſpōdebo alſ+diſpu
illi? Nunquid non in vtero fecit me qui ⁊ illū operatus eſt: ⁊ rent.
formauit † me in vulua vnus? Si negaui quod † volebant Luce.16.a. alī nō hꝫ+
pauperibus ⁊ oculos vidue expectare feci. Si comedi buc- alſ+volebā
cellam meam ſolus: et non comedit pupillus ex ea: quia ab
infantia mea creuit mecum miſeratio. Et de vtero matris
mee

mee egreſſa eſt mecū. Si deſpexi pretereuntem eo ꝙ nō ha
C bueritt indumētū: ⁊ abſ operimēto pauperē. Si nō bene
dixerunt mihi latera eius: ⁊ de velleribus ouiū mearū cale
factus eſt. Si leuaui ſup pupillū manū meā: etiā cū viderem
me in porta ſuperiorē humerꝰ meꝰ a iunctura ſua cadat et
al's ꝉ cōteraꝉ. brachiū meū cū ſuis oſſibꝰ † cōfringaꝉ. Semꝑ enī quaſi tu
mentes ſuꝑ me fluctꝰ: timui deū ⁊ pondus eiꝰ ferre nō po
tui. Si putaui aurū robur meum ⁊ obrizo dixi fiducia mea.
Si letatꝰ ſum ſuꝑ multis diuitijs meis: ⁊ q: plurima reppe
rit manus mea: Si vidi ſolē cū fulgeret: ⁊ lunā incedentem
clare: ⁊ letatum eſt in abſcōdito cor meū: ⁊ obſculatus ſum
manum meā ore meo que eſt iniquitas maxima: ⁊ negatio
Prouer. 17. a. cōtra deū altiſſimū. Si gauiſus ſum ad ruinā eiꝰ q me ode
D rat: ⁊ exultaui ꝙ inueniſſet eū malū. Non enī dedi ad peccā
dum guttur meū vt expeterem maledicens aiam eius. Si
nō dixerūt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius
vt ſaturemur? Foris nō manſit ꝑegrinus oſtiū meū viatori
patuit: ſi abſcondi quaſi homo peccatum meum: ⁊ celaui in
[...]e pe. diſt. i. c. ſinu meo iniquitatē meā. Si expaui ad multitudinē nimiā:
[...] ⁊ deſpectio ꝓpinquorum terruit me ⁊ nō magis tacui: nec
egreſſus ſum oſtiū. Quis mihi tribuat † auditorē vt deſide
[...] ꝉ adiuto rium meū audiat oīpotēs ⁊ librum ſcribat ipſe qui iudicat:
[...] pe. diſ. [...] c. vt in humero meo portē illū ⁊ circūdē illum quaſi coronam
[...] ſancte. in mihi? Per ſingulos gradus meos pronunciabo illū: et qſi
[...] d. principi offeram eum. Si aduerſum me terra mea clamat ⁊
cum ipſa ſulci eius deflent. Si fructus eiꝰ comedi abſ pe
cunia: ⁊ animam agricolarum eiꝰ afflixi: pro frumento oria
tur mihi tribulus: ⁊ pro hordeo ſpina.

¶ C. S. Rn̄dere iob tres viri nolūt eo ꝙ iuſtus ſibi vide
tur: tacētibus amicis Job indignaꝉ heliu corū inſipientiam
arguit: ⁊ ſuam iactat prudentiam. Cap. XXXII.

A Omiſerūt aūt tres viri iſti rn̄dere Job: eo
ꝙ iuſtus ſibi videreꝉ. Et iratꝰ indignatuſ
 eſt heliu filius barachel buzites de co
gnatione rā. Iratꝰ eſt aūt aduerſuz Job:
eo ꝙ iuſtū ſe eſſe diceret corā deo. Porro
aduerſum amicos eius indignatus eſt eo
ꝙ nō inueniſſent reſpōſionē rationabilē ſed tm̄modo cōdē
naſſent Job. Igitur heliu expectauit ob loquētem eo ꝙ ſe
al's ꝉ ſe. niores † eſſent q loquebātur. Cū aūt vidiſſet ꝙ tres reſpon
al's ꝉ poſſent. dere nō † potuiſſent iratꝰ eſt vehemēter. Reſpōdēſ heliu
B filius barachel buzites dixit. Junior ſum tꝑe: vos aūt anti
quiores. Idcirco demiſſo capite veritus ſum vobis indica
re meā ſentētiam. Sperabā enī ꝙ etas ꝓlixior loqueretur:
Supra. 12. b. et annorū multitudo doceret ſapiētiam. Sed vt video ſpūs
eſt in hoibus: ⁊ inſpiratio omnipotētis dat intelligentiam.
C Non ſunt longeui ſapiētes nec ſenes intelligunt iudicium.
[...] ꝉ dico. Ideo † dicā: audite me: oſtēdam vobis etiā ego meā † ſapiē
[...] ꝉ ſcientiā. tiam. Expectaui enī ſermones veſtros: audiui † prudentiā
[...] ꝉ ſentētiā veſtrā. Donec † diſceptaremini ſermonibꝰ veſtris: ⁊ donec
[...] ꝉ diſcepta [...]. putabā vos aliquid dicere cōſiderabam. Sed vt video nō
eſt qui poſſit arguere iob: ⁊ reſpōdere ex vobis ſermonibꝰ
D eius Ne forte dicatis inuenimus ſapiētiā: deus ꝓiecit eum
nō homo. Nihil locutꝰ eſt mihi: ⁊ ego non ſm̄ ſermones ve
ſtros reſpōdebo illi. Extimuerūt: nec reſpōderūt vltra: ab
[...] ꝉ eloquia. ſtulerūt a ſe † eloquiū. Qm̄ igitur expectaui: ⁊ non ſunt
locuti: ſteterūt nec reſponderūt vltra: reſpōdebo ⁊ ego par
tem meā ⁊ oſtēdā ſciētiā meā. Plenꝰ ſum enī ſermonibus: ⁊
coartat me ſpūs vteri mei. En venter meus quaſi muſtum
abſ ſpiraculo qd lagūculas nouas dirūpit. Loquar ⁊ re
ſpirabo paulultum aperiā labia mea ⁊ reſpōdebo. Nō acci
piam ꝑſonā viri: et deū homini nō equabo. Neſcio enim ꝙ
diu ſubſiſtam: ⁊ ſi poſt modicum tollat me factor meus.

¶ C. S. De heliu qualiter deꝰ loquitur vt erudiat: incre
pet ⁊ propitiatur: ⁊ tribus vicibus operetur vbi quo de
incarnatione domini ꝓphetauit. Cap. XXXIII.

Audi igitur iob eloquia mea ⁊ oēs ſermo A
nes meos auſculta. Ecce aperui os meū
† loquaꝉ ligua mea in faucibꝰ meis. Sim
plici corde meo ſermones mei: ⁊ ſentētiā al's ꝉ loquitur
labia mea puraz loquenꝉ. Spūs dei fecit
me ⁊ ſpiraculū oīpotentis viuificauit me.
Si potes rn̄de mihi: ⁊ aduerſus faciē meā conſiſte. Ecce ⁊
me ſicut ⁊ te fecit deus: ⁊ de eodē luto ego q formatꝰ ſum.
Uerūtm̄ miraculū meū non te terreat: ⁊ † eloquentia mea al's ꝉ eloquia
nō tibi ſit † grauis. Dixiſti ergo in auribus meis: ⁊ vocem al's ꝉ ſint gra
verborum tuorū audiui. Mundꝰ ſuz ego ⁊ abſ delicto im uia.
maculatus ⁊ nō eſt iniquitas in me. Qr querelas i me rep B
perit: ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in ner Supra. 13. d.
uo pedes meos: cuſtodiuit oēs ſemitas meas. Hoc eſt er
go in quo nō eſt iuſtificatus. Rn̄debo tibi q: maior ſit deꝰ
homine. Aduerſus eum contendis qd non ad omnia verba
rn̄derit tibi. Semel † loquiꝉ deus ⁊ ſecundo idipſum non al's ꝉ loqueꝉ
repetit. Per ſomnium in viſione nocturna: quando irruit
ſopor ſuper homines: ⁊ dormiunt in lectulo. Tūc aperit au
res virorum: ⁊ erudiens eos inſtruit diſciplina: vt auertat C
hominem ab his que fecit: ⁊ liberet eum de ſuperbia eruēs
animam eius a corruptione: ⁊ vitam illius vt non tranſeat
in gladium. Increpat quo per dolorem in lectulo et om
nia oſſa eius marceſcere facit. Abomiābilis ei fit in vita ſua
panis: ⁊ anime illius cibus ante deſiderabilis: tabeſcet ca
ro eius: ⁊ oſſa que tecta fuerant nudabūtur. Appropinqua
bit corruptioni anima eius: ⁊ vita illius mortiferis. Si fue
rit pro eo angelus loquens † vnus de ſimilibus vt annun al's ꝉ vnuz de
ciet hominis equitatē: miſerebitur ⁊ eiꝰ dicet. Libera euz: ſimilibus.
vt non deſcendat in corruptionem. Inueni in quo ei propi
cier. Conſumpta eſt caro eius a ſupplicijs: reuertatur ad D
dies adoleſcentie ſue. Deprecabitur deum et placabilis ei
erit: ⁊ videbit faciem eius in iubilo ⁊ reddet homini iuſti
tiam ſuam. Reſpiciet homines ⁊ dicet. Peccaui ⁊ vere de
liqui: ⁊ vt eram dignus non recepit. Liberauit animā ſuaz
ne pergeret in interitum: ſed viuens lucē videret. Ecce hec
omnia operatur deus tribus vicibꝰ per ſingulos vt reuo
cet aias eorum a corruptione: et illuminet luce viuentium.
Attende iob et audi me: ⁊ tace dū ego loquor. Si autez ha
bes quid loquaris reſponde mihi. Loquere. Uolo enim te
apparere iuſtum. Quod ſi non habes audi me: tace ⁊ doce
bo te ſapientiam.

¶ Cap. Summarium. Laudat heliu equitatem dei: iuſti
tiam conſiderantem ⁊ vltionem increpat iob flagella.

Capitulum. XXXIIII.

Pronuncians ita heliu etiam hec locu A
tus eſt. Audite ſapientes v̄ba mea: ⁊ eru Supra. 2. b.
diti auſcultate me. Auris enī verba ꝓbat:
⁊ guttur eſcas guſtu diiudicat. Judicium
eligamus nobis: ⁊ inter nos videamꝰ qd
ſit melius: quia dixit Job iuſtꝰ ſum: et deꝰ
ſubuertit iudicium meum. In iudicando enim me menda
cium eſt: ⁊ violēta ſagitta mea abſ vllo peccō. Quis eſt vir
vt eſt Job qui bibit ſubſannationem quaſi aquam qui gra
ditur cum operantibus iniquitatem et ambulat cum viris
impijs: Dixit enim. Non placebit vir deo: etiam ſi curreri
cum eo. Ideo viri cordati audite me. Abſit a deo impietas:
et ab oīpotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei B
et iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. Uere enim deus non
condemnabit fruſtra: nec omnipotens ſubuertet iudicium.
Quem conſtituit alium ſuper terram: aut quem poſuit ſu
per orbem quem fabricatus eſt? Si direxerit ad eum cor
ſuum ſpiritum illius ⁊ flatum ad ſe trahet. Deficiet omnis
caro ſimul et homo in cinerem reuertetur. Si habes ergo
intellectum audi qd dicitur: ⁊ auſculta vocem eloquij mei.

alſ + ſanare. Nūquid q̄ non amat iudicium † ſanari pōt? Et quō tu eum
qui iuſtus eſt in tātum cōdēnas? Qui dixit regi apoſtata: q̄
vocat duces impios. Qui nō accipit perſonas principum:
nec cognouit tyrānum cū diſceptaret cōtra pauperē. Op⁹
C enim manuum eius ſunt vniuerſi. Subito morietur ⁊ in me
al + turbabūt dia nocte † turbabuntur ppl̄i ⁊ ptrāſibunt et auferēt violē
Supra. 31. a. tum abſq; manu. Oculi enim eius ſuper vias hominum: et
Prouer. 5. b. oēs greſſus eoꝝ cōſiderat. Non ſunt tenebre: ⁊ non eſt vm
bra mortis: vt abſcōdātur ibi q̄ operātur iniquitatē. Neq;
enim vltra in hoīs poteſtate eſt vt veniat ad deū in iudiciū.
Cōteret multos ⁊ innumerabiles: ⁊ ſtare faciet alios pro
eis. Nouit enī opera eoꝝ ⁊ idcirco inducet noctē ⁊ cōteren
tur. Quaſi impios percuſſit eos in loco videntium. Qui q̄ſi
de induſtria receſſerunt ab eo: ⁊ omnes vias eius intellige
re noluerunt: vt peruenire facerēt ad eum clamorem egeni:
D ⁊ audiret vocē pauperum. Ipſo enī cōcedente pacem: quis
alſ + ſtatum. eſt qui cōdēnet? Ex quo abſconderit vultum † quis eſt qui
8. q. 1. c. audacter. c. 1. l gl. in ver. poteſtas. contempletur eum? Et ſuper gentes ⁊ ſuper oēs homines
Qui regnare facit hominem hypocritā ꝑpter peccata po
alſ + ꝓhibeo. puli. Quia ergo ego locutus ſum ad deū te quoq; non † ꝓ
al + expectet. hibebo: Si erraui tu doce me. Si iniquitatem locutus ſuꝫ:
vltra non addam. Nūquid a te deus † expetit eam: quia di-
ſplicuit tibi? Tu enī cepiſti loqui: ⁊ nō ego. Qō ſi quid no-
ſti melius loquere. Uiri intelligentes loquantur mihi: ⁊ vir
ſapiens audiat me. Job aūt ſtulte locutus eſt: ⁊ verba illi⁹
nō ſonāt diſciplinam. Pater mi ꝓbetur iob vſq; ad finem.
alſ + addet. Ne deſinas ab homine iniquitatis: † qui addidit ſuper pec
alſ + cōſtringat cata ſua blaſphemiam. Inter nos interim † conſtringatur
⁊ tunc ad iudicium prouocet ſermonibus ſuis deum.

¶ Cap̄. Summa. Non deo ſed homini prodeſt aut nocet pietas aut impietas hominis: q̄ pro iuſto iudicio deus differt vindictam. Cap̄. XXXV.

A Igitur heliu hec rurſum locutus eſt. Nun
quid equa videt̄ tibi tua cogitatio vt dice
res: iuſtior ſum deo? Dixiſti enim. Nō ti-
bi placet qō rectū eſt vel quid tibi ꝓderit
B ſi ego peccauero? Itaq; ego rn̄debo ſer-
monibus ⁊ amicis tuis tecū. Suſpice celū
1. q. 4. c. hominis. et intuere: ⁊ cōtemplare ethera q̄ altior te ſit. Si peccaue-
ris q̄d ei nocebis? Et ſi multiplicate fuerint iniq̄tates tue
quid facies cōtra eū? Porro ſi iuſte egeris quid donabis
ei: aut quid de manu tua accipiet? Homini qui ſimilis eſt
alſ + iniq̄tas. tui nocebit † impietas tua: ⁊ filium hoīs adiuuabit iuſtitia
C tua. Propter multitudinem calūniatoꝝ clamabunt ⁊ eiula
bunt: propter vim brachij tyrānoꝝ. Et nō dixit vbi eſt deus
qui fecit me: qui dedit carmina in nocte. Qui docet nos ſu
alſ + erudiet. per iumēta terre ⁊ ſuper volucres celi † erudit nos. Ibi cla
D mabūt ⁊ non exaudiet propter ſuperbiam malorum. Non
ergo fruſtra audiet deus ⁊ oīpotēs cauſas ſinguloꝝ intue-
bitur. Etiam cum dixeris non conſiderat iudicare corā illo
⁊ expecta eum. Nunc enim non infert furorem ſuum: nec vl
ciſcitur ſcelus valde. Ergo iob fruſtra aperit os ſuū: ⁊ abſq;
ſcientia verba multiplicat.

¶ C. S. Dicit heliu ſecundo q̄ deus flagellat vt erudiat; tribulat vt ſaluet: q̄ Job humiliat vt timeat excelſum quem ei deſcribit. Cap̄. XXXVI.

A Addens quoq; heliu hec locut⁹ eſt. Suſti
ne me paululū: ⁊ indicabo tibi. Adhuc enī
habeo qō pro deo loquar. Repetā ſciētiā
meā a principio: ⁊ opatorē meum ꝓbabo
alſ + veri. iuſtū. † Uere enī abſq; mēdacio ſermōes
mei: ⁊ perfecta ſciētia ꝓbabitur tibi. De⁹
potentes non abijcit: cū ⁊ ipſe ſit potens: ſed non ſaluat im
alſ + aufert. pios: ⁊ iudiciū pauperibus tribuet. Non † auferet a iuſto
oculos ſuos ⁊ reges in ſolio collocat in perpetuum: et illic
eriguntur. Et ſi fuerint in cathenis ⁊ viciantur funib⁹ pau
pertatis: indicabit eis opera eorū ⁊ ſcelera eorum q̄ violē B
ti fuerunt. † Reuelabit q̄; aurē eoꝝ vt corripiat ⁊ loquetur alſ + rudiet.
vt reuertant̄ ab iniq̄tate. Si audierint ⁊ obſeruauerint cō
plebunt dies ſuos in bono ⁊ annos ſuos in gloria. Si aūt
non audierint trāſibunt per gladiū ⁊ conſument̄ i ſtultitia.
Simulatores ⁊ callidi prouocāt irā dei neq; clamabunt cū
vincti fuerit. Morient̄ in tempeſtate aīa eoꝝ: ⁊ vita eorū in-
ter effeminatos. Eripiet de anguſtia ſua pauperē: ⁊ reuela
bit in tribulatione aurez eius. Igitur ſaluabit te de ore an-
guſto latiſſime ⁊ non † habente fundamentuꝫ ſubter ſe. Re
quies aūt menſe tue erit plena pinguedine. Cauſa tua q̄ſi alſ + habētis C
impij iudicata eſt: cauſam iudiciumq; recipies. Non te er-
go ſuperet ira vt aliquē opprimas: nec multitudo † donoꝝ alſ + locum
inclinet te. Depone magnitudinē tuā abſq; tribulatione et
oēs robuſtos fortitudine. Ne ꝓtrahas noctē: vt aſcendant
populi pro eis. Caue ne declines ad iniquitatē. Hanc enim
cepiſti ſequi poſt miſeriā. Ecce deus excelſus in fortitudine
ſua: ⁊ nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. Quis poterit ſcru
tari vias eius: aut quis † audet ei dicere operatus es ini- alſ + poterit.
quitatē? Memēto q̄ ignores opus eius de quo † cecine- alſ + [illegible]
runt viri. Oēs hoīes vidēt eum: vnuſquiſq; intuetur procul.
Ecce deus magnus vincens ſciētiā noſtram. Numerus an
norū eius ineſtimabilis. Qui aufert † ſtillas pluuie ⁊ effun
dit imbres ad inſtar gurgitum qui de nubibus † fluunt: † alſ + ſtellas.
que protexerunt cuncta deſuper. Si voluerit extendere nu alſ + pluuie
bes quaſi tentorium ſuum ⁊ fulgurare lumine ſuo deſuper: alſ + pcreperunt.
cardines quoq; maris operiet. Per hec enim iudicat po-
pulos: ⁊ dat eſcas † multis mortalibus. In manibus abſcō alſ + cunctis
dit lucem: ⁊ precipitei vt rurſus adueniat. Annūciat de ea
amico ſuo q̄ poſſeſſio eius ſit ⁊ ad eam poſſit aſcendere.

¶ Cap̄. Summa. De predicatoribus deſignatis ꝑ nubes: ⁊ de predicatione per lucem ⁊ pluuias ⁊ q̄ deus enarrari non poteſt. Cap̄. XXXVII.

Super hoc expauit cor meū: ⁊ emotū eſt de A
loco ſuo. Audiet auditionē in terrore vo-
cis eius ⁊ ſonum de ore illius ꝓcedētem. † alſ + ſuper.
Subter oēs celos ipſe conſiderat ⁊ lumen
illius ſuper terminos terre. Poſt eum ru-
giet ſonitus: tonabit voce magnitudinis
ſue: ⁊ nō inueſtigabitur cū audita fuerit vox eius. Tonabit
deus in voce ſua mirabiliter: q̄ fecit magna ⁊ inſcrutabilia.
Qui precepit niui vt deſcendat † in terram ⁊ hyemis plu- alſ + ſuper.
uijs ⁊ imbri fortitudinis ſue. Qui in manu oīm hoīm ſignat
vt nouerint ſinguli opa ſua. Ingredietur beſtia latibulum
ſuum: ⁊ in antro ſuo morabitur. Ab interiorib⁹ egredietur B
tempeſtas ⁊ ab arcturo frigus. Flāte deo cōcreſcit gelu: ⁊
rurſum latiſſime funditur aque. Frumētū deſiderat nubes
et nubes ſpargunt lumē ſuum. Que luſtrāt cūcta ꝑ circuitū
quocūq; eas voluntas gubernantis duxerit ad omne qō
preceperit illis ſuper faciem orbis terrarum ſiue in vna tri-
bu ſiue in terra ſua: ſiue in quocumq; loco miſericordie ſue C
eas iuſſerit inueniri. Auſculta hec iob: ſta ⁊ cōſidera † mi- al + miracula
rabilia dei. Nunq̄d ſcis quando preceperit deus pluuijs:
vt oſtēderent lucē nubium eius? Nunq̄d noſti ſemitas nu-
bium magnas: ⁊ perfectas ſcientias? Nonne veſtimenta
tua calida ſunt: cum perflata fuerit terra auſtro? Tu forſitā D
cum eo fabricatus es celos: qui ſolidiſſimi quaſi ere fuſi
ſunt. Oſtende nobis quid dicamus illi. Nos quippe in-
uoluimur tenebris. Quis narrabit ei que loquor? Etiam ſi
locutus fuerit: homo deuorabitur: at nunc nō vident lucē.
Subito aer † cogetur in nubes: et ventus tranſiens fuga alſ + cogitur.
bit eas. Ab aquilone aurum † venit ⁊ † a deo formidoloſa alſ + veniet. alſ + ad deum
laudatio. Digne eum inuenire non poſſumus. Magnus
fortitudine ⁊ iudicio: ⁊ iuſticia: ⁊ enarrari nō poteſt. Ideo
timebunt eum viri ⁊ non audebunt contemplari omnes q̄
ſibi videntur eſſe ſapientes.

¶ C. Sum.

¶ C.S. Loquēs dñs ad iob ⁊ enarrās mirabilia que fe-
cit ab initio: pbat ꝙ nō ſit ſimilis ſibi. Cap.XXXVIII



A Eſpōdēs aūt dñs ad iob de turbine dixit.
Quis eſt iſte, inuoluēs ſniās ſermonibus
imperitis? Accinge ſicut vir lūbos tuos:
interrogabo te: ⁊ rñde mihi. Ubi eras qñ
ponebā fundamenta terre? Indica mihi ſi
habes intelligētiā. Quis poſuit mēſuras
eius ſi noſti: vel quis tetēdit ſup eā lineā? Sup quo baſes
illius ſolidate ſunt? Aut quis demiſit lapidem angularē ei⁹:
cum me laudarēt ſimul aſtra matutina: ⁊ iubilarēt oēs filij
B dei? Quis cōcludit oſtijs mare bene erūpebat quaſi de vul
ua procedēs cū ponerē nubem veſtimētum eius: ⁊ calligine
illud quaſi pānis infantie obuoluerē. Circūdedi illud ter-
minis meis: ⁊ poſui vectē ⁊ oſtia ⁊ dixi. Uſq; huc venies: et
al's + ſupereſt nō procedes amplius: ⁊ hic cōfringes tumētes fluct⁹ tuos
nunquid. † Nunqd poſt ortum tuū precepiſti diluculo: ⁊ oſtēdiſti au
roꝛe locū ſuū? Nūquid tenuiſti concutiens extrema terre ⁊
excuſſiſti impios ex ea? Reſtituetur vt lutum ſignaculum ⁊
ſtabit ſicut veſtimentum. Auferetur ab impijs lux ſua: ⁊ bra
al's + côteret. chiuz excelſum † cōfringet. Nunqd ingreſſus es † pfundū
al's + pfunda maris: ⁊ in nouiſſimis abyſſi deambulaſti? Nunqd aperte
ſunt tibi poꝛte moꝛtis: ⁊ oſtia tenebroſa vidiſti? Nūquid cō
C ſideraſti latitudinem terre? Indica mihi ſi noſti oīa in qua
via lux habitet ⁊ tenebrarū quis locus ſit: vt ducas vnūqdq;
ꝙ ad terminos ſuos: ⁊ intelligas ſemitas domus ei⁹. Scie
bas tunc ꝙ naſciturus eſſes ⁊ numerum dierum tuoꝛum no
ueras. Nūqd ingreſſus es theſauros niuis aut theſauros
grādinis aſpexiſti: que preparaui in tēpus hoſtis: ⁊ in diez
pugne ⁊ belli? Per quam viam ſpargitur lux: diuidit eſtus
ſuper terram? Quis dedit vehemētiſſimo imbri curſum: et
viam ſonātis tonitrui: vt plueret ſuper terram abſq; hoie
in deſerto vbi nullus moꝛtaliū cōmoꝛat: vt impleret inuiam
⁊ deſolatam ⁊ pduceret herbas virētes? Quis eſt pluuie
pater: vel quis genuit ſtillas roꝛis? De cuius vtero egreſſa
eſt glacies: ⁊ gelu de celo quis genuit? In ſimilitudinez la-
pidis aque durātur: ⁊ ſupficies abyſſi cōſtringit. Nūquid
coniungere valebis micantes ſtellas pliades: aut gyꝛum
arcturi poteris diſſipare. Nunquid producis luciferū in tē
D poꝛe ſuo: ⁊ veſperū ſuper fines terre cōſurgere facis? Nun-
quid noſti oꝛdinē celi: ⁊ pones rationē eius in terra? Nun-
al's + nebulas quid eleuabis in † nebula vocem tuam: ⁊ impetus aquarū
al's + reuerten operiet te? Nunquid mittes fulgura ⁊ ibūt: et † reuerten-
tia dicent tibi: aſſumus. Quis poſuit ī viſceribus hominis
al's + fundes ſapientiam vel quis dedit gallo intelligentiaz? Quis enar
tur. rabit celoꝛum rationem: ⁊ concentum celi quis doꝛmire fa-
ciet? Quando † fundabatur puluis in terra ⁊ glebe cōpin
gebātur? Nunquid capies leene predam: ⁊ animam catulo
rum eius implebis: quando cubant in antris ⁊ in ſpecubus
inſidiantur. Quis preparat coꝛuo eſcam ſuā quādo pulli eius
clamant ad deum † vagientes eo ꝙ non habeant cibos. Ps.146.
al's + vagiētes

¶ Cap. Summa. Enarrat dñs magnalia que fecit in ec-
cleſia: de leena et coꝛuo: de ibicibus ⁊ ceteris animalibus ⁊
auibus. Capitulum.XXXIX.

Unqnid noſti tempus partus ibicū in pe- A
tris vel parturientes ceruas obſeruaſti?
Dinumeraſti mēſes cōceptus earū: ⁊ ſci-
tur ſcelera: ⁊ iuſti ruinas eorũ videbũt. Erudi filium tuu; ⁊
refrigerabit te: ⁊ dabit delitias anime tue. Cum prophetia
defecerit diſſipabitur populus: qui vero cuſtodit lege; bea
tus eſt. Seruus verbis non poteſt erudiri: q; qd dicis in-
telligit ⁊ reſpondere contẽnit. Vidiſti hominem velocẽ ad
loquẽdum: ſtultitia magis ſperãda eſt q̃ illius † correctio. al's + correptio
Qui delicate a pueritia nutrit ſeruum ſuũ poſtea ſentiet eũ
cõtumacẽ. Vir iracũdus prouocat rixas ⁊ qui ad indignã- D Job.22.b.
dum facilis eſt erit ad peccãdum procliuior. Superbũ ſeq
tur humilitas: ⁊ humilẽ ſpiritu ſuſcipiet gloria. Qui cum fu
re participat odit animã ſuã: ⁊ adiurãtem audit ⁊ non indi
cat. Qui timet hominem cito corruet: qui ſperat in dño ſub
leuabitur. Multi requirunt faciem principis ⁊ iudicium a
dño egreditur ſingulorum. Abominantur iuſti virum im-

pium: ⁊ abominãtur impii eos qui in recta ſunt via. † Ver
Als nõ habet bum cuſtodiens filius: extra perditionem erit.
+ verbum vi ¶ C.S. De chriſti aſcẽſione. de deſcenſu eius ad iudiciũ.
ꝑerit. de ſermone dñi ignito. de amouendis paupertate ⁊ diui-
tijs. de quatuor generibus hominum. de filiabus ſanguiſu
ge. de tribus inſaturabilibus. de oculo effodiendo. de tribꝰ
difficilibus ⁊ quartum penitus ignoro. de tribus mouenti
bus terram: ⁊ quartũ penitus nõ poteſt ſuſtinere. de qua-
tuor minimis ſuper terram: de tribus bene gradientibus ⁊
quarto feliciter incedente. Cap. XXX.
A Erba congregãtis filij vomẽtis. Viſio quã
locutus eſt vir cuz quo eſt deus: ⁊ qui deo
ſecum morante confortatus ait. Stultiſſi-
mus ſum virorum: ⁊ ſapientia hominũ nõ
eſt mecum. Non didici ſapiẽtiã ⁊ noui ſciẽ
tiam ſctõꝝ. Quis aſcẽdit in celum atq; de
Ps. 18. ſcendit? Quis cõtinuit ſpiritũ in manibus ſuis? Quis col-
Apoc. viii. d. ligauit aquas quaſi in veſtimento? Quis ſuſcitauit omnes
terminos terre? Qđ nomẽ eſt eius: ⁊ qđ nomẽ filij eiꝰ ſi no
ſti? Omnis ſermo dei ignitus clypeus eſt oĩbus ſperãtibꝰ
in ſe. Ne addas quicq̃ verbis illius: ⁊ arguaris inueniariſ
q; mẽdax. Duo rogaui te ne deneges mihi antequã moriar.
4.q.3.§.item. Vanitatem ⁊ verba mẽdacij longe fac a me. Mendicitatẽ
B ⁊ diuitias ne dederis mihi. Tribue tñ victui meo neceſſa-
ria: ne forte ſatiatus illiciar ad negandum ⁊ dicam: quis
eſt dñs aut egeſtate compulſus furer: ⁊ periurem nomen
dei mei. Ne accuſes ſeruum ad dñm ſuum: ne forte maledi-
cat tibi ⁊ corruas. Generatio q̃ patri ſuo maledicit: ⁊ que
matri ſue nõ benedicit. Generatio que ſibi mũda videtur:
⁊ tamẽ nõ eſt lota a ſordibus ſuis. Generatio cuius excelſi
ſunt oculi: ⁊ palpebre eius in alta ſurrecte. Generatio que
pro dentibꝰ gladios habet ⁊ cõmãdit molaribus ſuis vt co
C medat inopes de terra ⁊ pauperes ex hominibus. Sãgui-
Supra. 17. c. ſuge due ſunt filie dicentes: affer affer. Tria ſunt inſaturabi
lia: ⁊ quartũ qđ nũq̃ dicit ſufficit. Infernus ⁊ os vulue: et
terra que nõ ſatiatur aqua: ignis vero nunq̃ dicit ſufficit.
Oculum qui ſubſannat patrem ⁊ qui deſpicit partum ma-
al's + effodiãt tris ſue. † ſuffodiãt eum corui de torrentibus ⁊ comedant
12.q.1.c.1. eum filie aquile. Tria ſunt difficilia mihi: ⁊ quartum penitꝰ
De ꝑſump. c. ignoro. Viam aquile in celo: viam colubri ſuper petram: viã
ex ſtudus i gl. nauis in medio mari: ⁊ viã viri in † adoleſcentia. Talis eſt
al's + adoleſcẽ ⁊ via mulieris adultere que comedens ⁊ tergens os ſuum
tula. dicit. Non ſum operata malum. Per tria mouetur terra: ⁊
quartum non poteſt ſuſtinere. Per ſeruum cuz regnauerit
per ſtultum cum ſaturatus fuerit cibo: ⁊ per odioſam mulie
rem cum in matrimonio fuerit aſſumpta: ⁊ per ancillam cuz
Supra. 6. a. fuerit heres domine ſue. Quatuor ſunt minima terre: ⁊ ipa
D ſunt ſapientiora ſapientibus. Formice populus infirmus:
9.q.8. qui preparat in meſſe cibum ſuum. Lepuſculus plebs inua
lida: qui collocat in petra cubile ſuum. Regem locuſta non
Al's + ſtillio. habet: ⁊ egreditur vniuerſa ꝑ turmas ſuas. † Stellio ma-
als + nõ habz nibus nititur: ⁊ moratur in edibus † regis. Tria ſunt q̃ bñ
regis. gradiuntur: ⁊ quartũ quod incedit feliciter. Leo fortiſſimꝰ
beſtiarum: ad nullius pauebit occurſuz. Gallus ſuccinctus
lumbos ſuos: ⁊ aries: nec eſt rex qui reſiſtat ei: ⁊ qui ſtultus
apparuerit poſtq̃ eleuatus eſt in ſublime. Si enim intelle-
Di. 44. c. de- xiſſet ori ſuo impoſuiſſet manum. Qui autem fortiter pre-
niq. mit vbera ad eliciendum lac: exprimit butyrum: ⁊ qui vehe-
De pe. di. 1. c. menter † emungit elicit ſanguinem: ⁊ qui prouocat iras ꝓ-
ſerpens in ſi. ducit diſcordias.
Al's + emũgit ¶ C.S. De regibus ne ſint dediti mulieribꝰ ⁊ vino vt iu-
ſte iudicent. de muliere forti. de ſctã eccleſia. Cap. XXXI.
A Erba ſamuelis regis. Viſio qua erudiuit eũ ma
ter ſua. Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mei:
quid dilecte votorum meorum? Ne dederis mu
lieribus ſubſtantiam tuam: ⁊ diuitias tuas ad
delendos reges. Noli regibus o ſamuel noli regibus da-
re vinum: quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. Ne
forte bibãt ⁊ obliuiſcantur iudiciorum: ⁊ mutent cauſam fi
liorum pauperis. Date ſiceram merentibus et vinum his
qui amaro ſunt animo. Bibant ⁊ obliuiſcantur egeſtatis
ſue: ⁊ doloris eius non recordentur amplius. Aperi os tuum
muto: ⁊ cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt. Aperi B
os tuum: decerne quod iuſtum eſt: ⁊ vindica inopem: ⁊ pau
perem. Aleph. Mulierem fortem quis inueniet? Procul:
⁊ de vltimis finibus precium eius. Beth. Cõfidit in ea cor
viri ſui: ⁊ ſpolijs non indigebit. Gimel. Reddet ei bonum
⁊ non malum: omnibus diebus vite ſue. Deleth. Queſiuit
lanam ⁊ linum ⁊ operata eſt conſilio manuum ſuarum. He.
Facta eſt quaſi nauis inſtitoris: de longe portans panem
ſuum. Vau. Et de nocte ſurrexit deditq; predam domeſti-
cis ſuis: ⁊ cibaria ancillis ſuis. Zai. Conſyderauit agrum
⁊ emit eum de fructu manuum ſuarum plantauit vineam.
Heth. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: ⁊ roborauit bra- C
chium ſuũ. Thet. Guſtauit ⁊ vidit quoniam bona eſt nego
ciatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Ioth.
Manum ſuam miſit ad fortia: ⁊ digiti eius apprehende-
runt fuſum. Caph. Manum ſuam aperuit inopi: ⁊ palmas
ſuas extendit ad pauperem. Lamech. Non † timebit do- als + time
mui ſue a † frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius Al's + frig
veſtiti ſunt duplicibus. Mem. Stragulatam veſtem fecit nimis.
ſibi: byſſus ⁊ purpura indumẽtũ eiꝰ. Nun. Nobilis in por-
tis vir eius: quãdo ſederit cũ ſenatoribus terre. Samech.
Syndonem fecit ⁊ vendidit. ⁊ cingulũ tradidit chananeo.
Ayn. Fortitudo ⁊ decor indumentum eius: ⁊ ridebit in die
nouiſſimo. Phe. Os ſuum aperuit ſapientie: ⁊ lex clemen- D
tie in lingua eius. Sade. Conſyderauit ſemitas domus ſue
⁊ panem otioſa comedit. Coph. Surrexerunt filij eius et
beatiſſimam predicauerunt: vir eius ⁊ laudauit eam. Res.
Multe filie congregauerũt diuitias: tu ſupergreſſa es vni
uerſas. Sin. Fallax gratia ⁊ vana eſt pulchritudo: mulier
timens dominuz ipſa laudabitur. Thau. Date ei de fructu
manuum ſuarum: ⁊ laudent eam in portis opera eius.

¶ Explicĩunt prouerbia Salomonis.

¶ Incipit ꝓlogus ſancti Hieronymi in li
brum Eccleſiaſten.

N Emini me ante hoc ferme quinquẽnio cũ
adhuc Rome eſſem: ⁊ Eccleſiaſten ſancte
Bleſille legerem. vt eam ad contemptuz
mundi huius prouocarem: et omne quod
in mundo cerneret: putaret eſſe pro nihi-
lo: rogatus ab ea: vt in morem commenta
rioli: obſcura queq̃ diſſererem: vt abſq; me poſſet intelli-
gere que legebat. Itaq; quoniam in procinctu noſtri ope
ris ſubita morte ſubtracta eſt: et vbi non meruimus o pau
la et euſtochium: talem vite noſtre habere conſortem: tan-
to vulnere tunc percuſſus obmutui: et nunc in Bethleem
poſitus: anguſtiore videlicet ciuitate: et illius memorie: et
vobis reddo quod debeo. Hoc breuiter admonens quod
nullius autoritatem ſecutus ſum: ſed de hebreo transferẽs
† maxime ſeptuaginta interpretum conſuetudini me coa- Als +
ptaui. In his duntaxat que non multum ab hebraicis diſ-
crepabant. Interdum aquile quoq; ⁊ ſymmachi ⁊ theodo
tionis recordatus ſum: vt nec nouitate nimia lectoris ſtu-
dium deterrerem: nec rurſum contra conſcientiam meam:
fonte veritatis omiſſo: opinionem riuulos conſectarer.

¶ Explicit prologus ſancti Hieronymi.

¶ Incipit



Incipit liber Eccliaſtes ꝗ ab hebreis coeleth appellaꝛ

E.Sum.De vanitate ſeculi:de curioſis diſputationi⸗
bus ⁊ auariciam literarum oſtendit eſſe vanitatem ⁊ affli⸗
ctionem ſpiritus. Cap.I.

A
fra.12.c.
e pe.diſ.2.c.
ali.
.2.c. in ec⸗
cleſiaſtico.
fra.3.b.

VErba Eccleſiaſtes
filij dauid regis hierlm:vanitas vanitatū:
dixit eccleſiaſtes:vanitas vanitatū: ⁊ oīa
vanitas. Quid habet amplius homo de vni
uerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? Ge
neratio preterit ⁊ generatio aduenit:terra aūt in eternum
ſtat. Oꝛit ſol: ⁊ occidit: ⁊ ad locum ſuum reuertitur:ibiqꝫ re⸗
naſcēs gyrat p meridiē: ⁊ flectitur ad aquilonē. Luſtrans
vniuerſa in circūitu pergit ſpūs: ⁊ in circulos ſuos reuerti
tur. Oīa flumina intrāt in mare: ⁊ mare nō redūdat. Ad lo
cū vñ exeunt flumina reuertuntur vt iterū fluant. Cuncte res
difficiles:non pōt eas hō explicare ſermone. Non ſaturatur
oculus viſu:nec auris auditu impletur. Quid eſt qd fuit? Ip
ſum quod futurum eſt. Quid eſt qd factū eſt? Ipm qd fa⸗
ciendū eſt. Nihil ſub ſole nouum:nec valet quiſq̄ dicere ec
ce hoc recens eſt. Jam em̄ preceſſit in ſeculis que fuerūt an
te nos: Nō eſt priorꝫ memoria:ſed nec eorꝫ quidem ꝗ poſt⸗
ea futura ſunt erit recordatio apud eos ꝗ futuri ſunt in no
uiſſimo. Ego eccleſiaſtes † fui rex iſrael in hierlm: ⁊ propo⸗
ſui in animo meo querere ⁊ inueſtigare ſapienter de oībus
que fiunt ſub ſole. Hanc occupationem peſſimā dedit deus
filijs hominum vt occuparentur in ea. Uidi que fiunt cūcta
ſub ſole: ⁊ ecce vniuerſa vanitas ⁊ afflictio ſpiritus. Peruer
ſi difficile corriguntur: ⁊ ſtultorum infinitus eſt numerus.
Locutus ſum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus
ſum ⁊ preceſſi omnes ſapientia qui fuerunt ante me in hie⸗
ruſalem: ⁊ mens mea cōtemplata eſt multa ſapiēter ⁊ didici
dediqꝫ cor meum vt ſcirem prudentiam atqꝫ doctrinam: er
roreſqꝫ ⁊ ſtultitiam. Et agnoui ꝙ in his quoqꝫ eſſet labor ⁊
afflictio ſpiri. ..s:eo ꝙ in multa ſapientia multa ſit indigna
tio ⁊ qui addit ſcientiam:addit ⁊ † dolorem.

B
uer.27.c.
cle.14.c.
e pe.di. 4.c.
homo.

C

D

+qui.
diſti.§. ſed
tra.

+labores

C.S.Qd in affluentia delitiarum in ſupuacuis edifi⸗
cijs ⁊ diuitijs ſit vanitas. Ca.II.

A
+ego.
pen.diſt.3.
tum.

DIxi † ergo in corde meo. Uadam ⁊ affluam deli
cijs ⁊ fruar bonis. Et vidi ꝙ hoc quoqꝫ eſſet vani⸗
tas. Riſum reputaui errorem: ⁊ gaudio dixi.
Quid fruſtra deciperis? Cogitaui i corde meo
abſtrahere a vino carnem meam:vt animum meum trāſfer⸗
rem ad ſapientiā:deuitaremqꝫ ſtultitiam donec viderē qd
eſſet vtile filijs hoim:quo facto opus eſt ſub ſole numero die
rū vite ſue. Magnificaui opa mea. Edificaui mihi domos:
⁊ plantaui vineas feci hortos ⁊ pomeria ⁊ cōſeui ea cuncti
generis arboribus: ⁊ extruxi mihi piſcinas aquarū vt irriga
rem ſyluā lignorꝫ germinantiū. Poſſedi ſeruos ⁊ ancillas
multāqꝫ familiā habui. Armēta qꝫ ⁊ magnos ouiū greges:
vltra oēs ꝗ fuerunt añ me in hierlm. Coaceruaui mihi ar⸗
gentū ⁊ aurū ⁊ ſubſtantias regum ⁊ puinciarū. Feci mihi
† cantores ⁊ cantatrices ⁊ delitias filiorꝫ hoim:cyphos:et
† urceolos in miniſterio ad vina fundenda: ⁊ ſupergreſſus
ſum opibus oēs qui ante me fuerunt in hierlm. Sapientia
quoqꝫ perſeuerauit mecum: ⁊ omnia ꝗ deſyderauerūt ocu⸗
li mei nō negaui eis:nec prohibui cor meum quin omni vo
luptate frueretur ⁊ oblectaret ſe in his que preparaueram. Et
hanc ratus ſum partem meam;ſi vterer labore meo. Cūqꝫ
me conuertiſſem ad vniuerſa opera que fecerant manus mee
⁊ ad labores in quibus fruſtra ſudaueram:vidi in omnibus
vanitatem ⁊ afflictionem animi: ⁊ nihil permanere ſub ſole
Tranſiui ad contemplandam ſapientiam erroreſqꝫ ⁊ ſtulti⸗
tiam. Quid eſt inq̄ homo vt ſequi poſſit regem factorē ſuū
Et vidi ꝙ tantum precederet ſapientia ſtultitiam:q̄tū dif⸗
fert lux a tenebris. Sapientis oculi in capite eius ſtultus in
tenebris ambulat. Et didici quod vnus † vtriuſqꝫ eſſet in⸗
teritus. Et dixi in corde meo. Si vnus ⁊ ſtulti ⁊ meus occa
ſus erit:quid mihi prodeſt ꝙ maiorem ſapientie dedi ope⸗
ram? Locutuſqꝫ cum mente mea:animaduerti ꝙ hoc qꝫ
eſſet vanitas. Non enim erit memoria ſapientis ſimiliter:
vt ſtulti in perpetuum: ⁊ futura tempora obliuione cuncta
pariter operient. Moritur doctus ſimiliter vt indoctus: ⁊
idcirco teduit me vite mee:videntem mala vniuerſa eſſe ſub
ſole: ⁊ cuncta vanitatem ⁊ afflictionem ſpiritus. Rurſus
deteſtatus ſum omnem induſtriam meam:qua ſub ſole ſtu
dioſiſſime laboraui:habiturus heredem poſt me quē igno
ro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit:et dominabitur in
laboribus meis quibus deſudaui ⁊ ſollicitus fui. Et eſt ꝗc
quam tam vanum? Unde ceſſaui renunciauitqꝫ cor meum
vltra laborare ſub ſole. Nam cum alius laboret in ſapien⸗
tia ⁊ doctrina ⁊ ſollicitudine homini otioſo queſita dimit⸗
tit. Et hoc quoqꝫ vanitas ⁊ magnum malum. Quid enim
proderit homini de vniuerſo labore ſuo ⁊ afflictione ſpiri⸗
tus pro qua ſub ſole cruciatus eſt? Cuncti dies eius do⸗
loribus ⁊ erumnis pleni ſunt: nec per noctem mēte requie
ſcit. Et hoc nonne vanitas eſt? Nonne melius eſt come⸗
dere et bibere et oſtendere anime ſue bona de laboribus
ſuis? Et hoc de manu dei eſt. Quis ita deuorabit et di⸗
uitijs affluet vt ego? Homini bono in conſpectu ſuo de⸗
dit deus ſapientiam:et ſcientiam et letitiam: peccatori au⸗
tem dedit afflictionem ⁊ curam ſuperfluam:vt addat ⁊ cō
greget et tradat ei qui placuit deo. Sed ⁊ hoc vanitas eſt
et caſſa ſollicitudo mentis.

B
Als+ cātato
res.
Als+ vrceos

C
De cōſe.di.4.
c.ꝙ accepiſti.
De ſacra vnc.
c.vnic.

Als+ vtriuſqꝫ.

D

Infra.3.d.

Capituli Summarium. Quod omnia tempus habēt
⁊ ſuis vicibus tranſeunt ⁊ quod vnus interitus eſt homi⸗
nis ⁊ iumentorum. Capitulum.III.

A

OMnia tempus habent: ⁊ ſuis ſpacijs trāſ
eunt vniuerſa ſub celo. Tempus naſcen⸗
di:et tempus moriendi. Tempus plantan
di:et tempus euellendi quod plantatum
eſt. Tempus occidendi:et tempus ſanan⸗
di. Tempus deſtruendi; et tempus edi⸗
ficandi. Tempus flendi: et tempus ridendi. Tempus plā
gendi ⁊ tp̄s ſaltādi. Tp̄s ſpargēdi lapides: ⁊ tp̄s colligen⸗
di. Tp̄s amplexādi: ⁊ tp̄s longe fieri † ab amplexibus. Tē⸗
pus acquirendi: ⁊ tp̄s perdendi. Tēpus cuſtodiendi: ⁊ tp̄s
abijciēdi. Tēpus ſcindendi. ⁊ tempus conſuendi. Tempus
tacendi: ⁊ tempus loquendi. Tempus dilectionis ⁊ tem⸗
pus odij. Tempus belli ⁊ tempus pacis. Quid habet am⸗
plius homo de labore ſuo? Uidi afflictionem quam de⸗
dit deus filijs hominum:vt diſtendantur in ea. Cuncta fe
cit bona in tēpore ſuo: ⁊ mūdum tradidit diſputationi eo⸗

Als+ a cōple
xibus.
36.di.ca. ecce.
B
Supra.1.a.

Infra eodem rum vt nõ inueniat homo opus qḋ operat⁹ eſt de⁹ ab initio
C vſq̧ ad finẽ. Et cognoui ꝙ non eſſet melius niſi letari. ⁊ fa-
cere bene in vita ſua. Omnis enĩ homo q̇ comedit et bibit
et videt bonũ de labore ſuo: hoc donum dei eſt. Didici ꝙ
oĩa opera que fecit deus perſeuerẽt in perpetuũ. Non poſ
ſumus eis quicq̄ addere nec auferre q̄ fecit deus vt timeať
Qḋ factũ eſt ipſum ꝑmanet. Que futura ſunt iam fuerunt
⁊ deus inſtaurat qḋ abijt. Uidit ſub ſole in loco iudicij im-
pietatẽ ⁊ in loco iuſtitie iniquitatẽ. Et dixi in corde meo.
D Juſtum ⁊ impium iudicabit dñs: ⁊ tp̄s oĩs rei tunc erit. Di
xi in corde meo de filijs hoĩm vt ꝓbaret eos deus ⁊ oſtẽde-
r⁹.q.2.in eccleſiaſtico. ret ſimiles eſſe beſtijs. Idcirco vnus interitus eſt hoĩs: et
iumẽtorũ ⁊ equa vtriuſq̧ conditio. Sicut moriť hõ ſic ⁊ il-
la moriunť. Siĺr ſpirãt oĩa ⁊ nihil hʒ homo iumẽto ampli⁹
Al's + reuertetur. Cuncta ſubiacẽt vanitati: ⁊ oĩa pergunt ad vnuʒ locũ. De
terra facta ſunt: ⁊ in terram pariter † reuertunť. Quis no-
Supra eodeʒ. uit ſi ſpirit⁹ filioꝝ adam aſcendat ſurſum. ⁊ ſi ſpirit⁹ iumen-
torum deſcendat deorſum? Et deprehendi nihil eſſe meli⁹
q̄ letari hominem in opere ſuo: ⁊ hanc eſſe partem illius.
Quis enim eum adducet: vt poſt ſe futura cognoſcat?

¶ C. S. Conſyderãs calũniã pauperũ malorum inſidias
ſtultorũ otia: laborẽ ⁊ cõgregationem eius q̇ ſolus eſt in eo
inuenit vanitatẽ ⁊ afflictionẽ: de ſocietate ⁊ funiculo tripli
ci: de rege ſtulto: de puero paupere ⁊ ſapiente: de ſecundo
adoleſcẽte .ſ. antichriſto: de obedientia. Capi. IIII.

A Verti me ad alia ⁊ vidi calũnias que ſub ſo
le gerunť: ⁊ lachrymas innocẽtiũ ⁊ neminẽ
cõſolatorẽ: nec poſſe reſiſtere eoꝝ violẽtie:
cũctorũ auxilio deſtitutos. Et laudaui ma
gis mortuos q̄ viuẽtes: ⁊ feliciorẽ vtroq̧
iudicaui qui necdũ nat⁹ eſt: nec vidit mala
B que ſub ſole fiũt. Rurſuʒ cõtemplat⁹ ſum oẽs labores hoĩʒ:
et induſtrias aĩaduerti patere inuidie proximi. Et in hoc
7.q.1.c.factus ergo vanitas ⁊ cura ſupflua eſt. Stult⁹ cõplicat man⁹ ſuas
⁊ comedit carnes ſuas dicens. Melior eſt pugillus: cũ re-
quie: q̄ plena vtraq̧ manus cũ labore ⁊ afflictione animi.
Conſyderãs repperi ⁊ aliaʒ vanitatẽ ſub ſole. Unus eſt et
C ſecũdũ nõ habet: non filiũ nõ fratrẽ: ⁊ tñ laborare non ceſ-
ſat: nec ſatianť oculi eius diuitijs: nec recogitat dicẽs. Cui
Di.91.c.in olibus. laboro ⁊ fraudo aĩam meam bonis? In hoc q̄ vanitas eſt
⁊ afflictio peſſima. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul q̄ vnũ
7.q.1.c.illud de ſta.mo.c.2. habent enĩ emolumentũ ſocietatis ſue. Si vnus ceciderit
ab altero fulcieť. Ue ſoli: q: cũ ceciderit non habet ſubleua
tem ſe. Et ſi dormierint duo fouebunť mutuo. Un⁹ q̃o ca-
De treug.c.1. leſiet? Et ſi quiſpiam preualuerit cõtra vnum: duo reſiſtũt
D ei. Funiculus triplex difficile rumpiť. Melior eſt puer pau
per ⁊ ſapiens rege ſene ⁊ ſtulto: qui neſcit ꝓuidere in poſte
rum. Qḋ de carcere cathenĩſq̧ interduʒ quis egrediať ad
regnum ⁊ alius natus in regno inopia conſumať. Uidi cun
ctos viuentes qui ambulant ſub ſole: cũ adoleſcente ſecun
1.reg.15.c. do qui cõſurget ꝓ eo. Infinitus numerus eſt populi oĩm q̇
1.q.1.c.ſciendũ fuerunt ante eum: ⁊ qui poſtea futuri ſunt nõ letabunť i eo.
Sed ⁊ hoc vanitas ⁊ afflictio ſpũs. Cuſtodi pedem tuum
ingrediens domũ dei: ⁊ appropinqua vt audias. Multo
enĩ melior eſt obedientia q̄ ſtultoꝝ victime: qui neſciũt q̄d
faciunt mali.

¶ C. S. De nõ loquẽdo temere corã deo: de voto reddẽ-
do: de non excuſando peccõ: de nõ negãda dei ꝓuidẽtia: de
non miranda malorum potẽtia: de auaro nõ impleto: de ſa-
turitate diuitijs: de filio ipſius. Capi. V.

A Ne temere q̄d loquaris neq̧ cor tuũ ſit ve
lox ad ꝓferendũ ſermonẽ coraʒ deo. De⁹
enĩ in celo ⁊ tu ſuper terrã: idcirco ſint pau
ci ſermones tui. Multas curas ſequũtur
ſomnia ⁊ multis ſermonibus inueniť ſtul
titia. Si quid vouiſti deo: ne moreris red
dere. Diſplicet enĩ ei infidelis ⁊ ſtulta ꝓmiſſio. Sed qḋcũ-
q̧ voueris redde. Multoq̧ melius eſt non vouere: q̄ poſt
votũ promiſſa non reddere. Ne dederis os tuum vt pecca Eccle.5.
B re facias carnem tuam: neq̧ dicas coram angelo nõ eſt pro
uidentia: ne forte iratus domin⁹ contra ſermones tuos diſ
ſipet cuncta opera manuum tuarũ. Ubi multa ſunt ſomnia
plurime ſunt vanitates ⁊ ſermones innumeri. Tu vero deũ
time. Si videris calumnias egenorum ⁊ violenta iudicia
⁊ ſubuerti iuſtitiam in prouincia: non mireris ſuper hoc ne
gotio: quia excelſo excelſior eſt alius: ⁊ ſup hos quoq̧ emi
nentiores ſunt alij: ⁊ inſuper vniuerſe terre rex imperat ſer 14.q.4.c.quid dicā.47.di.c. ſicut hi.
uienti. Auarus non implebitur pecunia: ⁊ q̇ amat diuitias
fructum non capiet ex eis. Et hoc ergo vanitas. Ubi mul-
C te ſunt opes: multi † ⁊ qui comedunt eas. Et quid prodeſt al's + nõ hʒ i
poſſeſſori niſi ꝙ cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis eſt ſom
nus operanti ſiue parum ſiue multum comedat: ſaturitas Job.20.a.
autem diuitis non ſinit eum dormire. Eſt ⁊ alia infirmitas
peſſima quam vidi ſub ſole. Diuitie conſeruate in malũ do-
mini ſui. Pereunt enim in afflictione peſſima. Generauit
filiuʒ qui in ſumma egeſtate erit. Sicut egreſſus eſt nudus
de vtero matris ſue: ſic reuertetur: ⁊ nihil auferet ſecum de Job.1.b.
labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas. Quomodo ve
D nit ſic reuertetur. Quid ergo prodeſt ei ꝙ laborauit in ven Supra.2.
tum? Cunctis diebus vite ſue comedit in tenebris ⁊ in cu-
ris multis: ⁊ in erumna atq̧ triſtitia. Hoc itaq̧ viſum eſt
mihi bonũ vt comedat quis ⁊ bibat ⁊ fruatur letitia ex la-
bore ſuo quo laborauit ipſe ſub ſole numero dieruʒ vite ſue
quos dedit ei deus: ⁊ hec eſt pars illius. Et omni homini
cui dedit deus diuitias atq̧ ſubſtantiam: poteſtatemq̧ ei
tribuit vt comedat ex eis ⁊ fruatur parte ſua ⁊ letetur in la
bore ſuo: hoc eſt donum dei. Non enĩ ſatis recordabiť die
rum vite ſue: eo ꝙ deus occupet delitijs cor eius.

¶ Capituli Summarium. De diuite qui neſcit vti bonis
⁊ de eo qui ſepultura caret ꝙ peior eſt abortiuo: de differẽ
tia ſtulti ⁊ ſapientis: de aduentu chriſti in carnem: de iudi-
cio: de comparatione detractionis ad morſum ſerpentis.

Capitulum. VI.

A Eſt ⁊ aliud malum qḋ vidi ſub ſole: ⁊ q̇deʒ
frequens apud homines. Uir cui dedit
deus diuitias ⁊ ſubſtãtiam ⁊ honorẽ: ⁊ ni
hil deeſt anime ſue ex oĩbus q̇ deſyderat:
nec tribuit ei poteſtatẽ deus vt comedat
ex eo: ſed homo extraneus vorabit illud.
B Hoc vanitas ⁊ magna miſeria eſt. Si genuerit quiſpiã cẽ
tum liberos: ⁊ vixerit multos annos ⁊ plures dies etatis
habuerit ⁊ anima illius non vtatur bonis ſubſtantie ſue: ſe
pulturaq̧ careat: de hoc ego ꝓnuncio ꝙ melior illo ſit ab-
ortiuus. Fruſtra enĩ venit ⁊ pergit ad tenebras ⁊ obliuiõe
C delebitur nomen eius. Non vidit ſolem neq̧ cognouit di-
ſtantiam boni ⁊ mali: etiam ſi duobus milibus annis vixe-
rit: ⁊ nõ fuerit perfruitus bonis. Nonne ad vnum locuʒ ꝓ-
perant oĩa. Omnis labor hoĩs in ore eius: ſed anima eius
non implebitur † bonis. Quid habet amplius ſapiens a al's + non hʒ bonis.
D ſtulto: ⁊ quid pauper niſi vt pergat illuc vbi eſt vita? Me-
li⁹ eſt videre qḋ cupias: q̄ deſyderare qḋ neſcias. Sʒ ⁊ hoc
vanitas eſt ⁊ preſumptio ſpũs. Quis futurus eſt iam voca
tum eſt nomen eius: ⁊ ſcitur ꝙ homo ſit: ⁊ non poſſit cõtra
fortiorem ſe in iudicio contendere. Uerba ſunt pluria mul-
tamq̧ in diſputando habentia vanitatem.

¶ C. S. De non querendo maiora ⁊ altiora q̄ ſtatum ho
minis deceant: de quibuſdam melioribus ⁊ magis eligen-
dis: de ira vitanda: de die mala precauenda: de nimia iuſti-
tia ſapientie: de non attendendo ad cunctos ſermones: de
inuentione mulieris morte amarioris: ꝙ nemo reperitur
liber a morte ⁊ a peccato preter vnum .ſ. chriſtum: qui ſolus
bonus eſt. Cap. VII.

Quid

A Quid neceſſe eſt homini maioꝛa ſe querere: cum ignoꝛat q̄d cōducat ſibi in vita ſua: numero dierū pegrinationis ſue: ⁊ tpe q̄ velut vmbꝛa pterierit. aut quis ei poterit indicare q̄d poſt eū futurum ſub ſole ſit? Melius eſt nomen bonū q̄ vnguenta pcioſa: ⁊ dies moꝛtis die natiuitatis. Melius eſt ire ad domū luctus q̄ ad domū conuiuij. In illa eñi finis cunctoꝝ admonetur hoim: ⁊ viuens homo cogitat quid futurū ſit. Melioꝛ eſt ira riſu: q2 per triſtitiā vultus coꝛrigiť anim⁹ delinquētis. Coꝛ ſapientiū vbi triſtitia eſt: ⁊ coꝛ ſtultoꝝ vbi letitia.

B Melius eſt a ſapiente coꝛripi: q̄ ſtultoꝝ adulatione decipi: q2 ſicut ſonitus ſpinaꝝ ardentiū ſub olla: ſic riſus ſtulti. Sed ⁊ hoc vanitas. Calumnia conturbat ſapientē: ⁊ perdet robur coꝛdis eius. Melioꝛ eſt finis † oꝛationis q̄ principiū. Melioꝛ eſt patiens arrogāte. Ne ſis velox ad iraſcēdum: q2 ira i ſinu ſtulti requieſcit. Ne dicas. Quid putas cauſe eſt q̄ ppꝛioꝛa tpa melioꝛa fuere q̄ nūc ſunt? Stulta eſt huiuſcemodi interrogatio. vtilioꝛ eſt ſapientia cū diuitijs ⁊ magis prodeſt videntibus ſolem. Sicut eñi protegit ſapientia: ſic protegit pecunia. Hoc aūt plus habēt eruditio ⁊ ſapientia: q̄ vitam tribuunt poſſeſſoꝛi ſuo.

C Conſidera opera dei q̄ nemo poſſit coꝛrigere quē ille deſpexerit. In die bona fruere bonis: ⁊ malam diē pcaue. Sicut eñi hanc ſic ⁊ illā fecit deus vt nō inueniat homo contra eum iuſtas querimonias. Hec q̄ vidi in diebus vanitatis mee. Iuſt⁹ perit in iuſtitia ſua: ⁊ impius multo viuit tpe in malicia ſua. Noli eſſe iuſtus multū: neq3 plus ſapias q̄ neceſſe eſt. Ne obſtupeſcas: ne impie agas multū: ⁊ noli eſſe ſtultus ne moriaris in tempoꝛe non tuo. Bonum eſt te ſuſtētare iuſtū ſed ⁊ ab illo ne ſubtrahas manū tuā: q2 q̄ timet deum nihil negligit. Sapientia cōfoꝛtauit ſapiētē ſup decē principes ciuitatis. Nō eſt eñi hō iuſtus in terra q̄ faciat bonū ⁊ nō peccet. Sed cunctis ſermonibus qui dicuntur ne accōmodes coꝛ tuum: ne foꝛte audias ſeruum tuum maledicentem tibi. Scit eñi ꝯſciētia tua: q2 ⁊ tu crebꝛo maledixiſti alijs.

D Cūcta tētaui in ſapientia. Dixi ſapiens efficiar: ⁊ ipſa longius receſſit a me multomagis quā erat. Et alta pꝛofunditas: q̄s inueniet eā? Luſtraui vniuerſa aīo meo vt ſcirem: ⁊ conſiderarem ⁊ quererem ſapientiam ⁊ rationem: ⁊ vt cognoſcerem impietatem ſtulti: ⁊ erroꝛem impꝛudentium. Et inueni amarioꝛem moꝛte mulierē. q̄ laque⁹ venatoꝝ eſt ⁊ ſagena coꝛ eius: vincula ſunt manus illi⁹. Qui placet deo effugiet illam: qui aūt peccatoꝛ eſt capieť ab illa. Ecce hoc inueni dixit eccleſiaſtes: vnum ⁊ alterum vt inuenirē rationē quam adhuc querit anima mea ⁊ non inueni. Virū de mille vnū reppeꝛi: mulierem ex oībus non inueni. Solummodo hoc inueni q̄ fecerit deus hoiem rectū: ⁊ ipſe ſe infinitis miſcuerit queſtionibus. Quis talis vt ſapiēs eſt? Et quis cognouit ſolutionem verbi?

¶ C.S. De cognitione ſapientis: de oꝛe regis obſeruādo: q̄ ſpūs non pōt phiberi: de domino hoīs cōtra malum ſuum: de perpetratione peccatoꝛum: q̄ multi merita cōtraria recipiunt: q̄ deus non ſtatim punit cum homo peccat: q̄ querens rationem vniuerſoꝛum non inuenit: de iuramento deo facto. Cap. VIII.

A Sapientia hoīs lucet in vultu eius: ⁊ potē tiſſim⁹ faciē illi⁹ ꝯmutabit. Ego os regis obſeruo ⁊ precepta iuramēti dei. Ne feſtines recedere a facie eius: neq3 pmaneas in ope malo: q2 oē q̄ voluerit faciet: ⁊ ſermo illius ptāte plenus eſt. Nec dicere ei quiſq̄ pōt quare ita facis. Qui cuſtodit p̄ceptū nō experietur q̄cq̄ mali.

B Tps ⁊ reſponſione coꝛ ſapientis intelligit. Omni negocio tps eſt: ⁊ oppoꝛtunitas: ⁊ multa hoīs afflictio quia ignarat p̄terita † futura nullo ſcire pōt † nūcio. Nō eſt in hoīs ptāte phibere ſpm̄: nec h3 ptātem in die moꝛtis nec ſinitur q̄eſcere ingruente bello: neq3 ſaluabit impietas ipium. Omnia hec ꝯſideraui ⁊ dedi coꝛ meū in cunctis opib⁹ q̄ fiunt ſub ſole. Interdum dn̄ať hō hoi in malū ſuū. Vidi ipios ſepultos: q̄ etiā cū † adhuc viuerēt i loco ſcō erāt ⁊ laudabāť in ciuitate quaſi iuſtoꝝ operū. S3 ⁊ hoc vanitas eſt.

C Etenim q2 nō pfer cito ꝯtra malos ſnīa: abſq̄ timoꝛe vllo filij hoiū ppetrāt mala. At tñ pctōꝛ ex eo q̄ cēties facit malū ⁊ per patiētiā ſuſtētať: ego cognoui q̄ erit bonū timētib⁹ deū q̄ verenť faciē ei⁹. Nō ſit bonū impio nec plongētur dies eius ſ3 quaſi vmbꝛa trāſeant: q̄ nō timēt faciē dn̄i. Et eſt alia vanitas: q̄ fit ſup terrā. Sūt iuſti quib⁹ † multa pueniūt quaſi opa egerit ipioꝝ: ⁊ ſunt impij q̄ ita ſecuri ſunt quaſi iuſtoꝝ facta habeāt. S3 ⁊ hoc vaniſſimū iudico.

D Laudaui igiť letitiā q̄ nō eſſet hoi bonū ſub ſole: niſi q̄ comederet ⁊ biberet atq3 gauderet ⁊ hoc ſolū ſecū auferret de laboꝛe ſuo oībus dieb⁹ vite ſue: quos dedit eis deus ſub ſole: ⁊ appoſui coꝛ meū vt ſcirē ſapiētiā ⁊ intelligerē † diſſentionē q̄ verſať in terra. Eſt hō qui diebus ⁊ noctib⁹ ſumnū nō capit oculis. Et intellexi q̄ oīm operū dei nullā poſſit hō inuenire rōnē eoꝝ que fiunt ſub ſole: ⁊ quanto plus laboꝛauerit ad q̄rendū tanto minus inueniat. Etiam ſi dixerit ſapiēs ſe noſſe non poterit reperire. Omnia hec tractaui in coꝛde meo. vt curioſe intelligerem.

¶ C.S. De cognitiōe ſapiētis q̄ nemo ſcit an amoꝛe vel odio ſit dignus: de medicina vite: de inſtantia operandi: q̄ nullus eſt bonus a ſemetipſo: q̄ nullus homo ſcit finem ſuū de magna ſapientia viri pauperis qui peccat in vno perdit multa bona. Cap. IX.

A Sunt iuſti atq3 ſapientes ⁊ opa coꝝ in manu dei. Et tñ neſcit hō vtrum amoꝛe an odio dignus ſit ſed oīa in futurū ſeruanť incerta eo q̄ vniuerſa eq̄ eueniant iuſto ⁊ impio: bono ⁊ malo: mundo ⁊ immūdo: imolāti victimas ⁊ ſacrificia cōtēnenti. Sicut bon⁹ ſic ⁊ pctōꝛ: vt periur⁹ ⁊ ille ita q̄ verū deierat. Hoc eſt peſſimū inter oīa q̄ ſub ſole ſiūt. q2 eadē cūctis eueniūt ⁊ coꝛda filioꝝ hoīm impleňť malicia ⁊ cōtēptu in vita ſua ⁊ poſt hec ad inferos deducenť.

B Nemo eſt q̄ ſemper viuat: ⁊ q̄ huius rei habeat fiduciam. Melioꝛ eſt canis viu⁹ leōe moꝛtuo. Viuentes eñi ſciunt ſe eſſe moꝛituros: moꝛtui vero nihil nouerūt āplius: nec habēt vltra mercedē: q2 obliuiōi tradicta eſt memoꝛia eoꝝ. Amoꝛ q̄3 ⁊ odiū ⁊ inuidie ſimul perierūt: nec habēt partē in h̄ ſeculo ⁊ i opere q̄ ſub ſole geritur. Vade ergo: ⁊ comede in letitia panē tuū: ⁊ bibe cum gaudio vinū tuum q2 deo placent opa tua. Omni tempoꝛe ſint veſtimenta tua candida ⁊ oleum de capite tuo non deficiat.

C Perfruere vita cum vxoꝛe quā diligis cunctis dieb⁹ vite inſtabilitatis tue: qui dati ſunt tibi ſub ſole omni tēpoꝛe vanitatis tue. Hec eſt eñi pars i vita ⁊ in laboꝛe tuo: quo laboꝛas ſub ſole. Q̄dcūq3 facere pōt man⁹ tua inſtāter opare q2 nec opus nec rō nec ſapiā: nec ſcientia erunt apud inferos: quo tu pꝛoperas. Verti me † ad aliud ⁊ vidi q̄ ſub ſole nec velociū eſſe curſum nec foꝛtium bellum: nec ſapientium panē: nec doctoꝛum diuitias. nec artificium gratiam: ſ3 tps caſumq3 in omnibus. Neſcit hō finē ſuū: ſed ſicut piſces capiunť hamo ⁊ aues laqueo cōpꝛehēdunť: ſic capiunť homines in tpe malo cū eis ex tēplo ſuperuenerit.

D Hanc q̄3 ſub ſole vidi ſapientiā ⁊ pbaui maximam. Ciuitas parua: ⁊ pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus ⁊ vallauit eā extruxitq3 munitiones per gyrum ⁊ perfecta eſt obſidio. Inuentuſq3 eſt in ea vir pauper ⁊ ſapiens: ⁊ liberaui vrbē per ſapientiam ſuam: ⁊ nullus deinceps recoꝛdatus eſt hominis illius pauperis. Et dicebam ego melioꝛ eſſe ſapientiam foꝛtitudine. Q̄ūo ergo ſapientia pauperis cōtēpta eſt ⁊ vba ei⁹ nō ſunt audita? Verba ſapientiū audiunť in ſilentio pl⁹ q̄ clamoꝛ pꝛincipis inter ſtultos. Melioꝛ eſt ſapientia q̄ arma bellica ⁊ q̄ in vno peccauerit multa bona pdet

Marginalia: Prouer.22.a. — pulchꝛa ſimi(litu)do. — ...+ verbi — ...7.f. item ...itur. — ...+ c. piece — ...ec.vi.i.c.a. ...ma. — ...3.e. ...6.g. — ...17.b. — ...9. ...dif.3.c. — ...+ vetera iudicio ...ſtulto. — ii.q.3.c. ... per totum. — Alſ + aduiuerent. — ii.q.3.c. paup. — Alſ + mala. — Alſ + diſtinctionem. — alſ + afflictionem. — ii.q.2.c. ſacerdotes — alſ + alia — Sapi.6.a.

¶ C.S. De muſcis morientibus: de corde ſapiētis ⁊ ſtul-
ti: de reſiſtēdo tēptationib⁹: de exaltatione ſtulti ⁊ ſerui: q2
malicia in ipſuȝ redit. de verbis ſtulti ⁊ rege puero: de rege
nobili: ꝙ pigritia deſtruit bona: ꝙ pecunie obediunt oīa: ⁊
ꝙ oijs non eſt detrahendum. Capi. X.

A Uſce morientes perdunt ſuauitatē vnguēti. Pre
cioſior eſt auro ſapientia paruaqȝ gloria ad tē-
pus ſtultitia. Cor ſapiētis in dextera eius ⁊ cor
ſtulti in ſiniſtra illius: Sed ⁊ in via ſtultus ābu-
lans: cuȝ ipſe inſipiēs ſit oēs ſtultos exiſtimat. Si ſpūs po
teſtatem habentis aſcenderit ſup te: locū tuū ne dimiſeris:
q2 curatio faciet ceſſare pctā maxima. Eſt ⁊ maluȝ qd vidi
ſub ſole: quaſi per errorē egrediens a facie principis. Poſi
B tū ſtultum in dignitate ſublimi: ⁊ diuites ſedere deorſum.
Uidi ſeruos ī equis ⁊ principes ambulātes ſup terrā qua-
ſi ſeruo. Qui fodit foueam incidet in eam: ⁊ qui diſſipat ſe-
Prouer.26.D. Eccle.27.D. pem: mordebit eum coluber. Qui transfert lapides affligē-
tur in eis. Et qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis. Si re-
tuſum fuerit ferrum: ⁊ hoc non vt prius: ſed hebetatum fue
rit multo labore exacuetur: ⁊ poſt induſtriam ſequetur ſa-
C pientia: Si mordeat ſerpens in ſilentio nihil eo minus ha-
bet qui occulte detrahit. verba oris ſapientis gratia: ⁊ la-
bia incipientis precipitabunt eum. initium verborum: eius
ſtultitia: ⁊ nouiſſimum oris illius error peſſimus. Stultus
verba multiplicat. Ignorat homo quid ante ſe fuerit: ⁊ qd
poſt ſe futurum ſit: qs ei poterit indicare. Labor ſtultorum
D affliget eos qui neſciunt in vrbē pergere. Ue tibi terra cui⁹
rex puer eſt: ⁊ cuius principes mane comedūt: Beata ter-
ra cuius rex nobilis eſt: ⁊ cui⁹ principes veſcunt in tempo
re ſuo ad reficiendū: ⁊ nō ad luxuriā. In pigritijs humilia
Als+ad ridē um. bitur contignatio: ⁊ in infirmitate manuum pſtilabit dom⁹
Als+auis celi portabit. † In riſu faciunt panē ⁊ vinū vt epulētur bibentes. Et pe
cunie obediunt omnia. In cogitatione tua regi non detra
Als+habet. has: et in ſecreto cubiculi non maledixeris diuiti: quia et
Als+annunciabit. † [illegible] celi portabunt vocem tuam: ⁊ qui † habēt pēnas †
[illegible]bunt ſententiam.

¶ C.S. De doctrina ſeminanda: de imutabilitate iudicij:
A de memorando iudicio: ⁊ a iuuentute bene fac. Ca. XI.
Als+partem Itte panē tuum ſuper tranſeūtes aquas
q2 poſt tempora multa inuenies illū. Da †
partes ſeptē: necnō ⁊ octo: q2 ignoras qd
B futurū ſit mali ſuper terrā. Si replete fue-
rint nubes imbrē ſuper terrā effundēt. Si
ceciderit lignum ad auſtrum aut ad aqlo-
nem in quocūqȝ loco ceciderit ibi erit. Qui obſeruat ven-
tum non ſeminat: ⁊ q conſyderat nubes nunqȝ metet. Quō
ignoras que ſit via ſpiritus ⁊ qua ratione compingantur
oſſa in ventre pregnantis: ſic neſcis opera dei qui fabrica-
C tor eſt omnium. Mane ſemina ſemen tuū: ⁊ veſpere ne ceſ-
Di.1.c.eccleſia ſticatum. ſet manus tua quia neſcis quid magis oriaſ hoc aut illud
⁊ ſi vtrūqȝ ſimul melius erit. Dulce lumen ⁊ delectabile eſt
oculis videre ſolem Si ānis multis vixerit homo ⁊ in his
D omnibus letus fuerit meminiſſe debet tenebroſi temporis
Als+non hȝ multorum. ⁊ dierum † multorum: qui cū venerit vanitatis arguentur
preterita. letare ergo iuuenis in adoleſcentia tua ⁊ in bo-
no ſit cor tuum in diebus iuuentutis tue: ⁊ ambula in vijs
cordis tui: ⁊ intuitu oculorum tuorum: ⁊ ſcito ꝙ pro omni-
bus his adducet te deus in iudiciuȝ. aufer iram a corde tuo
⁊ amoue maliciam a carne tua. Adoleſcentia enim et volu-
ptas vane ſunt.

¶ Capituli Summarium. De auferēda ira a corde: de me
moria creatoris in iuuentute: qualiter ratio ⁊ ſenſus ⁊ oīa
hominis mutanſ loquens ſub diuerſis ſimilitudinibus: cō
cludit ꝙ homo factus eſt vt ſeruiat deo: ⁊ ideo pro omni er
rato ducetur in iudicium homo ſiue bonum: ſiue malū ſit.
Capitulum. XII.

Emento creatoris tui in diebus iuuentutis tue
A antequā veniat tps afflictiōis tue: ⁊ appropinquēt
anni de quibus dicas non mihi placent. Antequā
tenebreſcant ſol ⁊ lumen et ſtelle et luna: ⁊ reuer-
tantur nubes poſt pluuiam. Quando cōmouebunſ cuſto-
B des domus: ⁊ mutabunſ viri fortiſſimi ⁊ocioſe erūt molen
tes ī minuto numero: ⁊ tenebreſcent videntes p foramina: ⁊
claudent oſtia in platea in humilitate vocis molentes ⁊ cō
ſurgent ad voceȝ volucris ⁊ obſurdeſcet oēs filie carminis
Excelſa quoqȝ timebunt ⁊ formidabunt in via florebit amigda
lus: impinguabitur locuſta: ⁊ diſſipabiſ capparis. Qm ibit
C homo in domū eternitatis ſue: ⁊ circū ibunt in platea plā-
gentes. Antequā rumpaſ funiculus argenteus ⁊ recurrat vi
ta aurea ⁊ cōteraſ hydria ſup fontē ⁊ confringaſ rota ſup ci-
ſternā: ⁊ reuertaſ puluis in terrā ſuā vn̄ erat. ⁊ ſpūs redeat
ad deū q dedit illū. Uanitas vanitatū dixit eccleſiaſtes ⁊ oia Supra.1.a.
D vanitas: Cumqȝ eſſet ſapiētiſſimus eccleſiaſtes docuit pplm
⁊ enarrauit q fecerat: ⁊ inueſtigās cōpoſuit parabolas mul-
tas. Queſiuit verba vtilia ⁊ cōſcripſit ſermōes rectiſſimos
ac veritate plenos. Uerba ſapiētiū ſicut ſtimuli ⁊ quaſi cla per ſo. [illegible]
ui in altū defixi: q per magiſtrorū cōſiliū data ſunt a paſto- phe.de.[illegible]
re vno. his amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures li Di.1.in p[illegible]
bros null⁹ eſt finis: frequenſqȝ meditatio carnis afflictio Di.c.omn[illegible]
eſt Finē loquendi pariter omnes audiamus. Deū time et
mādata † eius obſerua. Hoc eſt oīs hō † cūcta q fiūt addu Als+[illegible]
cet de⁹ in iudiciū p omni errato: ſiue bonū ſiue malū ſit. Als+[illegible] cta.

¶ Explicit liber Eccleſiaſtes.



¶ † Incipiunt cantica canticorum. Als+ad canticum.

¶ Uox optantis xpi aduentum.

A De ſac. [illegible] vnico. Sculetur me oſculo
oris ſui: q2 meliora ſunt vbera tua vino fra
grātia vnguētis optimus. Oleū effuſuȝ no
Als+[illegible] mē tuū: ideo adoleſcentule dilexerūt te. †
(Uox eccl'ie ad xpm.) Trahe me poſt te.
Infra.2.a. B Curremꝰ ī odoreȝ vnguētoꝝ tuoꝝ. (Uox ſpōſi ad adoleſcē
tulas.) introduxit me in ſellaria ſua: Exultabim⁹ ⁊ eletabi
mur in te: memores vberū tuoꝝ ſup vinū. recti diligunt te
(Uox eccleſie ī pſſuris. (Nigra ſuȝ ſed formoſa filie hierlm
ſicut tabernacula cedar ſicut pelles ſalomōis nolite me cō
ſiderare ꝙ fuſca ſim: q2 decolorauit me ſol. (Uox ſinago-
ge) Filij matris mee pugnauerunt cōtra me. poſuerūt me
cuſtodē in vineis. Uiniam meā nō cōſtodiui. (Uox eccl'ie
ad xpm. (Indica mihi quē diligit aīa mea: vbi paſcas: vbi
cubes in meridie: ne vagari incipiam poſt greges ſodaliū
Als+pul[illegible] C tuorum. (Uos chriſti ad eccleſiaȝ·) Si ignoras te o † pul
cherrima inter mulieres: egredere ⁊ abi poſt veſtigia gre-
gum

gum tuoꝝ: ⁊ paſce edos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Equitatui meo in curribꝰ pharaonis aſſimilaui te amica mea: pulchre ſunt gene tue ſicut turturis: collũ tuum ſicut monilia. (Vox amicoꝝ.) Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. (Vox eccleſie.) Dum eſſet rex in accubitu ſuo: nardus mea dedit odorẽ ſuũ. Faſciculꝰ myrrhe dilectus meꝰ mihi: inter vbera mea cõmorabit̃. Botrꝰ cipri dilectus meus mihi: ĩ vineis engaddi. (Vox xp̄i ad eccleſiã.) Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui colũbaꝝ. (Vox eccleſie ad xp̄m.) Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decorus. Lectulus noſter floridus: tigna domoꝝ noſtraꝝ cedrina: laquearia noſtra cypreſſina. Ca.II.

¶ Vox chriſti.

Ego flos cãpi ⁊ liliũ cõuallũ. Sicut lilium iter ſpinas: ſic amica mea iter filias. (Vox eccl'ie.) Sicut malꝰ inter ligna ſiluaꝝ: ſic dilectus meꝰ iter filios. Sub vmbra illius quem † deſiderauerã ſedi: ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me † rex in cellã vinariã: ordinauit in me caritatẽ. Fulcite me floribꝰ ſtipate me malis: q: amore lãgueo. Leua eiꝰ ſub capite meo ⁊ dextera illiꝰ amplexabit̃ me. (Vox xp̄i.) Adiuro vos filie hieɫm p capreas ceruoſq; cãpoꝝ: ne ſuſcitetis neq; euigilare faciatis dilectã † donec ipſa velit. (Vox eccl'ie.) Vox dilecti mei. Ecce iſte venit ſaliẽs in mõtibus trãſiliens colles. Similis eſt dilectꝰ meꝰ capree: hynnuloq; ceruoꝝ. En ipſe ſtat poſt parietẽ noſtrũ: † reſpiciẽs p feneſtras: proſpiciẽs per cancellos. En dilectꝰ meꝰ loquit̃ mihi. (Vox xp̄i) Surge ppera amica mea: colũba mea: formoſa mea: ⁊ veni. Iam enĩ hyẽms trãſijt, imber abijt ⁊ receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra: tp̄s putatiõis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Ficus protulit groſſos ſuos. Vinee florentes dederũt odorẽ † ſuũ. Surge propera amica mea: ſpecioſa mea ⁊ veni: colũba mea in foraminibus petre in cauerna macerie. Oſtende mihi faciẽ tuã: ſonet vox tua in auribus meis. Vox eñ tua dulcis: ⁊ facies tua decora. (Vox aduerſus hereſes.) Capite nobis vulpes paruulas que demoliuntur vineas. Nã vinea noſtra floruit. (Vox eccleſie.) Dilectus meus mihi ⁊ ego illi: qui paſcitur inter lilia donec aſpiret dies ⁊ inclinentur vmbre. Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capree hynnuloq; ceruorum ſuper mõtes † bethel. Capi.III

¶ Vox eccleſie electe de gentibus.

In lectulo meo p noctes q̃ſiui quẽ diligit aĩa mea. Queſiui illũ ⁊ nõ inueni. Surgã ⁊ circũibo ciuitatẽ p vicos ⁊ plateas q̃raꝫ quẽ diligit aĩa mea. Queſiui illũ: ⁊ nõ inueni. Inuenerunt me vigiles: q̃ cuſtodiũt ciuitateꝫ. (Eccleſia de xp̄o dicit.) Nũ quẽ diligit aĩa mea vidiſtis? Paululũ cũ pertranſiſſem eos inueni quẽ diligit aĩa mea. Tenui eũ nec dimittã donec introducã illũ in domũ matris mee: ⁊ ĩ cubiculũ genitricis mee. (Vox xp̄i.) Adiuro vos filie hieɫm p capreas ceruoſq; cãpoꝝ: ne ſuſcitetis: neq; euigilare faciatis dilectã donec ip̄a velit. (Synagoga de eccl'ia.) Que eſt iſta que aſcẽdit per deſertũ: ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris ⁊ vniuerſi pulueris pigmẽtarij. (Vox eccleſie.) En lectulũ ſalomonis ſexagita fortes ambiũt ex fortiſſimis iſrael oẽs tenentes gladios ⁊ ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſq; enſis ſup femur ſuum: propter timores nocturnos. Ferculum fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani. Colũnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum aſcenſum purpureum media caritate conſtrauit propter filias hieɫm. (Vox eccl'ie de xp̄o.) Egredimini filie ſyon ⁊ videte regem ſalomonem in diademate quo coronauit illuꝫ mater ſua in die † deſpõſationis illius: ⁊ in die letitie cordis eius. Ca.IIII.

¶ Vox xp̄i.

Quam pulchra es amica mea q̃ pulchra es. Oculi tui colũbarũ: abſq; eo q̃ intrinſecꝰ latet. Capilli tui ſicut greges caprarum q̃ aſcẽderunt de monte galaad. Dẽtes tui ſicut greges tõſarũ q̃ aſcẽderũt de lauacro. Oẽs gemellis fetibus ⁊ ſterilis nõ eſt inter eas. Sicut vita coccinea labia tua ⁊ eloquiũ tuum dulce. Sicut fragmẽ mali punici: ita gene tue abſq; eo q̃ intrinſecus latet. Sicut turris dauid collũ tuũ q̃ edificata eſt cũ propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea: oĩs armatura fortiũ. Duo vbera tua ſicut duo hynnuli capree gemelli: q̃ paſcunt̃ ĩ lilijs donec aſpiret dies ⁊ inclinent̃ vmbre. (Spõſus ad ſemetipſum.) Vadã ad mõtem myrrhe: ⁊ ad collem thuris. (Vox xp̄i ad eccleſiã.) Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nõ eſt in te. Veni de libano ſponſa mea: veni de libano: veni coronaberis: de capite amana: de vertice ſanyr ⁊ hermon: de cubilibus leonum: de montibus pardorum. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa vulneraſti cor meuꝫ in vno oculorum tuorum: ⁊ in vno crine colli tui. Quaꝫ pulchre ſunt mamme tue ſoror mea ſponſa. Pulchriora † ſunt vbera tua vino: ⁊ odor vnguentorum tuorum ſuper oĩa aromata. Fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel ⁊ lac ſub lingua tua: ⁊ odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: ortus concluſus fons ſignatus. Emiſſiones tue paradiſus malorum punicorũ cũ pomorum fructibus. Cypri cum nardo: nardus ⁊ crocus fiſtula ⁊ cynamomum cum vniuerſis lignis libani: myrrha et aloe cum omnibus primis vnguẽtis. Fons ortorum puteꝰ aquarum viuentium que fluũt impetu de libano. (Chriſtus gentes conuocat.) Surge aquilo ⁊ veni auſter perfla ortũ meũ ⁊ fluẽt aromata illius. Ca.V.

¶ Eccleſia de xp̄o dicit.

Veniat dilectus meus in ortum ſuũ † vt comedat fructũ pomoꝝ ſuoꝝ. (Chriſtus ad eccl'am dicit.) Veni in ortum meum ſoror mea ſponſa: † meſſui myrrhã meã cum aromatibꝰ meis. Comedi fauũ cuꝫ melle meo ⁊ bibi vinũ meum cũ lacte meo. (Chriſtus ad apoſtolos dicit.) Comedite amici ⁊ bibite ⁊ inebriamini chariſſimi. (Vox eccl'ie.) Ego dormio ⁊ cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulſantis. Aperi mihi ſoror mea: amica mea: columba mea immaculata mea quia caput meum plenum eſt rore: ⁊ cincinni mei guttis noctium. (Vox ſponſe) Expoliaui me tũica mea: qũo induar illa. Laui pedes meos qũo inquinabo illos. (Vox eccl'ie de xp̄o.) Dilectꝰ meꝰ miſit manum ſuam per foramen: ⁊ vẽter meus intumuit ad tactum eius. Surrexi † vt aperirem dilecto meo. Manus mee ſtillauerũt myrrham: † ⁊ digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo at ille declinauerat atq; tranſierat. Anima mea liquefacta eſt: vt dilectus locutus eſt. Queſiui ⁊ non inueni illum: vocaui et non reſpondit mihi. Inuenerunt me cuſtodes qui circumierunt ciuitatem. Percuſſerunt me: ⁊ vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum cuſtodes murorum. Adiuro vos filie hieruſalem: ſi inueneritis dilectum meum: vt nuncietis ei: quia amore langueo. (Vox ſynagoge.) Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto: o pulcherrima mulierum? Qualis eſt dilectus tuꝰ ex dilecto: quia ſic adiuraſti nos. (Vox eccleſie de chriſto.) Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus electus ex milibus. Caput eius aurum optimum. Come eius ſicut elate † palmarum: nigre quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbe ſuper riuulos aquarum que lacte ſunt lote et reſident iuxta fluenta pleniſſima. Gene illius ſicut areole aromatum conſite a pigmentarijs. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. Manus illius tor-

Margin notes: 33.q.5.c. nõ eſt noſtrũ in glo. Infra.6.b. — B — C — Al's + non h3 ſunt. — D — 24.q.1.c.olbꝰ. — A — al's. + et. — Al's + miſcui. — Ihere.25.c. — Diſt.6.in ſumma. — B — Al's + perire. al's nõ h3 + et — C — ſupra.2.⁊.3.b. Infra.8.a — Al's non h3 + palmarum. 36.diſt. c.ecce

natiles aurec: plene hyacinthis. Uēter eius eburneꝰ diſtinctus ſaphiris. Crura illius columne marmoree: q̄ fundate ſunt ſup baſes aureas. Spēs eius vt libani: electꝰ vt cedri. Guttur illiꝰ ſuauiſſimū: ⁊ totꝰ deſiderabilis. Talis eſt dilectus meus. ⁊ ipſe eſt amicus meꝰ filie hierlm. Capit. VI.

A

Vox ſynagoge ad eccleſiam.

Quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierū? quo declinauit dilectꝰ tuus? Et queremus eū tecum. (Vox eccl'ie.) Dilectus meꝰ deſcēdit in ortū ſuū ad areolā † aromatū vt ibi paſcatur in

als † aromatis.

ortis ⁊ lilia colligat. Ego dilecto meo ⁊ dilectus meus mihi: qui paſcitur inter lilia. (Vox chriſti ad eccleſiā.) Pulchra es amica mea: ſuauis et decora ſicut hierlm: terribilis

B

als † greges.

vt caſtrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me: q2 ipſi me auolare fecerunt. Capilli tui ſicut † grex capratū q̄ apperuerūt de galaad. Dentes tui ſicut greges ouium que

Supra.4.a. 3.reg.11.a

aſcenderunt de lauacro. Oēs gemellis fetibꝰ: ⁊ ſterilis nō eſt in eis. Sicut cortex mali punici: ſic gene tue abſq3 occultis tuis. Sexaginta ſunt regine ⁊ octoginta concubine: et

C

54.q.1.c.loquitur.c.oibus.c.pudenda De cōſe.di.4.c.aliud eſt.

adoleſcentularū nō eſt numerꝰ. Una eſt colūba mea pfecta mea: vna eſt matri ſue: electa genitrici ſue. viderunt eā filie ſyon ⁊ beatiſſimā predicauerūt: regine ⁊ cōcubine laudauerunt eā. Que eſt iſta q̄ progreditur quaſi aurora ꝯſurgēs:

D

Infra.8.a.

pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. (Vox eccleſie ad ſinagogā.) Deſcendi in ortum nucum vt viderē poma cōuallium: ⁊ inſpicerem ſi floruiſſet vinea ⁊ germinaſſent mala punica. (Vox ſynagoge.) Neſciui. Anima mea ꝯturbauit me propter quadrigas aminadab. (Vox eccleſie ad ſynagogā.) Reuertere reuertere ſunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te. Cap. VII.

A

Vox chriſti de ſynagoga.

Quid videbis in ſunamite: niſi choros caſtrorū? (Vox xpi ad eccl'am). Q̄ pulchri ſunt greſſus tui in calciamētis filia principis. Iūcture feminū tuorū ſicut monilia: q̄ fabricata ſunt manu artificis. Umbilicus

B

tuus crater tornatilis: nunq̄ indigens poculis. Uēter tuus ſicut aceruus tritici: vallatus lilijs. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capree. Collū tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcine in eſebon q̄ ſunt

Di.49.c.huic etenim. als † vincta.

in porta filie multitudinis. Naſus tuus ſicut turris libani que reſpicit cōtra damaſcū. Caput tuum vt carmelus: ⁊ come capitis tui ſicut purpura regis † iuncta canalibus. Q̄

C

pulchra es ⁊ q̄ decora chariſſima in delitijs. Statura tua aſſimilata eſt palme: ⁊ vbera tua botris. (Vox ſpōſi de ſancta cruce.) Dixi aſcendam in palmam ⁊ apprehendā fructꝰ eiꝰ. (Vox ſpōſi de ſponſa.) Et erunt vbera tua ſicut botri vinee: et odor oris tui ſicut odor malorū. Guttur tuum ſicut vinū optimū. (Eccleſia de xpo dicit. Dignum dilecto meo

D

ad potandū: labijſq3 ⁊ dētibꝰ illiꝰ ad ruminandū. (Sponſa de ſpōſo.) Ego dilecto meo ⁊ ad me cōuerſio eiꝰ. (Eccleſia ad xpm.) Ueni dilecte mi egrediamur in agrū: cōmoremur in villis. Mane ſurgamꝰ ad vineas: videamꝰ ſi floruit vinea: ſi flores fructus parturiūt: ſi floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi vbera mea. Mādragore dederūt odorē ſuū in portis noſtris. Oīa poma noua et vetera dilecte mi ſeruaui tibi. Capitulum. VIII.

A

Vox patriarcharum de chriſto.

Quis mihi det te fratrē meū ſuggentem vbera matris mee vt inueniā te ſolū foris ⁊ deoſculer te: et iā me nemo deſpiciat? Apprehendam te ⁊ ducā in domū matris mee ⁊ in cubiculum ge-

als † nō hē ⁊ in cubiculum genitricis mee.

nitricis mee. Ibi me docebis ⁊ dabo tibi poculum ex vino

Supra.2.b. Supra.2.b.3.b c.5.c.

condito: et muſtum malorum granatorum meorum. Leua eiꝰ ſub capite meo: ⁊ dextera illiꝰ amplexabitur me. (Vox chriſti.) Adiuro vos filie hieruſalē: ne ſuſcitetis: neq3 euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit. (Vox ſynagoge de eccl'ia.) Que eſt iſta que aſcendit de deſerto: delitijs affluens innixa ſuper dilectū † ſuū. (Vox ſponſi pro ſponſa.)

Supra.3.c. et.9.a.

B

als † nō

Sub arbore malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta eſt mater tua: ibi violata eſt genitrix tua. (Eccl'ia ad chriſtū dicit.) Pone me vt ſignaculū ſuper cor tuū: vt ſignaculum ſuper brachium tuum: q2 fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus emulatio. Lampades eius vt lāpades ignis atq3 flammarum. Aque multe non potuerūt extinguere charitatem:

De pe.di. valida.

C

nec flumina obruent illam. Si dederit homo oēm ſubſtantiam domus ſue pro dilectione: quaſi nihil deſpiciet eam. (Chriſtus ad ſynagogā de eccleſia dicit.) Soror noſtra paruula et vbera non habet. Quid faciemus ſorori noſtre in die quando alloquenda eſt? (Chriſtus de eccleſia reſpōdet.) Si murus eſt: edificemus ſuper eū propugnacula argentea. Si oſtiū eſt: compingamus illud tabulis cedrinis. (Eccleſia reſpondet chriſto). Ego murus et vbera mea ſicut turris: ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. (Synagoga eccleſie dicit.) Uinea fuit pacifico. in ea

D

que habet populos. Tradidit eā cuſtodibus: vir affert pro fructu eius mille argenteos. (Chriſtus dicit.) Uinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici et ducenti his q̄ cuſtodiunt fructus eius. (Vox Chriſti.) Que habitas in ortis: amici auſcultant te: fac me audire vocem tuā. (Vox eccleſie ad chriſtum.) Fuge dilecte mi ⁊ aſſimilare capree: hynnuloq3 ceruorum ſuper montes aromatum.

Expliciunt cantica canticorum.


Incipit prologus in librum Sapientie.

Liber ſapiētie apud hebreos nuſq̄ eſt. Uñ et ipſe ſtilus grecam magis eloquentiam redolet. Hunc iudei Philonis eſſe affirmant. Qui proinde ſapientie nominatur: quia in eo chriſti aduētus qui eſt ſapiētia patris: ⁊ paſſio eiꝰ euidenter exprimitur.

Explicit prologus.

Incipit liber ſapientie.

Ca. Sum. De diligenda iuſtitia: de bonitate et ſimplicitate querēdi deū: de ſpū ſctō: de fugienda detractione et murmuratione: de morte non zelanda. Capitulum. I.



Diligite iuſtitiā, qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate: et in ſimplicitate cordis querite illum: quoniam inuenitur ab his qui non tēptant illum: apparet aūt eis qui fidem habent in illum.

Hiere.4.a De pe.di. ſuper tribus

Peruerſe enim cogitationes ſeparant a deo: probata autem virtus corripit inſipientes.

B

C Capituli Summarium. De laudibus Joſie: de immunitate trium regum a peccato ceterorum regum: de perſecutione hieremie. de laude ezechielis et duodecim ꝓphetarum: de laudib⁹ zorobabel: neemie: enoch. ioſeph: ſeth: ꝛ ſem: qui gloriā adepti ſunt ſuper omnes in origine adā.

Capitulum. XLIX.

M Emoria ioſie in compoſitione odoris facta op⁹ pigmentarij: In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria: vt ꝛ muſica in conuiuio vini. Ipſe eſt directus diuinitus in penitentia gentis: ꝛ tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad dominū
B cor ipſius: et in diebus peccatorum corroborauit pietatē Preter dauid et ezechiam et ioſiam omnes † reges pec alias ✝ non
catum commiſerunt: nam reliquerunt legem † altiſſimi re ges. alias ✝ pot
ges iuda. et cōtempſerunt timorem dei. Dederūt enim re alias ✝ gen
gnum ſuum alijs: et gloriam ſuam alienigene † gēti. Incenderunt electam ciuitatem ſanctitatis et deſertas fecerunt vias † ipſius in manu hieremie. Nam male tractauerūt illum qui a ventre matris cōſecrat⁹ eſt propheta: euertere alias ✝ eis
ꝛ perdere ꝛ iterū edificare ꝛ renouare. Ezechiel qui vidit conſpectū glorie quam oſtendit illi in curru cherubin. Nam commemoratus eſt inimicorum in imbre: benefacere illis qui oſtenderunt rectas vias. Et duodecim ꝓphetarum oſſa pullulant de loco ſuo. Nam corroborauerunt iacob: ꝛ redemerunt ſe in † fide virtutis ſue. Quomodo amplificemus zorobabel. Nam et ipſe quaſi ſignum in alias ✝ vi
C dextera manu iſrael. Et ieſum filium ioſedech. Qui in diebus ſuis edificauerunt domum et exaltauerunt templum ſanctū domino paratū in gloriā ſempiternā. Et neemias in memoria multi temporis: qui erexit nobis muros euerſos ꝛ ſtare fecit portas et ſeras: q̄ erexit domos noſtras: Nemo natus eſt in terra qualis enoch: nā et ipſe recept⁹ eſt a terra. Et ioſeph qui natus eſt homo princeps fratrū firmamentum gentis: rector fratrum: ſtabilimentum populi et oſſa ipſius viſitata ſunt: et poſt mortem prophetauerunt. Seth et Sem † apud homines gloriā adepti ſunt alias ✝ hi
et ſuper omnem animam in origine adam.

C Ca. Sum. Laus ſymonis onie filij de duabus gentib⁹ quas odit: de tertia que non eſt gens: de nomine ſcriptoris et de laude huius operis.

C Capitulum. L.

S Imon onie filius ſacerdos magnus qui in vita ſua ſuffulſit domum. et in diebus ſuis corroborauit templum. Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt: duplex edificatio ꝛ excelſi parietes alias ✝ ſuis
templi. In diebus † ipſius emanauerunt putei aquarum: et quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Qui curauit gentem ſuam et liberauit eam a perditiōe. Qui preualuit amplificare ciuitatem: qui adeptus eſt gloriam in conuerſatione gentis: et † ingreſſum domus et atrij † amplificauit. Quaſi ſtella matutina in medio nebule: et quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et quaſi ſol refulgens ſic ille † effulſit in templo dei. Quaſi arcus refulgens inter nebulas glorie: et quaſi flos roſarum in diebus vernis et quaſi lilia que ſunt in tranſitu aque: et quaſi thus redolēs in diebus eſtatis. Quaſi ignis effulgens et q̄ſi th⁹ ardēs in igne Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide precioſo.
D Quaſi oliua pullulās ꝛ † cypreſſus in † altitudine ſe extollens. In accipiendo ipſum ſtolam glorie et veſtiri eum in conſummatione virtutis in aſcenſu altaris ſancti gloriā dedit ſanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu ſacerdotum: et ipſe ſtans iuxta aram. Circa illū corona fratrum: et quaſi plantatio cedri in monte libano ſic circa illum ſteterunt quaſi rami palme: et omnes filij Aaron in gloria ſua. Oblatio autem domini in manibus ipſorum corā oi ſynagoga iſrael: ꝛ cōſummationē fungēs in arā āplificare oblationē excelſi regis porrexit manū ſuā

in libatione

in libatione: et libauit † de ſanguine vue. Effudit in funda
E mento altaris odorem diuinum excelſo principi. Tunc ex-
clamauerunt filij aaron: in tubis † ductilibus ſonuerunt ⁊
auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram †
domino. Tunc omnis popul⁹ ſimul pperauerūt ⁊ cecide-
rūt in faciem ſuper terrā adorare dn̄m deū ſuū: ⁊ dare pre-
ces oīpotenti deo excelſo. Et amplificauerūt pſallētes in
vocibus ſuis: ⁊ in magna domo † factus eſt ſonus ſuauita-
tis plenus. Et rogauit populus dominū excelſum in pre-
ce vſqꝫ dum perfectus eſt honor dn̄i: ⁊ munus ſuū perfece-
runt. Tunc deſcendens manus ſuas extulit in omnem con-
gregationē filiorū iſrael: dare gloriam deo a labijs ſuis: et
in noīe ipſius gloriari. Et iterauit orationem ſuam volens
oſtendere virtutem dei. Et † poſt rurſum plus orauit deū
omnium: qui magna fecit in omni terra: qui auxit dies no-
D ſtros a ventre matris noſtre: ⁊ fecit nobiſcū ſm ſuā miā.
Det nobis iocunditatem cordis ⁊ fieri pacem in dieb⁹ no-
ſtris in iſrael per dies ſempiternos: credere iſrael nobi-
ſcum eſſe dei miſericordiam: vt liberet † nos in dieb⁹ ſuis.
Duas gentes odit anima mea: tertia autem non eſt gens
quā oderim. Qui ſedent in monte ſeyr: et philiſtijm: et ſtul-
tus populus qui habitat in ſychimis. Doctrinam ſapiētie
⁊ diſcipline ſcripſit in codice iſto: ieſus filius ſyrac hieroſo-
lymita: qui renouauit ſapientiam de corde ſuo. Beat⁹ qui
in iſtis verſatur bonis. Qui ponit illa in corde ſuo ſapiens
erit ſemper. Si enī hec fecerit ad omnia valebit: quia lux
dei veſtigium eius eſt.

Oratio ieſu filij ſyrac. Ca. LI.

B Onfitebor tibi domine rex ⁊ collaudabo te deū
ſaluatorē meū. Confitebor noī tuo quoniā adiu-
tor ⁊ protector factus es mihi ⁊ liberaſti corp⁹
meum a perditione: a laqueo lingue iniqne: et a
labijs operantium mendaciū: ⁊ in cōſpectu aſtantiū fact⁹
es mihi adiutor. Et liberaſti me ſm multitudinē miſericor-
die noīs tui a rugientibus preparatis ad eſcā: de manib⁹
querētium aīam meam et de † portis tribulationū que cir-
cūdederunt me: a preſſura flamme que circūdedit me: ⁊ in
medio ignis non ſum eſtuatus. De altitudine ventris infe-
ri: et a lingua coinquinata et a verbo mendacij: a rege ini-
quo: ⁊ † a lingua iniuſta. Laudabit vſqꝫ ad mortē aīa mea
B dn̄m ⁊ vita mea appropinquans erat in inferno deorſum.
Circūdederant me vndiqꝫ: ⁊ non erat qui adiuuaret. Re-
ſpiciens eram ad adiutoriū hoim ⁊ non erat. Memorat⁹
ſum miſericordie tue dn̄e: ⁊ cooperationis tue que a ſecu-
lo ſunt: qm̄ eruis ſuſtinētes te † dn̄e ⁊ liberas eos de ma-
nib⁹ gentiū. Exaltaſti ſuper terram habitationem meam:
et pro morte defluente deprecatus ſum. Inuocaui † domi-
num patrem dn̄i mei: vt nō derelinquat me in die tribula-
tionis mee: ⁊ in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Lau-
dabo nomē tuū aſſidue: ⁊ collaudabo illud in cōfeſſione: et
exaudita eſt oratio mea. Et liberaſti me de perditione: et
† eruiſti me de tempore iniquo. Propterea confitebor et
laudem dicam tibi: ⁊ benedicam nomini dn̄i. Cum adhuc
iunior ſum priuſqꝫ † oberrem queſiui ſapientiam palam in
C oratione mea. Ante tempus poſtulabam pro illa et vſqꝫ in
nouiſſimis inquiram eam: et florebit tanqꝫ precoqua vua.
Letatum eſt cor meum in ea: ambulauit pes meus iter re-
ctum: a iuuentute mea inueſtigabam eam. Inclinaui modi-
ce aurem meam ⁊ excepi illam. Multam inueni in meipſo
ſapientiam. et multum profeci in ea. Danti mihi ſapientiā
dabo gloriam. Conſiliatus ſum enim vt facerem illam: ze-
latus ſum bonum: et non confundar. Colluctata eſt anima
mea in illa: et in faciendo eam confirmatus ſum. Manus
meas extendi in altum: et in ſapientia ei⁹ luxit anima mea:
et ignorantias meas illuminauit. Animam meā direxi ad
illam et in † agnitione inueni eam. Poſſedi cum † ipſa cor
ab initio: propter hoc non derelinquar. Venter meus cō-
turbatus eſt querens illam propterea vanam poſſidebo
poſſeſſionem. Dedit enim mihi dominus linguam † merce- al's + eruditam
dem meam: ⁊ in ipſa laudabo eum. Appropiate ad me in-
docti: et congregate vos in domū diſcipline. Quid adhuc D
retardatis. ⁊ quid dicitis in his? Anime veſtre ſitiunt ve- Eſa. 55. a.
hementer. Aperui os meum et locutus ſum. Comparate
vobis ſine argento ſapientiam: ⁊ collum veſtrum ſubijcite
iugo eius: ⁊ ſuſcipiat anima veſtra diſciplinā. In proximo Sapie. 9. b.
eſt enim inuenire eā. Videte oculis veſtris: quia modicum
laboraui: et inueni mihi multā requiem. Aſſumite diſcipli-
nam in multo numero argenti: et copioſum aurū poſſidete
in ea. Letetur aīa veſtra in miſericordia eius: et non cōfun- al's + ipſius.
demini in laude † eius. Operamini opus veſtrū ante tem-
pus: ⁊ dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo.

Explicit liber eccleſiaſticus.

Incipit oratio Salomonis.

ET inclinauit ſalomon genua ſua in conſpectu to- 3. Reg. 8. c.
tius eccleſie iſrael ⁊ aperuit manus ſuas ad ce-
lum ⁊ dixit. Domine deus iſrael non eſt ſimilis
de⁹ in celo ſurſum neqꝫ in terra deorſum: qui cu-
ſtodis teſtamētum tuum ⁊ miſericordiam pueris tuis eū-
tibus in cōſpectu tuo in toto corde: ſeruans puero tuo da-
uid que locutus es illi: ⁊ locutus es in ore tuo: et in manu
tua impleſti quaſi dies iſte. Et nūc domine deus iſrael cu-
ſtodi puero tuo dauid patri meo que locutus es illi dicēs
Non deerit tibi vir a facie mea ſedēs in throno iſrael. Ve-
runtamen ſi cuſtodierint filij tui legem meā ⁊ in preceptis
meis ambulent: ſicut ambulauerunt in conſpectu meo fi-
deles: Et nunc domine deus iſrael creditum eſt verbū qđ
locutus es puero tuo dauid: quoniā ſi vere habitabit de⁹
cum hominibus in terra. Si celum ⁊ celi celorum non ſuf-
ficiant tibi: quantomagis domus hec quam edificaui. Sꝫ
reſpicias ad orationem ſerui tui: ⁊ deprecationem eius vt
exaudias domine placationem orationis quā puer tuus
orat coram te hodie: vt ſint oculi tui ſuper domum hāc die
ac nocte: in locum quā dixiſti inuocare nomen tuum: et ex-
audias orationem quem puer tuus orat in hoc loco: ⁊ ex-
audias deprecationē pueri tui ⁊ populi tui iſrael: ſi orauerint in loco iſto: ⁊ exaudias in loco habitationis de celo: ⁊
exaudias: ⁊ propitius ſis ſi peccauerit vir in te.

Explicit oratio Salomonis.

Incipit prologus in Eſaiam prophetam.

NEmo cum prophetas verſibus viderit eſſe de-
ſcriptos metro eos eſtimet apud hebreos liga-
ri: ⁊ aliquid ſimile habere de pſalmis † vel ope- al's + et.
ribus ſalomonis. Sed quod in demoſthene et
tullio ſolet fieri vt per cola ſcribātur et comata: qui vtiqꝫ al's + ſcripſerunt
proſa ⁊ nō verſibus † conſcripſerunt. Nos quoqꝫ vtilita-
ti legentium prouidētes interpretationem nouā nouo ſcri-
bendi genere diſtinximus. Ac primum de Eſaia ſciendū:
qꝫ in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe vt vir nobilis ⁊ vrba- al's + eloquentie.
ne † elegantie: nec habēs † quicqꝫ in eloquio ruſticitatis al's + appiam.
admixtum † Vnde accidit vt pre ceteris florem ſermonis al's + ⁊ vide.
eius tranſlatio nō potuerit † conſeruare. Deinde etiam al's + obſeruare.
hoc adijciendum: qꝫ non tam propheta dicendus ſit qꝫ euā-
geliſta. Ita enim vniuerſa chriſti eccleſieqꝫ myſteria ad li-
quidum proſecutus eſt: vt non putes eum de futuro vati-
cinari ſed de preteritis hiſtoriam texere. † Vnde conijcio al's + et inde.
noluiſſe tunc temporis ſeptuaginta interpretes fidei ſue
ſacramenta perſpicue ethnicis prodere ne ſanctum cani-
bus et margaritas porcis darent que cum hac editionem
legeritis ab illis animaduertetis abſcondita. Nec igno-
ro quanti laboris ſit prophetas intelligere: nec facile quē-
piā poſſe iudicare de interpretatiōe: niſi intellexerit ante Mat. 7. a.

que legerit. Nos quoqꝫ patere morſibus plurimorum: qui
ſtimulante inuidia quod conſequi non valent deſpiciunt
Sciens ergo ⁊ prudens in flammam mitto manū: et nihi-
alꝯ ✝ faſtuſis. lominus hoc a† faſtidioſis lectoribus precor: vt quomo-
do greci poſt ſeptuaginta tranſlatores aquilam ⁊ ſimma-
chum et theodotionem legunt: vel ob ſtudiū doctrine ſue:
vel vt ſeptuaginta magis ex collatione eorum intelligant:
ſic et iſti ſaltem vnum poſt priores habere dignentur in-
terpretem. Legant prius ⁊ poſtea deſpiciant: ne videan-
tur non ex iudicio ſed ex odij preſumptione ignorata dam-
alꝯ ✝ iſrael. nare. Prophetauit autem eſaias in hieruſalē et in iudea:
necdum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de
vtroqꝫ regno nunc commixtim: nunc ſeparatim texit ora-
culum. Et cum interdum ad preſentem reſpiciat hiſtoriā:
et poſt babylonie captiuitatem reditum populi ſignificet
in iudeam. tamen omnis eiꝯ cura de vocatione gentium et
de aduentu chriſti eſt. Quem quanto plus amatis o pau-
la et euſtochium: tanto magis ab eo petite: vt ꝓ obtrecta-
tione preſenti qua me indeſinenter emuli laniant: ipſe mihi
mercedem reſtituat in futuro: qui ſcit me ob hoc in pere-
grine lingue eruditiōe ſudaſſe: ne iudei de falſitate ſcriptu
rarum eccleſijs eius diutius inſultarent.

Explicit prologus.

Incipit argumentum.

Eſaias in hieruſalē nobili genere ortus eſt ibi-
qꝫ ꝓphetauit. Sub manaſſe rege ſectꝯ in duas
partes occubuit. Sepultuſqꝫ eſt ſub quercu ro
gel iuxta tranſitum aquarum: quas olim eze-
chias rex iacto obſtruxerat puluere.

Explicit argumentum.

Incipit eſaias propheta.

Ca. Sum. Viſio eſaie: ſermo de ira dn̄i contra iudeam
et hieruſalē propter peccata ſua: de ceſſantibus et repro
batis ſolennitatibus. de futuro lauacro quo peccata la-
uantur de increpatione hieruſalem proper ſpirituale me-
retricium. Capitulum. I.



A Viſio eſaie
filij amos quam vi-
alꝯ ✝ contra. dit† ſuper iudam ⁊
hieruſalē in diebꝯ ozie ioathā
achaz: ⁊ ezechie regū iuda. Au
dite celi ⁊ auribꝯ ꝑcipe terra:
qm̄ dn̄s locutꝯ eſt. Filios enu
triui ⁊ exultaui: ipſi aūt ſpre-
uerūt me. Cognouit bos poſ-
ſeſſorē ſuū: ⁊ aſinꝯ preſepe dn̄i
ſui: iſrael aūt me nō cognouit:
⁊ ppl's meus nō intellexit. Ve
geti peccatrici: populo graui
iniquitate: ſemini nequā: filijs
ſceleratis. Dereliquerūt dominum: blaſphemauerunt ſan-
ctū iſrael abalienati ſunt retroſum: Super quo percutiā
B vos vltra addentes preuaricationē? Omne caput langui
6. q. 1. c. verum. dum ⁊ omne cor merens. A planta pedis vſqꝫ ad verticē
non eſt in eo ſanitas. Vulnus ⁊ liuor ⁊ plaga tumens: non
eſt circūligata nec curata medicamine: neqꝫ fota oleo. Ter-
ra veſtra deſerta: ciuitates veſtre ſuccenſe ſunt igni. Re-
C gionem veſtram coram vobis alieni deuorant: ⁊ deſolabi-
tur ſicut in vaſtitate hoſtili. Et derelinquetur filia ſion vt
Ro. 6. f. vmbraculum in vinea: ⁊ ſicut tugurium in cucumerario: et
ſicut ciuitas que vaſtatur. Niſi dominus exercituum reli-
quiſſet nobis ſemen quaſi ſodoma fuiſſemus: et quaſi go-
morra ſimiles eſſemus. Audite verbum domini principes
ſodomorum: percipite auribus legem dei veſtri ppl's go-
morre. Quo mihi multitudinē victimarum veſtrarum di-
cit dominus? Plenus ſum. Holocauſta arietum: ⁊ adipē D
pinguium: ⁊ ſanguinem vitulorum ⁊ agnorum ⁊ hircorum
nolui. Cum veneritis† ante conſpectum meum: quis que- alꝯ ✝ ventris
ſiuit hec de manibꝯ veſtris vt ambularetis in atrijs meis alꝯ ✝ afferetis
Ne† offeratis vltra ſacrificium fruſtra. Incenſum abbo- Hiere. 6. c.
minatio eſt mihi. Neomeniam et ſabbatum et feſtiuitates amos. 5. f.
alias non ferā. Iniqui ſunt cetus veſtri. Calendas veſtras Hiere. 6. c.
et ſolēnitates veſtras odiuit anima mea. Facta ſunt mihi Infra. 59. c.
moleſta. Laboraui ſuſtinens. Et cum extenderitis manus
veſtras auertam oculos meos a vobis: et cum multiplica
ueritis orationem: non exaudiam. Manus† enim veſtre alꝯ nō br[illegible]
ſanguine plene ſunt. Lauamini mundi eſtote: auferte malū E
cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite age- De pe. di. 1. c.
re peruerſe: diſcite benefacere. Querite iudicium: ſubue- lauamini.
nite oppreſſo: iudicate pupillo: defendite viduam: et veni- Di. 87. c. [illegible]
te ⁊ arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra ſiones.
vt coccinū: quaſi nix dealbabuntur: ⁊ ſi fuerint rubra qua-
ſi vermiculus velut lana alba erūt. Si volueritis et audie-
ritis† me bona terre comedetis. Qd̓ ſi nolueritis et me alꝯ nō br[illegible]
ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos: q̄r
os domini locutum eſt. Quomodo facta eſt meretrix ciui F
tas fidelis plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea: nunc au- 88. diſt. c. [illegible]
tem homicide. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam: vi- in fine.
num tuum mixtum eſt aqua. Principes tui infideles ſocij Hiere. 54.
furum. Omnes diligunt munera: ſequuntur retributiōes
Pupillo non iudicant: et cauſa vidue non ingreditur ad
illos. Propter hoc ait dn̄s deus exercituū fortis iſrael.
Heu† ego conſolabor ſuper hoſtibus meis: ⁊ vindicabor alꝯ non [illegible]
de inimicis meis. Et conuertā manum meam ad te exco- ✝ ego.
quam ad purum ſcoriam tuam: et auferam omne ſtannum
tuum ⁊ reſtituam iudices tuos vt fuerunt prius ⁊ conſilia
rios tuos ſicut antiquitus. Poſt hoc vocaberis ciuitas
iuſti vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur: ⁊ reducēt eā
in† iuſtitia. Et conteret† ſceleſtos ⁊ peccatores ſimul et G
qui dereliquerunt dominum conſumentur. Confundentur alꝯ ✝ iuſtitiam alꝯ ✝ ſcelera[illegible]
enim ab idolis quibus ſacrificauerunt. Et erubeſcetis ſu- tos.
per hortis quos elegeratis cum fueritis velut quercꝯ de Ro. 9. a.
fluentibus folijs: ⁊ velut† hortus abſqꝫ aqua. Et erit for- alꝯ ✝ pomeri[illegible]
titudo veſtra vt fauilla ſtuppe: ⁊ opus veſtrū quaſi ſcintil ſus.
la. Et ſuccendetur vtrumqꝫ ſimul et nō erit qui extinguat.
Capituli Summarium. De morte chriſti ⁊ eius paſſio
ne: de aduentu eius ⁊ reprobatione iudeorum ⁊ exaltatio
ne chriſti. Capitulum. II.
Verbum quod vidit eſaias filius amos ſuper iu- A
dam ⁊ hieruſalem. Et erit in nouiſſimis diebus Mich. 4. a.
preparatꝯ mons domus domini in† vertice mō- alꝯ ✝ vertice
tium: et eleuabit ſuper colles. Et fluent ad eum
omnes gentes: et ibunt populi multi et dicent. Venite† alꝯ ✝ et.
aſcendamus ad montem domini: et ad domum dei iacob:
et docebit nos vias ſuas et ambulabimus in ſemitis eius
quia de ſion exibit lex et verbum domini de hieruſalem.
Et iudicabit gentes et arguet populos multos. Et con- B
flabunt gladios ſuos in vomeres et lanceas ſuas in fal- Mich. 4. b.
ces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exer-
cebuntur vltra ad prelium. Domus iacob venite et ambu
lemus in lumine dei noſtri. Proiecisti enim populum tuū
domum iacob: quia repleti ſunt vt olim: et augures habue
runt vt philiſtijm et pueris alienis adheſerunt. Repleta
eſt terra argento et auro: et non eſt finis theſaurorū eius.
Et repleta eſt terra eius equis: ⁊ innumerabiles quadri-
ge eius. Et repleta eſt terra eiꝯ idolis. Opus manuū ſua-
rum adorauerūt: quod fecerūt digiti eorū. Et incuruauit C
ſe homo et humiliatus eſt vir. † Ne ergo † dimittas eis. alꝯ ✝ non. alꝯ ✝ di[illegible]

Ingredere

Ingredere in petram et abſcondere in foſſa humo a facie timoris domini et a gloria maieſtatis eiꝰ. Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt: ⁊ incuruabitur altitudo virorum. Exaltabitur autem dominus ſolus in die illa: q: dies domini exercituum ſuper omnem ſuperbum † ⁊ excelſum: et ſuper omnem arrogantē: ⁊ humiliabitur: et ſuper omnes cedros libani ſublimes et erectas: et ſuper omnes quercus baſan: ⁊ ſuper omnes mōtes excelſos: ⁊ ſuper omnes colles eleuatos: ⁊ ſuper omnem turrim excelſam: et ſuper omnem murum munitum ⁊ ſuper omnes naues tharſis et ſuper omne qđ viſu pulchrū eſt. Et incuruabitur † omnis ſublimitas hominū: ⁊ humiliabitur altitudo virorum. Et eleuabitur dominus ſolus in die illa: ⁊ idola penitus conterentur. Et introibunt in ſpeluncas petrarum: et in voragines terre a facie formidinis dñi: et a gloria maieſtatis eius cum ſurrexerit percutere terrā. In die illa proiiciet homo † idola argēti ſui: et ſimulachra auri ſui que fecerat ſibi vt adoraret talpas et veſpertiliones. Et ingredietur † ſciſſuras petrarum: et in cauernas ſaxorū a facie formidinis dñi ⁊ a gloria maieſtatis eius cum ſurrexerit percutere terram. Quieſcite ergo ab hoie cuius ſpiritus in naribus eius eſt: quia excelſus reputatus eſt ipſe.

[Margin: aꝉs non habet † ⁊ excelſum. — B — aꝉs non habet † omnis. — Infra.31.c. — aꝉs † omnia. — aꝉs † ſciſſuras. — Luc.23.c.]

¶ Capituli Summarium. De homine chriſto ꝙ auferet a iuda omnem potentiam qua preualebant in peccatis: et omnem ornamentum ſuperbie. Ca.III.

A Ecce enī dominator dñs exercituum auferet ab hieruſalem ⁊ a iuda validum et fortē omne robur panis: ⁊ omne robur aque et fortem et virū bellatorē et iudicem et prophetam et ariolum et ſenem principem ſuper quinquaginta: et honorabilem vultu: ⁊ conſiliarium: et ſapientem de architectis et prudētem eloquij myſtici. Et dabo pueros principes eorum et effeminati dominabūtur eis. Et † corruet populus vir ad virum: et vnuſquiſqꝫ ad proximum ſuum. Tumultuabitur puer contra ſenem: ⁊ ignobilis contra nobilem. Apprehēdet enim vir fratrem ſuum domeſticū patris ſui: ⁊ dicet veſtimentum tibi eſt: princeps eſto noſter: ruina autem hec ſub manu tua.

B Reſpondebitqꝫ in die illa dicens. Non ſum medicus: ⁊ in domo mea non eſt panis neqꝫ veſtimentum. Nolite cōſtituere me principem populi. Ruit † enim hieruſalem ⁊ iudas concidit: quia lingua eorum et adinuentiones eorum contra dñm vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis: et peccatum ſuū quaſi ſodoma predicauerunt: nec abſconderūt. Ve anime eorum: quoniā reddita ſunt eis mala.

C Dicite iuſto quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet. Ve impio in malum. Retributio enim manuū eiꝰ fiet ei. Populum meum exactores ſui ſpoliauerūt: ⁊ mulieres dominate ſunt eis. Popule meus qui te beatum dicunt ipſi te decipiunt: et viam greſſuum tuorum diſſipant. Stat ad iudicādum dominus: et ſtat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui ⁊ principibus eius. Vos enim depaſti eſtis vineā meā: † et rapina pauperis in domo veſtra. Quare † atteritis populum meum: et facies pauperum † commolitis dicit dominus exercituum. Et dicit dñs deus. Pro eo ꝙ eleuate ſunt filie ſion: ⁊ ambulauerunt extento collo: ⁊ nutibꝰ oculorum ibant: ⁊ plaudebant et ambulabant ⁊ † pedibꝰ ſuis compoſitio gradu incedebant:

D decaluabit dñs verticē filiarū ſion: ⁊ dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet dominus ornamentum calciamentorum et lunulas: et torques et monilia et armillas et mitras † et diſcriminalia ⁊ † perichelides ⁊ murenulas ⁊ olfactoriale ⁊ inaures ⁊ annulos et gēmas in fronte pēdentes: ⁊ mutatoria † ⁊ palliola ⁊ lintheamina ⁊ acus ⁊ ſpecula ⁊ ſyndones et vittas et theriſtra. Et erit ꝓ ſuaui odore fetor: ⁊ ꝓ zona funiculꝰ et ꝓ criſpāti crine caluiciū: ⁊ ꝓ faſcia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoqꝫ viri tui gladio cadent ⁊ fortes tui in prelio. Et merebunt atqꝫ lugebunt porte eius et deſolata in terra ſedebit.

[Margin: aꝉs † irruet. — aꝉs hꝫ † et. — aꝉs hꝫ † eſt. — Matt.21.f. — aꝉs non hꝫ † et. — aꝉs † affligitis — aꝉs † cōfunditis — aꝉs † in. — aꝉs non hꝫ † et. — aꝉs † periſcelides. — aꝉs † pallia.]

¶ C.S. De ſeptem eccleſijs: de magnificentia hominis et lauacro ſpirituali et protectione eccleſie. Ca.IIII.

A Et apprehendent ſeptem mulieres virum vnū in die illa dicentes. Panem noſtrum comedemus et veſtimentis noſtris operiemur tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos: aufer opprobrium noſtrum. In die illa erit germē domini in magnificentia et gloria: et fructus terre ſublimis et exultatio his qui ſaluati fuerint de iſrael. Et erit omnis qui relictꝰ fuerit in ſion: ⁊ reſiduus in hieruſalem ſanctus vocabitur omnis qui ſcriptus eſt in vita in hieruſalem.

B Si abluerit dominus † ſordes filiarum ſion: et ſanguinem hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij et ſpiritu ardoris. Et † creabit dominus ſuper omnem locum montis ſion ⁊ vbi inuocatus eſt: nubem per diem: et fumum et ſplendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio et tabernaculum erit in † vmbraculo diei ab eſtu: ⁊ in ſecuritatem et abſcōſionē a turbine ⁊ a pluuia.

[Margin: aꝉs † ſordem. — aꝉs † creauit. — aꝉs † vmbraculum.]

¶ Cap. Sum. De xp̄o ⁊ vinea eius: predicaꝛ reprobatio ipſius vinee ꝓpter diuerſas iniquitates dānatur ebrietas cum voluptate: de vocatione gentium ad ſalutem.

Capitulum. V.

A Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei † vinee ſue. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei. Et † ſepiuit eam et lapides elegit ex ea: et plantauit vineā electā. Et edificauit turrim in medio eius: et torcular extruxit in ea. Et expectauit vt faceret vuas: ⁊ fecit labruſcas. Nūc ergo habitatores hieruſalem ⁊ viri iuda iudicate inter me et inter vineā meam. Quid eſt qđ debui vltra facere vinee mee et nō feci ei? An ꝙ expectaui vt faceret vuas ⁊ fecit † labruſcas? Et nunc oſtendam vobis quid ego faciam vinee me. auferam ſepē eius et erit in direptionem.

B Diruam maceriam eius ⁊ erit in conculcationem: et ponam eam deſertam. Non putabitur et non fodietur: et aſcendent † ſuper eam vepres ⁊ ſpine: et nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem. Vinea enim domini † exercituum domus iſrael eſt: et † viri iuda germen eius delectabile. Et expectaui vt faceret iudicium et ecce iniquitas: et iuſtitiam: ⁊ ecce clamor.

C Ve qui coniungitis domum ad domū: et agrum agro copulatis vſqꝫ ad terminū loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terre? In auribꝰ meis ſunt hec † dicit dñs exercituū. Niſi domꝰ multe deſerte fuerint grādes ⁊ pulchre et abſqꝫ habitatore. Decem enim iugera vinearū facient lagunculam vnam et triginta modij ſementis faciūt modios tres. Ve qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandā: et potandum vſqꝫ ad veſperam vt vino eſtuetis. Cythara et lyra et tympanū et tibia et vinum in cōuiuijs veſtris: ⁊ opꝰ domini non reſpicitis: nec opera manuum eius conſyderatis. Propterea captiuus ductus eſt populus meus: quia non habuit ſcientiam: et nobiles eius interierunt fame: et multitudo eius ſiti exaruit.

D Propterea dilatauit infernus animam ſuam et aperuit os ſuū abſqꝫ vllo termino. Et deſcendent fortes eius et populus eius: et ſublimes glorioſiqꝫ eius ad eum. Et incuruabitur homo et humiliabitur vir: ⁊ oculi ſublimium deprimentur. Et exaltabiꝛ dominꝰ exercituū in iudicio et deꝰ ſctūs ſctificabitur in iuſtitia. Et paſcenꝛ agni iuxta ordinem ſuum: ⁊ deſerta in vbertatem verſa aduene comedent. Ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis: ⁊ quaſi vinculum plauſtri peccatū.

E Qui dicitis. Feſtinet et cito veniat opus eius vt videamꝰ ⁊ appropiet et veniet ↄſiliū ſancti iſrael ⁊ ſciemꝰ illud. Ve qui dicitis malum bonum et malum bonum ponentes tenebras lucem et lucē tenebras: ponentes amarū in dulce et

[Margin: aꝉs † de vinea ſua. — aꝉs † ſepſit. — Hiere.2.d. — Mat.21.d. — aꝉs † labruſcas. — aꝉs nō habet † ſuper eam. — aꝉs † ſabaoth. — aꝉs † vir. — aꝉs † habitatis. — aꝉs † domini exercituum. — 11.q.3.c. ve qui dicitis. — 11.q.3.c. ve qui dicitis. c. q. c. ſi hominem. 23.c. quiſquis.]

dulce in amarum. Ve qui ſapientes eſtis in oculis veſtris
et coram vobiſmetipſis prudentes. Ve qui potẽtes eſtis
F ad bibendum vinum: ⁊ viri fortes ad miſcendã ebrietatẽ.
Nume. 17. c. Qui iuſtificatis impiũ pro muneribus et iuſtitiã iuſti au
aliꝰ ✝ flamma. fertis ab eo. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua
ignis ⁊ calor ✝ flamme exurit: ſic radix eorum ſicut fauilla
erit ⁊ germen eorũ vt puluis aſcendet. Abiecerunt enim le
gem domini exercituum: et eloquium ſancti iſrael blaſphe
aliꝰ ✝ pplo ſuo. mauerunt. Ideo iratus eſt furor domini in ✝ populũ ſuũ:
et extendit manũ ſuam ſuper eum ⁊ percuſſit eum. Et con
turbati ſunt montes: et facta ſunt morticina eorum quaſi
Infra. 9. c. ſtercus in medio platearum. In his omnibus nõ eſt auer
ſus furor eius: ſed adhuc manus eius extẽta. Et eleuabit
ſignum in nationibus procul: ⁊ ſibilabit ad eum de finibꝰ
G terre et ecce feſtinus velociter veniet. Non eſt deficiens
neq; laborans in eo: nõ dormitabit neq; dormiet: neq; ſol
uetur cingulum renum eius: neq; rumpetur corrigia cal
ciamenti eius. Sagitte eius acute: et omnes arcus eiꝰ ex
tenti. Vngule equorum eius vt ſilex: ⁊ rote eius quaſi im
petus tempeſtatis. Rugitus eius vt leonis: rugiet vt ca
tuli leonum. Et frendet ⁊ tenebit predam et amplexabit:
et non erit qui eruat: et ſonabit ſuper eum in die illa ſicut
ſonitus maris. Aſpiciemus in terram: et ecce tenebre tri
bulationis et lux obtenebrata eſt in caligine eius.



Capi. Summarium. Vidit eſaias dominũ in throno. purgatur mittitur: prophetat iudeam deſolandam et populum decimandum. Cap. VI.

A In anno quo mortuus eſt rex ozias vidi domi
num ſedentem ſuper ſolium excelſum et eleuatũ
aliꝰ nõ hꝫ ✝ et. plena erat domus a maieſtate eius. ✝ et plena erat domus a maieſtate eius et eaq̃
ſub ipſo erat replebant templum. ✝ Seraphin
ſtabant ſup illud: ſex ale vni et ſex ale alteri. Duabus vela
aliꝰ ✝ ſeraphin bant faciem eius: ⁊ duabus velabant pedes eius: ⁊ duabꝰ
Apo. 4. c. volabant. Et clamabat alter ad alterum ⁊ dicebant. Sã
B ctus ſanctus ſanctus dominus ✝ deus exercituum plena
aliꝰ non habet ✝ deus. eſt omnis terra gloria eius. Et commota ſunt ſuperlimi
naria cardinum a voce clamantis: et domus repleta eſt
24. q. 3. ca. que negligunt. fumo. Et dixi. Ve mihi: quia tacui: quia vir pollutꝰ labijs
ego ſum: ⁊ in medio populi polluta labia habẽtis ego ha
C bito: ⁊ regem dominum exercituum vidi oculis meis. Et
volabit ad me vnus de ſeraphin: ⁊ in manu eius calculus
quem forcipe tulerat de altari: ⁊ tetigit os meum et dixit.
aliꝰ ✝ tetigit. Ecce ✝ tetigi hec labia tua et auferet iniquitas tua ⁊ pec
catum tuum mundabitur. Et audiui vocem domini dicen
tis: Quem mittam et quis ibit nobis? Et dixi. Ecce ego
aliꝰ hꝫ ✝ ſum. ✝ mitte me. Et dixit. Vade et dices populo huic. Audite
Mat. 13. b. audientes et nolite intelligere: ⁊ videte viſionem et nolite
Mar. 4. d. cognoſcere. Exceca cor populi huius ⁊ aures eius aggra
Luce. 8. b. ua: ⁊ oculos eiꝰ claude ne forte videat oculis ſuis ⁊ auribꝰ
Actuum. 24. f. Ro. 11. b. ſuis audiat: ⁊ corde ſuo intelligat ⁊ cõuertat et ſanẽ eũ. Et
D dixi. Vſq; quo dñe? Et dixit Donec deſolent ciuitates abſ

q; habitatore: et domus ſine homine: et terra relinquetur
deſerta: ⁊ longe faciet dominus homines. Et multiplica
bitur que derelicta fuerat in medio terre: et adhuc in ea
decimatio: et conuertetur et erit in oſtentionem ſicut the
rebinthus: ⁊ ſicut quercus que expandit ramos ſuos. Se Luce. 14.
men ſanctum erit id quod ſteterit in ea.

Capituli Summariũ. De his qui voluerunt expugnare hieruſalem: de conceptione virginis et liberatione hieruſalem. Ca. VII.

Et factum eſt in diebus achaz filij ioatham fi A
lij ozie regis iuda: aſcendit raſin rex ſyrie: et fa 4. reg. 16. a.
cee filius romelie rex iſrael in hieruſalẽ ad pre
liandum contra eam: et non potuerunt debella
re eam. Et nunciauerunt domui dauid dicentes. Requie
uit ſyria ſuper effraim: et commotum eſt cor eius et cor po
puli eius ſicut mouentur ligna ſyluarum a facie venti. Et
dixit dominus ad eſaiam. Egredere in occurſum achaz
tu et qui derelictus eſt iaſub filius tuus ad extremũ aque
ductus piſcine ſuperioris in via agri fullonis: et dices ad aliꝰ ✝ vi.
eum: Vide ✝ et ſileas. Noli timere et cor tuum ne formidet
a duabus caudis titionum fumigantium iſtorum in ira fu
roris raſin regis ſyrie et filie romelie eo q; conſiliũ inierit
contra te ſyria in malum et effraim et filius romelie dicen
tes. Aſcendamus ad iudam et ſuſcitemus eum et ✝ auella B
mus eum ad nos: et ponamus regem in medio eius filium aliꝰ ✝ ea[illegible]
tabeel: Hec dicit dominus deus. Non ſtabit et non erit
iſtud: ſed caput ſyrie damaſcus et caput damaſci raſin. Et
adhuc ſexaginta et quinq; anni: et deſinet effraim eſſe po
pulus: ⁊ caput effraim ſamaria: et caput ſamarie filius ro
melie. Si nõ credideritis nõ ꝑmanebitis. Et adiecit do aliꝰ ✝ in[illegible]
minus loqui ad achã dicens. Pete tibi ſignum a domino tis.
deo tuo in profundum inferni: ſiue in excelſum ſupra. Et di
xit achaz. Non petam: et non tentabo dominum. Et di
xit. Audite ergo domus dauid. Nunquid paruũ vobis eſt
moleſtos eſſe hominibus: quia moleſti eſtis et deo meo?
Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignũ. Ecce vir
go concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eiꝰ ema aliꝰ ✝ voca[illegible]
nuel. Butyrum et mel comedet vt ſciat reprobare malum aliꝰ ✝ vocab[illegible]
et eligere bonum. Quia anteq; ſciat puer reprobare ma Mat. 1. d.
lum et eligere bonum derelinquetur terra quam tu deteſta Luce. 1. c.
ris a facie duorum regum ſuorum. Adducet dominus ſu
per te et ſuper populum tuum et ſuper domum patris tui
dies qui non venerunt a diebus ſeparationis effraim a iu
da cum rege aſſyriorum. Et erit in die illa: ſibilabit domi
nus muſce que in extremo fluminum egypti: et api que eſt
in terra aſſur: et venient et requieſcent omnes in torrenti
bus vallium: et in cauernis petrarum et in omnibus fru
tetis: et in vniuerſis foraminibus. In die illa radet domi D
nus in nouacula ✝ conducta in his qui trans flumen ſunt aliꝰ ✝ acuta.
in rege aſſyriorum caput: et pilos pedum et barbam vni
uerſam. Et erit in die illa. Nutriet homo vaccam boum et
duas oues et pre vbertate lactis comedet butyrum. Bu aliꝰ ✝ nõ hꝫ[illegible]
tyrum enim et mel manducabit ✝ omnis homo qui relictꝰ
fuerit in medio terre. Et erit in die illa. Omnis locus vbi
fuerint mille vites mille argenteis et in ſpinas ⁊ in vepres
erunt. Cum ſagittis et arcu ingredientur illuc. Vepres
enim et ſpine erunt in vniuerſa terra. Et omnes montes
qui in ſarculo ſarientur non veniet illuc terror ſpinarum aliꝰ ✝ paſcua[illegible]
et veprium: et erit in ✝ paſcua bouis et in conculcationem
pecoris.

Capituli Summarium. De modo liberationis terre per emanuelem: et hoc eſt querendum in lege: de natiuitate chriſti. Cap. VIII.

Et dixit dominus ad me. Sume tibi librũ grã A
dẽ: ⁊ ſcribe in eo ſtillo hominis velociter: ſpo
lia detrahe: cito predare. Et adhibui mihi te
ſtes fideles vriam ſacerdotẽ: ⁊ zachariã filium
barachie.

barachie. Et acceſſi ad propheteſſam ⁊ cõcepit ⁊ peperit
filium. Et dixit dominus ad me. Uoca nomen eius: accele-
ra: ſpolia † detrahe: feſtina predari. Qz anteq̃ ſciat puer
al's ✠ detrahere. B vocare patrem ſuum ⁊ matrem ſuam: auferetur fortitudo
damaſci: ⁊ ſpolia ſamarie coram rege aſſyriorum. Et adie-
cit dominus loqui ad me adhuc dicens. Pro eo quod ab-
iecit populus iſte aquas ſiloe que vadunt cum ſilentio et
aſſumpſit magis raſin et filium romelie: propter hoc ecce
dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes ⁊ mul-
tas: regem aſſyriorum et omnem gloriam eius. Et aſcẽdet
al's ✠ omnes. ſuper omnes riuos eius: ⁊ fluet ſup † vniuerſas ripas ei⁹
et ibit per iudeam inundans ⁊ tranſiens vſq; ad collũ ve-
niet. Et erit extenſio alarum eius implens latitudinẽ ter-
re tue o emanuel. Congregamini populi ⁊ vincemini ⁊ au-
al's ✠ vincimini dite vniuerſe procul terre. Confortamini ⁊ † vincemini ac
cingite vos ⁊ † vincemini: inite cõſilium ⁊ diſſipabitur: lo-
al's ✠ vincimini quimini verbum ⁊ non fiet quia nobiſcum deus. Hec eniz
C ait dominus ad me. Sicut in manu forti erudiuit me † ne
irem in via populi huius dicens. Ne dicatis coniuratio.
Omnia enim que loquitur populus iſte coniuratio eſt: et
timorem eius ne timeatis neq; paueatis. Dominum exer-
cituum ipſum ſanctificate: ⁊ ipſe pauor veſter ⁊ ipſe terror
veſter: ⁊ erit vobis in ſanctificationem: in lapidem autem
offenſionis et petram ſcandali duabus domibus iſrael: et
in laqueum et in ruinam habitantibus hieruſalem. Et of-
fendent ex eis plurimi: ⁊ cadent et conterentur ⁊ irretien-
tur et capientur. Liga teſtimonium ſigna legem in diſcipu-
lis meis † expectabo dominum qui abſcondit faciem ſuaz
D a domo iacob ⁊ p̃ſtolabor eũ. Ecce ego ⁊ pueri mei quos
dedit mihi dominus in ſignum et in portẽtum † iſrael a do-
mino exercituum qui habitat in monte ſion. Et cum dixe-
rint ad vos: querite a phitonibus ⁊ a diuinis qui ſtrident
in incantationibus ſuis nunquid non populus a deo ſuo
requiret viſionem pro viuis † ac mortuis? Ad legem ma-
gis ⁊ ad teſtimonium. Quod ſi non dixerint iuxta verbuz
hoc non erit eis matutina lux. Et trãſibit p eam ⁊ corruet
⁊ eſuriet et cum eſurierit iraſcetur: ⁊ maledicet regi ſuo et
deo ſuo. Et ſuſpiciet ſurſum et ad terraz intuebitur ⁊ ecce
tribulatio et tenebre ⁊ diſſolutio ⁊ anguſtia ⁊ caligo perſe-
quens ⁊ non poterit auolare de anguſtia ſua.

¶ C.S. De chriſti natiuitate ⁊ imperio eius: de euerſio-
ne iude ⁊ iſrael prophetat contra hieruſalem. Ca.IX.

A PRimo tempore alleuiata eſt terra zebulon et
terra neptalim: ⁊ nouiſſimo aggrauata ẽ via ma-
ris trans iordanẽ galilee gentiũ. Populus qui
ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnaz: ha-
bitãtib⁹ in regiõe vmbre mortis lux orta eſt eis: multipli-
caſti gentẽ nõ magnificaſti leticiã. Letabũtur corã te ſicut
qui letantur in meſſe: ſicut exultant † victores capta pre-
da quando diuidunt ſpolia. Iugum enim oneris ei⁹ et vir-
B gam humeri eius: ⁊ ſceptrum exactoris eius ſuperaſti: ſi-
cut in die median. Quia omnis violenta predatio cum tu-
multu ⁊ veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtio-
nem et cibus ignis. Paruulus enim natus eſt nobis et fi-
lius datus eſt nobis: ⁊ factus eſt principatus ſuper hume-
rum eius: et vocabitur nomen eius admirabilis ↄſiliari⁹:
deus fortis pater futuri ſeculi princeps pacis. Multipli-
cabitur eius imperium: ⁊ pacis non erit finis. Super ſo-
lium dauid et ſuper regnum eius † ſedebit vt confirmet il-
lud ⁊ corroboret i iudicio ⁊ iuſtitia ammodo ⁊ vſq; in ſem-
piternum. zelus domini exercituum faciet hoc. Uerbum
miſit dominus in iacob et cecidit in iſrael. Et ſciet omnis
populus effraim ⁊ habitantes ſamariaz in ſuperbia ⁊ ma-
C gnitudine cordis dicentes. Lateres ceciderunt: ſed qua-
dris lapidibus edificabimus: ſycomoros ſucciderunt: ſed
cedros immutabimus. Et eleuabit domin⁹ hoſtes raſim
ſuper eum et inimicos eius in tumultum vertet ſyriam ab
oriente ⁊ philiſtijm ab occidente: et deuorabunt iſrael to-
to ore. In omnibus his non eſt auerſus furor ei⁹ ſed ad- Supra 5. Infra eodem.
huc manus eius extenta: et populus non eſt reuerſus ad al's ✠ ⁊ requiſie-
percutientem ſe: et dominum exercituum non † inquiſie- runt.
runt. Et diſperdet dominus ab iſrael caput ⁊ caudam in- al's ✠ refrenan-
curuantem et depravantem die vna. Longeuus et honora- tem.
bilis ipſe eſt caput: et propheta docens mendaciũ ipſe eſt
cauda. Et erunt qui beatificant populum iſtum ſeducen-
tes: ⁊ qui beatificant precipitati. Propter hoc ſuper ado- al's ✠ delectabi-
leſcentulis eius non † letabitur dominus: ⁊ pupillorũ eius tur.
⁊ viduarum nõ miſerebuntur. Quia omnis hypocrita eſt D
⁊ nequam: ⁊ vniuerſum os locutum eſt ſtultitiam. In om-
nibus his non eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus
eius extenta. Et populus eius non eſt reuerſurus ad per-
cutientem ſe. Succenſa eſt enim quaſi ignis impietas: ve-
pres ⁊ ſpinam vorabit. Et ſuccendetur in denſitate ſaltus
et cõuoluetur † in ſuperbia fumi. In ira domini exercituũ al's non h3 ✠ in
conturbata eſt terra: et erit populus quaſi eſca ignis. Uir
fratri ſuo non parcet: et declinabit dexteram et eſuriet: et Infra. 5. f. r. 10. a.
comedet ad ſiniſtram ⁊ nõ ſaturabitur. vnuſquiſq; carnem
brachij ſui vorabit manaſſes effraim ⁊ effraim manaſſem: ⁊
ſimul ipſi contra iudam. In omnibus his non eſt auerſus
furor eius: ſed adhuc manus eius extenta.

¶ C.S. Comminatur oppreſſoribus pauperum ⁊ vidua-
rum: prophetat contra ſennacherib: ⁊ deſcribit ſuperbiã
eius: interſerens de conuerſione reliquiarum iſrael: de ab-
breuiato ⁊ de paſſione chriſti. Ca.X.

VE qui condunt leges iniquas: et ſcribentes in- A
iuſtitiam ſcripſerunt vt opprimerent in iudicio Di.4. c.erit.
pauperes: ⁊ vim facerent cauſe humilium popu-
li mei: vt eſſent vidue preda eorum ⁊ pupillos di-
riperent. Quid facietis in die viſitationis et calamitatis
de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium: et vbi 9.q.3.c.alioruz.
derelinquetis gloriam veſtram: ne incuruemini ſub vincu- Supra. 5. f. r. 6. a.
lo: et cum interfectis cadatis? Super omnibus his non
eſt auerſus furor eius: ſed ad adhuc manus eius extenta. B
Ue aſſur virga furoris mei: et baculus ipſe eſt. In manu † al's ✠ eorum.
eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum: et
contra populum furoris mei mandabo illi vt auferat ſpo-
lia et † diripiat predam: et ponat illum in conculcationem al's ✠ diuidat.
quaſi lutum platearũ ipſe aũt nõ ſic arbitrabitur: et cor 23.q.5.c.ſi.
eius non ita eſtimabit: ſed ad conterendum erit cor eius ⁊
ad internitionem gentiũ nõ paucarũ. Dicet enĩ. Nunquid
non principes mei ſimul reges ſunt? Nunquid non vt car-
chamis: ſic calano et vt arphat: ſic emath? Nunq̃d non vt C
damaſcus ſic ſamaria? Quõ inuenit manus mea regna ido-
li: ſic et ſimulachra eorum de hieruſalem et de ſamaria. Nũ-
quid non ſicut feci ſamarie et idolis eius ſic faciam hieru-
ſalem et ſimulachris eius? Et erit cum impleuerit domin⁹
cuncta opera ſua in monte ſion et in hieruſalem: viſitabo
ſuper fructum magnifici cordis regis aſſur: et ſuper glo-
riam altitudinis oculorum eius. Dixit enim. In fortitudi-
ne manus mee feci: et in ſapientia mea itellexi. Et abſtuli
terminos populorum et principes eorum depredatus ſũ: D
et detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes. Et inuenit
quaſi nidum manus mea fortitudinem populorum: et ſi-
cut colliguntur oua que derelicta ſunt ſic vniuerſam terrã
ego congregaui: et non fuit qui moueret pennam et aperi-
ret os: et † ganniret? Nunquid gloriabitur ſecuris contra al's ✠ mutiret. Di.12.c.inferior.
eum qui ſecat in ea: aut exaltabitur ſerra contra eũ a quo
trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem
ſe ⁊ exaltetur baculus qui vtiq; lignum eſt. Propter hoc
mittet dominator dominus exercituum in pinguibus ei⁹
tenuitatem: et ſubtus gloria eius ſuccenſa ardebit quaſi
combuſtio ignis: et erit lumen iſrael in igne: et ſctũs eius
in flamma: ⁊ ſuccendetur ⁊ deuorabitur ſpina eius: et ve- E
pres in die vna. ⁊ gloria ſaltus eius et carmeli eius ab aĩa

vſq; ad carnem conſumetur. Et erit terrore profugus: et
reliquie ligni ſaltus eius pre paucitate numerabuntur: et
Infra.28.f / No.16.f puer ſcribet eos. Et erit in die illa: non adijcet reſiduum
iſrael: ⁊ hi qui fugerint de domo iacob inniti ſuper eo qui
percutit eos: ſed innitetur ſuper dominum ſanctum iſrael.
In veritate reliquie conuertentur: reliquie inquã iacob:
ad dominum fortem. Si enim fuerit populus tuus iſrael
quaſi arena maris reliquie conuertentur ex eo. Conſum-
matio abbreuiata inundabit iuſticiam. Conſummationem
F enim et abbreuiationem dominus deus exercituum faciet
in medio omnis terre. Propter hoc hec dicit domin' de'
exercituũ. Noli timere populus meus habitator ſion ab
aſſur. In virga enim percutiet te: ⁊ baculum ſuum leuabit
ſuper te in via egypti. Adhuc enim paululũ modicumq; et
Iudi.7.g. cõſummabitur indignatio mea: ⁊ furor meus ſuper ſcelus
eorum. Et ſuſcitabit ſuper eum dominus exercituum fla-
gellum iuxta plagam median in petra oreb: ⁊ virgam ſuã
ſuper mare: et leuabit eam in via egypti. Et erit in die illa
auferetur onus eius de humero tuo: ⁊ iugum eius de col-
alš ✠ naloth. lo tuo: ⁊ computreſcet iugũ a facie olei. Veniet in † aioth:
G tranſibit in magrom apud magmas commendabit vaſa
alš ✠ gabee. ſua. Tranſierũt curſim: † gabaa ſedes noſtra. Obſtupuit
rama: gabaa ſaulis fugit. Hinni voce tua filia gallim: atten
de laiſa paupercula anathot. Migrauit medmena: habi
alš ✠ gebin. tatores † gabin confortamini. Adhuc dies eſt vt in † nobe
alš ✠ nob. ſtetur agitabit manum ſuam ſuper montem filie ſion † et
alš ✠ nõ byret. collem hieruſalem. Ecce dominatur dominus exercituũ
cõfringet laguncalam in terrore: ⁊ excelſi ſtatura ſuccidẽ-
tur et ſublimes humiliabuntur. Et ſubuertentur conden-
ſa ſaltus eius ferro: et libanus cum excelſis cadet.

Capituli Summarium. De natiuitate xp̃i: de populo
xp̃iano: de cruce ⁊ ſepulchro xp̃i: de conuerſione reliquia-
rum iſrael et fide gentium. Cap. XI.

A Et egredietur virga de radice ieſſe: ⁊ flos de ra
dice eius aſcendet: ⁊ requieſcet ſuper eum ſpiri
tus domini: ſpũs ſapientie ⁊ intellectus: ſpirit'
conſilij ⁊ fortitudinis: ſpiritus ſcientie et pieta
1.q.1.c.l. / 2.Theſ.2.b. / Infra.65.d. tis: ⁊ replebit eum ſpiritus timoris dñi. Non ẜm viſionem
oculorum iudicabit: neq; ẜm auditum aurium arguet. Sʒ
iudicabit in iuſticia pauperes: ⁊ arguet in equitate ꝓ mã-
ſuetis terre. Et percutiet terram virga oris ſui: et ſpiritu
labiorum ſuorum interficiet impium. Et erit iuſticia cingu
B lum lumborum eius: ⁊ fides cinctorium renum eius. Habi
tabit lup' cũ agno: ⁊ pard' cũ hedo accubabit. Vitulus ⁊
leo ⁊ ouis ſimul morabunt: et puer paruulus minabit eos.
Vitul' ⁊ vrſus paſcentur: ſimul requieſcent catuli eorũ: ⁊
leo quaſi bos comedet paleas. Et † delectabitur infans
alš ✠ ablactabitur. ab vbere ſuper foramina aſpidis: ⁊ in † cauerna reguli qui
alš ✠ vberibus / alš ✠ cauernis. ablactatus fuerit manum ſuam mittet. Non nocebũt ⁊ nõ
alš ✠ operientes occidẽt in vniuerſo monte ſancto meo qr repleta eſt terra
No.15.c. ſcientia domini ſicut aqua maris † operientis. In die illa
C radix ieſſe qui ſtat in ſignum populorum ipſum gentes de
precabuntur ⁊ erit ſepulchrum eius glorioſum. Et erit in
die illa adijciet dñs ſecundo manum ſuam ad poſſidendũ
reſiduum populi ſui qd relinquet ab aſſyrijs et ab egypto
et a phetros: ⁊ ab ethiopia ⁊ ab elã ⁊ a ſenaar ⁊ ab emath
⁊ ab inſulis maris. Et leuabit ſignum in nationes: et con-
gregabit ꝓfugos iſrael. Et diſperſos iuda colliget a quat
tuor plagis terre: ⁊ auferetur zelus effraim ⁊ hoſtes iuda
peribunt. Effraim non emulabitur iudam ⁊ iudas non pu
gnabit contra effraim. Et volabũt in humeros philiſtijm
D per mare ſimul predabuntur filios orientis. Idumea et
alš ✠ manus. moab preceptum manus † eorum: ⁊ filij ammon obedien-
Zach.14.b. tes erunt. Et deſolabit dominus linguam maris egypti:
et leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiri
tus ſui: et percutiet eum in ſeptem riuis ita vt tranſeãt per
eũ calciati. Et erit via reſiduo populo meo qui relinquet
ab aſſyrijs: ſicut fuit † iſrael in die illa qua aſcendit de ter- alš ✠ iſrael.
ra egypti.

Capituli Summarium. Pro deſtructo regno mundi
cantat eccleſia. Ca. XII.

Et dices in die illa. Cõfitebor tibi domine quo
niam iratus es mihi. conuerſus eſt furor tu' et A
cõſolatus es me. Ecce † deus ſaluator meus fi-
ducialiter agã ⁊ nõ timebo. Qr fortitudo mea alš ✠ dominus
⁊ laus mea dñs † ⁊ factus eſt mihi in ſalutem. Haurietis Exo.15.a. / Pſ.117.
aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris: ⁊ dicetis in die alš ✠ deus.
illa. Confitemini domino ⁊ inuocate nomen eius. Notas B
facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniã Pſ.104.
excelſum eſt nomen eius. Cantate domino quoniam ma- 1.Para.16.
gnifice fecit: annunciate hoc in vniuerſa terra. Exulta et
lauda habitatio ſion: quia magnus in medio tui ſanctus
iſrael.

C. S. De euerſione babylonis ⁊ eius vaſtitate interſe
ritur: de captiuitate ⁊ reditu populi. Ca. XIII.

Onus babilonis quod vidit eſaias filius amos
Super montem caliginoſum leuate ſignum et A
exaltate vocem: leuate manum et ingrediẽtur
portas duces. Ego mãdaui ſanctificatis meis
⁊ vocaui fortes meos in ira mea exultantes in
gloria mea. Vox multitudinis in mõtibus quaſi populorũ
frequentiũ: vox ſonitus regũ gentiũ congregatarũ. Do-
minus exercituum precepit militie belli venientib' de ter
ra procul. A ſummitate celi dominus ⁊ vaſa furoris ei' vt
diſperdat omnem terram. Vlulate quia prope eſt dies do B
mini: quaſi vaſtitas a domino veniet. propter hoc omnes
manus diſſoluent et omne cor hominis contabeſcet ⁊ con
teretur. Torſiões ⁊ dolores tenebũt: quaſi † parturientes Naum.2.c. / alš ✠ parturiens.
dolebunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum ſtupebit: facies
combuſte vultus eorum. Ecce dies domini veniet crude-
lis: ⁊ indignationis plenus: et ire furoriſq; ad ponendam
terram in ſolitudinem: ⁊ peccatores eius conterendos de
ea: quoniam ſtelle celi ⁊ ſplendor earum non expandent lu Eze.32.b.
mẽ ſuũ. Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo: ⁊ luna non ſplen-
debit in lumine ſuo. Et viſitabo ſuper orbis mala: et con- alš ✠ impiorum
tra impios † iniquitatem eorum. Et requieſcere faciam C
ſuperbiam infidelium ⁊ arrogantiam fortium humiliabo.
Precioſior erit vir auro: ⁊ homo mundo obrizo. Super
hoc celum turbabo: ⁊ mouebitur terra de loco ſuo ꝓpter
indignationem domini exercituum: ⁊ propter diem ire fu-
roris eius. Et erit quaſi damula fugiens et quaſi ouis: et
non erit qui congreget. Vnuſquiſq; ad populum ſuum cõ
uertetur: et ſinguli ad terra ſuam fugient: omnis qui inuẽ-
tus fuerit occidet et omnis qui ſuperuenerit cadet in gla
dio. Infantes eorum allidentur in oculis eorum diripien- D
tur domus eorum ⁊ vxores eorum violabuntur. Ecce ego
ſuſcitabo ſuper eos medos qui argentum non querant
nec aurum velint: ſed ſagittis paruulos interficient: et † la alš ✠ lactentibus
ctantibus vberis non miſerebuntur: ⁊ ſuper filios non † vteri.
parcat oculus eorũ. Et erit babylon illa † ciuitas glorio alš ✠ parcet. / alš non habet
ſa in regnis inclyta in ſuperbia caldeorum ſubuerſa: ſicut ✠ ciuitas.
ſubuertit dominus ſodomam ⁊ gomorram. Non habita- Gen.16.c.
bitur vſq; in finem: ⁊ non fundabitur vſq; ad generationẽ
et generationem. Nec ponet ibi tentoria arabs: nec pa-
ſtores requieſcent ibi: ſed requieſcent ibi beſtie ⁊ replebũ
tur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi ſtrutio-
nes: ⁊ piloſi † ſaltabunt ibi: ⁊ reſpondebũt ibi vlule in edi- alš ✠ ſaltabant
bus eius ⁊ ſyrene in delubris voluptatis.

Capituli Summarium. De caſu luciferi ⁊ verbis do-
mini contra philiſteos. Ca. XIIII.

Prope eſt vt veniat tempus eius ⁊ dies eius nõ A
elongabuntur. Miſerebitur enim dominus ia-
cob: ⁊ eliget adhuc de iſrael: requieſcere eos † alš ✠ faciet
faciet ſuper humum ſuam. Adiunget aduena ad
eos

eos: et adherebit domui iacob. Et tenebunt eos populi:
⁊ adducent eos in locum ſuum. Et poſſidebit eos domus
iſrael ſuper terram domini in ſeruos ⁊ ancillas: ⁊ erunt ca
B pientes eos qui ſe ceperant: ⁊ ſubijcient exactores ſuos.
Et erit in die illa cum requiem dederit tibi deus ⁊ a labo
re tuo ⁊ a concuſſione tua ⁊ a ſeruitute dura qua ante ſer
uiſti: ſumes parabolam iſtam contra regem babylonis ⁊
dices. Quomodo ceſſauit exactor: quieuit tributum? Cō
triuit dominus baculum impiorum virgā dominantium
cedentem populos in indignatione plaga inſanabili: ſubij
cientem in furore gentes: ⁊ perſequentem crudeliter. Cō
[...] exultauit quieuit ⁊ ſiluit omnis terra: gauiſa et † exultabit: abietes
[...] pe.ci.2.c. quoq; letate ſunt ſuper te: ⁊ cedri libani. Ex quo dormiſti
[...] non aſcendit qui ſuccidat nos. Infernus † ſubter te cōtur
C [...] ſubter. batus eſt in occurſum aduentus tui. † ſuſcitauit tibi gygā
[...] ſuſcitabit tes. Omnes principes terre ſurrexerūt de ſolijs ſuis: om
[...] non habet nes principes nationum vniuerſi reſpondebunt et dicent
[...] lucifera tibi. Et tu vulneratus es ſicut ⁊ nos: noſtri ſimilis effect⁹
es † Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua concidit cada
[...] quedā uer tuum. Subter te ſternetur tinea: ⁊ operimentum tuū
erunt vermes. Quomodo cecidiſti de celo lucifer qui ma
ne oriebaris? Corruiſti in terram qui vulnerabas gentes
D qui dicebas in corde tuo. In celum conſcendā ſuper aſtra
[...] † dei exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte teſtamenti
in lateribus aquilonis aſcendam ſuper altitudinem nubiū
ſimilis ero altiſſimo. Uerumtamen in infernum detrahe
ris in profundum laci. Qui te viderint ad te inclinabunt:
te q; proſpicient. Nunquid iſte eſt vir qui conturbauit ter
ram: qui concuſſit regna: qui poſuit orbem deſertum et vr
bes eius deſtruxit: vinctis eius nō aperuit carcerē? Om
[...] nes reges gentium vniuerſi dormierunt in gloria † vir in
E domo ſua tu autē proiectus es de ſepulchro tuo q̄ſi ſtirps
[...] ſicut inutilis † pollutus et obuolutus † cum his qui interfecti
[...] non habet ſunt gladio: ⁊ deſcenderunt ad fundamenta laci. Quaſi ca
[...] his. dauer putridum non habebis conſortium: neq; cum eis in
ſepultura. Tu enim terram tuam diſperdidiſti: tu populū
tuum occidiſti. Non vocabitur in eternū ſemen peſſimo
rum. Preparate filios eius occiſioni: iniquitate patrum
eorum. Non conſurgent nec hereditabunt terram neq;
[...] ciuitatis. implebunt faciem orbis † ciuitatum. Et conſurgam ſuper
F eos dicit dominus exercituum: ⁊ perdam babylonis no
men: et reliquias ⁊ germen: et progeniem: dicit dominus.
Et ponam eam in poſſeſſionem ericij et in paludes aqua
rum: ⁊ ſcopabo eam in ſcopa terens dicit dominus exerci
tuum. Iurauit dominus exercituum dicens. Si non vt pu
taui ita erit: et quomodo mente tractaui ſic eueniet: vt cō
teram aſſyrium in terra mea: et in montibus meis concul
cem eum: ⁊ auferetur ab eis iugum eius et onus illius ab
humero eorum tolletur. Hoc conſilium quod cogitaui ſu
per omnem terram: ⁊ hec eſt manus extenta ſuper vniuer
ſas gentes. Dominus enim exercituum decreuit: et quis
poterit infirmare? Et manus eius extenta: ⁊ quis auertet
G eam? In anno quo mortuus eſt rex achaz: factum eſt onus
iſtud. Ne leteris philiſtea omnis tu quoniam comminuta
eſt virga percuſſoris tui. De radice enim colubri egredie
tur regulus: ⁊ ſemen eius abſorbens volucrem. Et paſcē
tur primogeniti pauperum et pauperes fiducialiter requie
ſcēt et interire faciam in fame radicem tuam: et reliquias
tuas interficiam. Ulula porta: clama ciuitas: proſtrata eſt
philiſtea omnis. Ab aquilone enim fumus veniet: et nō eſt
qui effugiat agmen eius. Et quid reſpondebitur nuncijs
gentis. Quia dominus fundauit ſion: et in ipſo ſperabunt
pauperes populi eius.

C Ca. Sum. De onere moab. Ca. XV.

A ONus moab. Quia nocte vaſtata eſt ar: moab cō
[...] 48.c. ticuit: q2 nocte vaſtatus eſt murus: moab conti
[...] 7.c. cuit. Aſcēdit domus ⁊ dibon ad excelſa in plan
ctum ſuper nabo ⁊ ſuper medeba moab vlulabit. In cun
ctis capitibus eius caluicium: ⁊ omnis barba radet. In B
triuijs eius accincti ſūt ſacco ſuper tecta eius ⁊ in plateis
eius omnis vlulatus deſcendit in fletum. Clamabit eſebō
⁊ eleale: vſq; iaſa audita eſt vox eorum. Super hoc expe
diti moab vlulabunt: anima eius vlulabit ſibi. Cor meum C
ad moab clamabit: vectes eius vſq; ad ſegor vitulam † cō alś † cōſternantem.
ternantem. Per aſcenſum enim luith flens aſcendit: et in alś † aranaim.
via † oronaim clamorem contritionis leuabunt. Aque em̄
nemrim deſerte erunt. quia aruit herba: defecit gramen:
viror ominis interijt. Secundum magnitudinem operis:
et viſitatio eorum. Ad torrentem ſalicū ducent † eos: quo D
niam circūibit clamor terminū moab. Uſq; ad gallim vlu alś † eum.
latus eius: ⁊ vſq; ad puteum helim clamor eius quia aque
dibon replete ſunt ſanguine. Ponam enim ſuper dibon
addimenta his qui fugerint de moab leonem: ⁊ † reliquijs alś † reliquis.
terre.

C C. S. Prophetat ⁊ petit ruth moabitidem venire in
genealogiam xp̄i: ⁊ ſic xp̄m de ipſa petit. Ca. XVI.

EMitte agnum † dn̄e dominatorem terre de pe alś non habet † domine.
tra deſerti ad mōtem filie ſion. Et erit ſicut auis A
fugiens: ⁊ pulli de nido auolantes ſic erunt filie
moab in tranſcenſu arnon. Ini conſilium: coge
conſilium: pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie.
Abſcōde fugientes ⁊ vagos ne prodas. Habitabūt apud
te profugi mei. Moab eſto latibulum eorum a facie vaſta
toris. Finitus eſt enim puluis conſummatus eſt miſer: de B
fecit qui conculcabat terram. Et preparabitur in miſeri Hie.48.c.
cordia ſolium: et ſedebit ſuper eum in veritate in taberna
culo dauid: iudicans ⁊ querens iudicium et velociter red
dens quod iuſtum eſt. Audiuimus ſuperbiam moab ſuper
bus eſt valde. Superbia eius et arrogantia eius et indi
gnatio eius: plus q̄ fortitudo ei⁹. Idcirco vlulabit moab
ad moab: vniuerſus vlulabit. His qui † letātur ſuper mu alś † letatur.
ros cocti lateris loquimini plagas ſuas: quoniam ſubur
bana eſebon deſerta ſunt. Et vineam ſabama domini gen
tium exciderunt. Flagella eius vſq; ad iaſer peruenerunt: C
errauerunt in deſerto propagines eius relicte ſunt tran Hie.48.c.
ſierunt mare. Super hoc plorabo in fletu iazer: et vineam
ſabama. Inebriabo te lachryma mea eſebon ⁊ eleale: quo
niam ſuper vindemiam tuam et ſuper meſſem tuā vox cal
cantium irruit. Et auferetur letitia et exultatio de carme
lo: et in vineis non exultabit neq; iubilabit. Uinum in tor
culari non calcabit qui calcare conſueuerat: vocem calcā
tium abſtuli. Super hoc venter meus ad moab quaſi cy
thara ſonabit: et viſcera mea ad murum cocti lateris. Et D
erit cum apparuerit quod laborauit moab ſuper excelſis
ſuis: ingredietur ad ſancta ſua vt obſecret: et non valebit:
hoc verbum quod locutus eſt dominus ad moab extunc
et nunc locutus eſt dicens. In trib⁹ annis quaſi anni mer
cennarij auferetur gloria moab ſuper omni populo multo
et relinquetur in eo ſicut racemus paruus et modicus ne
quaq; multus.

C C. S. De onere damaſci: ⁊ indignatur dn̄s contra ia
cob ⁊ iſrael: q2 oblitus eſt ſaluatoris ſui: ⁊ cōtra perſequē
tes populum domini. Ca. XVII.

ONus damaſci: Ecce damaſcus deſinet eſſe ciui A
tas: ⁊ erit ſicut aceruus lapidum in ruina. Dere
licte ciuitates aroer gregib⁹ erūt ⁊ requieſcent
ibi et non erit qui exterreat. Et ceſſabit adiuto
rium ab effraim et regnū a damaſco: et reliquie ſyrie ſicut
gloria filiorū iſrael erunt dicit dominus exercituū. Et erit alś † pingues
in die illa attenuabitur gloria iacob. † et pinguedo carnis carnes eius
eius emarceſcet. Et erit ſicut congregans in meſſe quod marceſcent.
reſtiterit: et brachium eius ſpicas leget. Et erit ſicut que B
rens ſpicas in valle raphaim: et relinquetur in eo † ſicut alś † quaſi.
racemus: ⁊ ſicut excuſſio olee duarum vel trium oliuarum

in ſummitate rami:ſiue quatuor aut quinq₃:in cacuminibus
eius fructus eius:dicit dñs deus iſrael. In die illa inclina
bitur homo ad factorem ſuum ⁊ oculi eius ad ſanctum iſ-
rael reſpicient et non inclinabitur ad altaria que fecerunt
manus eius: ⁊ que operati ſunt digiti eius non reſpicient
lucos ⁊ delubra. In die illa erūt ciuitates fortitudinis ei⁹
C derelicte ſicut aratra: ⁊ ſegetes q̄ derelicte ſunt a facie fi-
al's † erit. liorū iſrael. Et eris † deſerta q₂ oblita es dei ſaluatoris
tui et fortis adiutoris tui non es recordata. Propterea
plantabis plantationem † fidelem: † germen alienum ſe-
al's † infidelem minabis. In die plantationis tue † labruſca: ⁊ mane ſemē
al's † ſemen. tuū florebit. Ablata eſt meſſis in die hereditatis: ⁊ † dole
al's † labruſcas. et eſt verbum. bit grauiter. Ue † multitudini populorū multorum vt mul
D titudo maris ſonantis: ⁊ tumultus turbarum ſicut ſonit⁹
al's † dolebis. al's † multitudo. aquarum multarum. Sonabunt populi ſicut ſonit⁹ aqua-
rum inundantium: et increpabit eum et fugiet procul. Et
rapietur ſicut puluis montium a facie venti: ⁊ ſicut turbo
coram tempeſtate. in tpe veſperi ⁊ ecce turbatio in matu-
tino et non ſubſiſtet. Hec eſt pars eorum qui vaſtauerunt
nos et ſors diripientium nos.

¶ Ca. Sū. Sermo alius cōtra egiptum Ca. XVIII.

A Ue terre cymbalo alarū q̄ eſt trāsflumē † ethio
al's † transflumina. pie. qui mittit in † mare legatos ⁊ in valis † pa
al's † mari. piri ſuper aquas. Ite angeli veloces ad gentē₃
al's † papireis. cōuulſam ⁊ dilaceratā ad populū terribilē poſt
quem non eſt alius ad gentem expectantem ⁊ conculcatā
al's non habet † ad montem. cuius diripuerunt flumina terram eius. † Ad montem no
B minis domini exercituum montem ſyon. Omnes habita-
nomẽ dñi exercituum montem ſyon. tores orbis qui moramini in terra: cum eleuatum fuerit ſi-
gnum in † montibus videbitis: ⁊ clangorem tube audie-
al's † nationib⁹ tis: quia hec dicit dominus ad me. Ego quieſcam ⁊ conſi
C derabo in loco meo ſicut meridiana lux clara eſt: ⁊ ſicut nu
al's † germinabit. bes roris in die meſſis. Ante meſſem enim totus efflorruit ⁊
al's † precident immatura perfectio † germinauit et † preſcindentur ra-
muſculi eius falcibus ⁊ que derelicta fuerint abſcindentur
Excutientur ⁊ relinquentur ſimul auibus montium ⁊ be-
ſtijs terre et eſtate perpetua erunt ſuper eum volucres et
al's † eum. omnes beſtie terre ſuper † illum hyemabunt. In tempore
D illo deferetur munus domino exercituum a populo diuul
ſo et dilacerato a populo terribili poſt quem non fuit ali⁹
a gente expectante ⁊ conculcata: cuius diripuerunt flumi
na terram eius ad locum nominis domini exercituum mō
tem ſyon.

¶ Capituli Sūmariū. De onere egypti: poſtea de auer-
ſione eius: ſecundo de pacificatione eius: de quinq₃ ciuita
tibus in egypto loquentibus lingua canaan.

¶ Capitulum. XIX.

A Onus egypti. Ecce dñs aſcendet ſuper nube₃
leuem: ⁊ ingredietur egyptum: ⁊ cōmouebun-
tur ſimulachra egypti a facie ei⁹ ⁊ cor egypti
tabeſcet in medio eius. Et concurrere faciam
egyptios aduerſus egyptios: ⁊ pugnabit vir
contra fratrē ſuū: ⁊ vir contra amicū ſuū: ciuitas aduerſus
ciuitatē: regnū aduerſus regnum: et dirumpetur ſpiritus
egypti in viſceribus eius: ⁊ conſiliū eius precipitabo. Et
interrogabunt ſimulachra ſua ⁊ diuinos ſuos: ⁊ phitones
⁊ ariolos: ⁊ tradā egyptū in manu dominorū crudeliū. et
rex fortis dominabit eorum: ait dñs deus exercituū. Et
areſcet aqua de mari: ⁊ fluuius deſolabitur atq₃ ſiccabit ⁊
deficient flumina. Attenuabunt ⁊ ſiccabuntur riui aggerū
Calamus ⁊ iuncus marceſcet nudabitur alueus riui a fon
te ſuo. Et omnis ſemētis irrigua ſiccabitur: areſcet ⁊ non
B erit. Et merebunt piſcatores: ⁊ lugebunt omnes mittētes
in flumen hamū: ⁊ expandentes rete ſuper faciem † aqua
al's † aque. al's † pectētes. rum emarceſcent. Confundentur qui operantur linum †
plectētes ⁊ texentes ſubtilia. Et erūt irrigua eius ſicctē
tia oia qui faciebāt lacunas ad capiendos piſces. Stul-
ti principes thaneos: ſapientes coſiliarij pharaonis de-
derunt conſiliū₃ inſipiens. Quomodo dicetis pharaoni:
Filius ſapientum ego: filius regum antiquorum: Ubi nūc
ſunt ſapientes tui: Annuncient tibi ⁊ indicent quid cogi-
tauerit dñs exercituum ſuper egyptum. Stulti facti ſunt
principes thaneos: emarcuerunt principes mempheos:
deceperunt egyptum angulum populorum eius. Domin⁹ C
miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis. Et errare fece-
runt egyptum in omni opere ſuo ſicut errat ebrius et vo-
mens. Et non erit egypto opus quod faciat: caput et cau
dam incuruantem ⁊ † refrenantem. In die illa erit egypt⁹ al's † ...
quaſi mulieres: ⁊ ſtupebunt ⁊ timebunt a facie commotio
nis manus domini exercituum quam ipſe mouebit ſuper
eam ⁊ erit terra iuda egypto in † pauorem. Omnis qui il- al's † ...
lius fuerit recordatus: pauebit a facie conſilij domini ex-
ercituū: quod ipſe cogitauit ſup eā. In die illa erūt quin- al's † ...
q₃ ciuitates in terra egypti loquentes lingua † chanaan:
et iurantes per dominum exercituum. Ciuitas ſolis voca
bitur vna. In die illa erit altare domini i medio terre egy
pti ⁊ titulus † domini iuxta terminum eius: ⁊ erit in ſignū al's non habet † dñi vel ...
et in teſtimonium domino exercituū in terra egypti. Cla- D
mabunt enim ad dominū₃ a facie tribulantis: ⁊ mittet eis
ſaluatorem ⁊ propugnatorem qui liberet eos. Et cogno-
ſcetur dominus ab egypto: ⁊ cognoſcent egyptij dominū
in die illa: ⁊ colent eum in hoſtijs ⁊ in munerib⁹ ⁊ vota vo
uebunt domino ⁊ ſoluent. Et percutiet dominus egyptū₃
plaga ⁊ ſonabit eam: ⁊ reuertentur ad dominum: et placa-
bitur eis: ⁊ ſanabit eos. In die illa erit via de egypto in aſ
ſyrios: ⁊ intrabit aſſyrius egyptum ⁊ egyptius in aſſyrios
et ſeruient egyptij aſſur. In die illa erit iſrael tertius egy-
ptio ⁊ aſſyrio: benedictio in medio terre cui benedixit do
minus exercituum dicens. Benedictus populus meus
egypti ⁊ opus manuum mearum † aſſyrius: hereditas au- al's † ...
tem mea iſrael.

¶ Capituli Summarium. De captiuitate egypti: ⁊ trāſ-
migratione ethiopie: et nuditate.

Capitulum: XX.

In anno quo ingreſſus eſt thartan in azotū cū₃ A
miſiſſet eum ſargon rex aſſyriorum ⁊ pugnaſſet
contra azotum ⁊ cepiſſet eam in tempore illo lo
cutus eſt dominus in manu eſaie filij amos di-
cens. Uade ⁊ ſolue ſaccum de lumbis tuis et calciamenta
tua tolle de pedibus tuis. Et fecit ſic: vadēs nud⁹ ⁊ diſcal-
ciatus. Et dixit dominus. Sicut ambulauit ſeruus meus
eſaias nudus ⁊ diſcalciatus trium annorum ſignum ⁊ por B
tentum erit ſuper egyptum ⁊ ſuper ethiopiam: ſic minabit
rex aſſyriorum captiuitatem egypti et tranſmigrationem
ethiopie. † Iuuenem et ſenem: nudam et diſcalciatam di- al's † iuuenum et ſenum
ſcoopertis natib⁹ † ad ignominiam egypti. Et timebunt al's non habet † ad.
et confundentur ab ethiopia ſpe ſua: et ab egypto gloria
ſua. Et dicet habitator inſule huius in die illa. † Heccine al's † hec eſt
erat ſpes noſtra: ad quos confugimus in auxilium vt libe heccine.
rarent nos a facie regis aſſyriorum: Et quomodo effuge-
re poterimus nos:

¶ Capituli Summarium. De ruina babylonie per me-
dos et perſas: interpoſitio de onere idumee: et de onere
arabie. Capitulum. XXI.

Onus deſerti maris: ſicut turbines ab africo A
veniunt: de deſerto venit: de terra horribili.
Uiſio dura nunciata eſt mihi. Qui incredulus
eſt infeliciter agit: et qui depopulator eſt va- Abach. 2. Jo. 2.
ſtat. Aſcende elam: obſide † mede: omnē gemi al's † media
tū eius ceſſare feci. Propterea repleti ſunt lumbi mei dolo
re anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia parturientis. Cor-
rui cū audire: † Cōturbat⁹ ſum cū viderem. Emarcuit cor al's † turbat⁹
meum: tenebre ſtupefecerunt me. Babylon dilecta mea- B
poſita eſt mihi in miraculū. Pone menſam cōtemplare in
ſpecula

ſpecula. Comedentes ⁊ bibētes: ſurgite principes arripi
te clypeū. Hec enī dixit mihi dñs. Uade ⁊ pone ſpeculato
C rem: et quodcūq; viderit annunciet. Et vidit currū duorū
equitū: aſcenſorē aſini ⁊ aſcenſorē cameli: et contēplat⁹ eſt
al' † nō h3 vi diligēter multo intuitu. Et clamauit vt † leo. Super † ſpe
Abac. 2. a. al' † ſpecula. culam dñi ego ſum ſtans iugiter per diē: et ſuper cuſtodiā
Hiere. 5. a. meā ego ſum ſtans totis noctibus. Ecce iſte venit aſcēſor
Apoca. 4. b. vir bige equitum ⁊ reſpondit et dixit. Cecidit cecidit ba-
bylon: ⁊ oīa ſculptilia deorū ei⁹ cōtrita ſunt in terra. Tri-
tura mea et filia aree mee que audiui a dño exercituū deo
iſrael annūciaui vobis. Onus duma ad me clamat ex ſeyr
al' † qui. D Cuſtos † qui de nocte: cuſtos qd de nocte? Dixit cuſtos.
Uenit mane et nox. Si queritis querite: conuertimini et
venite. Onus in arabia. In ſaltu ad veſperā dormietis: in
ſemitis dodanim. Occurrētes ſitienti ferte aquā: qui ha-
bitatis terrā auſtri cum panibus occurrite fugienti. A fa
cie enim gladiorū fugerunt a facie gladij imminentis: a fa
cie arcus extenti: a facie grauis prelij: quoniā hec dixit do
minus ad me. Adhuc in vno anno quaſi in anno mercēna-
al' † nō h3 et † glorie. rij: et † auferet omnis † gloria cedar: ⁊ reliquie numeri ſa
gittariorum fortium de filijs cedar imminuentur. Domi-
nus enim deus iſrael locutus eſt.

¶ Ca. Sum. Sermo dñi cōtra hieruſalē: de idolis eius
predicatur deſtructio facta per nabuchodonoſor: item ſer-
mo domini ad ſobnā prepoſitū tēpli vbi ſub nomine elia-
chim agitur de chriſto qui portat clauem dauid ſuper hu
meros ⁊ eſt paxillus in eccleſia. Ca. XXII.

A Onus vallis viſionis. Quidnā quoq; tibi eſt: qr
al' † nō h3 oīs aſcēdiſti ⁊ tu † oīs in tecta clamoris plena? vrbs
frequens ciuitas exultans? Interfecti tui non
al' † nō h3 tui interfecti gladio: nec mortui † mortui in bello.
Cūcti principes tui fugerūt ſimul: duriq; ligati ſunt. Oēs
qui inuenti ſunt vincti ſunt pariter procul fugerunt. Pro-
pterea dixi. Recedite a me: amare flebo. Nolite incūbe-
B re vt cōſolemini me ſuper vaſtitate filie populi mei. Dies
† h3 a enī interfectionis ⁊ cōculcationis ⁊ fletuū † domino deo
exercituū in valle viſionis. Scrutās murū: et magnificus
al' † nō h3 et. ſuper montem. Et elam ſumpſit pharetram: † ⁊ currū ho
minis equitis: ⁊ parietem nudauit clypeus. Et erūt electe
valles tue plene quadrigarū: ⁊ equites ponent ſedes ſuas
in porta: ⁊ reuelabitur operimentū iude. Et videbis in die
C illa armamentariū domus ſaltus ⁊ ſciſſuras ciuitatis da-
uid videbitis: qr multiplicate ſunt. Et cōgregaſtis aquas
piſcine inferioris: ⁊ domos hierl'm numeraſtis: ⁊ deſtruxi
ſtis domos ad muniendum murū. Et lacum feciſtis inter
duos muros ⁊ aquam piſcine veteris: ⁊ nō ſuſpexiſtis ad
D eum qui fecerat eam: ⁊ operatorē eius de longe non vidi-
ſtis. Et † vocabit domin⁹ de⁹ exercituū in die illa ad fle-
tum. ⁊ ad planctū ⁊ ad caluicium: ⁊ ad cingulū ſacci: ⁊ ecce
gaudiū ⁊ letitia: occidere vitulos ⁊ iugulare arietes: come
dere carnes ⁊ bibere vinū. Comedamus et bibam⁹: cras
enim moriemur. Et reuelata eſt in auribus meis vox do-
mini exercituū. Si dimittetur iniquitas hec vobis donec
de peni. diſt. 2. moriamini: dicit dominus exercituū. Hec dicit dominus
enim. deus exercituū. Uade et ingredere ad eum qui habitat in
Ro. 15. d. tabernaculo ad ſobnam prepoſitū templi ⁊ dices † ad eū.
E Quid tu hic: aut quaſi quis hic? Quia excidiſti tibi hic ſe
al' † et. al' † excelſum pulchrum: excidiſti in † excelſo memoriale: diligēter in pe
tra tabernaculū tibi. Ecce dom⁹ aſportari te faciet: ſicut
aſportatur gallus gallinaceus: et quaſi amictū ſic ſubleua
F bit te. Coronās coronabit te tribulatione: quaſi pilā mit-
tet te in terrā latam ⁊ ſpacioſam. Ibi morieris: ⁊ ibi erit
currus glorie tue: et ignominia domus domini tui. Et ex-
pellam te de ſtatione tua: ⁊ de miniſterio tuo deponam te
Et erit in die illa vocabo ſeruum meū heliachim filium hel
chie: et induam illum tunica tua: et cingulo tuo cōfortabo
eum: et poteſtatem tuam dabo in manus eius: ⁊ erit quaſi
pater habitantibus hieruſalalē domui iuda. Et dabo cla
uē dom⁹ dauid ſuper humerū eius: ⁊ aperiet ⁊ nō erit qui Joan. 12. c.
claudat: ⁊ claudet: ⁊ non erit qui aperiat. Et figam illū pa Apoc. 3. b.
xillum in loco † fideli: ⁊ erit in ſoliū glorie † domui patris B
ſui: ⁊ ſuſpendā ſuper eū omnē gloriā domus patris eius. al' † fidelium al' † domus.
Uaſorū diuerſa genera omne vas paruulū a vaſis cratera
rum vſq; ad omne vas muſicorū. In die illa dicit dñs exer
cituum: auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli: et
frangetur et cadet et peribit quod pepēderat in eo: quia
dominus locutus eſt.

¶ Ca. Sum. Sermo domini contra tyrū: qr futura ſit ſu-
per eā deſtructio per nabuchodonoſor. poſt. lxx. annos:
et poſtea reparabitur. Ca. XXIII.

Onus tyri. Ululate naues maris: qr vaſtata eſt A
domus vnde venire conſueuerāt: de terra ce-
thim reuelatū eſt eis. Tacete qui habitatis in
inſula: negotiatio ſydonis. Tranſfretātes ma
re repleuerunt te in aquis multis ſemen nili meſſis flumi-
nis fruges eius: et facta eſt negociatio gentium. Erube- al' † enim.
ſce ſydon ait † mare fortitudo maris dicens. Non partu- B
riui ⁊ nō peperi. ⁊ non enutriui iuuenes: nec ad incremen-
tum perduxi virgines. Cum auditum fuerit in egypto do
lebunt cum audierint de tyro. Tranſite maria vlulare qui
habitatis in inſula. Nunquid nō veſtra hec eſt que glori-
batur a diebus priſtinis in antiquitate ſua? Ducent eam
pedes ſui longe ad peregrinādū. Quis cogitauit hoc ſu-
per tyrum quōdam coronatā? Cuius negociatores princi
pes inſtitores eius inclyti terre. Domin⁹ exercituū cogi-
tauit hoc: vt detraheret ſuperbiā omnis glorie: ⁊ ad igno C
miniam deduceret vniuerſos inclytos terre. Tranſi terrā
tuam quaſi flumen filia maris: non eſt cingulum vltra tibi
Manum ſuam extendit ſuper mare: et cōturbauit regna
Dominus mandauit aduerſus chanaan: vt contereret for
tes eius: et dixit. Non adijcies vltra vt glorieris calūniam
ſuſtinens virgo filia ſidonis. In cethim cōſurgēs tranſfre-
ta: ibi quoq; non erit requies tibi. Ecce terra chaldeorū
talis populus non fuit: aſſur fundauit eam. In captiuita-
tem traduxerunt robuſtos eius: ſuffoderunt domos eius
poſuerunt eam in ruinam. Ululate naues maris: quia de-
uaſtata eſt fortitudo veſtra. Et erit in die illa in obliuione
eris o tyre ſeptuaginta annis ſicut dies regis vni⁹. Poſt D
ſeptuaginta autem annos erit tyro quaſi canticum mere
tricis. Sume tibi cytharā. circuini ciuitatē meretrix obli
uioni tradita. Bene cane: frequenta canticum: vt memo-
ria tui ſit. Et erit poſt ſeptuaginta annos viſitabit domin⁹ al' † mercedes
tyrum ⁊ reducet eā ad † merces ſuas: et rurſum † fornica- al' † erit cum
bitur cum vniuerſis regnis † ſuper faciem terre: et erunt Al' † h3 terre.
negociationes eius: et † merces eius ſanctificate domino al' † mercedes
Non condentur neq; reponentur: qr his qui habitauerūt
coram domino erit negociatio eius: vt manducent in ſatu
ritatem et veſtiantur vſq; ad vetuſtatem.

¶ Capituli Summarium. Sermo malorū que domin⁹
facturus eſt terre vniuerſaliter pro peccato habitatorum
eius de die iudicij.

Capitulum. XXIIII.

Ecce dominus diſſipabit terrā ⁊ † nudabit eā A
et affliget faciē eius et † diſperget habitato- al' † mutabit.
res eius. Et erit ſicut populus: ſic ſacerdos: ⁊ al' † diſpdet. Oſee. 4. b.
ſicut ſeruus ſic dominus eius: et ſicut ancilla:
ſic domina eius. Sicut emens: ſic ille qui vendit. Sicut
fenerator: ſic is q mutuum accipit. Sicut qui repetit: ſic q
debet. Diſſipatione diſſipabitur terra: et direptione pre- 24. q. c. miniſtri q. 3. c. plerumq; et.
dabitur. Dominus enim locutus eſt verbum hoc. Luxit c. putat.
et defluxit terra et infirmata eſt: defluxit orbis et infirma
ta eſt altitudo populi terre ⁊ terra † infecta ab habitatori al' † interfecta.
bus ſuis. quia tranſgreſſi ſunt leges mutauerunt ius diſſi- B
pauerunt fedus ſempiternū. Propter hoc maledictio vo

rabit terram ⁊ peccabunt habitatores eius: ideoq; inſa-
nient cultores eius: ⁊ relinquentur homines pauci. Luxit
vindemia infirmata eſt vitis: ingemuerūt omnes qui leta-
al's + ceſſabit. al's + gaudio. bantur corde. † Ceſſauit gaudiū tympanorū: quieuit ſoni
C tus letantium: conticuit dulcedo cythare. Cum † cantico
non bibent vinum: amara erit potio bibētibus illā. Attri
ta eſt ciuitas vanitatis: clauſa eſt omnis domus nullo in-
troeunte. Clamor erit ſup vino in plateis: deſerta eſt om-
nis letitia: tranſlatū eſt gaudiū terre. Relicta eſt in vrbe
ſolitudo: ⁊ calamitas opprimet portas. Quia hec erunt in
medio terre in medio populorū. Quomodo ſi pauce oliue
que remanſerunt excutiantur ex olea: ⁊ racemi cum fuerit
finita vindemia. Hi eleuabunt vocē ſuam atq; laudabunt:
cum glorificatus fuerit dominus hinnient de mari. Pro
pter hoc in doctrinis glorificate dominū in inſulis maris
nomen domini dei iſrael. A finibus terre laudes audiuim⁹
gloriam iuſti. Et dixi. Secretum meum mihi: ſecretū meū
mihi. Ve mihi preuaricantes preuaricati ſunt ⁊ preuarica
tione tranſgreſſorum preuaricati ſunt. Formido et fouea
Hie. 48. g al's + a voce. ⁊ laqueus ſuper te: qui habitator es terre. Et erit: qui fu-
al's + explicauerit gerit † a facie formidinis cadet in foueam: ⁊ qui ſe † expli
D cauerit de fouea tenebitur laqueo: q: cataracte de excelſis
aperte ſunt: et concutientur fundamenta terre. Confra-
ctione confringetur terra: contritione conteretur terra.
Cōmotione cōmouebitur terra: agitatione agitabit ter-
ra ſicut ebrius: et auferet quaſi tabernaculū vnius noctis.
Et grauabit eā iniq̄tas ſua: ⁊ corruet: ⁊ nō adijciet vt re-
ſurgat. Et erit in die illa. Viſitabit dominus ſuper militiā
celi in excelſo: ⁊ ſuper reges terre qui ſunt ſuper terrā. Et
congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum
et claudentur ibi in carcere: ⁊ poſt multos dies viſitabun
tur. Et erubeſcet luna ⁊ confundetur ſol: cum regnauerit
dominus exercituū in monte ſion ⁊ in hieruſalem: ⁊ in con
ſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus.

¶ Capituli Sūmariū. Propheta agit gratias deo pro
ſuis operibus: de ſocietate celeſti: de interitu mortis: ⁊ cō
fractu potentie diaboli.

Capitulum. XXV.

A
al's + nō h; eſtu Domine deus meus † es tu exaltabo te: ⁊ confi-
tebor nomini tuo. Quoniā feciſti mirabilia co
gitationes antiquas fideles. amen. Quia po-
ſuiſti ciuitatem in † tumultum: vrbem fortem in
al's + tumulum ruinam: domū alienorū vt nō ſit ciuitas: et in ſempiternuʒ
non edificetur. Super hoc laudabit te populus fortis ci-
B uitas gentium robuſtarū timebit te. Quia factus es forti
al's + pauperis tudo † pauperi: fortitudo egeno in tribulatione ſua ſpes
a turbine: vmbraculū ab eſtu. Spiritus enim robuſtorum
quaſi turbo impellēs parietem. Sicut eſtus in ſiti tumul-
tum alienorum: humiliabis: ⁊ quaſi calore ſub nube torrē
te propaginē fortium marceſcere facies. Et faciet domin⁹
E exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium
pinguium: conuiuiū vindemie: conuiuiū pinguium medul
latorum: vindemie defecate. Et precipitabit in monte iſto
faciem vinculi colligati ſuper omnes populos: ⁊ telā quā
apo. 7. d. ⁊. 21. a. al's. + h; omnes orditus eſt ſuper omnes nationes. Precipitabit mortem
in ſempiternum. Et auferet dominus deus † lachrymā ab
omni facie: et opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa
terra: quia dominus locutus eſt: Et dicet in die illa. Ecce
al's + expectauimus. deus noſter iſte. † expectabimus eum: et † ſaluabit nos.
al's + ſaluauit. Iſte dominus ſuſtinuimus eum: et exultabimus ⁊ letabi-
D mur in ſalutari eius: q: requieſcet manus domini in mon-
te iſto. Et triturabitur moab ſub eo: ſicuti terrūtur palee
in plauſtro. Et extendet manus ſuas ſub eo: ſicut extendit
natans ad natandum: et humiliabit gloriam eius cum al-
liſione manuum eius: et munimenta ſublimiū murorum
tuorum concident et humiliabuntur et detrahentur in ter
ram vſq; ad puluerem.

¶ Capituli Summarium. Canticum iuſtorum: de ſemita
iuſti: de duritia impij: et de reſurrectione mortuorum.

Capitulum. XXVI.

In die illa cantabitur canticum iſtud in terra iu A
da. Vrbs fortitudinis noſtre † ſion ſaluator po al's + nō h; ſion
netur in ea murus ⁊ antemurale. Aperite por-
tas et ingredietur gens iuſta: cuſtodiens verita
tem. Vetus error abijt ſeruabis pacem: pacem quia in te
ſperauimus. Sperastis in dño in ſeculis eternis: in domi
no deo forti in perpetuū. Quia incuruabit habitantes in
excelſo: ciuitatem ſublimē humiliabit: humiliabit eā vſq;
ad terram: detrahet eam vſq; ad puluerē. † Conculcabit al's + conculcabit
eam pes † pes pauperis greſſus egenorum. Semita iuſti re B
cta eſt rectus callis iuſti ad ambulandū: et in ſemita iudi- al's + pedes.
ciorum tuorum dñe ſuſtinuimus te: nomen tuum ⁊ memo- al's + deſiderium
riale tuū in deſiderio anime. Anima mea † deſiderauit te
in nocte ſʒ ſpiritu meo ⁊ precordijs meis de manu vigila-
bo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra: iuſtitiā diſcent
habitatores orbis. Miſereamur impio: ⁊ non diſcet iuſti al's + iniqua
tiam facere. In terra ſanctorū † iniqua geſſit: ⁊ non vide
bit gloriā domini. Domine exaltetur manus tua vt non vi
deant: videant ⁊ confundantur zelātes populi: ⁊ ignis ho
ſtes tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis: oīa enim E
opera noſtra operatus es † nobis. Domine deus noſter al's + in
poſſederunt nos domini abſq; te tantū in te recordemur
nominis tui. Morientes non viuāt: gygantes non reſur-
gant. Propterea viſitaſti et cōtriuiſti eos. perdidiſti om
nem memoriā eorū. Indulſiſti genti dñe: indulſiſti genti.
Nunqd glorificat⁹ es? Elōgaſti oēs terminos terre. Do
mine in anguſtia requiſierūt te: in tribulatiōe murmuris
doctrina tua eis. Sicut que concepit cum appropinqua-
uerit ad partum: dolens clamat in doloribus ſuis ſic facti D
ſumus. A facie tua domine concepimus: et quaſi parturi- al's + ſalutis
uimus ⁊ peperimus ſpiritum † ſalutis. † Iuſtitiam nō fe- al's + non
cimus in terra: ideo non ceciderunt habitatores terre. Vi
uent mortui tui: interfecti mei reſurgent. Expergeſcimini
⁊ laudate qui habitatis in puluere q: ros lucis ros tuus:
et terrā gygantū detrahes in ruinā. Vade populus meus
intra in cubicula tua: claude oſtia tua ſuper te: abſconde-
re modicum ad monumentū: donec pertranſeat indigna-
tio † mea. Ecce enim dominus egredietur de loco † ſuo vt al's + nō h; mea Mich. 1.
viſitet iniquitatem habitatoris terre contra eum: et reue al's + h; ſancto
labit terra ſanguinem ſuum: et non operiet vltra interfe-
ctos ſuos.

¶ Capituli Summarium. De iudicio et interitu diaboli
de ſpina domus et vinea ſua. de predicatione apoſtolorū
de fide gentium.

Capitulum. XXVII.

In die illa viſitabit dominus in gladio ſuo duro A
⁊ grandi ⁊ forti ſuper leuiathā ſerpentē vecteʒ
et ſuper leuiathan ſerpentem tortuoſuʒ ⁊ occi
det cetum qui in mari eſt. In die illa vinea meri
cantabit ei. Ego dominus qui † ſeruo eam: repente propi al's + cuſtodio
nabo ei. ne forte viſitetur contra eam. Nocte et die ſeruo B
eam. indignatio non eſt mihi. Quis dabit me ſpinam et
veprem? In prelio gradiar ſuper eam. ſuccendam eam pa
riter. An potius † tenebo fortitudinem meam. Faciet pa
cem mihi. pacem faciet mihi. Qui ingredientur impetu al's + tenebit al's + ad
† a iacob. efflorebit et germinabit iſrael: et implebunt fa-
ciem orbis ſemine. Nunquid iuxta plagam percutientis
ſe percuſſit eū? Aut ſicut occidit interfectos eius: ſic oc-
ciſus eſt? In menſura contra menſuram cum abiecta fue-
rit † iudicabit eā. Meditatus eſt in ſpiritu ſuo duro per al's + iudicauit
diem eſtus. Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas do-
mui iacob: et iſte omnis fructus vt auferatur peccatum
eius. Cum poſuerit omnes lapides altaris ſicut lapides
cineris

cineris alliſos:non ſtabūt luci ⁊ delubra. Ciuitas eīm mu-
alf. deſolabil nita † deſolata erit:ſpecioſa relinquetur:et dimittet quaſi
D deſertū. Ibi paſcetur vitulus ⁊ ibi accubabit:⁊ conſumet
ſummitates eius. In ſiccitate meſſis illius conterētur mu
lieres venientes ⁊ docentes eam. Non eſt eīm populus ſa
piens:propterea nō miſerebitur eius qui fecit eum: ⁊ qui
formauit eum nō parcet ei. Et erit in die illa:percutiet do
minus ab alueo fluminis vſ ad torrentē egypti:⁊ vos cō
gregabimini vnus ⁊ vnus filij iſrael:Et erit in die illa clan
getur in tuba magna:⁊ venient qui perditi fuerant de ter
ra aſſyriorū:et qui eiecti erāt de terra egypti: ⁊ adorabūt
dominum in monte ſancto in hieruſalem.

Capituli Summarium. Indignatio domini cōtra ſu-
perbiam effraim: ⁊ ebrietatem ſacerdotum:et contra prin
cipes illuſores:de chriſto quo naſcituro:⁊ de pena illu-
ſorum.

Capitulum.XXVIII.

A VE corone ſuperbie ebrijs effraim: ⁊ flori decidē
ti glorie exultationis eius qui erant in vertice
vallis pinguiſſime errantes a vino. Ecce validꝰ
⁊ fortis dn̄s ſicut impetꝰ grandinis turbo con-
fringens:ſicut impetus aquarū multarū inundātiū ⁊ emiſ
ſarum ſuper terram ſpacioſam. Pedibus cōculcabit co-
B rona ſuperbie ebriorū effraim: ⁊ erit flos decidens glorie
exultationis eius qui eſt ſup verticē vallis pinguiū:quaſi
temporaneū ante maturitatē autūni. Qd̄ cū aſpexerit vi-
dens ſtatim vt manutenuerit deuorabit illud. In die illa
erit dn̄s exercituū corona glorie: ⁊ ſertum exultationis re
alf. ſedētis. alf. † ſeſſionem ſiduo populi ſui: ⁊ ſpiritus iudicij † ſedēti ſuper † iudiciū
C ⁊ fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Uerum hi
quo pro vino neſcierunt. ⁊ pre ebrietate errauerūt. Sa
cerdos ⁊ propheta neſcierūt pre ebrietate: abſorpti ſunt
a vino. errauerunt in ebrietate:neſcierūt videntē: ignora-
uerunt iudiciū. Omnes enim menſe replete ſunt vomitu:
ſordiū:ita vt non eſſet vltra locus. Quem docebit ſcien
alf. repulſos. tiam:⁊ quē intelligere faciet auditū. Ablactatos a lacte:
...ma.14.a. † auulſos ab vberibus:quia manda remanda: manda re-
manda:expecta:reexpecta: expecta reexpecta modicum
ibi:modicū ibi. In loquela eīm labij ⁊ lingua altera loque-
D retur ad populum iſtū:cui dixit. Hec eſt requies mea:refi
cite laſſum ⁊ hoc eſt meū refrigeriū:et noluerunt audire.
Et erit eis verbū domini manda remanda:manda reman
da:expecta reexpecta:expecta reexpecta:modicū ibi:mo
dicum ibi:vt vadent ⁊ cadant retrorſum ⁊ conterantur et
illaqueētur ⁊ capiātur. Propter hoc audite verbū domi
ni viri illuſores qui dominamini ſuper populū meū qui eſt
...ma.9.e ...a.9.g ...e.2.a in iſrael. Dixiſtis enim. Percuſſimus fedus cum morte:et
cū inferno fecimus pactū. Flagellū inundās cū tranſierit
alf. † lapidē en... ...probatū ...cioſum non veniet ſuper nos:quia poſuimus mendacium ſpē no
ſtram:⁊ mēdacio protecti ſumus. Idcirco hec dicit domi
...ma.10.b nus deus. Ecce ego mittā in fundamentis ſion † lapidem
E angularē:lapidem probatū:precioſum:in fundamēto fun-
datum. Qui crediderit non feſtinet. Et ponam in ponde-
re iudiciū:⁊ iuſtitiā in menſura. Et ſubuertet grando ſpē
mendacij ⁊ protectionē. Aque inundabūt ⁊ delebitur fe-
dus veſtrum cum morte:⁊ pactū veſtrū cū inferno nō ſta
alf. † quando. ...1.ca. ſi cu... bit. Flagellum inundans cum tranſierit eritis ei in cōcul-
catione quandocun pertrāſierit tollet vos:† quoniā
...13.c. qr ca mane diluculo pertranſibit in die ⁊ in nocte:⁊ tantummo-
F do ſola vexatio intellectū dabit auditui. Coangustatū eſt
enim ſtratum ita vt alter decidat:⁊ palliū breue vtrun
operire non poteſt. Sicut enim in monte diuiſionū ſtabit
dominus:ſic in valle que eſt in gabaaon iraſcetur:vt faciat
alf. † nō hꝫ cꝰ. opus ſuum:alienum eſt opus eius vt operetur opus ſuū.
Peregrinū eſt opus † eius ab eo. Et nūc nolite illudere:
ne forte conſtringantur vincula veſtra. Cōſummationem
enim ⁊ abbreuiationem audiui a domino deo exercituum
ſuper vniuerſam terram. Auribus percipite et audite vo-
cem meam:attendite ⁊ audite eloquium meum. Nunquid
tota die arabit arans vt ſerat: proſcindet et ſariet humū Supra.10.f
B ſuam: Nōne cum adequauerit faciem eius:ſeret gith ⁊ ci-
minum ſparget: ⁊ ponet triticum per ordinē ⁊ hordeum ⁊
milium ⁊ viciam in finibus ſuis: Et erudiet illū in iudicio:
deus ſuis docebit illum. Non enim in ſerris triturabitur
gith:nec rota plauſtri ſuper ciminum circuibit: ſed in vir-
ga excutietur gith:et ciminū in baculo:panis autem cōmi
nuetur. Uerum non in perpetuū triturans triturabit illū:
ne vexabit eum rota plauſtri nec vngulis ſuis cōminuet
eū. Et hoc a dn̄o deo exercituum exiuit: vt mirabile face-
ret conſilium:et magnificaret iuſtitiam.

Capituli Summariū. Prophetatur deſtructio hieru
ſalem per nabuchodonoſ ⁊ per romanos. de ciuitate pro
phetarum ⁊ libro ſignato propter peccata populi: de ce-
lantibus peccata ſua:de fide gentium ⁊ reuerſione iudeo-
rum ad fidem: et pena illuſorum.

Capitulum.XXIX.

VE ariel:Ariel ciuitas quā expugnauit dauid. A
Additus eſt annus ad annū:ſolēnitates euo-
alf. † eris lute ſunt. Et circūuallabo ariel:⁊ erit † triſtis
⁊ merens:⁊ erit mihi quaſi ariel. Et circunda-
bo quaſi ſpherā in circuitu tuo ⁊ iaciā cōtra te aggerem:
⁊ munimēta ponam in obſidionem tuā. Humiliaberis:de
terra loqueris:et de humo audietur eloquiū tuū. Et erit B
quaſi phitonis de terra vox tua:⁊ de humo eloquiū tuum
muſitabit. Et erit ſicut puluis tenuis: multitudo ventilan
tium te. et ſicut fauilla pertranſiens multitudo eorum qui
contra te preualuerunt. Erit repente confeſtim a domi
no exercituū viſitabitur in tonitruo ⁊ cōmotione terre:et
voce magna turbinis ⁊ tempeſtatis:⁊ flāma ignis deuorā C
tis. Et erit ſicut ſomniū viſionis nocturne multitudo om-
nium gentium que dimicauerunt cōtra ariel: ⁊ omnes qui
militauerunt ⁊ obſederunt et preualuerunt aduerſus eā.
Et ſicut ſomniat eſuriēs ⁊ comedit: cum autem fuerit ex-
pergefactus vacua eſt anima eius. Et ſicut ſomniat ſitiēs
et bibit:et poſtq̄ fuerit expergefactus laſſus adhuc ſitit:
et anima eius vacua eſt:ſic erit multitudo omnium gentiū diſt.37.c.vnico.
que dimicauerunt contra montē ſion. Obſtupeſcite ⁊ ad-
miramini fluctuate ⁊ vacillate:inebriamini ⁊ nō a vino mo
uemini et non † ab ebrietate:quoniā miſcuit vobis domi alf. † nō hꝫ ab.
nus ſpiritū ſoporis. Claudet oculos veſtros:prophetas alf. † nō hꝫ in.
D et principes veſtros:qui vident viſiones operiet. Et erit
vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati:quem cū de-
derint ſcienti litteras dicent. lege iſtum:⁊ reſpondebit nō
poſſum: ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti lit-
teras diceturq ei:lege:et reſpondebit neſcio litteras. Et
dixit dominus. Eo q appropinquat populus iſte ore ſuo: Mat.15.a.
Mar.7.a.
et labijs ſuis glorificat me:cor autem eius longe eſt a me.
et timuerunt me mandato hominū ⁊ doctrinis:ideo ecce
E ego addam vt admirationē faciam populo huic miraculo
grandi et ſtupendo. Peribit enim ſapientia a ſapientibꝰ diſt.8.c ſi.
eius. ⁊ intellectus prudentium eius abſcondetur. Ue qui diſt.9.c diaconi ſunt.
profundi eſtis corde vt a domino abſcondatis conſilium: Abdie.1.c
1 cor.1.c.
quorū ſunt in tenebris opera. Et dicunt. Quis videt nos. Eccle.23.b
F et q̄s nouit nos: Peruerſa eſt hec veſtra cogitatio. quaſi
ſi lutum contra figulum cogitet. et dicat opus factori ſuo. Infra.45.c
non feciſti me. ⁊ figmentū dicat fictori ſuo:non intelligis.
Nonne adhuc in modico et in breui conuertetur libanus
in charmel. et charmel in ſaltum reputabitur: Et audient
in die illa ſurdi verba libri. et de tenebris et caligine oculi
cecorum videbunt. Et addent mites in domino letitiam:
et pauperes homines in ſancto iſrael exultabunt. quoniā alf. † ſucceſſ.
defecit qui preualebat conſummatus eſt illuſor. Et † ſucci alf. † feſtinabit
ſi ſunt omnes qui † vigilabant ſuper iniquitatem. qui pec
care faciebant homines in verbo. ⁊ arguentem in porta

alⁱ ✝ ad iuſtū. ſupplantabāt: ⁊ declinauerunt fruſtra † a iuſto: ꝑpter hoc
B hec dicit dominus ad domum iacob qui redemit abraam
Non modo confundetur iacob: nec modo vultus eius eru
beſcet: ſed cum viderit filios ſuos opera manuū mearū: in
alⁱ ✝ dz ſanc. medio ſui ſanctificantes nomen meū: ⁊ ſanctificabūt † ſan
ctum iacob ⁊ deū iſrael predicabunt: ⁊ ſcient errantes ſpi
ritu intellectum: et muſſitatores diſcent legem.

¶ Capituli Summariū. Comminatio domini contra re
liquias populi: qui poſt deſtructionem hieruſalem in egy
ptum deſcenderunt. Ca. XXX.

A
alⁱ ✝ adderē. Ve filij deſertores dicit dominus vt faceretis cō
ſilium ⁊ non ex me: ⁊ ordiremini telam ⁊ nō per
ſpiritū meū: vt † adderetis peccatū ſuper pec
catum: qui ambulatis vt deſcēdatis in egyptū.
⁊ os meum non interrogaſtis ſperantes auxiliū in fortitu
dine pharaonis: habentes fiduciā in vmbra egypti: ⁊ erit
alⁱ ✝ pharao. vobis fortitudo † pharaonis in confuſionē: ⁊ fiducia vm
alⁱ ✝ erant. bre egypti in ignominiā. † Erant enim in taphnis ꝑinci
pes tui: et nuncij tui vſqꝫ ad thanes peruenerunt. Omnes
confuſi ſunt ſuper populo qui eis ꝓdeſſe non poterat. Nō
fuerunt in auxilium: ⁊ in aliquam vtilitatē: ſed in confuſio
B nem ⁊ in opprobriū. Onus iumentorū auſtri. In terra tri
bulationis ⁊ anguſtie: leena ⁊ leo ex eis vipera: ⁊ regulus
volans portantes ſuper humeros iumentorū diuitias ſuas
et ſuper gybum camelorum theſauros ſuos ad populū q̄
eis prodeſſe non poterit. Egyptus enim fruſtra ⁊ vane au
xiliabitur. Ideo clamaui ſuper hoc ſuperbia tm̄ eſt: quie
de pe. di. i. c. ſunt ſce. Nunc ergo ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum: ⁊ in libro
qui arbitrātur. diligenter exara illud: ⁊ erit in die nouiſſimo in teſtimoniū
vſqꝫ in eternū. Populus enim ad iracundiā prouocās eſt:
⁊ filij mendaces: filij nolentes audire legē dei. Qui dicūt
videntibus nolite videre: et aſpicientibus nolite aſpicere
nobis ea que recta ſunt. Loquimini nobis placētia: vide
C te nobis errores: auferte a me viā: declinate a me ſemitā
ceſſet a facie noſtra ſanctꝰ iſrael. Propterea hec dicit do
alⁱ ✝ exprobaſtis. minus noſter ſanctus iſrael. Pro eo ꝙ † reprobaſtis ver
bum hoc ⁊ ſperaſtis in calūniā ⁊ in tumultū: ⁊ innixi eſtis
ſuper eo: propterea erit vobis iniquitas hec ſicut inter
ruptio cadens ⁊ requiſita in muro excelſo. Quoniā ſubito
dum non ſperatur veniet contritio eius: ⁊ cōminuet ſicut
conteritur lagena figuli contritione perualida: ⁊ nō inue
nietur de fragmentis eius teſta in qua portetur igniculus
de incendio: aut hauriatur parū aque de fouea. Quia hec
dicit dominꝰ deus ſanctus iſrael. Si reuertamini ⁊ quie
D ſcatis: ſalui eritis. In ſilētio ⁊ in ſpe erit fortitudo veſtra.
Et noluiſtis: ⁊ dixiſtis. Nequaq̄: ſed ad equos fugiemꝰ.
Ideo fugietis. Et ſuper veloces aſcendemus. Ideo velo
ciores erunt qui perſequentur vos. Mille homines a fa
cie terroris vnius: ⁊ a facie terroris quinqꝫ fugietis donec
relinquamini quaſi malus nauis in vertice montis ⁊ quaſi
ſignū ſuper collem. Propterea expectat dominus vt mi
ſereatur veſtri: et ideo exaltabitur parcens vobis: quia
deus iudicij dominus. Beati omnes qui expectant eum.
Populus enim ſion habitabit in hieruſalē. Plorans ne
E quaqꝫ plorabis: miſerans miſerebitur tui. Ad vocem cla
alⁱ ✝ vobis. moris tui: ſtatim vt audierit reſpōdebit tibi. Et dabit † ti
bi dominus panem artum ⁊ aquam breuem: et non faciet
adnolare a te vltra doctorē tuum: ⁊ erunt oculi tui viden
tes preceptorem tuum: et aures tue audient verbum poſt
alⁱ ✝ contaminabis. tergum monentis. Hec eſt via ambulate in ea: et non de
clinetis neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtram. Et † conta
minabis laminas ſculptiliū argēti tui: ⁊ veſtimentū con
flatilis auri tui: et diſperges ea ſicut immundiciam men
ſtruate. Egredere et dices eis. Et dabitur pluuia ſemini
tuo vbicunqꝫ ſeminaueritis in terra: et panis frugum ter
re erit vberrimus ⁊ pinguis. Paſcetur in poſſeſſione tua
in die illo agnus ſpacioſe: et tauri tui et pulli aſinorum qui

operantur terram commixtum migma comedent ſicut in
area ventilatū eſt. Et erunt ſuper omnē montē excelſum:
⁊ ſuper omnem collem eleuatū riui currentiū aquarum in F
die interfectionis multorū: cum ceciderint turres. Et erit
lux lune ſicut lux ſolis ⁊ lux ſolis erit ſeptēpliciter: ſicut lux
ſeptem dierū in die qua alligauerit dn̄s vulnus populi ſui:
⁊ percuſſurā plage eius ſanauerit. Ecce nomen domini ve
nit de longinquo: ardens furor eius ⁊ grauis ad portādū.
Labia eius repleta ſunt indignatione: ⁊ lingua eius quaſi
ignis deuorās. Spiritus eius velut torrens inundās vſqꝫ
ad medium colli: ad perdendas gentes in nihilum: et fre
num erroris quod erat in maxillis populorū. Canticū erit G
vobis ſicut † vox ſanctificate ſolēnitatis: et letitia cordis alⁱ ✝ nox.
ſicut qui pergit cum tybia vt intret in montem domini ad
fortem iſrael. Et auditā faciet dominus gloriā vocis ſue:
⁊ terrorem brachij ſui oſtendet in cōminationem furoris:
et † flamma ignis deuorantis. Allidet in turbine ⁊ in lapi alⁱ ✝ flamā.
de grandinis. A voce enī domini pauebit aſſur virga per
cuſſus: ⁊ erit tranſitus virge fundatus quam requieſcere
faciet dominus ſuper eū in tympanis ⁊ cytharis: ⁊ in bel
lis precipuis † expugnabit eos. Preparata eſt enī ab he alⁱ ✝ expugnauit.
ri tophet a rege preparata: ꝓfunda et dilatata. Nutrimē
ta eiꝰ ignis ⁊ lingua multa: flatus domini ſicut torrēs ſul
phuris ſuccendens eam.

¶ Capituli Summariū. Arguit confugientes ad huius
ſeculi auxilium pluſqꝫ ad diuinum: penitētibus promittit
miſericordiā dei: de die iudicij redit ad tēpora ezechielis.

Capitulum. XXXI.

Ve qui deſcēdūt in egyptū ad auxiliū in equis A
ſperātes: ⁊ habētes fiduciam † ſuper quadri alⁱ ✝ in.
gis: quia multe ſunt: ⁊ ſuper equitibꝰ q2 preua
lidi nimis: et nō ſunt cōfiſi ſuper ſanctū iſrael:
et dominū non † requiſierunt. Ipſe autem ſapiens addu alⁱ ✝ quæſierunt.
xit malū: ⁊ verba ſua nō abſtulit. Et cōſurget cōtra domū B
peſſimorū: et contra auxiliū operantium iniquitatē. Egy
ptus homo ⁊ non deus: ⁊ equi eorum caro ⁊ non ſpiritus
Et dominus inclinabit manum ſuam ⁊ corruet auxiliator
et cadet cui preſtatur auxilium ſimulqꝫ omnes conſumen
tur: quia hec dicit dominꝰ ad me. Quomodo ſi rugiet leo C
et catulus leonis ſuper predā ſuam cum occurrerit ei mul
titudo paſtorum: a voce eorum non formidabit: et a multi
tudine eorum non pauebit: ſic deſcendet dominus exerci
tuum vt prelietur ſuper montem ſion ⁊ ſuper collem eius. D
Sicut aues volantes ſic proteget dominus exercituū hie Si. pa. i. h.
ruſalem: protegens ⁊ liberans tranſiens ⁊ ſaluans. Con
uertimini ſicut in profundū receſſeratis filij iſrael. In die
enim illa abijciet vir idola argēti ſui ⁊ idola auri ſui que fe
cerunt vobis manus veſtre in peccatum: et cadet aſſur in
gladio non viri: et gladius non hominis vorabit eum: ⁊ fu alⁱ ✝ nō hn̄t
giet † non a facie gladij: et iuuenes eius vectigales erunt de pe. di. i. c.
et fortitudo eius a terrore tranſibit ⁊ pauebūt fugientes charitas
principes eius. Dixit dominus cuius ignis eſt in ſion ⁊ ca in glo.
minus eius in hieruſalem.

¶ Capituli Summarium. De aduentu chriſti et apoſto
lorum eius: interponitur de multis opulentis mulieribus
captiuandis vt conterantur et cōfundantur: de gaudio ce
leſtis patrie.

Capitulum. XXXII.

Ecce in iuſtitia regnabit rex ⁊ principes in iudi
cio preerunt. Et erit vir ſicut qui abſconditur a
vento ⁊ celat ſe a tempeſtate: ſicut riui aquarū A
in ſiti: et in vmbra petre prominētis in terra de
ſerta. Non caligabunt oculi videntium ⁊ aures audientiū
diligenter auſcultabunt. et cor ſtultorū intelliget ſcientiā
et lingua balborum velociter loquetur ⁊ plane. Non vo
cabitur vltra is qui inſipiens eſt princeps. neqꝫ fraudulen
tus appellabitur

B tus appellabitur maioꝛ. Stultus enim fatua loquetur: et
Pr.19.c. legim° coꝛ eius faciet iniquitatē: vt perficiat ſimulationē: ⁊ loqua
al's ✠ vacue fa- tur ad dominū fraudulenter ⁊ † vacuam faciat animā eſu-
rientis: ⁊ potum ſitienti auferat. Fraudulēti vaſa peſſima
ſunt. Ipſe enim cogitationes concinnauit ad perdendos
mites in ſermone mendacij: cum loqueretur pauper iudi-
cium. Princeps ſo ea que digna ſunt pꝛincipi cogitabit
C et ipſe ſuper duces ſtabit. Mulieres oppulente ſurgite: ⁊
audite vocem meam: filie confidentes percipite auribus
al's ✠ bꝫ enim. al's ✠ confunde- eloquium meum. Poſt dies † ⁊ annū ⁊ vos † cōturbabi-
mini confidentes. Conſummata eſt enim vindemia: colle-
ctio vltra non veniet. Obſtupeſcite opulente. conturbami
ni confidentes: exuite vos ⁊ confundemini: accingite lum
bos veſtros. Super vbera plangite ſuper regione deſide
rabili: ſuper vinea fertili. Super humū populi mei ſpine ⁊
D vepꝛes aſcendent: quātomagis ſuper omnes domos gau
dij ciuitatis exultantis. Domus enim dimiſſa eſt: multitu-
do vꝛbis relicta eſt: tenebꝛe ⁊ palpatio facte ſunt ſuper ſpe
luncas vſqꝫ ineternum. Gaudiū onagroꝝ paſcua gregū:
al's ✠ vos. donec effundatur ſuper † nos ſpiritus de excelſo. Et erit
deſertū in charmel ⁊ charmel in ſaltum reputabitur: ⁊ ha
bitabit in ſolitudine iudiciū: ⁊ iuſtitia in charmel ſedebit.
Et erit opus iuſtitie pax: ⁊ cultus iuſtitie ſilentium: ⁊ ſecu
ritas vſqꝫ in ſempiternū. Et ſedebit populus meus in pul
chꝛitudine pacis: et in tabernaculis fiducie: ⁊ in reqe opu
lenta. Grando enim in deſcenſione ſaltus: ⁊ humilitate hu
miliabitur ciuitas. Beati qui ſeminatis ſuper oēs aquas
al's ✠ in viſites † immittentes pedes bouis ⁊ aſini.

Capituli Summariū. Loquitur contra ſennacherib: ⁊ ad vltimā captiuitatē reuertitur de his qui videbūt dominum ⁊ de ſcribis non cognoſcentibus chꝛiſtum.

Capitulum. XXXIII.

Ve q̄ pꝛedaris: nōne ⁊ ipſe pꝛedaberis? Et qui
A ſpernis: nōne ⁊ ipſpe ſperneris? Cum cōſum-
maueris depꝛedatione depꝛedaberis. Cū fa-
tigatus deſieris cōtēnere contēneris. Domi-
ne miſerere noſtri: te ēm expectauimꝰ eſto bꝛa
al's ✠ coꝝ. al's ✠ in mane. chiū † noſtrū † in mane: ⁊ ſalus noſtra in tēpoꝛe tribulatio
nis. A voce angeli fugerūt populi: ⁊ ab exaltatiōe tua diſ-
perſe ſunt gētes: Et cōgregabunt ſpolia veſtra ſicut colli
gitur bꝛuchus: velut cū foſſe plene fuerint de eo. Magni
al's ✠ habita- ficatus eſt dominꝰ qm̄ † habitauit in excelſo: impleuit ſiō
indicio ⁊ iuſtitia: ⁊ erit fides in tempoꝛibus † ſuis. Diui-
B tie ſalutis ſapientia ⁊ ſciētia: timoꝛ domini ipſe eſt theſau
rus eius. Ecce vidētes clamabūt foꝛis: angeli pacis ama-
re flebunt. Diſſipate ſunt vie: ceſſauit tranſiens per ſemi-
tam: irritum factum eſt pactum pꝛoiecit ciuitates non re-
putabit homines. Luxit ⁊ elanguit terra: confuſus eſt li-
al's ✠ obſorduit. banus et † obſurduit. Et factus eſt ſaron ſicut deſertum
⁊ concuſſa eſt baſan ⁊ carmelus. Nunc conſurgā dicit do
minus: nunc exaltaboꝛ: nunc ſubleuaboꝛ. Concipietis ar-
doꝛem ⁊ parietis ſtipulam: ſpiritus veſter vt ignis voꝛa-
al's ✠ ignis. bit vos: ⁊ erunt populi quaſi de incendio † cinis: ſpine cō
gregate igni cōburentur. Audite qui longe eſtis que fece
al's ✠ contriti. rim: ⁊ cognoſcite vicini foꝛtitudinē meā. † Cōterriti ſunt
in ſion peccatoꝛes: poſſedit tremoꝛ hypocritas. Quis po
terit habitare de vobis cū igne deuoꝛāte? † aut quis ha-
al's ✠ nō bꝫ aut. C bitabit ex vobis cum ardoꝛibus ſempiternis? Qui ambu
lat in iuſtitijs ⁊ loquitur veritatem: qui pꝛoijcit auaritiam
ex calūnia ⁊ excutit manus ſuas ab omni munere. Qui ob
turat aures ſuas ne audiat ſanguinē: ⁊ claudit oculos ſuos
ne videat malum. Iſte in excelſis habitabit munimēta ſa-
xoꝛum ſublimitas eius. Panis ei datꝰ eſt: aque eius fide
les ſunt. Regem in decoꝛe ſuo videbunt: et oculi eius cer
nent terram de lōge. Coꝛ tuum meditabitur timoꝛē. Ubi
eſt litteratus? vbi eſt legis verba ponderans? vbi eſt do-
al's ✠ impꝛudētē ctoꝛ paruuloꝛum? Populū † impꝛudentē non videbis po
pulum alti ſermonis: ita vt non poſſis intelligere diſerta-
dinem lingue eius in quo nulla eſt ſapientia. Reſpice ſion D
ciuitatem ſolēnitatis noſtre. Oculi tui videbunt hieruſa-
lem † habitationē opulentā tabernaculū quod nequaquā al's ✠ ciuitates.
transferri poterit: nec auferent claui eius in ſempiternū: ⁊
omnes funiculi eius nō rumpētur: quia ſolūmodo ibi ma-
gnificus eſt dominus deus noſter. Locus fluuioꝝ riui la
tiſſimi ⁊ patētes: non tranſibit per eū nauis remigiū neqꝫ
trieris magna tranſgredietur eum. Dominus enim iudex
noſter: dominus legifer noſter: dominus rex noſter. Ipſe
† ſaluabit nos. Laxati ſunt funiculi tui: ſed nō pꝛeualebūt al's ✠ veniet et.
Sic erit malus tuus: vt dilatare ſignum non queas. Tūc
diuidentur ſpolia pꝛedarum multarū claudi diripient ra-
pinam: nec dicet vicinus: elangui. Populus qui habita-
bit in ea: auferetur ab eo iniquitas.

Ca. Sum. De die iudicij ⁊ de vaſtatione. iudee.

Capitulum. XXXIIII.

Accedite gentes ⁊ audite: et populi attendi-
te: audiat terra ⁊ plenitudo eiꝰ: oꝛbis ⁊ om̄e A
germen eius: quia indignatio domini ſuper
vt audiam quaſi magiſtrū. Dominus deus aperuit mihi
C aurem ego autem non cōtradico: retrorſum non abij. Cor
pus meum dedi percutientibus:et genas meas vellenti (Mat. 26. g)
bus. Faciem meam non auerti ab increpātibus et cōſpuē
tibus † in me. Dominus deus auxiliator meus et ideo nō (alias † nō dixi me.)
ſum confuſus. Ideo poſui faciem meam vt petram duriſſi
mam: et ſcio quoniam non confundar. Iuxta eſt qui iuſtifi
cat me. Quis † contradicet mihi? Stemus ſimul. Quis (alias † cōtradicit. alias † nō dr̄ dn̄s.)
D eſt aduerſarius meus? Accedat ad me. Ecce † dominus
deus auxiliator meus. Quis eſt qui condēnet me? Ecce
omnes quaſi veſtimentum conterentur: et tinea comedet (alias † deum.)
eos. Quis ex vobis timens † dominum audiens vocē ſer (alias † eius. Ps. 101.)
ui † ſui? Quis ambulauit in tenebris: et non eſt lumen ei?
Speret in nomine domini: et innitatur ſuper deum ſuum.
Ecce vos omnes accendentes ignem: accincti flammis.
Ambulate in lumine ignis veſtri: et in flāmis quas ſuccen
diſtis † de manu mea factum eſt hoc vobis. In doloribus (alias † vobis.)
dormietis.

Capituli Summariū. De reprobatis iudeis et perfi
dis loquitur dominus ad populos: quibus glorioſā pro
mittit eccleſiam: confortat quoqꝫ fideles: ꝛ deſiderant fi
deles aduentum filij: qui reſpondent verba ſolatij: promit
titur filius qui plantet celos ꝛ fundet terram: ꝛ vocantur



ad penitentiā qui chriſtum in paſſione ne
gauerunt. Capi. LI.

A Audite me qui ſequimini qđ iu
ſtum eſt. ꝛ queritis dominū. At
tēdite ad petrā vnde excisi eſtis
et ad cauernam laci de qua pre
ciſi eſtis. Attendite ad abraam patrem ve
ſtrum: et ad ſaram que peperit vos. Quia
vnum vocaui eū ꝛ benedixi ei: et multiplicaui eum. Con
ſolabitur ergo dominus ſion: ꝛ conſolabitur omnes rui
nas eius. Et ponet deſertum eius quaſi delitias: et ſolitu
dinem eius quaſi hortum domini. Gaudium ꝛ letitia inue
nietur in ea gratiarum actio ꝛ vox laudis. Attēdite ad me B (alias † populus.)
† popule me⁹ ꝛ trib⁹ mea me audite. Quia lex a me exiet
et iudicium meum in lucem populorū requieſcet. Prope
eſt iuſtus meus: egreſſus eſt ſaluator meus: ꝛ brachia mea
populos iudicabunt. Me inſule expectabunt. ꝛ brachiū
meum ſuſtinebunt. Leuate in celum oculos veſtros: et vi
dete ſub terra deorſum: quia celi ſicut fumus liqueſcent: ꝛ
terra ſicut veſtimentū atteretur: et habitatores eius ſicut
hec interibunt. Salus autē mea in ſempiternū erit: ꝛ iu
ſtitia mea non deficiet. Audite me qui ſcitis iuſtum: popu C
lus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere oppro (alias † blaſphemiam.)
brium hominū: et blaſphemias † eoꝝ ne metuatis. Sicut (alias † ſicut veſtimentum conſumetur tempore.)
enim veſtimentum ſic comedet eos vermis: ꝛ ſicut lanam:
ſic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in ſempiternū
erit: et iuſtitia mea in generationes generationum. Con (Infra. 52. a.) D
ſurge conſurge. induere fortitudinē brachiū domini. Con
ſurge ſicut in diebus antiquis in generationibus ſeculo
rum. Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbū: vulneraſti dra
conem? Nunquid non tu ſiccaſti mare: aquam abyſſi vehe
mentis? Qui poſuiſti profundum maris viam vt tranſirēt
liberati. Et nunc qui redempti ſunt a domino reuertētur:
et venient in ſion laudantes: et letitia ſempiterna ſuper ca
pita eorum. Gaudium ꝛ letitiam tenebunt: fugiet dolor et
gemitus. Ego ego ipſe cōſolabo vos. Quis tu vt timeas
ab homine mortali ꝛ a filio hominis: qui quaſi fenum ita (alias † creatoris.)
areſcet: et oblitus es domini † factoris tui? Qui tetendit E
celos ꝛ fundauit terram: ꝛ formidaſti iugiter tota die a fa
cie furoris eius q̄ te tribulabat: ꝛ parauerat ad perdēdū.
Vbi nunc eſt furor tribulantis? Cito veniet gradiens ad (alias † internitionem.)
aperiendum et non interficiet vſqꝫ ad † internitionem nec
deficiet panis eius. Ego autem ſum dominus deus tuus
qui conturbo mare: et intumeſcunt fluctus eius: dominus
exercituum nomen meum. Poſui verba mea in ore tuo: et
in vmbra manus mee protexi te: vt plantes celos et fundes
terram et dicas ad ſion populus meus es tu. Eleuare: ele
uare: conſurge hieruſalem que bibiſti de manu domini ca F
licem ire eius. Vſqꝫ ad fundū calicis ſoporis bibiſti: ꝛ po
taſti vſqꝫ ad feces. Non eſt qui ſuſtentet eam ex omnibus
filijs quos genuit ꝛ non eſt qui apprehendat manū eius
ex omnibus filijs quos enutriuit. Duo ſunt que occurre
runt tibi. Quis contriſtabitur ſuper te? Vaſtitas ꝛ cōtri G
tio ꝛ fames et gladius. Quis conſolabitur te? Filij tui p (alias † bellaqueata.)
iecti ſunt: dormierunt in capite omniū viarum ſicut † oryx
illaqueatus plen⁹ indignatione domini: increpatione dei
tui. Idcirco audi hec paupercula et ebria non a vino. Hec
dicit dominator tuus dominus: et deus tuus qui pugna
uit pro populo ſuo. Ecce tuli de manu tua calicem ſopo
ris: fundum calicis indignationis mee. Non † adijcies vt (alias † adijcies.)
bibas illum vltra. Et ponam illum in manu eorum qui te
humiliauerunt: et dixerunt anime tue incuruare vt tranſea
mus: et poſuiſti vt terrā corpus tuum et quaſi viam tranſ
euntibus.

Capituli Summariū. Excitatur eccleſia ad virtutes:
de redemptione noſtra: commendātur predicatores ꝛ iu
bentur apoſtoli exire de polluta ciuitate.

Capitulum. LII.

Conſurge cōſurge: iduere fortitudine tua ſiō A
Induere veſtimentis glie tue hieruſalē ciui (Diſt. 15. c. Supra. 51.)
tas † ſancti: q2 nō adijciet vltra vt ptranſeat (alias † ſancta.)
per te incircūciſus ꝛ immūdus. Excutere de
puluere: cōſurge ſede hieruſalē. Solue vin
cula

B cula colli tui captiua filia ſion. q2 hec dicit dominus. Gra
tis venundati eſtis: et ſine argento redimemini. Quia hec
dicit dominus deus. In egyptũ deſcendit populus meus
in principio vt colonus eſſet ibi: et aſſur abſq; vlla cauſa ca
lumniatus eſt eum. Et nunc quid mihi eſt hec dicit domi-
nus? Quoniã ablatus eſt populus me9 gratis. Domina-
tores eius inique agunt dicit dominus et iugiter tota die
nomen meum blaſphematur. Propter hoc ſciet populus
meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe q loquebar
ecce adſum. Quam pulchri ſuper mõtes pedes annũcian
C tis et predicantis pacem: annunciantis bonum: predican-
tis ſalutem: dicentis. Sion regnabit deus tuus. Vox ſpe
culatorum tuorum leuauerunt vocem: ſimul laudabunt: q2
oculo ad oculum videbunt cum cõuerterit dominus ſion.
Gaudete et laudate ſimul deſerta hieruſalẽ: quia conſola
tus eſt dominus populum ſuum: redemit hieruſalẽ. Para
D uit dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omniũ gẽ-
tium: et videbũt omnes fines terre ſalutare dei noſtri. Re
cedite recedite: exite inde pollutum nolite tangere. Exite
de medio eius: mundamini qui fertis vaſa domini. Quo-
niam nõ in tumultu exibitis: nec in fuga pperabitis. Pre
cedet enim vos dominus: et congregabit vos deus iſrael.
Ecce intelliget ſeruus meus: et exultabitur et eleuabitur
et ſublimis erit valde. Sicut obſtupuerunt ſuper † te mul
ti ſic inglorius erit inter vos aſpectus eius: et forma eius
inter filios hominum. Iſte aſperget gentes multas ſuper
ipſum continebunt reges os ſuum. Quia quibus non eſt
narratum de eo † viderunt: et que non audierant contem
plati ſunt.

¶ Capituli Summariũ. Prophetat de paſſiõe ieſu chri
ſti futura: cui promittitur q post paſſionem erit ſaturitas
gentium in fide.

Capitulum. LIII.

A Quis credidit auditui noſtro: et brachiũ domi-
ni cui reuelatũ eſt? Et aſcendet ſicut virgultũ
coram eo: et ſicut radix de terra ſitienti. Non
eſt ſpecies ei neq; decor. Et vidimus eum et nõ
erat aſpectus: et deſiderauimus eum deſpectũ
et nouiſſimum virorum: virum dolorum et ſcientem infir-
mitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius et deſpectus:
vnde nec reputauimus eum. Vere languores noſtros ipſe
B tulit: et dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus
eum quaſi leproſum: et percuſſum a deo et humiliatũ. Ipſe
autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras attritus
eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtre ſuper
eum: et liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues
errauimus: vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit: et poſuit
dominus in eo iniquitatẽ omniũ noſtrorum. Oblatus eſt
C quia ipſe voluit: et non aperuit os ſuũ. Sicut ouis ad oc-
ciſionem ducetur: et quaſi agnus coram † tondente ſe ob-
muteſcet: et non aperiet os ſuum. De anguſtia et de iudi-
cio ſublatus eſt. Generationẽ eius quis enarrabit? Quia
abſciſus eſt de terra viuentium. Propter ſcelus populi
mei † percuſſit eum. Et dabit impios pro ſepultura: et † di
uites pro morte ſua eo q iniquitatem non fecerit: neq; do
D lus † fuerit in ore eius: et dominus voluit conterere eum
in infirmitate. Si poſuerit pro peccato animam ſuam: vi-
debit ſemen longeuum: et volũtas † domini in manu eius
dirigetur. Pro eo q laborauit anima eius: videbit et ſatu
rabitur. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſt9 ſeruos meos
multos et iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſper-
tiam ei plurimos: et fortium diuidet ſpolia: pro eo q tra-
didit in mortem animam ſuã et cum ſceleratis reputatus
eſt. Et ipſe † peccata multorum tulit: et pro tranſgreſſori-
bus rogauit.

¶ Capituli Summariũ. De vocatione iudeorum et gen-
tium et qualiter eccleſia edificatur de lapidib9 precioſis:
et de fabro qui ſufflat prunas.

Capitulum. LIIII.

A Lauda ſterilis que non paris: decanta laudem
et hymni que non pariebas: quoniã multi filij Sopir.2.c.
deſerte magis q eius que † habebat virũ di- al9 † habet.
cit dominus. Dilata locum tentorij tui: et pel- Luce.23.d.
les tabernaculorum tuorum extende. Ne par- Gala.4.d.
cas. Longos fac funiculos tuos: et clauos tuos conſoli-
da. Ad dexteram enim et ad leuam penetrabis et ſemẽ tuũ
gẽtes hereditabit: et ciuitates deſertas inhabitabit. No
B li timere: quia non confunderis neq; erubeſces. Non enĩ
te pudebit quia confuſionis adoleſcentie tue obliuiſceris
et opprobrij et viduitatis tue non recordaberis amplius.
Quia dominabitur tui qui fecit te dominus exercituũ no
men eius: et redẽptor tuus ſanctus iſrael. deus omnis ter
re vocabitur. Quia vt mulierem derelictam et merentem
ſpiritu vocauit te dominus: et vxorem ab adoleſcẽtia ab-
iectam. Dixit deus tuus. Ad punctum in modico dereli-
qui te: et in miſerationibus magnis cõgregabo te. In mo
mento indignationis abſcondi faciem meam parumper a
C te: et in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Dixit
redemptor tuus dominus. Sicut in dieb9 noe iſtud mihi
eſt: cui iuraui ne inducerem aquas † diluuij vltra ſupra ter al9 † noe.
ram: ſic iuraui vt non iraſcar tibi: et nõ increpem te. Mon
tes enim commouebuntur et colles contremiſcent miſeri
cordia autem mea non recedet a te. et fedus pacis mee nõ
mouebitur. Dixit miſerator tuus dominus. Paupercula
tempeſtate conuulſa abſq; vlla conſolatione: ecce ego ſter
nam per ordinem lapides tuos: et fundabo te in ſaphyris
et ponam iaſpidem propugnacula tua: et portas tuas in la
D pides ſculptos: et omnes terminos tuos in lapides deſi-
derabiles. Vniuerſos filios tuos doctos a domino et mul
titudinem pacis filijs tuis: et in iuſtitia fundaberis. Re-
cede procul a calumnia: quia non timebis et a pauore: quia
non appropinquabit tibi. Ecce accola veniet qui nõ erat
mecum: aduena quondam tuus adiũgetur tibi. Ecce ego
creaui fabrum ſufflantem in igne prunas: et proferentẽ vas
in opus ſuum et ego creaui interfectorem ad diſperden-
dum. Omne vas quod factum eſt contra te nõ dirigetur:
et omnem linguam reſiſtentem tibi in iudicio † iudicabis. al9 † cõdẽnabis
Hec eſt hereditas ſeruorum domini: et iuſtitia eorũ apud
me: dicit dominus.

¶ Capituli Summarium. De baptiſmo et populo chri-
ſtiano: de querendo dominum: et de verbo quod non redit
in vacuum.

Capitulum. LV.

A Omnes ſitientes venite ad aquas: et qui nõ ha
betis argentum properate emite et comedite.
Venite emite abſq; argento et abſq; vlla com-
mutatione: vinum et lac. Quare appẽditis ar-
gentum non in panibus: et laborem veſtrũ non Diſt.15.c. ſi. in ſi.
in ſaturitate. Audite audientes me: et comedite bonum et Apoc.22.d.
delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurẽ
veſtram et venite ad me: audite et viuet anima veſtra. Et fe
riam vobiſcum pactum ſempiternũ miſericordias dauid
B † fideles. Ecce teſtem populis dedi eum ducem ac precep-
torem gẽtibus. Ecce † gentẽ quam neſciebas vocabis: a9 † fideles.
et gentes que te non cognouerunt ad te current propter al9 † gentes.
dominum deum tuum et ſanctum iſrael. † quia glorificauit al9 † qui.
te. Querite dñm dum inueniri poteſt. inuocate eum dum
prope eſt. Derelinquat impius viam ſuã: et vir iniquus co
gitationes ſuas: et reuertatur ad dominũ: et miſerebit9 ei9:
et ad deum noſtrum quoniã multus eſt ad ignoſcẽdũ. Nõ
enim cogitationes mee cogitationes veſtre: neq; vie mee De pe. di. 1.c. his autoritatibus.
C vie veſtre dicit dñs. Quia ſicut exaltantur celi a terra: ſic
exaltate ſunt vie mee a vijs veſtris: et cogitationes mee a

cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcendit imber et
alſ + reuertet. nix de celo: ⁊ illuc vltra non † reuertitur ſed inebriat terrã
et infundit eam: ⁊ germinare eam facit: ⁊ dat ſemẽ ſerenti
D ⁊ panem comedenti: ſic erit verbum meum quod egredie
tur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: ſed faciet
quecunq₃ volui: et proſperabitur in his ad que miſi illud.
Quia in letitia egrediemini: et in pace deducemini. Mon
tes ⁊ colles cantabũt coram vobis laudẽ: ⁊ oĩa ligna † re
alſ + ſiluarum gionis plaudẽt manu. Pro ſaliũcula aſcẽdet abies: ⁊ pro
vrtica creſcet myrtus. Et erit dominus nominat⁹ in ſignũ
eternum: quod non auferetur.

Capituli Summariũ. De eunucho ⁊ cuſtodiẽte ſabba
tum: ⁊ ꝙ propter malos paſtores deuoratur populus.

Capitulum. LVI.

Ec dicit dominus. Cuſtodite iudiciũ ⁊ facite
iuſtitiã: q₂ iuxta eſt ſalus mea vt veniat ⁊ iuſti
A tia mea vt reueletur. Beat⁹ vir qui facit hoc:
⁊ filius hominis qui apprehẽdet iſtud. Cuſto
diens ſabbatum ne polluet illud cuſtodiẽs ma
nus ſuas ne faciat omne malũ. Et non dicat filius adue
ne qui adheret domino dicens. Separatione diuidet me
dominus a populo ſuo. Et non dicat eunuchus: ecce ego
B lignum aridũ. Quia hec dicit dominus eunuchis. † Qui
alſ + nõ h₃ que / al + nõ h₃ ego. cuſtodierint ſabbata mea: et elegerint que † ego volui: et
Sapien. 3. d. tenuerint fedus meum: dabo eis in domo mea ⁊ in muris
diſt. 8. c. ſi mel⁹. meis locum ⁊ nomen melius a filijs ⁊ filiabus. Nomẽ ſem
alſ + filios. piternum dabo eis: quod non peribit. Et † filios aduene
Supra. 29. / alſ + diligant. qui adherẽt domino vt colant eum ⁊ † diligant nomẽ ei⁹:
C vt ſint ei in ſeruos: omnem cuſtodientem ſabbatum ne pol
luat illud ⁊ tenentem fedus meum adducam eos in montẽ
ſanctum meũ: ⁊ letificabo eos in domo orationis mee. Ho
alſ + h₃ eorum locauſta † et victime eorũ placebũt mihi ſuper altari meo:
Mat. 21. b q₂ domus mea domus orationis vocabitur cunctis popu
Mar. 11. c lis. Ait dominus deus qui congregat diſperſos iſrael: ad
Luce. 19. g. / alſ + omnes. huc cõgregabo ad eum † congregatos eius. Omnes be
alſ + cõgregationes. ſtie agri venite ad deuorandum vniuerſe beſtie ſalt⁹. Spe
diſt. 88. c. 2. 1. q. culatores eius ceci omnes: neſcierunt vniuerſi: canes mu
3. c. ſaluator. in ti non valentes latrare videntes vana: dormientes ⁊ amã
ſi. 16. q. 7. c. hec diximus. tes ſomnia ⁊ canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatẽ.
D Ipſi paſtores ignorauerunt intelligẽtiam. Omnes in viã
diſtin. 43. c. 1. in prin. ſuam declinauerunt: vnuſquiſq₃ ad auaritiam ſuam: a ſum
Hiere. 6. e mo vſq₃ ad nouiſſimũ. Venite ſumam⁹ vinũ: ⁊ impleamur
Supra. 2. b. ebrietate: ⁊ erit ſicut hodie: ſic ⁊ cras et multo amplius.

Capituli Summarium. De iuſto cuius mors non intel
ligitur ab impijs: increpãtur iudei ꝙ chriſtũ in cruce ſub
ſannauerunt: et de idolis: de confidentibus in domino: de
reprobatione iudeorum: ⁊ ꝙ impijs non eſt pax.

Capitulum. LVII.

A
alſ + nemo. Uſtus perit et † non eſt qui recogitet in corde
ſuo: ⁊ viri miſericordie colliguntur: quia nõ eſt
qui intelligat. A facie enĩ malitie collectus eſt
alſ + veniet. iuſtus. † Veniat pax requiſcat in cubili ſuo qui
ambulauit in directione ſua. Vos autem accedite huc filij
alſ + adultere. auguratricis: ſemen † adulteri et fornicarie. Super quẽ
luſiſtis? Super quẽ dilataſtis os: et eiecſtis linguã? Nũ
quid non vos filij ſcelesti: ſemen mendax? Qui conſolami
ni in dijs ſubter omne lignũ frondoſum: immolantes par
alſ + imminentes. uulos in torrentibus ſubter † eminentes petras. In par
B tibus torrentis pars tua: hec eſt ſors tua. Et ipſis effudi
ſti libamen: obtuliſti ſacrificiũ. Nunquid ſuper his nõ in
dignabor? Super montem excelſum et ſublimem poſuiſti
cubile tuum: et illuc aſcendiſti vt immolares hoſtias. Et
poſt oſtium ⁊ retro poſtem poſuiſti memoriale tuũ: quia
iuxta me diſcooperuiſti et ſuſcepiſti adulterum. Dilataſti
alſ + nõ h₃ ſed⁹. cubile tuum: et pepiſti cum eis † fedus. Dilexiſti ſtratum
eorum manu aperta: et ornaſti te regio vnguento ⁊ multi
plicaſti pigmenta tua. Miſiſti legatos tuos procul: ⁊ hu
miliata es vſq₃ ad inferos. In multitudine vie tue labora C
ſti: nec dixiſti quieſcam. Vitam manus tue inueniſti: pro
pterea non rogaſti. Pro quo ſollicita timuiſti: quia menti
ta es: et mei non es recordata: neq₃ cogitaſti in corde tuo:
quia ego tacens et quaſi non videns ⁊ mei oblita es. Ego
autem annunciabo iuſtitiam tuam: et opera tua nõ prode
runt tibi: cum clamaueris liberent te congregati tui. Et
omnes eos auferet vẽtus: tollet aura. Qui autem fiduciã
habet mei: hereditabit terram ⁊ poſſidebit montem ſan
ctum meũ ⁊ dicam. Viam facite: prebete iter: declinate a D
ſemita: auferte offendicula de via populi mei. Quia hec di
cit dominus excelſus ⁊ ſublimis habitans eternitatem: et
ſanctum nomen eius in excelſo ⁊ in ſancto habitãs: ⁊ cum
contrito ⁊ humili ſpiritu vt viuificet ſpiritum humilium:
et viuificet cor contritorum. Non enim in ſempiternum li
tigabo: neq₃ vſq₃ ad finẽ iraſcar: quia ſpiritus a facie mea
egredietur ⁊ flatus ego faciam. Propter iniquitatẽ aua
ritie eius iratus ſum ⁊ percuſſi eum. Abſcondi a te faciem
meam ⁊ indignatus ſum. Et abijt vagus in via cordis ſui.
Vias eius vidi et † ſanaui eum ⁊ reduxi eũ ⁊ reddidi cõſo de pe. di. 1. / alſ + vidi.
lationes ipſi ⁊ lugentibus eius. Creaui fructum labiorũ
pacem: pacem ei qui longe eſt et qui prope: dixit domin⁹:
et ſanaui eum. Impij autẽ quaſi mare feruens quod quie
ſcere non poteſt: ⁊ redundãt fluctus eius in conculcatio Supra. 48.
nem ⁊ lutum. Non eſt pax † impijs: dicit dominus deus. alſ + dicit / de⁹ me⁹ imp

Capituli Summariũ. De ieiunio et elemoſyna ⁊ alijs
operibus miſericordie: de veneratione et obſeruatiõe ſab
bati: et de premijs eorundem.

Capitulum. LVIII.



Lama ne ceſſes
quaſi tuba exalta A
voce tuam: ⁊ annũ diſt. 43. c. 1.
cia populo meo ſcele
ra eorum: et do
mui iacob peccata eorũ. Me
etenim de die in diem querũt
et ſcire vias meas volũt quaſi
gens que iuſtitiã fecerit ⁊ que
iudicium dei ſui nõ dereliquẽ
rit. Rogãt me iudicia iuſtitie
et appropinquare deo volũt.
Quare ieiunauim⁹ ⁊ nõ aſpe
xiſti: humiliauim⁹ animas no
ſtras ⁊ neſciſti? Ecce in die ie
iunij veſtri inuenitur voluntas veſtra: ⁊ omnes debitores
veſtros repetitis. Ecce ad lites ⁊ ad cõtentiones ieiuna 33. q. 4. c.
tis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare ſicut vſq₃ B
ad hanc diem: vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nun
quid tale eſt ieiunium quod elegi per diẽ affligere homi
nem animam ſuam? Nunquid contorquere quaſi circulũ
caput ſuum: et ſaccum et cinerem ſternere? Nũquid iſtud
† vocabis ieiuniũ: ⁊ diẽ acceptabilem domino? Nõne hoc alſ + voca
eſt magis ieiuniũ quod elegi? Diſſolue colligationes im 15. q. 5. c.
pietatis. ſolue faſciculos deprimentes. Dimitte eos qui / tatem.
confracti ſunt liberos. ⁊ omne onus dirũpe. Frange eſu 13. q. 2. c. / menus.
rienti panem tuum. ⁊ egenos vagoſq₃ induc in domũ tuã. diſt. 21. c. / 89. di. c.
Cum videris nudum operi eum ⁊ carnem tuam ne deſpe C
xeris. Tunc erũpet quaſi mane lumen tuum. ⁊ ſanitas tua
citius orietur. Et anteibit faciem tuam iuſtitia tua. ⁊ glo alſ + me.
ria dñi colliget te. Tunc inuocabis † ⁊ dominus exaudiet
te: clamabis ⁊ dicet ecce adſum. † q₂ miſericors ſum dñs alſ + nõ h₃ / miſericors
de⁹ tu⁹. Si abſtuleris de medio tui cathenã. ⁊ deſieris ex dñs deus
tendere

tendere digitum: ⁊ loqui quod nō prodeſt: cum effuderis
eſurienti animā tuam: ⁊ animā afflictam repleueris orietur
in tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erunt ſicut meridies. Et
requiem tibi dabit dominus deus tuus ſemper: et imple-
bit ſplēdoribus animā tuam: et oſſa tua liberabit. Et eris
quaſi ortus irriguus: ⁊ ſicut fons aquarū cuiꝰ nō deficiēt
aque. Edificabuntur in te deſerta ſeculorum fundamenta
generationis ⁊ generatiōis ſuſcitabis. Et vocaberis edi-
D ficator ſepium: auertens ſemitas iniquitatū. Si auerteris
a ſabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die ſan
cto meo: et † vocaberis ſabbatum delicatū ⁊ ſanctum do-
mini glorioſum: et glorificaueris eum dum non facis vias
tuas: et non inuenitur voluntas tua vt loquaris ſermonē:
tunc delectaberis ſuper domino et ſuſtollā te ſuper: † alti-
tudines terre: ⁊ cibabo te hereditate iacob patris tui. Os
enim domini locutum eſt.

Capituli Summarium. Potens eſt deus ad ſaluandū
benignus ad audiendum: ſed noſtre iniquitates obſiſtunt:
de armatura qua indutus eſt dominus.

Capitulum. LIX.

A Ecce non eſt abbreuiata manus domini vt ſalua
re nequeat: neq; aggrauata eſt auris eius vt
non exaudiat: ſed iniquitates veſtre diuiſerunt
inter vos et deum veſtrum: et peccata veſtra ab
ſconderunt faciē eius a vobis ne exaudiret. Manus enī
veſtre pollute ſunt ſanguine: et digiti veſtri iniquitate. La
bia veſtra locuta ſunt mendacium: et lingua veſtra iniqui-
tatem † fatetur. Non eſt qui inuocet iuſtitiam: neq; eſt qui
iudicet vere: ſed confidunt in nihili ⁊ loquūtur vanitates.
Conceperunt † laborem et pepererunt iniquitatem. Oua
B aſpidum ruperunt: et telas aranee texuerunt. Qui come-
derit de ouis eorum morietur: et quod confotum eſt erum
pet in regulum. Tele eorum non erunt in veſtimentum: ne-
q; operientur operibus ſuis. Opera eorum: opera inuti-
lia: et opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum
ad malum currunt: et feſtinant vt effundant ſanguinem in-
nocentem. Cogitationes eorum cogitatiōes inutiles. Va
ſtitas et contritio in viis eorum. Viam pacis neſcierunt: et
non eſt iudicium in greſſibus eorum. Semite eorum incur
uate ſunt eis: omnis qui calcat in † eis ignorat pacē. Pro
pter hoc elongatum eſt iudicium a nobis: ⁊ non apprehen
det nos iuſtitia. Expectauimus lucem ⁊ ecce tenebre: ſplē
dorem ⁊ in tenebris ambulauimus. Palpauimus ſicut ce
ci parietem ⁊ quaſi abſq; oculis attrectauimus. Impegi-
mus meridie quaſi in tenebris: in caliginoſis quaſi mortui
C Rugiemus quaſi vrſi omnes: ⁊ quaſi columbe meditātes
gememus. Expectauimus iudicium ⁊ nō eſt: ſalutē: ⁊ elon
gata eſt a nobis. Multiplicate ſunt enim iniquitates no-
ſtre coram te: et peccata noſtra reſponderūt nobis. Quia
ſcelera noſtra nobiſcum: et iniquitates noſtras cognoui-
mus peccare et mentiri contra dominū: ⁊ auerſi ſumus ne
iremus poſt tergum dei noſtri: vt loqueremur calūniam ⁊
tranſgreſſionē. Concepimus et locuti ſumus de corde ver
ba mendacii: et conuerſum eſt retrorſum iudicium: ⁊ iuſti-
tia longe ſtetit. Quia corruit in † platea veritas: et equi-
tas non potuit ingredi. Et facta eſt veritas in obliuione:
et qui receſſit a malo: prede patuit. Et vidit dominꝰ: et ma
lum apparuit in oculis eius: quia non eſt iudicium. Et vi-
dit † deus quia non eſt vir: ⁊ aporiatus eſt: quia nō eſt qui
occurrat. Et † ſaluabit ſibi brachium ſuum: ⁊ iuſtitia eius
D ipſa † confirmauit eum. Indutus eſt † iuſtitia vt lorica: et
galea ſalutis in capite eius. Indutus eſt veſtimētis vltio-
nis: ⁊ opertus eſt quaſi pallio zeli: ſicut ad vindictā quaſi
ad retributionē indignationis hoſtibus ſuis: ⁊ viciſſitudi-
nem inimicis ſuis. Inſulis vicem reddet: et timebunt qui
ab occidente nomen domini: et qui ab ortu ſolis gloriam
eius. Cum venerit quaſi fluuius violentus quem ſpiritus
domini cogit: et venerit ſion redemptor ⁊ eis qui redeunt
ab iniquitate in iacob hec dicit dominꝰ. Hoc fedus in eū
cum eis dicit dominus. Spiritus meus qui eſt in te: ⁊ ver
ba mea que poſui in ore tuo: non recedent de ore tuo et de
ore ſeminis tui dicit dn̄s amodo et vſq; in ſempiternum.

Capituli Summariū. De primitiua eccleſia: de gloria
eccleſie in preſenti ⁊ de beatitudine ipſius in futuro.

Capitulum. LX.

A Surge illuminare † hieruſalem quia venit lumē
tuum: et gloria domini ſuper te orta eſt. Quia
ecce tenebre operient terram: et caligo popu-
los ſuper te autem orietur dominus: et gloria
† eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine
tuo: et reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu ocu
los tuos et vide: omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi.
Filii tui de longe venient et filie tue † de latere ſuggent.
B Tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabit̄ cor tuū:
quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo
gentium venerit tibi. Inundatio camelorū: operiet te dro
medarii madian ⁊ effa. Oēs de ſaba venient: aurū ⁊ thus
deferentes: et laudem domino annunciantes. Omne pe-
cus cedar congregabitur tibi: arietes in nabaioth mini-
ſtrabunt tibi. Offerentur ſuper placabili altari meo ⁊ do
mum maieſtatis mee glorificabo. Qui ſunt iſti qui vt nu-
bes volant: et quaſi columbe ad feneſtras ſuas? Me enim
inſule † expectant et naues maris in principio: vt addu-
cam filios tuos de longe. Argentum eorum et aurū eorū
cum eis nomini domini dei tui et ſancto iſrael: quia † glo
rificauit te. Et edificabunt tibi filii peregrinorum muros
tuos et reges eorum miniſtrabunt tibi. In indignatione
enim mea percuſſi te: ⁊ in recōciliatione mea miſertus ſum
C tui. Et aperientur porte tue iugiter: die ac nocte non clau-
dentur: vt auferatur a te fortitudo gentium: et reges earū
adducantur. Gens enim ⁊ regnum quod non ſeruierit tibi
peribit: et gentes ſolitudine vaſtabuntur. Gloria libani ad
te veniet: abies et buxus et pinus ſimul ad ornandum lo-
cum ſanctificationis mee: et locum pedum meorum glori-
ficabo. Et venient ad te curui filii eorum qui humiliauerūt
te: et adorabunt veſtigia pedum tuorum: omnes qui de-
trahebant tibi: ⁊ vocabunt te ciuitatem domini ſion ſan-
cti iſrael. Pro eo q; fuiſti derelicta et odio habita et † non
D erat qui per te tranſiret: ponam te in ſuperbiam ſeculorū
gaudium in generationem: et generationem. Et ſugges
lac gentium: et mammilla regum lactaberis. Et ſcies quia
ego dominus ſaluans te: et redemptor tuus fortis iacob.
Pro ere afferam aurum: et pro ferro afferam argentum ⁊
pro lignis es: ⁊ pro lapidibus ferrum. Et ponam viſitatio
nem tuam pacem: et prepoſitos tuos iuſtitiam. Nō audie
tur vltra in terra iniquitas tua: vaſtitas et contritio † in
terminis tuis: et occupabit ſalus muros tuos et portas
tuas laudatio. Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per
diem: nec ſplendor lune illuminabit te: ſed erit tibi dominꝰ
in lucem ſempiternam: et deus tuus in gloriam tuam. Non
occidet vltra ſol tuus et luna tua non minuetur: quia domi
nus erit † tibi in lucem ſempiternam et complebunt̄ dies
luctus tui. Populus autem tuus omnes iuſti in perpetuū
hereditabunt terram: germen plantationis mee opus ma
nus mee ad glorificandum. Minimus erit in mille: et par-
uulus in gentem fortiſſimam. Ego dominus: in tempore
eius ſubito faciam iſtud.

Capituli Summarium. De vnctione ⁊ miſſione et pre
dicatione chriſti: de verbis ipſius ad predicatores exul-
tat eccleſia in decore ſuo.

Capitulum. LXI.

Marginal notes: al's † vocaueris. — al's † altitudi[nes]. — Supra. 50. a. — Roma. 3. c. — al's † colpoten[tiam]. — al's † fatetur. — al's † dolorem. — Roma. 3. b. — Luce. 1. c. — al's † nō hȝ ea. — al's † platea. — al's † nō hȝ de[us] ſaluauit. — al's † armabit. — Sap. 5. c. — Epheſ. 6. b. — al's † vltionē. — al's † nō habe hieruſalem. — Diſt. 15. c. ſi ſi. — al's † domini. — Supra. 49. c. — Mat. 8. a. — al's † in latere ſuggent. — al's † expectabunt. — al's † glorificabit. — Apo. 21. g. — Supra. 35. a. — al's † nō erat qui pertranſiret. — al's † non erit. — Apo. 22. g. — Apo. 2. a. — al's † nō hȝ tibi.

A De ſac. vnctio. c. vnico. Luce. 4. c. aſs ✝ b3 dñs. Spiritus dñi ſuper me:eo q̄ vnxerit me ✝ Ad
annūciādū māſuetus miſit me:vt mederer cō
tritos corde:et predicarē captiuis indulgen⸗
tiam:⁊ clauſis apertionē:vt predicarē annum
aſs ✝ cōſolatio nem. placabilē dño:⁊ diē vltionis deo noſtro:vt cō
ſolarer oēs lugētes vt ponerē ✝ fortitudinē lugētib⁹ ſion:
⁊ darē eis coronā pro cinere:oleū gaudij pro luctu: palliū
laudis pro ſpū moroꝛis. Et vocabunt in ea fortes iuſtitie
B plantatio domini ad gloꝛificandū. Et edificabunt deſerta
a ſeculo et ruinas antiquas erigēt ⁊ inſtaurabūt ciuitates
deſertas ⁊ diſſipatas in generationē ⁊ generationē:⁊ ſta⸗
bunt alieni ⁊ paſcēt pecoꝛa veſtra:⁊ filij peregrinoꝝ agri
cole et vinitoꝛes veſtri erunt. Uos autē ſacerdotes dñi vo
aſs ✝ veſtri. cabimini:miniſtri dei ✝ noſtri dicetur vobis: Foꝛtitudinē
C gentium comedetis:et in gloꝛia eoꝛum ſuperbietis. Pro
De cōſe. diſt. 5. c. nō mediocri ter. confuſione veſtra duplici ⁊ ruboꝛe laudabunt partē eoꝛū.
Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebūt:letitia ſem⸗
aſs ✝ holocau ſto. piterna erit eis. Quia ego dñs diligens iudicium:et odio
habens rapinā in ✝ holocauſtū. Et dabo opus eoꝛū in ve⸗
ritate:⁊ fedus perpetuū feriam eis. Et ſcietur in gētibus
ſemen eoꝛum:et germē eoꝛum in medio populoꝛum. Oēs
qui viderint eos cognoſcēt illos:q2 iſti ſunt ſemen cui be⸗
D nedixit dñs. Gaudēs gaudebo in dño:⁊ exultabit anima
Diſt. 15. c. ſi. mea in deo meo. Quia induit me veſtimentis ſalutis:⁊ in⸗
aſs nō b3 ✝ eſt. dumento iuſtitie circūdedit me:quaſi ſponſum decoꝛatum
coꝛona:et quaſi ſpōſam oꝛnatā monilib⁹ ſuis. Sicut ✝ enī
terra pꝛofert germē ſuum:⁊ ſicut hoꝛtus ſemen ſuum ger⸗
minat:ſic dominus deus germinabit iuſtitiam ⁊ laudē co⸗
ram vniuerſis gentibus.

¶ Ca. Sū. Pꝛedicatur aduentus chꝛiſti:fecunditas ec⸗
cleſie ⁊ clamoꝛ cuſtodum de iudicio.

Capitulum. LXII.

A Propter ſion non tacebo ⁊ pꝛopter hieruſalem
non quieſcam:donec egrediatur vt ſplēdoꝛ iu⸗
ſtus eius:et ſaluatoꝛ eius vt lampas accenda⸗
tur. Et videbunt gentes iuſtū tuum:⁊ cuncti re
ges inclytū tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum quod
os dñi nominauit. Et eris coꝛona gloꝛie in manu domini:
B et dyadema regni in manu dei tui. Nō vocaberis vltra de
aſs ✝ inhabita bitur. relicta:et terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed
vocaberis volūtas mea in ea et terra tua ✝ inhabitabitur.
Quia cōplacuit domino in te.et terra tua inhabitabitur.
Habitabit enim iuuenis cum virgine:et habitabunt in te
aſs ✝ ſponſam. filij tui. Et gaudebit ſponſus ſuper ✝ ſponſam:⁊ gaudebit
ſuper te deus tu⁹. Super muros, tuos hieruſalem conſti⸗
tui cuſtodes:tota die et tota nocte in perpetuum non tace
C būt. Qui reminiſcimini domini:ne taceatis ⁊ ne detis ſilen
tium ei:donec ſtabiliat et donec ponat hieruſalem laudem
D in terra. Iurauit dominus in dextera ſua:et in bꝛachio foꝛ
titudinis ſue. Si dedero triticū tuū vltra cibum inimicis
Supra. 47. c. Zacha. 9. c. Oſe. 2. a. tuis:et ſi biberint filij alieni vinum tuum in quo laboꝛaſti.
Quia qui congregabunt illud comedent ⁊ laudabunt do⸗
minum:et qui cōpoꝛtāt illud bibēt in atrijs ſanctis meis.
Tranſite trāſite per poꝛtas:pꝛeparate viam populo. Pla
num facite iter et eligite lapides:et leuate ſignum ad po⸗
pulos. Ecce domin⁹ auditum fecit in extremis terre. Di⸗
cite filie ſiō. Ecce ſaluatoꝛ tuus venit ecce merces eius cū
eo:et opus eius coꝛam illo. Et vocabunt eos populus ſan
ctus:redempti a domino. Tu autem vocaberis queſita ci
uitas ⁊ non derelicta.

¶ Capituli Summariū. De aſcenſione ⁊ paſſione chꝛiſti
cōmemoꝛatio pꝛeteritarū chꝛiſti ⁊ nouarum poſtulatio.

Capitulum. LXIII.

A Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibus
de boſra: Iſte foꝛmoſus i ſtola ſua:gradiēs in
multitudine ✝ foꝛtitudinis ſue. Ego qui loquoꝛ
aſs ✝ virtutis.] iuſtitiā:et pꝛopugnatoꝛ ſum ad ſaluādū. Qua⸗
re ergo rubꝛum eſt indumentum tuum et veſtimenta tua ſi⸗
cut calcantium in toꝛculari: Toꝛcular calcaui ſolus et de
gentibus non eſt vir mecū. Calcaui eos in furoꝛe meo:et
conculcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eoꝛum B
ſuper veſtimenta mea:⁊ omnia indumenta mea inquinaui. 24. q. [illegible] aſs ✝ redēptio
Dies enim vltionis in coꝛde meo: annus ✝ retributionis nis.
mee venit. Circunſpexi et non erat auxiliatoꝛ:queſiui ⁊ nō
fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit mihi bꝛachium meum:et in⸗
dignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et conculcaui popu
los in furoꝛe meo:⁊ inebꝛiaui eos in indignatione mea:et
detraxi in terrā virtutem eoꝛum. Miſerationum domini
recoꝛdaboꝛ:laudē domini ſuper omnibus que reddidit no
bis dominus:⁊ ſuper multitudinem bonoꝛum ✝ domui iſ⸗ aſs ✝ domui. aſs ✝ miſeri
rael que largitus eſt eis ſm indulgentiam ſuam:⁊ ſm mul⸗ tum.
titudinē ✝ miſericoꝛdiarū ſuarum. Et dixit. Uerumtamen C
populus meus eſt filij non negantes:⁊ factus eſt eis ſalua
toꝛ. In omni tribulatione eoꝛum non eſt tribulatus:et an⸗
gelus faciei eius ſaluauit eos. In dilectione ſua et in indul
gentia ſua ipſe redemit eos:et poꝛtauit eos ⁊ eleuauit eos
cunctis diebus ſeculi. Ipſi autem ad iracundiam pꝛouoca
uerunt:et afflixerunt ſpiritum ✝ ſancti eius. Et conuerſus aſs ✝ ſanc[illegible]
eſt eis in inimicum:et ipſe debellauit eos. Et recoꝛdatus
eſt dierū ſeculi moyſi et populi ſui. Ubi eſt qui eduxit eos
de mari cum paſtoꝛibus gregis ſui: Ubi eſt qui poſuit in
medio eius ſpiritum ſancti ſui: Qui eduxit ad dexteram
moyſen bꝛachio maieſtatis ſue:qui ſcidit aquas ante eos:
vt facerent ſibi nomen ſempiternum: qui eduxit eos per
abyſſos quaſi equum in deſerto nō impingentē:quaſi ani⸗
mal in campo. Deſcendens ſpiritus domini ductoꝛ eius
fuit. Sic adduxiſti populum:tuum vt faceres tibi nomen
gloꝛie. Attende de celo:et vide de habitaculo ſancto tuō D
et ſolio gloꝛie tue. Ubi eſt zelus tuus et foꝛtitudo tua:mul Deute. [illegible] Baruch [illegible]
titudo viſcerū tuoꝛū ⁊ miſerationum tuarū: Super me cō
tinuerunt ſe. Tu enim pater noſter:⁊ abꝛaam neſciuit nos:
et iſrael ignoꝛauit nos. Tu domine pater noſter:et redem 17. q. 2. c. [illegible]
ptoꝛ noſter:a ſeculo nomen tuum. Quare errare nos feci⸗
ſti domine de vijs tuis:induraſti coꝛ noſtrū ne timeremus
te. Conuertere pꝛopter ſeruos tuos: tribus hereditatis
tue. Quaſi nihilum poſſederunt populum ſanctum tuum:
hoſtes noſtri cōculcauerūt ſanctificationē tuam. Facti ſu
mus quaſi in pꝛincipio cum non dominareris noſtri: neq̄
inuocaretur nomen tuum ſuper nos.

¶ Capituli Summarium. Deſideratur aduentus chꝛiſti
et ipſe occurrit facienti iuſtitiam confitentur mala ſua et
bonitatem dei commemoꝛat.

Capitulum. LXIIII.

Utinam dirumperes celos et deſcenderes. A fa A
cie tua montes defluerent ſicut exuſtio ignis ta
beſcerent:aque arderent igni vt notum fieret
nomen tuum inimicis tuis: a facie tua gentes
turbarentur. Cum feceris mirabilia nō ſuſtinebimus. De
ſcendiſti et a facie tua montes defluxerunt. A ſeculo non 1. Coꝛin. 2. b.
audierunt neq̄ auribus perceperunt. Oculus non vidit
deus abſq̄ te:que pꝛeparaſti ✝ expectantibus te. Occur⸗ B aſs ✝ diligē bus.
riſti letanti et facienti iuſtitiam: in vijs tuis recoꝛdabun⸗
tur tui. Ecce tu iratus es et peccauimus:in ipſis fuimus aſs ✝ iniqui
ſemper et ſaluabimur. Et facti ſumus:vt ✝ immundi om⸗ aſs ✝ omnes
nes nos:et quaſi pannus menſtruate ✝ vniuerſe iuſtitie no C
ſtre. Et cecidimus quaſi folium vniuerſi:et iniquitates no
ſtre quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt qui inuocet no
men tuum:qui conſurgat et teneat te. Abſcondiſti faciem
tuam a nobis et alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtre. Et D
nunc domine pater noſter es tu:nos vero lutum:et fictoꝛ Pſ. 77. aſs ✝ nō b3
noſter tu:et opera manuum tuarū omnes nos. Ne iraſca⸗ ſtre.
ris dñe ſatis:⁊ ne vltra memineris iniquitatis ✝ nře. Ecce aſs ✝ domin
✝ reſpice populus tuus oēs nos. Ciuitas ✝ ſanct tui facta aſs ✝ ſcā [illegible]
eſt deſerta

eſt deſerta ſion: deſerta facta eſt: hieruſalē deſolata eſt do
mus ſanctificationis noſtre ⁊ glorie noſtre: vbi laudaue-
runt te patres noſtri: facta eſt in exuſtionē ignis: ⁊ omnia
deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. Nunqd ſup his
continebis te dñe: tacebis ⁊ affliges nos vehementer.

¶ Capituli Sũma. Vox chriſti de paſſione ſua ⁊ contra
iudeos: de idolatria: de diſtantia inter ſeruientē domino:
⁊ non ſeruientem deo: de felicitate hieruſalem.

¶ Capitulum. LXV.

A Roma.10. al's† gentes que non querebant me ... Quæſierunt me qui ante non interrogabãt: inue-
nerunt qui non queſierant me. Dixi. Ecce ego:
ecce ego ad † gentem † que neſciebat me ⁊ que
non inuocabat nomē tuũ. Expãdi manus meas
tota die ad populũ incredulũ: qui graditur in via nõ bõa
poſt cogitationes ſuas. Populus qui ad iracundiã pro-
uocat me ante faciem meã ſemper qui immolãt in hortis
⁊ ſacrificãt ſuper lateres qui habitant in ſepulchris et in
delubris idolorũ dormiunt qui comedũt carnem ſuillam:
⁊ ius prophanum in vaſis eorum: qui dicunt recede a me:
non appropinques mihi quia immundus es. Iſti fumus
erunt in furore meo: ignis ardens tota die. Ecce ſcriptũ
B eſt coram me. Nõ tacebo ſed reddam ⁊ retribuã in † ſinu
eorum iniquitates veſtras ⁊ iniquitates patrum veſtrorũ
ſimul dicit dñs: qui ſacrificauerũt ſuper montes et ſuper
colles exprobrauerũt mihi: ⁊ remetiar opus eorũ primũ
in ſinu eorum. Hec dicit dominus. Quomodo ſi inueniat
granum in botro ⁊ dicatur ne diſſipes illud. quoniã bene-
dictio eſt: ſic faciam propter ſeruos meos vt non diſper-
dant totum. Et educam de iacob ſemen: ⁊ de iuda poſſidē
rem mõtes ſanctos meos. Et hereditabũt eam electi mei
et ſerui mei habitabunt ibi: ⁊ erunt campeſtria in caulas
gregum ⁊ vallis achor in cubile armentorũ populo meo
qui requiſierunt me. Et vos qui dereliquiſtis dominum:
C qui obliti eſtis montem ſanctũ meum: qui ponitis fortune
menſam ⁊ libatis ſuper eam: numerabo vos in gladio et
omnes in cede corruetis pro eo qd vocaui ⁊ non reſpondi
ſtis: locutus ſum ⁊ non audiſtis: ⁊ faciebatis malũ in ocu-
lis meis: ⁊ que nolui elegiſtis. Propter hoc hec dicit do-
minus de'. Ecce ſerui mei comedent: ⁊ vos eſurietis. Ec-
ce ſerui mei bibent: ⁊ vos ſitietis. Ecce ſerui mei letabun-
tur: ⁊ vos cõfundemini. Ecce ſerui mei laudabũt pre exul
tatione cordis: ⁊ vos clamabitis pre dolore cordis: ⁊ pre
contritione ſpiritus vlulabitis: ⁊ dimittetis nomē veſtrũ
in iuramentum electis meis. Et interficiet te dñs deus: ⁊
ſeruos ſuos vocabit nomine alio. In quo qui benedictus
eſt ſuper terram benedicetur in † deo: amen. Et qui iurat
in terra iurabit in deo: amen. Quia obliuioni tradite ſunt
anguſtie priores: ⁊ quia abſcõdite ſunt ab oculis noſtris.
Ecce enim ego creo celos nouos ⁊ terram nouam ⁊ non
erunt in memoria priora. Et non aſcendent ſuper cor: ſed
D gaudebitis ⁊ exultabitis vſq; in ſempiternũ in his q ego
creo. Quia ecce ego creo hieruſalem exultationē: ⁊ popu
lum eius gaudium ⁊ exultabo in hieruſalem ⁊ gaudebo in
populo meo ⁊ nõ audietur in ea vltra vox fletus et vox cla
moris. Nõ erit ibi amplius infans dierum ⁊ ſenex qui non
impleat dies ſuos: quoniam puer centum annorũ morie-
tur: ⁊ peccator centum annorum maledictus erit. Et edifi
cabunt domos ⁊ inhabitabũt ⁊ plãtabũt vineas ⁊ come-
dent † fructus earum. Non edificabũt ⁊ alius habitabit:
non plantabunt ⁊ alius comedet. Secundũ enĩ dies ligni:
erunt dies populi mei ⁊ opera manuum eorum inuetera-
bunt. † Electi mei nõ laborabũt fruſtra: neq; generabunt
in conturbatione: q2 ſemen † benedictorũ domini eſt: ⁊ ne-
potes eorum cum eis. Eritq; anteq̃ clamēt ego exaudiã:
adhuc illis loquentibus ego audiã. Lupus ⁊ agnus pa
ſcentur ſimul: ⁊ leo ⁊ bos comedent paleas: ⁊ ſerpenti pul
uis panis eius. Non nocebunt neq; occidēt in omni mon
te ſancto meo: dicit dominus.

¶ Ca. S. De loco quietis domini: de reprobatione car-
nalis ſacrificij: de partu virginis ⁊ fecunditate eccleſie: de
gaudio ⁊ de delitijs hieruſalē ⁊ eccleſie: de iudicio domini
⁊ de premijs ſanctorũ ⁊ penis impiorũ: interponitur de-
miſſione ⁊ predicatione apoſtolorum. Ca. LXVI.

Hec dicit dñs. Celum ſedes mea: terra aũt ſca- A
bellum pedum meorũ. Que eſt iſta dom' quã Actu 7.
edificabitis mihi: ⁊ quis eſt iſte locus † reqe- al's † quietis.
tionis mee? Omnia hec manus mea fecit: et
facta ſunt vniuerſa iſta dicit dñs. Ad quē autē
reſpiciam niſi ad pauperculũ ⁊ contritum ſpiritu. ⁊ treme-
tem ſermones meos? Qui immolat bouem quaſi qui in-
terficiat virũ. Qui mactat pecus quaſi qui excerebret ca-
nem. Qui offert oblationē: quaſi qui ſanguinē ſuillum offe
rat. Qui recordat thuris: quaſi qui benedicat idolo. Hec B
omnia elegerunt in vijs ſuis: ⁊ in abominationib' ſuis ani
ma eorum delectata eſt. Unde ⁊ ego eligam illuſiones eo-
rum. ⁊ que timebant adducam eis: quia vocaui et nõ erat
qui reſponderet. locutus ſum et non audierunt. Feceruntq;
malum in oculis meis ⁊ que nolui elegerũt. Audite verbũ
domini qui tremitis ad verbũ eius. Dixerũt fratres ve-
ſtri odientes vos et abijcientes propter nomē meũ. Glo
rificetur dñs et videbimus in leticia veſtra: ipſi autem cõ C
fundentur. Vox † populi de ciuitate. vox de tēplo. vox do al's † fremitus
mini reddentis retributionē inimicis ſuis. Anteq̃ partu-
riret peperit anteq̃ veniret partus eius peperit maſculũ Apoc. 12.
Quis audiuit vnq̃ tale: ⁊ quis vidit huic ſimile? Nunquid
parturiet terra in die vna. aut parietur gens ſimul q2 par-
turiuit et peperit ſion filios ſuos? Nunquid ego qui alios
parere facio. ipſe nõ pariam dicit dominus? Si ego qui
generationem † ceteris tribuo ſterilis ero. ait dñs deus al's † cunctis.
tuus? Letamini cum hieruſalem. et exultate in ea omnes D
qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio vniuerſi q † lu- al's † lugebatis.
getis ſuper eam vt ſugatis ⁊ repleamini ab † vbere conſo al's † vberib'.
lationis eius: vt mulgeatis delitijs affluatis ab omnimo-
da gloria eius. Quia hec dicit dominus. Ecce ego decli-
nabo ſuper eam quaſi fluuium pacis: ⁊ quaſi torrentē inũ-
dantem gloriã gentiũ quam ſugetis. Ad vbera portabimi
ni: ⁊ ſuper genua blandietur vobis. Quomodo ſi cui ma-
ter blandiatur: ita ego conſolabor vos: et in hieruſalē cõ-
ſolabimini. Videbitis: et gaudebit cor veſtrum: et oſſa ve E
ſtra quaſi herba germinabunt: et cognoſcetur manus do
mini ſeruis eius: et † indignabitur inimicis ſuis. Quia ec al's † cõminabitur.
ce dominus in igne veniet: et quaſi turbo † quadriga eius al's † quadrige
† reddet in indignatione furorem ſuum. et increpationē al's † reddere.
ſuam in flamma ignis: quia in igne dominus diiudicabit:
et in gladio ſuo ad omnem carnem: ⁊ multiplicabuntur in
terfecti a domino. Qui ſanctificabantur et mundos ſe pu
tabant in hortis poſt † ianuã intrinſecus: qui comedebãt al's † vnum.
carnem ſuillam et abominationem et murem: ſimul conſu-
mentur dicit dominus. Ego autem opera eorum et cogi- F
tationes eorum venio vt congregem cum omnibus genti
bus: et linguis et venient et videbunt gloriã meam. Et po
nam in eis ſignum: et mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad
gentes in † mare: in affricam: ⁊ lydiam tenentes ſagittam al's in mari africa. i. libia vel in ludia.
in italiam et greciam ad inſulas longe: ad eos qui non au-
dierunt de me et non viderunt gloriam meam. Et annun-
ciabunt gloriam meam gentibus: et adducent omnes fra-
tres veſtros de cunctis gētibus donum domino in equis
et in quadrigis et in lecticis et in mulis et in carrucis: ad
montem ſanctum meum hieruſalem dicit dominus: quo-
modo ſi inferant filij iſrael munus in vaſe mundo in domũ
domini. Et aſſumam ex eis in ſacerdotes et leuitas dicit
dominus: quia ſicut celi noui et terra noua que ego facio
ſtare coram me dicit dominus deus: ſic ſtabit ſemen ve- G
ſtrum et nomen veſtrum. Et erit mēſis ex menſe: et ſabba

q.3.c.q.ſt. Dan.9.8. tum ex ſabbato. Veniet omnis caro: vt adoret coram facie mea dicit dñs. Et egredientur ⁊ videbũt cadauera virorum qui preuaricati ſunt in me. Vermis eorũ nõ morietur: ⁊ ignis eorum non extinguetur: ⁊ erunt vſq̃ ad ſatietatem viſionis omni carni.

Explicit Eſaias.

Incipit prefatio in Hieremiam prophetam.

Hec interpretatio Hieronymi eſt. Siquid in ea nouerit: ſm hebreos codices exploretur. Alia eſt ſeptuaginta interpretũ eccleſijs vſitata. Que q̃uis nonulla aliter habeat q̃ in hebreis codicibus inuenitur: tamen vtraq̃. i. ſm ſeptuaginta: ⁊ ſm hebream apoſtolica autoritate firmata eſt: non errore neq̃ reprehenſione ſuperiori ſed certo cõſilio ſeptuaginta nõnulli aliter dixiſſe vel contexuiſſe intelligũtur. Quod ideo premonemus: ne quiſq̃ alteram ex altera velit emendare. Quod ſingulorum in ſuo genere veritas obſeruanda eſt.

Incipit prologus in eundem.

Hieremias propheta cui hic plogus ſcribitur ſermone quidem apud hebreos eſaie ⁊ oſee ⁊ quibuſdam alijs prophetis videtur eſſe ruſticior: ſed ſenſibus par eſt: quippe qui eodẽ ſpiritu prophetauerit. Porro ſimplicitas eloquij a loco ei in quo natus eſt accidit. Fuit enim anathotites q̃ eſt vſq̃ hodie viculus tribus ab hieroſolymis diſtans milibus ſacerdos ex ſacerdotibus ⁊ in matris vtero ſanctificatus virginitate ſua euangelicũ virum chriſti eccleſie dedicans. Hic vaticinari exorſus eſt puer ⁊ captiuitatem vrbis atq̃ inde nõ ſolũ ſpiritu: ſed ⁊ oculis carnis intuitus eſt. Iam decem tribus iſrael aſſyrij in medos tranſtulerant: iam terras earũ coloni gentiũ poſſidebant. Unde in iuda tantum ⁊ in beniamin prophetauit: ⁊ ciuitatis ſue ruinas quadruplici plangit alphabeto: quod nos menſure metri verſibuſq̃ reddidimus. Preterea ordinem viſionum qui apud grecos ⁊ latinos omnino confuſus eſt: ad priſtinam fidem correximus. Librum autem baruch notarij eius qui apud hebreos nec legitur nec habetur preter miſimus. Pro his omnibus maledicta ab emulis preſtolantes: quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpõdere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Ceterũ ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum ſilẽtio meo ponere: q̃ quotidie noui aliquid ſcriptitantem inuidorum inſaniam prouocare.

hiere.i.b.

Incipit alius prologus in eundem.

Ioachim filius ioſie: cuius tertiodecimo anno prophetare orſus eſt hieremias ſub quo ⁊ Olda mulier prophetauit: ipſe eſt qui alio nomine appellatur eliachim ⁊ regnauit ſuper tribum iuda ⁊ hieruſalẽ annis vndecim. Cui ſucceſſit in regnum filiꝰ ioachim cognomẽto iechonias qui tertio mẽſe regni eiꝰ die decima captus a ducibus nabuchodonoſor: ductꝰ eſt in babylonem: ⁊ in loco eius conſtitutus eſt ſedechias filius ioſie patruus eius. Cuius anno vndecimo hieruſalem capta atq̃ ſubuerſa eſt. Nemo igitur putet eundem in danielis principio ioachim q̃ in ezechielis exordio ioachim ſcribitur. Iſte extremam ſyllabam chim habet: ille chin. Et ob hanc cauſam in euangeliũ ſm mattheũ vna videtur deeſſe generatio: q: ſecũda ιheſſerdecas in ioachin deſinit filium ioſie: ⁊ tertia incipit a ioachim filio ioachim. Qđ ignorans porphyrius calũniam inſtruit eccleſie: ſuã oſtendens imperitiã: dum euangeliſtã mattheũ arguere nitit falſitatis. Quodq̃ traditum ſcribitur ioachim: monſtrat non aduerſariorũ fortitudinis fuiſſe victoriam: ſed domini voluntatis.

Incipit argumentum in eundem.

Ieremias anathotites: qui eſt viculus tribꝰ ab hieroſolymis diſtans milibus apud taphnas in egypto a populo lapidibꝰ obrutus occubuit. Iacet ẜo in eo loco ſepultus: quo dudum pharao rex habitauerat. Et quoniã poſtulatione ſua defugatis ab eodem loco ſerpẽtibus egyptios a tactu aſpidũ facit eſſe ſecuros: magna cum ibi religione egyptij venerantur. Joſephꝰ lib.x. anti.c.x. narrat cum anathoth diſtare ab hieroſolymis viginti milibus.

Explicit argumentum.

Incipit hieremias propheta.

Capi. Sũma. De ſanctificatione ⁊ miſſione hieremie de virga vigilante: ⁊ olla ſuccenſa a facie aquilonis propheta confortatur.



Verba hieremie A
filij helchie de ſacerdotibꝰ qui
fuerũt in anathot: in terra beniamin. Quod factum eſt verbum domini ad
eum in diebus ioſie filij amõ regis iuda in
tertiodecimo anno regni eius. Et factum
eſt in diebus ioachin filij ioſie regis iuda
vſq̃ ad conſummationẽ vndecimi anni ſedechie filij ioſie regis iuda vſq̃ ad tranſmigrationẽ hieruſalem in menſe quinto. Et factum eſt verbũ domini ad me
dicens. Priuſq̃ te formarẽ in vtero noui te: ⁊ anteq̃ exires de vulua ſanctificaui te: † ⁊ prophetã in gentibus dedi te. Et dixi. A.a.a. domine deus: ecce neſcio loqui. Quia B
puer ego ſum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere † q: als + niſi
puer ſum: quoniam ad omnia que mittã te ibis: ⁊ vniuerſa quecunq̃ mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie
eorum: quia tecum ego ſum vt eruam te dicit dominus. Et
miſit dominus manum ſuam ⁊ tetigit os meum: ⁊ dixit ad
me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cõſtitui te hodie
ſuper gẽtes ⁊ ſuper regna: vt euellas ⁊ deſtruas ⁊ diſperdas ⁊ diſſipes ⁊ edifices ⁊ plantes. Et factum eſt verbum C
domini ad me dicens. Quid tu vides hieremia? Et dixi.
Virgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me.
Bene vidiſti: quia vigilabo ego ſuper verbo meo vt faciã
illud. Et factum eſt verbum domini ſecũdo ad me dicens. Infra.24.a.
Quid tu vides? Et dixi. Ollam ſuccenſam ego video: ⁊ faciem eius a facie aquilonis. Et dixit dominus ad me. Ab
aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terre. Quia ecce ego conuocabo omnes cognatiões
regnorũ aquilonis ait dominus: et venient ⁊ ponẽt vnuſquiſq̃ ſolium ſuum in introitu portarum hieruſalem et ſuper omnes muros eius in circuitu ⁊ ſup vniuerſas vrbes D
iuda. Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem maliciam eorum qui dereliquerunt me: et libauerunt dijs alienis ⁊ adorauerunt opus manuum ſuarum. Tu ergo accinge lumbos tuos ⁊ ſurge ⁊ loquere ad eos omnia que ego
precipio tibi. Ne † formides a facie eorum: nec enim timere te faciã vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatẽ munitã ⁊ in colũnam ferreã: ⁊ in murũ eneũ ſup omnem terrã regibus iuda: principibus eius ⁊ ſacerdotibꝰ
eius: ⁊ omni populo terre: ⁊ bellabũt aduerſum te ⁊ non Infra.25.a.
preualebũt: q: ego tecũ ſum: ait dñs vt liberem te.

Ca. Sum.

¶ C. S. Docet quid dicat: increpatur propter ſacerdotes
et paſtores pro idolis: de fonte aque viue. de aqua turbi-
da ⁊ aliena vinea: increpat hieruſalē ꝙ ſit inobediēs ⁊ me
retrix degenerās polluta idolis: deſperās obſtinata obli-
ta domini: increpat de ſanguine pauperum. Ca. II.

A Infra.13.d. Et factum eſt verbū dñi ad me dicens. Vade et
clama in auribus hieruſalē: dicēs. Hec dicit do
minus. Recordatus ſum tui miſerās adoleſcen
tiam tuam ⁊ charitatē deſpōſationis tue: quan-
do ſecuta es me in deſerto: in terra que non ſeminatur. San
ctus iſrael dño primitie frugū eius. Omnes qui deuorāt
eum delinquunt: mala venient ſuper eos dicit dñs. Audi-
te verbum domini domus iacob. et omnes cognationes
domus iſrael. Hec dicit dominus. Quid inuenerunt pa-
tres veſtri in me iniquitatis: quia elongauerūt a me ⁊ am
B bulauerūt poſt vanitatē: vani facti ſunt: Et non dixerunt
vbi eſt dominus q̄ aſcēdere nos fecit de terra egypti qui
traduxit nos per deſertū: per terrā inhabitabilē ⁊ inuiā
per terrā ſitis: ⁊ imaginē mortis ⁊ per terram in qua non
ambulauit vir neq̄ habitauit homo. Et induxit vos in ter
ram carmeli vt comederetis fructū eius ⁊ bona illius. Et
ingreſſi contaminaſtis terram meā: ⁊ hereditatem meā
C poſuiſtis in abominationē. Sacerdotes non dixerūt vbi
eſt dominus: ⁊ tenentes legem neſcierunt me: ⁊ paſtores
preuaricati ſunt in me. Et ꝓphete prophetauerūt in baal
⁊ idola ſecuti ſunt. Propterea adhuc iudicio contendam
vobiſcū ait dominus: ⁊ cū filijs veſtris diſceptabo. Trāſi-
te ad inſulas cethī ⁊ videte ⁊ in cedar mittite ⁊ conſide-
rate vehementer: ⁊ videte ſi factum eſt huiuſcemodi ſi mu
tauit gens deos ſuos: ⁊ certe ipſi non ſunt dij. Populus
vero meus mutauit gloriam ſuā in idolum. Obſtupeſcite
celi ſuper hoc: ⁊ porte eius deſolamini vehemēter dicit do
minus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereli-
querunt fontem aque viue: et foderūt ſibi ciſternas † diſſi- [margin: al. ⁊ cc. replicat ciſternas.]
patas que continere non valent aquas. Nunquid ſeruus
eſt iſrael aut vernaculus: Quare ergo factus eſt in predā
Super eum rugierunt leones ⁊ dederūt vocem ſuam: po
ſuerunt terram eius in ſolitudinem. Ciuitates eius exuſte
D ſunt ⁊ non eſt qui habitet in eis. Filij quoq̄ mempheos [margin: ... i.e. bone. ... 4.6.]
⁊ taphneos conſtuprauerunt te vſq̄ ad verticem. Nunq̄d
non iſtud factum eſt tibi: quia dereliq̄ſti dominū deum tuū
eo tempore quo ducebat te per viam: Et nunc quid tibi
vis in via egypti vt bibas aquam turbidam: Et quid
tibi cum via aſſyriorum: vt bibas aquā fluminis: Arguet
te malitia tua: et auerſio tua increpabit te. Scito et vide
quia malum et amarum eſt reliquiſſe te dominū deū tuum
⁊ non eſſe timorem eius apud te: dicit dominus deus exer
citūum. A ſeculo confregiſti iugum meum ⁊ rupiſti vincu- [margin: ...a.5.b.]
la mea: ⁊ dixiſti. Non ſeruiam. In omni enim colle ſublimi
⁊ ſub omni ligno frōdoſo tu ꝓſternebaris meretrix. Ego
E autem plātaui te vineam electam omne ſemē verū. Quo- [margin: ...c.1.a.]
modo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena: Si
laueris te nitro ⁊ multiplicaueris tibi herbā borith ma-
culata es in iniquitate tua coram me dicit dominus deus
Quomodo dicis non ſum polluta: poſt baalim non ambu
laui: Vide vias tuas in conualle: ſcito quid feceris. Cur-
ſor leuis explicans vias † ſuas: onager aſſuetus in ſolitu [margin: ...tuas.]
dine in deſiderio anime ſue attraxit ventum amoris ſui:
Nullus auertet eam. Omnes qui querunt eam non defi-
cient in menſtruis eius inuenient eam. Prohibe pedē tuū
a nuditate ⁊ guttur tuum a ſiti. Et dixiſti. Deſperaui ne-
quaq̄ faciam. Adamaui quippe alienos ⁊ poſt eos ambu
labo. Quomodo confunditur fur quādo deprehenditur
ſic confuſi ſunt domus iſrael ipſi ⁊ reges eorū principes
F ⁊ ſacerdotes ⁊ prophete eorū dicētes ligno pater meus
es tu ⁊ lapidi tu me genuiſti. Verterūt ad me tergū ⁊ non
faciem: ⁊ in tempore afflictionis ſue dicent: ſurge ⁊ libera
nos. Vbi ſunt dij tui quos feciſti tibi: Surgāt et liberent
te tempore afflictionis tue. Secundū numerū quippe ci-
uitatum tuarum erant dij tui iuda. Quid vultis mecū iudi Infra.11.c.
cio contendere. Omnes dereliquiſtis me dicit dominus.
Fruſtra percuſſi filios veſtros: diſciplinā nō receperunt.
Deuorauit gladi⁹ veſter ꝓphetas veſtros quaſi leo † va- al. ⁊ vaſtat.
ſtabatur generatio veſtra. Videte verbum domini. Nun al. ⁊ vaſtator.
quid ſolitudo factus ſum iſraeli: aut terra ſerotina. Qua-
re ergo dixit populus meus receſſimus ⁊ non veniemus
vltra ad te. Nunquid obliuiſcetur virgo ornamēti ſui: † aut al. ⁊ nō habet
ſponſa faſcie pectoralis ſue: Populus vero meus oblitus aut vel ⁊.
B eſt mei diebus innumeris. Quid niteris bonam oſtēdere
viam tuam: ad querendā dilectionē: que inſuper et mali-
tias tuas docuiſti vias tuas: ⁊ in alis tuis inuentus eſt ſan
guis animarum pauperum ⁊ innocentū: Non in foſſis in
ueni eos: ſed in omnibus que ſupra memoraui. Et dixiſti.
Abſq̄ peccato ⁊ innocens ego ſum et propterea auertatur
furor tuus a me. Ecce ego iudicio contēdam tecum: eo ꝙ
dixeris: non peccaui. Quam vilis facta es nimis: iterans
vias tuas. Et ab egypto confunderis: ſicut confuſa es ab
aſſur. Nam ⁊ ab iſta egredieris: ⁊ manus tue erunt ſuper
caput tuum: quoniam obtriuit dominus confidentiā tuā
et nihil habebis proſperum.

¶ Ca. Sum. Increpatur hieruſalē de peccato: quia eū
multis amatoribus fornicata: de imprudentia: de peniten
tia comparatur fornicationi duarum ſororū. Sermo do
mini contra aſſyrios: de reuertione iuda ⁊ hieruſalem: de
penitentia populi. Ca. III.

Vulgo dicitur. Si dimiſerit vir vxorem ſuam et A
recedens ab ea duxerit virū alterum nunquid
reuertetur ad eam vltra: Nunquid nō polluta
erit et contaminata mulier illa: Tu autē forni-
cata es cum amatoribus multis tamen reuertere ad me
dicit dominus: et ego ſuſcipiam te. Leua oculos tuos in
directum. ⁊ vide vbi † nunc proſtrata ſis. In vijs ſedebas al. ⁊ non.
expectans eos quaſi latro inſidians in ſolitudine: et pol-
luiſti terrā in fornicationib⁹ tuis ⁊ in malitijs tuis. Quā-
obrem prohibite ſunt ſtille pluuiarum. ⁊ ſerotinus imber
non fuit. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi: ⁊ noluiſ B
ti erubeſcere. Ergo ſaltem amodo voca me pater meus
dux virginitatis mee tu es. Nunquid iraſceris in perpe-
tuum aut perſeuerabis in finem. Ecce locuta es et feciſti
mala ⁊ potuiſti. Et pro verbis penitentie: verbis ſuper-
bie blaſphemaſti: et impleſti cogitationē tuam malam: et
oſtendiſti contra virum fortitudinem tuā: vt poſſis facere
quod ſermone tractaſti. Et dixit dominus ad me diebus
ioſie regis. Nūquid vidiſti que fecerit aduerſatrix iſrael:
Abijt ſibimet ſuper omnem montem excelſum et ſub omni
ligno frondoſo ⁊ fornicata eſt ibi: Et dixi cum feciſſet hec C
omnia. Ad me † reuertere ⁊ non eſt reuerſa. Et vidit pre- al. ⁊ cōuertere
uaricatrix ſoror eius iuda q2 pro eo ꝙ mechata eſſet † auer al. ⁊ aduerſatrix.
ſatrix iſrael dimiſiſſem eam: et dediſſem ei libellum repu-
dij et non timuit preuaricatrix iuda ſoror eius: ſed abijt et
fornicata eſt etiam ipſe et facilitate fornicationis ſue con
taminauit terram: et mechata eſt cum lapide ⁊ ligno. Et
in omnibus his non eſt reuerſa ad me preuaricatrix ſoror
eius iuda in toto corde ſuo: ſed in mendacio ait dominus.
Et dixit dominus ad me. Iuſtificauit animā ſuam aduer
ſatrix iſrael comparatione preuaricatricis iuda. Vade et
clama ſermones iſtos contra aquilonē: et dices. Reuer D
tere aduerſatrix iſrael ait dominus ⁊ non auertam faciē Supra.2.a.
meā a vobis: q2 ſanctus ego ſum dicit dominus: ⁊ nō iraſ-
car in perpetuū. Veruntamē ſcito iniquitatē tuā: q2 in do
minum deū tuū preuaricata es. Et diſperſiſti vias tuas
alienis ſub omni ligno frōdoſo: ⁊ vocē meā nō audiſti ait

dominus. Conuertimini filij reuertentes: dicit dominus quia ego vir veſter. Et aſſumam vos: vnum de ciuitate et duos de cognatione ⁊ introducā vos in ſion. Et dabo vobis paſtores iuxta cor meū: ⁊ paſcēt vos ſcientia et doctrina. Cūq₃ multiplicati fueritis ⁊ creueritis in terra in diebus illis ait dominus nō dicēt vltra archa teſtamenti dn̄i neq₃ aſcēdet ſuper cor neq₃ recordabūtur illi⁹ nec viſitabitur nec fiet vltra. In tempore illo vocabunt hieruſalem ſolium domini: ⁊ congregabūtur ad eam omnes gētes in nomine domini in hieruſalem ⁊ non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſſimi. In diebus illis ibit domus iuda ad domum iſrael: ⁊ venient ſimul de terra aquilonis ad terram quā dedi patribus veſtris. Ego autem dixi. Quō

aliꝰ ✝ filijs. ponam te in ✝ filios ⁊ tribuam tibi terrā deſiderabilē hereditatem pręclaram exercitū gentium. Et dixi. Patrem vocabis me ⁊ poſt me ingredi nō ceſſabis. Sꝫ quomodo ſi contēnat mulier amatorē ſuum: ſic contēpſit me domus iſrael dicit dominus. Vox in vijs audita eſt ploratus ⁊ vlu

Infra. 31. b. Oſe. 2. c. B latus filiorum iſrael: quoniam iniquam fecerunt viā ſuam obliti ſunt domini dei ſui. Conuertimini filij reuertētes: et ſanabo auerſiones veſtras. Ecce nos venimus ad te. Tu enim es domin⁹ deus noſter. Vere mendaces erāt colles et multitudo montium. Vere in domino deo noſtro ſalus iſrael. Cōfuſio comedit laborem patrū noſtrorū ab adoleſcētia noſtra greges eorum ⁊ armenta eorū: filios eorū ⁊ filias eorūꝫ comedit confuſio. Dormiemus in confuſione noſtra: et operiet nos ignominia noſtra: quoniam domino deo noſtro peccauimus nos ⁊ patres noſtri ab adoleſcētia noſtra vſq₃ ad diem hanc: ⁊ non audiuimus vocē domini dei noſtri.

¶ Ca. Sum. Promittitur venia ſi ſe lauerint: de deſtructione iude per aſſyrios: quia non penituit: dolet propheta de interitu gentis ſue. Ca. IIII.

A 1 22. q. 1. ca. iurauerunt. c. conſiderat c. c. ſi. de iureiu. c. et ſi xp̄s. Si reuerteris ad me iſrael ait dn̄s ad me conuertere. Si abſtuleris offendicula tua a facie mea nō cōmoueberis. Et iurabis viuit dominus in veritate ⁊ in iudicio ⁊ in iuſtitia ⁊ benedicēt eū

aliꝰ ✝ nō dꝫ habitatori. Oſee 10. gentes ipſumq₃ laudabūt. Hec enim dicit dominus viro iuda ⁊ ✝ habitatori hieruſalem. Nouate vobis nouale: et nolite ſerere ſuper ſpinas. Circuncidimini domino: et auferte preputia cordiū veſtrorū viri iuda ⁊ habitatores hieruſalem ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea ⁊ ſuccendatur ⁊ non ſit qui extinguat. Omnia autem hec mala

B venient propter malitiam cogitationū veſtrarū. Annunciate in iuda ⁊ in hieruſalem: auditum facite loquimini et canite tuba in terra: clamate fortiter ⁊ dicite. Congregamini ⁊ ingrediamur ciuitates munitas leuate ſignū in ſiō. Confortamini ⁊ nolite ſtare: quia malum ego adduco ab aquilone: ⁊ contritionē magnam. Aſcēdit leo de cubili ſuo ⁊ predo gentium ſe ✝ leuauit. Egreſſus eſt de loco ſuo: vt

aliꝰ ✝ leuabit. aliꝰ ✝ deſolationem. ponat terram tuā in ✝ ſolitudinem. Ciuitates tue vaſtabuntur remanentes abſq₃ habitatore. Super hoc accingite vos cilitijs: plangite ⁊ vlulate: quia nō eſt auerſa ira furoris domini a vobis. Et erit in die illa dicit dominus: peribit cor regis ⁊ cor principū: ⁊ obſtupeſcent ſacerdotes et prophete conſternabuntur. Et dixi. Heu heu heu domine deus. Ergo ne decēpiſti populū iſtum ⁊ hieruſalem dicēs: pax erit vobis: Ecce peruenit gladius vſq₃ ad animam In tempore illo dicetur populo huic ⁊ hieruſalē ventus vrēs in vijs que ſunt in deſerto vie filie populi mei non ad ventilandū ſed ad purgandū. Spiritus plenus ex his veniet mihi. Et nunc ego: ſed loquar iudicia mea cū

D eis. Ecce quaſi nubes aſcendet: ⁊ quaſi tempeſtas currus

Sapi. 1. a. eius. Velociores aquilis equi illius. Ve nobis quoniam vaſtati ſumus. Laua a malitia cor tuum hieruſalem vt ſalua fias. Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxie: vox enim annunciantis a dan: ⁊ notum facientis idolum

de monte effraim ✝. Dicite gentibus. Ecce auditum eſt in hieruſalem cuſtodes venire de terra longinqua: et dare ſuper ciuitates iuda vocem ſuam. Quaſi cuſtodes agrorū facti ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad iracundiā prouocauit dicit dominus. Vie tue ⁊ cogitationes tue fecerunt hec tibi. Iſta malitia tua: quia amara: quia tetigit ✝ cor tuū. Ventrem meum: ventrem meum doleo: ſenſus cordis mei turbati ſunt in me. Non tacebo. Quoniā vocem ✝ buccine audiuit anima mea: clamorem prelij. Contritio ſuper contritionem vocata eſt: et vaſtata eſt omnis terra. Repente vaſtata ſunt tabernacula mea ſubito pelles mee. Vſquequo videbo fugientes audiam vocem buccine: quia ſtultus populus meus me nō cognouit. Filij inſipientes ſunt et vecordes. Sapientes ſunt vt faciant mala: bene autem facere neſcierunt. Aſpexi terram ⁊ ecce vacua erat ⁊ nihil: ⁊ celos ⁊ non erat lux in eis. Vidi montes: et ecce mouebantur ⁊ omnes colles conturbati ſunt. Intui⁹ ſum ⁊ non erat homo: ⁊ omne volatile celi receſſit. Aſpexi ⁊ ecce carmelus deſertus: ⁊ omnes vrbes eius deſtructe ſunt a facie domini: ⁊ a facie ire furoris eius. Hec enī dicit dominus. Deſerta erit omnis terra: ſed tamen in conſummationem non faciam. Lugebit terra: et merebunt celi deſuper eo q̄ locutus ſuꝫ. Cogitaui ⁊ nō penituit me nec auerſus ſum ad eos. A voce equitis ⁊ mittentis ſagittam fugit omnis ciuitas. Ingreſſi ſunt ardua et aſcenderunt rupes. Vniuerſe vrbes derelicte ſunt: ⁊ non habitat in eis homo. Tu autem vaſtata quid facies: Cum veſtieris te coccino: cum ornata fueris monili aureo ⁊ pinxeris ſtibio oculos tuos fruſtra componeris. Contēpſerunt te amatores tui: animam tuam querent. Vocem enim quaſi parturiētis audiui: anguſtias vt puerpere. Vox filie ſion ✝ inter morientes: expandentiſq₃ manus ſuas. Ve mihi quia defecit anima mea: propter interfectos.

aliꝰ ✝ concta gentes. E

aliꝰ ✝ cor.

aliꝰ ✝ tube 16. q. 7. ca. hec dicimus in ſi. F

G

aliꝰ ✝ inter morientis expandentis.

¶ Ca. Sum. Dominus querit fidem in populo: propheta ad obſtinatos vadit: predicat vaſtationem iude propter peccata non tantū plebis ſed principum: cathalogus peccatorum hieruſalem ſcribitur: propter que tradetur inimicis: increpat populū q̄ deum non timet: ⁊ q̄ ingratus eſt. et preterijt ſermones eius peſſime. H

Capitulum. V.

Circuite vias hieruſalem ⁊ aſpicite ⁊ conſiderate ⁊ querite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudicium et querentē fidem ⁊ propitius ero ✝ ei. Quod ſi etiam viuit dominus dixerint: ⁊ hoc falſo iurabunt. Domine oculi tui reſpiciunt fidem. Percuſſiſti eos ⁊ non doluerunt: attriuiſti eos ⁊ renuerunt accipere diſciplinā. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram: et noluerunt reuerti. Ego autem dixi. Forſitan pauperes ſunt ⁊ ſtulti: ignorantes viam domini ⁊ iudicium dei ſui. Ibo ergo ad optimates et loquar eis. Ipſi enim cognouerunt viam domini ⁊ iudiciū dei ſui. Et ecce magis hi ſimul confregerūt iugum: ruperunt vincula. Idcirco percuſſit eos leo de ſilua: lupus ad veſperam ✝ vaſtauit eos pardus vigilans ſuper ciuitates eorū. Omnis qui egreſſus fuerit ex eis capietur: quia multiplicate ſunt preuaricationes eorū: confortate ſunt auerſiones eorum. Super quo propitius tibi eſſe potero: Filij tui dereliquerunt me: ⁊ iurant in his qui non ſunt dij. Saturaui eos et mechati ſunt: ⁊ in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores i feminas: ⁊ emiſſarij facti ſunt. Vnuſquiſq₃ ad vxorē proximi ſui hinniebat. Nunquid ſuper his non viſitabo dicit dominus: ⁊ in gente tali nō vlciſcetur aīa mea: Aſcendite muros eius ⁊ diſſipate: conſummationē autem nolite facere. Afferte propagines ei⁹: quia non ſunt ✝ domini. Preuaricatiōe enī preuaricata eſt i me domus iſrael ⁊ domus iuda ait dominus. Negauerūt dominū ⁊ dixerunt. Nō eſt ipſe neq₃ veniet ſup nos malū gladiū et famē

aliꝰ ✝ eius.

B

aliꝰ ✝ vaſtabit.

C

Ezech. 22. c. Infra eodem.

aliꝰ ✝ propitio nos. aliꝰ ✝ eoꝝ.

non

non videbimus. Prophete fuerūt in ventū locuti: et reſpon
ſum nō fuit in eis. Hec ergo euenient illis. Hec dicit dñs
(al's + nō hʒ in.) de⁹ exercituū. Quia locuti eſtis verbū iſtud. Ecce ego do
verba mea in ore tuo in ignem: ꝛ populū iſtum † in ligna ꝛ
vorabit eos. Ecce ego adducam ſuper vos gētem de lon-
ginco domus iſrael: ait dominus gentem robuſtā: genteʒ
antiquam genteʒ cuius ignorabis linguam nec intelliges
quid loquatur. Pharetra eius quaſi ſepulcrum patens
vniuerſi fortes. Et comedet ſegetes tuas ꝛ panem tuum
deuorabit filios tuos ꝛ filias tuas: comedet gregem tuuʒ
ꝛ armenta tua: ꝛ comedet vineam tuā ꝛ ficum tuam: ꝛ con
E teret vrbes tuas in quibus tu habes fiduciā gladio. Ve-
(Infra.19.b.) rūtamen in diebus illis ait dominus: non faciā vos in con
ſummationē. Quod ſi dixeritis: quare fecit dñs deus no-
(al's + nō habet ſup.) ſter nobis hec omnia: dices ad eos. Sicut dereliquiſtis
me ꝛ ſeruiſtis deo alieno i terra veſtra: ſic ſeruietis † dijs
alienis in terra non veſtra. Annunciate hec domui iacob
ꝛ auditum facite in iuda dicentes: Audi popule ſtulte qui
non habes cor qui habentes oculos non videtis ꝛ aures
ꝛ non auditis: Me ergo non timebitis ait dñs: et a facie
mea non dolebitis? Qui poſui arenam terminū mari: pre-
F ceptum ſempiternū quod non preteribit: et cōmouebun-
tur: ꝛ non poterūt: ꝛ intumeſcēt fluct⁹ eius: ꝛ non trāſibūt
illud populo autem huic factum eſt cor incredulū ꝛ exa-
ſperans. Receſſerunt ꝛ abierunt: ꝛ non dixerunt in corde
ſuo. Metuamus dominū deū noſtruʒ: qui dat nobis plu-
uiam temporaneam ꝛ ſerotinā in tēpore ſuo plenitudinē
annue meſſis cuſtodientē nobis. Iniquitates noſtre decli
nauerunt hec: ꝛ peccata noſtra prohibuerunt bonū a no-
bis quia inuenti ſunt in populo meo impij īſidiātes quaſi
aucupes laqueos ponentes ꝛ pedicas ad capiendos vi-
ros. Sicut decipula plena auibus: ſic domus eorum ple-
G ne dolo. Ideo magnificati ſunt et ditati: incraſſati ſunt et
impinguati: ꝛ preterierunt ſermones meos peſſime. Cau
(al's + nō habet vidue.) ſam † vidue nō iudicauerūt cauſam pupili † non direxe-
(al's + nō proſpe rauerunt.) runt: ꝛ iudiciū pauperū non iudicauerūt. Nunquid ſuper
his non viſitabo dicit dñs: aut ſuper gentem huiuſcemo-
di nō vlciſcetur anima mea. Stupor ꝛ mirabilia facta ſunt
in terra. Prophete prophetabāt mendaciū: ꝛ ſacerdotes
applaudebant manib⁹ ſuis: ꝛ populus meus dilexit talia.
Quid igitur fiet in nouiſſimos eius.

¶ Ca. Sum. Deſcribitur aduentus nabuchodonoſor et
tranſlatio populi propter auaritiam ſacerdotum: et quia
populus non audit vocem tube. non purgatur in confla-
torio verborum.

Ca. VI.

A Confortamini filij beniamin in medio hieruſa-
lem ꝛ in thecua clangite buccina: ꝛ ſuper bethacarem leuate vexillum: quia malū viſum eſt
ab aquilone ꝛ contritio magna. Specioſe et
delicate aſſimilaui filiam ſion: ad eam venient
paſtores ꝛ greges eorum. Fixerunt in ea tentoria in cir-
cuitu: paſcet vnuſquiſqʒ eos qui ſub manu ſua ſunt. San-
B ctificate ſuper eam bellum: cōſurgite ꝛ aſcēdamus in me-
ridie. Ve nobis quia declinauit dies quia lōgiores facte
ſunt vmbre veſperi. Surgite ꝛ aſcendam⁹ in nocte: ꝛ diſſi
pemus domos eius: quia hec dicit dominus exercituum
(al's + fodite.) Cedite lignum eius: † fundite circa hieruſalem aggerem
Hec eſt ciuitas viſitationis omnis calūnia in medio eius.
Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam: ſic frigidā fe-
cit malitiam ſuam. Iniquitas ꝛ vaſtitas audietur in ea co
ram me ſemper infirmitas et plaga. Erudire hieruſalem
ne forte recedat anima mea a te. ne forte ponam te deſer-
tam terram inhabitabilē. Hec dicit dominus exercituū.
Vſqʒ ad racemū colligent quaſi in vinea reliquias iſrael.
C Conuerte manum tuam: quaſi vindemiator ad cartalum.
Cui loquar ꝛ quem conteſtabor: vt audiat? Ecce incircun
ciſe aures eorum ꝛ audire non poſſunt. Ecce verbum do-
mini factum eſt eis in opprobriū: ꝛ non ſuſcipient illud. Id-
circo furore dñi plenus ſum: ꝛ laboraui ſuſtinēs. Effunde
ſuper paruulum † furorem ꝛ ſuper conciliuʒ iuuenū ſimul. (al's + foris.)
Vir enim cum † muliere capietur ſenex cum pleno dierū. (al's + conſiliuʒ.)
Et tranſibūt domus eorum ad alteros: agri ꝛ vxores pa- (al's + vxore.)
riter: quia extendā manum meā ſuper habitantes terraʒ: (Infra.4.b.)
dicit dominus. A minore quippe vſqʒ ad maiorem omnes (Eſaie.56.d.)
auaritie ſtudent: ꝛ a propheta vſqʒ ad ſacerdotē cuncti fa- D
ciunt dolum. Et curabant contritionē filie populi mei cuʒ
ignominia dicentes. pax: pax ꝛ non erat pax. Confuſi ſunt
quia abominationē fecerunt: quin potius confuſione non
ſunt confuſi ꝛ erubeſcere neſcierūt. Quāobrem cadēt in-
ter ruentes in tēpore viſitationis ſue corruent: dicit dñs. (al's + audite.)
Hec dicit dñs. State ſuper vias ꝛ † videte ꝛ interroga- E
te de ſemitis antiquis que ſit via bona: ꝛ ambulate in ea: ꝛ
inuenietis refrigeriū animabus veſtris. Et dixerunt. Nō (al's + ꝛ ſpecta-)
ambulabimus. Et conſtitui ſuper vos † ſpeculatores. Et (tores. al's + dixi.)
dixi. Audite vocem tube. † Et dixerunt. Non audiemus. (al's + cognoſce)
Ideo audite gētes ꝛ † cognoſcite cōgregatio: quāta ego (Eſaie.1.d.)
faciam eis. Audi terra. Ecce ego adducā mala ſup popu-
lum iſtū: fructū cogitationū eius: q̄r verba mea non audie
runt: ꝛ legem meā proiecerūt. Vt quid mihi thus de ſab-
ba affertis ꝛ calamū ſuaue olentē de terra lōginqua: Ho
locauſtomata veſtra non ſunt accepta: ꝛ victime veſtre nō
placuerūt mihi. Propterea hec dicit dñs. Ecce ego da- F
bo in populuʒ iſtum ruinas: ꝛ ruent in eis patres ꝛ filij ſi-
mul: vicinus ꝛ proximus peribūt. Hec dicit dñs. Ecce po
pulus venit de terra aquilonis: ꝛ gens magna conſurget
a finibus terre. Sagittā ꝛ ſcutum arripiet: ꝛ crudelis eſt
ꝛ non miſerebitur. Vox eius quaſi mare ſonabit: et ſuper
equos aſcendēt: preparati quaſi vir ad prelium aduerſum
te filia ſion. Audiuimus famā eius: diſſolute ſunt man⁹ no
ſtre. Tribulatio apprehēdit nos dolores vt parturientē.
Nolite exire ad agros ꝛ in † viā ne ambuletis: qm̄ gla- (al's + via)
dius inimici pauor in circuitu. Filia populi mei accīgere G
cilicio: ꝛ conſpergere cinere. Luctū vnigeniti fac tibi plā
ctum amarū: q̄r repente veniet vaſtator ſuper vos. Pro-
batorem dedi te in populo meo robuſtū: ꝛ ſcies et probabis vias eorū. Oēs iſti principes † declinātes: ambulan- (al's + declinan-)
tes fraudulenter. Es ꝛ ferrū vniuerſi corrupti ſunt. Defe- (tium.)
cit ſufflatoriū in igne conſumptū eſt plumbū. Fruſtra con
flauit conflator: malitie enim eorum non ſunt conſumpte.
Argentū reprobū vocate eos: quia dñs proiecit illos.

¶ Capituli Summariū. Non confidendū in templo ſed
in operib⁹ bonis quare nō ſit orandū p populo illo: de re
probatione ſacrificiorū: de vindicta pro excelſis tophet.

Capitulum. VII.

A Verbum quod factuʒ eſt ad hieremiaʒ a dño di-
cens. Sta in porta domus domini: ꝛ p̄dica ibi
verbum iſtud: et dic. Audite verbū domini om
nis iuda qui ingredimini p portas has vt ado- (Infra 26.b.2.)
retis dominū. Hec dicit domin⁹ exercituum deus iſrael.
Bonas facite vias veſtras ꝛ ſtudia veſtra: ꝛ habitabo vo
biſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mēdacij di
centes. Templū domini: templū domini: templuʒ domini
eſt. Quoniā ſi † benedixeritis vias veſtras ꝛ ſtudia veſtra (al's + benedixe-)
ſi feceritis iudiciū inter virū ꝛ proximū eius. aduene ꝛ pu (ritis.)
B pillo ꝛ vidue nō feceritis calūniam: nec ſanguinē innocen-
tem effuderitis in loco hoc: ꝛ poſt deos alienos nō ambu
laueritis in malum vobiſmetipſis habitabo vobiſcum in
loco iſto in terra quam dedi patribus veſtris a ſeculo. et
vſqʒ in ſeculū. Ecce vos cōfiditis vobis in † ſermonibus (al's + verbis.)
mēdacij qui nō proderūt vobis: furari: occidere: adultera
ri: iurare mēdaciter: libare † baalim: et † ire poſt deos alie- (al's + baall.)
nos quos ignoratis. Et veniſtis ꝛ ſtetiſtis corā me. In do (al's + ambulare)
mo hac in qua inuocatū eſt nomē meū: ꝛ dixiſtis. Liberati
ſumus: eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas.

✝Nunquid ergo ſpelunca latronũ facta eſt domus iſta in
al's. ✝ nō hꝫ nū quid ſed ergo. qua innocatũ eſt nomen meũ in oculis veſtris. Ego✝ ego
ſum: ego vidi dicit dñs. Ite ad locum meum in ſylo vbi ha
C al's. ✝ nō gemi natur ego ſꝫ ſic habet ego enim ſum. bitauit nomen meum a principio: ⁊ videte que fecerim ei
propter malitiã populi mei iſrael. Et nunc q2 feciſtis om
nia ✝ opera hec dicit dominus: et locutus ſum ad vos ma
al's ✝ quid. ne conſurgens ⁊ loquẽs: et non audiſtis: et vocaui vos et
al's ✝ nō habet opera. non reſpondiſtis: faciam domui huic in qua innocatuꝫ eſt
Prouer.1.c. nomen meum: ⁊ in qua vos habetis fiduciã: ⁊ in loco quẽ
Eſa.65.b. dedi vobis et patribus veſtris: ſicut feci ſylo: ⁊ proijciam
Infra.14.b. vos a facie mea: ſicut proieci omnes fratres veſtros vni-
D uerſum ſemẽ effraim. Tu ergo noli orare pro populo hoc
nec aſſumas pro eis laudẽ ⁊ orationẽ ⁊ nõ obſiſtas mihi:
quia nõ exaudiã te. Nonne vides quid iſti faciant in ciui-
tatibus iuda: ⁊ in plateis hieruſalẽ? Filij colligũt ligna
⁊ patres ſuccendunt ignem: et mulieres conſpergunt adi-
pem: vt faciant placentas regine celi: et libẽt dijs alienis:
Infra.44.c. ⁊ me ad iracundiam prouocent. Nunquid me ad iracun-
diam prouocant dicit dominus? Nõne ſemetipſos in con
fuſionem vultus ſui? Ideo hec dicit dominus deus. Ecce
furor meus ⁊ indignatio mea conflatur ſuper locum iſtũ:
E ſuper viros ⁊ ſuper iumenta et ſuper lignum regionis et
ſuper fruges terre: ⁊ ſuccendetur ⁊ non extinguetur. Hec
dicit dominus exercituũ deus iſrael. Holocauſtomata ve
ſtra addite victimis veſtris ⁊ comedite carnes: quia non
ſum locutus cum patribus veſtris: ⁊ nõ precepi eis in die
qua eduxi eos de terra egypti: de verbo holocauſtomatũ
⁊ victimarũ: ſed hoc verbum precepi eis dicens. Audite
vocem meam: et ero vobis deus: ⁊ vos eritis mihi popu-
lus: et ambulate in omni via quam mãdaui vobis vt bene
ſit vobis. Et non audierunt nec inclinauerũt aurem ſuam:
ſed abierunt in voluptatibus: ⁊ in prauitate cordis ſui ma
li factiq3 ſunt retrorſum et non in antea a die qua egreſſi
ſunt patres eorum de terra egypti vſq3 ad diem hanc. Et
miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas per diem cõ-
ſurgens diluculo ⁊ mittens ⁊ non audierunt me: nec incli-
F nauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ✝ ſuã ⁊
al's ✝ nõ hꝫ ſuã peius operati ſunt ꝙ patres eorum. Et loqueris ad eos
Infra.16.c. omnia verba hec ⁊ non audiẽt te ⁊ vocabis eos ⁊ non re-
ſpondebunt tibi. Et dices ad eos. Hec eſt gens que non
audiuit vocem domini dei ſui nec recepit diſciplinã. Pe-
rijt fides: ⁊ ablata eſt de ore eorum. Tonde capillum tuum
et proijce ⁊ ſume in directum planctum: quia proiecit do-
minus et reliquit generationẽ furoris ſui: quia fecerunt fi
lij iuda malum in oculis meis dicit dominus. Poſuerũt
offendicula ſua in domo in qua innocatum eſt nomen meũ
G vt polluerent eam: ⁊ edificauerunt excelſa tophet: que eſt
Supra eodem. in valle filij ennon: vt incenderent filios ſuos et filias ſuas
igni que non precepi: nec cogitaui in corde meo. Ideo ec-
ce dies venient dicit dominus: ⁊ non dicetur amplius to
phet ⁊ vallis filij ennon: ſed vallis interfectionis: ⁊ ſepe-
lietur in tophet eo ꝙ non ſit locus. Et erit morticinũ po-
puli huius in cibũ volucribus celi et beſtijs terre: et non
erit qui abigat. Et quieſcere faciam de vrbibus iuda: ⁊ de
Ezech.26.c. plateis hieruſalem vocem gaudij et vocem letitie: vocem
ſponſi et vocem ſponſe. In deſolatione enim erit terra.

¶ Capituli Summariũ. Cõminatio his qui reſidui erãt
de captiuitate: increpatio populi non penitẽtis: reprehẽ-
ſio ſcribarum: vox penitentium: aduentus hoſtium ⁊ vlu-
latus ciuitatis. Ca. VIII.

A In illo tempore ait dominus: eijcient oſſa ✝ re
al's ✝ regum. gis iuda ⁊ oſſa principum eius: ⁊ oſſa ſacerdo
tum: ⁊ oſſa prophetarũ: ⁊ oſſa eorum qui habi
tauerũt hieruſalem de ſepulchris ſuis: ⁊ ✝ ex-
al's ✝ pandet. pandet ea ad ſolem et lunam et omnem militiã celi que di-
lexerunt: et quibus ſeruierunt et poſt que ambulauerunt
et que queſierunt et adorauerunt. Non colligẽtur et non
ſepelientur: in ſterquiliniũ ſuper faciem terre erũt. Et eli
gent magis mortẽ ꝙ vitam omnes qui reſidui fuerint de
cognatione hac peſſima in vniuerſis locis que derelicta
ſunt: ad que eieci eos dicit dominus exercituũ. Et dices
ad eos. Hec dicit dominus. Nunquid qui cadit nõ reſur- B
get ⁊ qui auerſus eſt nõ reuertetur? Quare ergo auerſus
eſt populus iſte in hieruſalẽ auerſione contentioſa? Ap-
prehenderũt mendaciũ ⁊ noluerũt reuerti. Attendi et au-
ſcultaui: nemo quod bonum eſt loquitur. Nullus eſt qui
agat penitentiã ſuper peccato ſuo dicens: quid feci? Oẽs
conuerſi ſunt ad curſum ſuum: quaſi equus impetu vadẽs C
ad ✝ prelium. Miluus in celo cognouit tempus ſuum tur al's ✝ in prelio.
tur ⁊ hirundo ⁊ ciconia cuſtodierũt tempus aduentus ſui
populus autem meus nõ cognouit iudiciũ domini. Quo-
modo dicitis ſapientes nos ſumus: ⁊ lex domini nobiſcũ
eſt? Vere mendaciũ operatus eſt ſtillus mendax ſcriba-
rum. Confuſi ſunt ſapientes: perteriti ⁊ capti ſunt. Verbũ
enim domini proiecerũt: et ſapiẽtia nulla eſt in eis. Pro- D
pterea dabo mulieres eorum exteris: agros eorum here-
dibus. Quia a minimo vſq3 ad maximũ omnes auaritiam
ſequũtur: a propheta vſq3 ad ſacerdotẽ cuncti faciũt mẽ Supra.6.c.
dacium. Et ſanabant cõtritiones filie populi mei ad igno Eſa.5.a.
miniam dicentes: pax: pax: cum nõ eſſet pax. Confuſi ſunt
quia abominationẽ fecerunt quinimo confuſione nõ ſunt E
cõfuſi ⁊ erubeſcere neſcierũt. Idcirco cadẽt inter corruẽ
tes: in tẽpore viſitationis ſue corruẽt dicit dominus. Con
gregans congregabo eos: ait dominus. Non eſt vua in
vitibus: ⁊ non ſunt ficus in ficulnea folium defluxit: ⁊ dedi
eis que pretergreſſa ſunt. Quare ſedemus? Conuenite et
ingrediamur ciuitatem munitam ⁊ ſileamus ibi: quia do-
minus deus noſter ſilere nos fecit: et potum dedit nobis Infra.14.d.
aquam fellis. Peccauimus enim domino. Expectauimꝰ F
pacem: ⁊ non erat: bonum tempus medele: et ecce formi-
do. A dan auditus eſt fremitus equoruꝫ eius: a voce ✝ ho al's ✝ hominum
minum pugnatorũ eius commota eſt omnis terra. Et ve-
nerunt ⁊ deuorauerunt terram ⁊ plenitudinem eius: vrbẽ
⁊ habitatores eius. Quia ecce ego mittam vobis ſerpen al's ✝ peſſimos
tes ✝ regulos quibus non eſt incantatio: et mordebunt
vos: ait dominus. Dolor meus ſuper dolorem in me cor G
meum merens. Ecce vox clamoris filie populi mei de ter-
ra longinqua. Nunquid dominus non eſt in ſion: aut rex
eius non eſt in ea? Quare ergo me ad iracundiam cõcita
uerunt in ſculptilibus ſuis ⁊ in vanitatibꝰ alienis. Trãſijt
meſſis: finita eſt eſtas: ⁊ nos ſaluati nõ ſumus. Super cõ
tritione filie populi mei contritus ſum ⁊ contriſtatus ſtu
por optinuit me. Nunquid reſina nõ eſt in galaad: aut me
dicus non eſt ibi? Quare igitur non eſt obducta cicatrix
filie populi mei.

¶ Capitu. Summa. Planctus ⁊ lachrime prophete pro
populo ſuo exeundum eſt ad ſolitudinẽ propter hominuꝫ
malitiam lamentandum. quia a paſtoribus ad plebeꝫ de-
ſertio iniquitas ⁊ vindicta: non gloriandũ niſi in domino:
ꝙ circunciſio carnis nihil valet.

Capitulum. IX.

Quis dabit capiti meo aquã ⁊ oculis meis fõ A
tem lachrimaruꝫ? Et plorabo die ac nocte in-
terfectos filie populi mei. Quis dabit me i ſo
litudinem ✝ diuerſorum viatorum? Et derelin- al's ✝ diuiſo
quam populum meum et recedã ab eis quia omnes adul-
teri ſunt ⁊ cetus preuaricatorum: et extenderunt linguaꝫ
ſuam quaſi arcum mendacij et non veritatis. Confortati
ſunt in terra: quia de malo ad malum egreſſi ſunt: ⁊ me nõ B
cognouerũt dicit dominus. Unuſquiſq3 ſe a proximo ſuo
cuſtodiat et in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia
omnis frater ſupplantãs ſupplantabit: ⁊ omnis amicus
fraudulẽter incedet: ⁊ vir fratrẽ ſuuꝫ deridebit et veritatẽ
non loquentur

non loquētur. docu erunt enim linguam ſuā loqui mendacium vt inique agerēt laborauerūt. Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerūt ſcire me dicit dñs. Propterea hec dicit dominus exercituū. Ecce ego conflabo et probabo eos. Quid enī aliud faciā a facie filie populi mei? Sagitta vulnerās lingua eorū: dolum locuta eſt. In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur: et oculte ponit ei inſidias. Nunqd ſuper his non viſitabo dicit dñs: aut in gente huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? Super montes aſſumam fletū ac lamentū: et ſuper ſpecioſa deſerti plāctū: qm̄ incēſa ſunt eo q̄ nō ſit vir pertrāſiēs: et non audierunt vocem poſſidētis. A volucre celi vſq̄ ad pecora tranſmigrauerunt et receſſerunt. Et dabo hieruſalē in aceruos arene et cubilia drachonū: et ciuitates iuda dabo in deſolationē eo q̄ non ſit habitator. Quis eſt vir ſapiēs qui intelligat hoc: et ad quē verbū oris dñi fiat vt annūciet iſtud? Quare perierit terra et exuſta ſit: quaſi deſertū eo q̄ non ſit qui pertranſeat. Et dixit dñs. Quia dereliquerūt legē meam quā dedi eis: et nō audierūt vocem meā: et non ambulauerunt in ea: et abierūt poſt prauitatē cordis ſui et poſt baalim† quod didicerūt a patribus ſuis: idcirco hec dicit dominus exercituū deus iſrael. Ecce ego cibabo populum iſtum abſinthio: et potū dabo eis aquā fellis: et diſpergam eos in gētib⁹ quas nō nouerūt ipſi et patres eorū: et mittam poſt eos gladiū donec cōſumātur: hec dicit dñs exercituum. Contēplamini et vocate lamētatrices vt veniāt: et ad eas que ſapiētes ſunt mittite: et properēt et feſtinēt: et aſſumāt ſuper nos lamentū. Deducant oculi noſtri lachrimas: et palpebre noſtre defluant aquis quia vox lamentationis audita eſt de ſion. Quomodo vaſtati ſumus et confuſi vehementer? Quia dereliquimus terrā: qm̄† deiecta ſunt tabernacula noſtra. Audite ergo mulieres verbū dñi et aſſumāt aures veſtre ſermonē oris eius: et docete filias veſtras lamentum: et vnaqueq̄ proximā ſuam planctū: q2 aſcēdit mors per feneſtras veſtras ingreſſa eſt domos veſtras diſperdere paruulos deforis iuuenes de plateis. Loquere: hec dicit dñs. Et cadet morticinū hominis quaſi ſtercus ſuper faciem† regionis: et quaſi fenū poſt tergū metentis: et non eſt qui colligat. Hec dicit dñs. Non glorietur ſapiens in ſapiētia ſua: et non glorietur fortis in fortitudine ſua: et non glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur ſcire et noſſe me: quia ego ſum dñs qui facio miſericordiā et iudiciū et iuſtitiā i terra: hec enim placent mihi ait dñs. Ecce dies venient dicit dominus: et viſitabo ſuper omnē qui† in circūciſum habet preputium ſuper egyptū et ſuper iudam et ſuper edom: et ſuper filios ammon: et ſuper moab et ſuper omnes q̄ attōſi ſunt in comā habitantes in deſerto: quia omnes gentes habēt preputiū: ois autem domus iſrael in circūciſi ſunt corde.

¶ Ca. Sum. Monetur populus ne timeant celi conſtellationē: quia nō eſt increpatio idolatrie: planctus hieruſalem ſuper plaga ſua: et q̄ non ſit in homine via eius.

Capitulum X.

Audite verbum quod locut⁹ eſt dñs ſuper vos domus iſrael. Hec dicit domin⁹. Iuxta vias gentiū nolite diſcere: et a ſignis celi nolite metuere que timent gentes: quia leges populorum vane ſunt. Quia lignū de ſaltu precedit op⁹ manus artificis in aſcia. Argento et auro decorauit illud: clauis et malleis compegit vt nō diſſoluat. In ſimilitudinē plaſme fabricate ſunt et non loquētur: portata† tollētur q2 incedere non valēt. Nolite ergo timere ea quia nec male poſſunt facere: nec bene. Non eſt ſimilis tui dñe: magnus es tu: et magnū nomen tuū in fortitudine. Quis nō timebit te o rex gentiū? Tuum eſt enī decus. Inter cūctos† ſapientes gentiū: et in vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui. Pariter inſipientes et fatui probabūtur: doctrina vanitatis eorum lignum eſt. Argentum inuolutū de tharſis affertur: et aurum de† ophir opus artificis: et manus erarij hiacynthus et purpura indumentū eorū. Opus artificum vniuerſa hec: dñs autē deus† verus eſt. Ipſe de⁹ viuens et rex ſempiternus. Ab indignatione eius cōmouebitur terra: et non ſuſtinebūt gentes cōminationē eius. Sic ergo dicetis eis. Dij qui celos et terrā non fecerūt pereāt de terra: et de his que ſub celo ſunt. Qui facit terrā in fortitudine ſua preparat orbem in ſapientia ſua: et prudentia ſua extendit celos: ad vocem ſuam dat multitudinē aquarum in celo: et eleuat nebulas ab extremitatib⁹ terre. Fulgura in pluuiā facit: et educit vētū de theſauris ſuis. Stultus fact⁹ eſt omnis homo a ſcientia ſua: confuſus eſt artifex omnis in ſculptili: quoniā falſum eſt qd̄ conflauit: et nō eſt ſpiritus in eis. Vana ſunt et opus riſu dignū. In tempore viſitationis ſue peribunt. Non eſt his ſimilis pars iacob. Qui enim formauit omnia ipſe eſt: et iſrael virga hereditatis eius dñs exercituū nomen illi. Congrega de terra confuſionē tuam que habitas in obſidione: quia hec dicit dominus. Ecce ego longe proijciam habitatores terre in hac vice: et tribulabo eos ita vt† non inueniātur. Ve mihi ſuper cōtritione mea peſſima plaga mea. Ego autē dixi. Plane hec infirmitas mea eſt: et portabo illam. Tabernaculum meū vaſtatū eſt: omnes funiculi mei dirupti ſunt. Filij mei exierunt a me et non ſubſiſtunt. Non eſt qui extendat vltra tentoriū meum: et erigat pelles meas quia ſtulte egerunt paſtores et dominū nō quesierūt propterea non intellexerūt et omnis grex eorū diſperſus eſt. Vox auditiōis ecce venit et cōmotio magna de terra aquilonis vt ponat ciuitates iuda in ſolitudinē et habitaculū draconū. Scio domine quia nō eſt hominis via eius: nec viri eſt vt ambulet et dirigat greſſus ſuos. Corripe me domine: verūtamen in iudicio et nō in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indignationē tuam ſuper gētes que non cognouerūt te: et ſuper prouincias que nomen tuū nō inuocauerunt q2 comederunt iacob et deuorauerūt eum et conſumpſerunt illum: et decus eius diſſipauerunt.

¶ Ca. Sū. De maledictione eius qui non audit verbum domini de colligatione malorū: de pena pacti initi. de non orando p̄ eis: q2 impius non ſanctificat in ſacrificijs ſuis: de oliua pulchra: ſe crucifigendū predixit dominus.

Capitulum. XI.

Verbum qd̄ factū eſt a dño ad hieremiā: dicens Audite verba† pacti huius: et loquimini ad viros iuda et ad habitatores hieruſalē: et dices ad eos. Hec dicit dñs deus iſrael. Maledict⁹ vir qui nō audierit verba pacti huius qd̄ precepi patrib⁹ veſtris in die qua eduxi† eos de terra egypti: de fornace ferrea dicens. Audite vocem meā et facite omnia que precepi vobis: et eritis mihi in populū et ego ero vobis in deū vt ſuſcitem iuramentū quod iuraui patribus veſtris daturum me eis terram fluentē lacte: et melle ſicut eſt dies hec. Et reſpondi et dixi. Amen domine. Et dixit dominus ad me. Vociferare omnia verba hec in ciuitatibus iuda: et foris hieruſalem dicens. Audite verba pacti huius et facite illa: quia conteſtans cōteſtatus ſum patres veſtros in die qua eduxi† eos de terrā egypti vſq̄ ad diem hanc. Mane conſurgens conteſtatus ſum: et dixi. Audite vocē meā: et non audierunt nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed abierunt vnuſquiſq̄ in prauitate cordis ſui mali. Et induxi ſuper eos omnia verba pacti huius quod precepi vt facerent et non fecerunt. Et dixit dominus ad me. Inuēta eſt coniuratio in viris iuda et in habitatoribus hieruſalem. Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priores qui noluerūt audire verba mea. Et hi ergo abierūt poſt deos alienos vt ſeruirent eis. Irritū fecerūt domus iſrael et domus iuda pactum meū quod pepigi cum patribus eorū.

C ...apis .2.f. Quãobrem hec dicit dominus. Ecce ego inducam ſuper
eos mala de quibus exire nõ poterũt: ⁊ clamabũt ad me
⁊ non exaudies eos. Et ibunt ciuitates iuda et habitato-
res hieruſalẽ ⁊ clamabũt ad deos quibus libãt: ⁊ non ſal-
uabunt eos in tẽpore afflictionis eorum. Secundũ nume-
rum enim ciuitatũ tuarũ erant dij tui iuda: ⁊ ſm numerum
viarum tuarum hieruſalẽ poſuiſti aras confuſionis: aras
ad libandũ baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc: et
...e cõſe. diſt. 2. ...i ſcelerate. ne aſſumas pro eis laudẽ ⁊ orationẽ: q2 non exaudiã in tẽ-
pore clamoris eorum ad me in tẽpore afflictionis eorum.
Quid eſt quod dilectus meus in domo mea facit ſcelera
multa? Nunquid carnes ſancte auferẽt a te malitias tuas
in quibus gloriata es? Oliuã vberẽ pulchraz: fructiferã:
...s ✠ vinea.' ſpecioſam vocauit dñs nomẽ tuum. Ad vocẽ loquele gran-
dis exarſit ignis in † ea: ⁊ cõbuſta ſunt frutecta ei⁹. Et do-
minus exercituũ qui plantauit te: locutus eſt ſuper te ma-
lum pro malis domus iſrael ⁊ domus iuda que fecerũt ſi-
...s ✠ baal. bi ad irritandũ me libantes † baalim. Tu autẽ dñe demõ-
D ſtraſti mihi: ⁊ cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorũ. Et
ego quaſi agnus manſuetus: qui portatur ad victimã. Et
non cognoui quia cogitauerũt ſuper me cõſilia: dicentes.
Mittamus lignum in panem eius ⁊ eradamus eũ de ter-
ra viuentium: et nomen eius non memoretur amplius. Tu
autem domine ſabaoth qui iudicas iuſte: ⁊ probas renes
...fra. 20.c. ⁊ corda videam vltionem tuam ex eis. Tibi enim reuelaui
cauſam meã. Propterea hec dicit dñs ad viros anathot
qui querunt animam tuã: ⁊ dicunt non prophetabis in no-
mine dñi: ⁊ non morieris in manibus noſtris. Propterea
hec dicit dñs exercituũ. Ecce ego viſitabo ſuper eos. Iu-
uenes morientur in gladio filij eorum ⁊ filie eorum morien-
tur in fame: et reliquie non erunt ex eis. Inducã eñi malũ
ſuper viros anathot: annum viſitationis eorum.

¶ Capituli Summariũ. Diſputatur cum domino cõtra
murmuratores: de flore malorum qui ſignantur colligatio
captiuitatis hieruſalẽ reprobatio ſynagoge: paſtorũ con-
demnatio de conuerſis ad dominũ ⁊ volentibus reuerti.

Capitulum. XII.

A ...s ✠ iudica. ...ob. 21. ...bacb. 1. a. Iuſtus quidem tu es domine ſi diſputem tecum
verũtamen iuſta † loquar ad te. Quare via im-
piorum proſperatur: bene eſt omnibus qui pre-
uaricantur ⁊ inique agunt. Plantaſti eos ⁊ ra-
dicem miſerunt: proficiunt ⁊ faciunt fructum. Prope es
tu ori eorum ⁊ longe a renibus eorum. Et tu domine noſti
me: vidiſti me: ⁊ probaſti cor meũ tecum. Congrega eos
quaſi gregẽ ad victimã: ⁊ ſanctifica eos in die occiſionis.
B Uſqꝫ quo lugebit terra: ⁊ herba omnis regionis ſiccabi-
...s ✠ volucres ...s ✠ pedibus. tur propter malitiam habitantium in ea? Conſumptũ eſt
animal ⁊ † volucre: quoniã dixerũt nõ videbit nouiſſima
noſtra. Si cum † peditibus currens laboraſti: quomodo
...s ✠ ſecura. ...s ✠ ſecura. contendere poteris cum equis? Cum autem in terra pa-
...s ✠ hꝫ cõfiſe. cis † ſecurus † fueris: quid facies in ſuperbia iordanis?
...s ✠ habet.nõ Nam ⁊ fratres tui ⁊ domus patris tui: etiam ipſi pugna-
uerunt aduerſum te ⁊ clamauerũt poſt te plena voce. Ne
credas eis cum locuti fuerint tibi bona. Reliqui domum
...s ✠ manu. D meam: dimiſi hereditatem meaz. Dedi dilectam animam
...s ✠ ſpelunca. meam in † manus inimicorum eius: facta eſt mihi heredi-
E tas mea quaſi leo † in ſilua. Dedit contra me vocem ideo
odiui eam. Nunquid auis diſcolor hereditas mea mihi?
Nunquid auis tincta per totum? Uenite congregamini
omnes beſtie terre properate ad deuorandum. Paſtores
multi demoliti ſunt vineam meam conculcauerunt partem
meam. Dederunt portionem meam deſiderabilem in de-
ſertum ſolitudinis poſuerunt eam in diſſipationem luxitqꝫ
ſuper me. Deſolatiõe deſolata eſt omnis terra: quia null⁹
eſt qui recogitet corde. Super omnes vias deſerti vene-
runt omnes vaſtatores terre: quia gladius domini deuo-
rabit ab extremo terre vſqꝫ ad extremũ ei⁹. Non eſt pax
vniuerſe carni. Seminauerunt triticum: et ſpinas meſſue-
runt: hereditatem acceperunt: et non eis proderit. Con-
fundemini a fructibus veſtris propter iram furoris domi-
ni. Hec dicit dñs aduerſum oẽs vicinos meos peſſimos D
qui tangũt hereditatẽ quam diſtribui populo meo iſrael.
Ecce ego euellam eos de terra ſua: ⁊ domũ iuda euellam
de medio eorum. Et cum euulſero eos conuertar ⁊ miſere-
bor eorum: ⁊ reducam eos: virum ad hereditatẽ ſuam ⁊ vi-
rum in terram ſuam. Et erit: ſi eruditi didicerint vias po-
puli mei vt iurẽt in nomine meo: viuit dominus: ſicut do-
cuerunt populum meũ iurare in baal: edificabũtur in me-
dio populi mei. Quod ſi non audierint: euellam gẽtem il-
lam euulſione ⁊ perditione ait dominus.

¶ Capituli Summariũ. De ſignificatione lumborum pu-
trida: de laguncula ⁊ de ebrietate malorum: de montibus
tenebroſis: de tranſlatione iude propter iniquitates plu-
rimas: ⁊ impenitentiam populi. A

Capitulum. XIII.

Hec dicit dominus ad me. Uade ⁊ poſſide tibi
lumbare lineum: ⁊ pones illud ſuper lumbos
tuos: ⁊ in aquam non inferes illud. Et poſſedi
lumbare iuxta verbum domini: ⁊ poſui circa
lumbos meos. Et factus eſt ſermo domini ad
ad me ſecundo dicens. Tolle lumbare qđ poſſediſti qđ eſt
circa lumbos tuos. ⁊ ſurgens vade ad eufratẽ: ⁊ abſcon-
de ibi illud in foramine petre. Et abij ⁊ abſcondi illud in
eufratẽ: ſicut preceperat mihi domin⁹. Et factum eſt poſt
dies plurimos. dixit dominus ad me. Surge et vade ad
eufratẽ et tolle inde lumbare quod precepi tibi: vt abſcõ-
deres illud ibi. Et abij ad eufratẽ ⁊ fodi ⁊ tuli lumbare de B
loco vbi abſconderam illud. Et ecce cõputruerat lumba-
re ita vt nulli vſui aptum eſſet. Et factum eſt verbũ domi-
ni ad me dicens. Hec dicit dominus. Sic cõputreſcere fa-
ciam ſuperbiam iuda ⁊ ſuperbiã hieruſalẽ multam: popu-
lum iſtum peſſimũ: qui nolunt audire verba mea ⁊ ambu-
lant in prauitate cordis ſui: abieruntqꝫ poſt deos alienos
vt ſeruirent eis et adorarent eos. Et erunt ſicut lumbare
iſtud: quod nulli vſui aptum eſt. Sicut enim adheret lum-
bare ad lumbos viri: ſic agglutinaui mihi omnẽ domum
iſrael: ⁊ omnem domũ iuda dicit dominus: vt eſſent mihi
in populum: et in nomen: et in gloriam: et non audierunt.
Dices ergo ad eos ſermonem iſtum. Hec dicit dominus
deus iſrael. Omnis laguncula implebitur vino. Et di-
cent ad te. Nunquid ignoramus: quia omnis laguncula
implebitur vino? Et dices ad eos. Hec dicit domin⁹. Ec-
ce ego implebo omnes habitatores terre huius: ⁊ reges
qui ſedent de ſtirpe dauid ſuper thronum eius ⁊ ſacerdo-
tes ⁊ prophetas: ⁊ omnes habitatores hieruſalem ebrie- E
tate: et diſpergam eos virum a fratre ſuo et patres et fi-
lios pariter: ait dominus. Non parcam et non cõcedam
neqꝫ miſerebor: vt non diſperdam eos. Audite ⁊ auribus
percipite nolite eleuari: quia dominus locutus eſt. Date
domino deo veſtro gloriam anteqꝫ contenebreſcat: et an-
teqꝫ offendãt pedes veſtri ad montes caliginoſos. Expe- Infra. 31.c.
ctabitis lucem: et ponet eam in vmbram mortis ⁊ in caligi- Treno. 1.a.
nem. Quod ſi hoc non audieritis in abſcondito: plorabit al's ✠ educet.
anima mea a facie ſuperbie. Plorans plorabit ⁊ † dedu-
cet oculus meus lachrimam quia captus eſt grex domi-
ni. Dic regi et dominatrici. Humiliamini ſedete in
terra quoniam deſcendet de capite veſtro corona glorie al's ✠ tranſlata eſt
veſtre. Ciuitates auſtri clauſe ſunt ⁊ non eſt qui aperiat. al's ✠ iudea.
† Tranſlata eſt omnis † iuda tranſmigratione perfecta. al's ✠ venitis ab.
Leuate oculos veſtros ⁊ videte: † qui venitis ab aquilo-
ne. Ubi eſt grex qui datus eſt tibi pecus inclytum tuum?
Quid dices cum viſitauerit te? Tu enim docuiſti eos ad-
uerſum te: et erudiſti in caput tuum. Nunquid non dolo- al's ✠ adprehendent.
res † apprehendent te quaſi mulierem parturientẽ? Qđ

ſi dixeris

ſi dixeris in corde tuo. Quare venerunt mihi hec? Propter multitudinem iniquitatis tue reuelata ſunt vere cundicia tua: pollute ſunt plante tue. Si mutare pōt ethiops pellem ſuam: aut pardus varietates ſuas: ⁊ vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulā que vento raptatur in deſerto. Hec ſors tua parſq̧ mēſure tue a me dicit dominus: quia oblita es mei ⁊ confiſa es in mendacio. Unde ⁊ ego nudaui femora tua contra faciem tuam ⁊ apparuit ignominia tua: adulteria tua ⁊ hinnitus tuus ſcelus fornicationis tue. Super colles in agro vidi abominationes tuas. Ue tibi hieruſalem Non mundaberis poſt me. Uſq̧quo adhuc?

¶ Capituli Summariū. De inopia pluuie: vox penitentium: obſtinatis nō proſunt ieiunia preces nec victime de pſeudo prophetis: de lugendo propter contritionē populi: interrogatur dominus: de proiectione populi inde.

Capitulum. XIIII.

A Uod factum eſt verbum domini ad hieremiaʒ de ſermonibus ſiccitatis. Luxit iudea ⁊ porte eius corruerunt ⁊ obſcurate ſunt in terra: ⁊ clamor hieruſalem aſcendit. Maiores miſerunt minores ſuos ad aquam: venerūt ad hauriendū. Nō inuenerunt aquam reportauerūt vaſa ſua vacua. Confuſi ſunt ⁊ afflicti ⁊ operuerunt capita ſua propter vaſtitatem terre: quia non venit pluuia in terram. Confuſi ſunt agricole: operuerūt capita ſua. Nam ⁊ cerua in agro peperit ⁊ reliquit: quia non erat herba. Et onagri ſteterunt in rupibus: traxerunt ventum quaſi dracones: defecerunt oculi eorum: quia nō erat herba. Si iniquitates noſtre reſpōderint nobis domine fac propter nomen tuum quoniam

B multe ſunt auerſiones noſtre. Tibi peccauimus expectatio iſrael: ſaluator veſter in tempore tribulationis. Quare quaſi colonus futurus es in terra: ⁊ quaſi viator declinans ad manendū? Quare futurus es velut vir vagus et † fortis: qui non poteſt ſaluare? Tu autem in nobis es domine: ⁊ nomen tuum inuocatū ſuper nos: ne derelinquas nos. Hec dicit dominus populo huic qui dilexit mouere pedes ſuos ⁊ non quieuit: ⁊ domino non placuit. Nūc recordabitur iniquitatū eorū: et viſitabit peccata eorum. Et dixit dominus ad me. Noli orare ꝑ populo iſto in bonum. Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum et ſi obtulerint holocauſtomata ⁊ victimas non ſuſcipiā eas: quoniam gladio ⁊ fame et peſte ego conſumā eos. Et dixi. A a a: domine deus. Prophete dicunt eis. Non videbitis gladium ⁊ fames non erit in vobis: ſed pacem verā da

C bit vobis in loco iſto. Et dixit dominus ad me. Falſo prophete vaticinantur in nomine meo. Non miſi eos et non precepi eis neq̧ locutus ſum ad eos. Uiſionem mendacē ⁊ diuinationē fraudulētā ⁊ ſeductionē cordis ſui prophetant vobis. Idcirco hec dicit dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo quos ego non miſi: dicentes gladius ⁊ fames non erit in terra hac. In gladio et fame conſumentur prophete illi: et populi quibus prophetauerunt erunt proiecti in vijs hieruſalem pre fame ⁊ gladio ⁊ non erit qui ſepeliat eos: ipſi et vxores eorum: filij et filie eorum: ⁊ effundam ſuper eos malum ſuū. Et dices ad eos verbum iſtud. Deducant oculi mei lachrymam per noctez

D ⁊ diem ⁊ non taceant quoniā contritione magna contrita eſt virgo filia populi mei: plaga peſſima vehementer. Si egreſſus fuero ad agros: ecce occiſi gladio. Et ſi introiero in ciuitatem ecce attenuati fame. Propheta quoq̧ et ſacerdos abierunt in terram quam ignorabant. Nūquid proijciens abiecisti iudam: aut ſyon abominata eſt anima tua? Quare ergo percuſſiſti nos ita vt nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacem ⁊ non eſt bonum et tempus curationis: ⁊ ecce turbatio. Cognouimus domine impietates noſtras: iniquitates patrum noſtrorum quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobriū propter nomen tuum: neq̧ facias nobis cōtumeliā. Solij glorie tue recordare: ne irritum facias fedus tuum nobiſcū. Nūquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluāt aut celi poſſunt dare imbres niſi tu volueris? Nonne tu es dominus deus noſter quē expectauimus? Tu enim feciſti omnia hec.

¶ Capituli Summariū. Dicit dominus ſe nō flecti precibus prophetaruʒ: ſcilicet moyſi et ſamuelis ⁊ emittit eos ad quattuor plagas: ſcilicet mortis gladij: famis ⁊ captiuitatis: de paſſione domini predicatur: de vltione domini in iudeos: defertur vox domini ad predicatorem.

Capitulum. XV.

bo eos in vexationem vniuerſis regnis terre: in maledi-
ctionem ⁊ in ſtupoꝛem ⁊ in ſibilum ⁊ in opprobriū cūctis
gētibus ad quas ego eieci eos: eo ꝙ non audierint verba
E mea dicit dominus: que miſi ad eos per ſeruos meos pro
phetas de nocte conſurgens ⁊ mittens ⁊ non audiſtis di
cit dominus. Uos ergo audite verbū domini omnis trā-
migratio quam emiſi de hieruſalem in babylonem. Hec
dicit dominus exercituū deus iſrael ad achab filium cho-
lie: ⁊ ad ſedechiam filium maaſie qui prophetant vobis in
nomine meo mendaciter. Ecce ego tradam eos in manu
nabuchodonoſoꝛ regis babylonis ⁊ percutiet eos in ocu
lis veſtris. Et aſſumetur ex eis maledictio omni tranſmi-
F grationi iude que eſt in babylone dicentiū. Ponat te do
minus ſicut ſedechiā ⁊ ſicut achab quos frixit rex babylo
nis in igne: pro eo ꝙ fecerint ſtultitiam in iſrael: ⁊ mecha-
ti ſunt in vxoꝛes amicoꝛū ſuoꝛum ⁊ locuti ſunt verbū in no
mine meo mendaciter: quod non mādaui eis: Ego ſum iu
dex ⁊ teſtis dicit dominus. Et ad ſemeiam neelamitē di
ces. Hec dicit dominus exercituū deus iſrael. Pro eo ꝙ
alſ ✝ tuo. miſiſti in nomine ✝ meo libꝛos ad omnē populum qui eſt
in hieruſalem ⁊ ad ſophoniam filium maaſie ſacerdotem:
⁊ ad vniuerſos ſacerdotes dicēs: dominus ꝓdedit te ſacer
alſ ✝ ioiade. dotem ꝓ ioiada ✝ ſacerdote vt ſis dux in domo domini ſu
per omnem virum arrepticium et prophetantē vt mittas
eum in neruum ⁊ in carcerem. Et nunc quare non increpa
ſti hieremiam anathotiten qui prophetat vobis. Quia
alſ ✝ longe. ſuper hoc miſit in babylonem ad nos dicens. ✝ Longum
G eſt edificate domos ⁊ habitate: ⁊ plātate hoꝛtos ⁊ come
Supra eodem. dite fructus eoꝛum. Legit ergo ſophonias ſacerdos li-
brum in auribus hieremie prophete. Et factum eſt verbū

domini ad hieremiam dicens. Mitte ad omnem tranſmi
grationem dicens. Hec dicit dominus ad ſemeiam neela
mitem. Pro eo ꝙ prophetauit vobis ſemeias ⁊ ego non
miſi eum: et fecit vos confidere in mēdacio: idcirco hec di
cit dominus. Ecce ego viſitabo ſuper ſemeiam neelamitē
⁊ ſuper ſemen eius. Non erit ✝ ei vir ſedens in medio po-
puli huius et non videbit bonum quod ego faciā populo
meo: ait dominus: quia preuaricationem locutus eſt aduer alſ ✝ eis.
ſus dominum.

Capituli. Summariū. Promittit triſtitiam de captiui
tate inde: ſubdit de gaudio liberationis et vltione in ho-
ſtes populi. Capitulum. XXX.

Hoc verbum quod factum eſt ad hieremiam a
dño dicēs. Hec dicit dominus deus iſrael di-
cens. Scribe tibi omnia verba que locut⁹ ſū A
ad te in libꝛo. Ecce enī dies veniunt. dicit do
minus ⁊ conuertam conuerſionē populi mei iſrael ⁊ iuda
ait dominus ⁊ conuertā eos ad terram quam dedi patri-
bus eoꝛum et poſſidebunt eam. Et hec verba que locutus
eſt domin⁹ ad iſrael ⁊ ad iudam. Quoniam hec dicit do-
minus. Uocem terroꝛis audiuimus: foꝛmido ⁊ nō eſt pax.
Interrogate ⁊ videte ſi generat maſculus. Quare ergo
vidi omnis viri manum ſuper lumbum ſuum quaſi ✝ par-
turientis et conuerſe ſunt vniuerſe facies in auruginē. Ue alſ ✝ pariētis.
quia magna dies illa nec eſt ſimilis eius: tempuſꝗ tribula B
tionis eſt iacob: et ex ipſo ſaluabitur: Et erit in die illa ait
dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo.
et vincula eius diſrumpam. Et non dominabuntur ei am-
plius alieni ſed ſeruient domino deo ſuo. et dauid regi ſuo Infra.46.f.
quem ſuſcitabo eis. Tu ergo ne timeas ✝ ſerue meus ia- Eſa.44.a.
cob ait dominus neꝗ paueas iſrael: quia ecce ego ſalua- alſ ✝ ſerue.
bo te de terra longinqua: ⁊ ſemen tuū de terra captiuita-
tis eoꝛum. Et reuertetur iacob ⁊ ✝ quieſcet et cunctis af- alſ ✝ requieſcet.
fluet bonis et non erit quem foꝛmidet: quoniā tecū ego
ſum ait dominus vt ſaluem te. Faciam enim cōſummatio
nem in cunctis gentibus in quibus diſperſi te: te autem
non faciam in conſummationē: ſed caſtigabo te in iudicio
vt tibi nō videaris innoxius: quia hec dicit dominus. In
ſanabilis fractura tua: peſſima plaga tua. Non eſt qui iu
dicet iudicium tuum: ✝ ad alligandam curationem tuam C
vtilitas non eſt tibi. Omnes amatoꝛes tui obliti ſunt tui: alſ ✝ ad alligandum curationum non vtilitas
teꝗ non querent. Plaga enim inimici percuſſit te: caſti-
gatione crudeli. Propter multitudinem iniquitatis tue Supra.13.d.
dura facta ſunt peccata tua. Quid clamas ſuper cōtritio
ne tua: Inſanabilis eſt doloꝛ tuus. Propter multitudinē
iniquitatis tue et propter dura peccata tua hec feci tibi.
Propterea omnes qui comedunt te deuoꝛabuntur: ⁊ vni
uerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur. Et omnes qui D
te vaſtant vaſtabuntur: cunctoſꝗ predatoꝛes tuos dabo
in predam. Obducam enim cicatricem tibi: et a vulneri-
bus tuis ſanabo te dicit dominus. Quia eiectam vocaue
runt te ſyon hec eſt que nō habebat requirentem. Hec di
cit dominus. Ecce ego conuertam conuerſionem taber-
naculoꝛum iacob ⁊ tectis eius miſereboꝛ. Et edificabitur
ciuitas in excelſo ſuo: et templum iuxta oꝛdinem ſuū fun-
dabitur. Et egredietur de eis laus voxꝗ ludentiū: ⁊ mul
tiplicabo eos et non minuentur: et gloꝛificabo eos et non
attenuabuntur et erunt filij eius ſicut a principio: ⁊ cetus
eius corā me permanebit. Et viſitabo aduerſum oēs qui
tribulant eū: et erit dux ei⁹ ex eo: ⁊ princeps de medio ei⁹
producetur. Et applicabo eū ⁊ accedet ad me. Quis enī
iſte eſt q̄ applicet coꝛ ſuū vt appropinquet mihi: ait: dñs.
Et eritis mihi ī populū: ⁊ ego ero vobis in deū. Ecce tur
bo dñi furoꝛ egrediēs procella ruēs in capite impioꝝ cō-
quieſcet. Non auertet irā indignatiōis dñs donec faciat
et compleat

et compleat cogitationē cordis ſui. In nouiſſimo dierum
intelligetis ea.
¶ C. S. Poſt plenitudinem gentiū intrat iſrael ad fidē
de planctu: de cōſolatione rachel ſuper mortē filiorū ſuo-
rum: reuocat domin⁹ effraim ⁊ iſrael ad fidē: de xpī natiui
tate ⁊ ſacramento corporis ⁊ ſanguinis eius q̄ vnuſquiſqꝫ
morietur in peccato ſuo: de reedificatione ciuitatis hieru-
ſalem.

Cap. XXXI.

A In illo tpe dicit dñs. Ero de⁹ vniuerſis cogna
tionibus iſrael: ⁊ ipſi erūt mihi in populū. Hec
dicit dominus. Inuenit gratiam in deſerto po
pul⁹ qui remāſerat gladio. Uadet ad requiem
ſuā iſrael. Lōge domin⁹ apparuit mihi. Et in
charitate ꝑpetua dilexi te: iō attraxi te miſerās. Rurſum-
qꝫ edificabo te: ⁊ edificaberis virgo iſrael. Adhuc ornabe
ris tympanis tuis: ⁊ egredieris in choro ludentiū. Adhuc
B plātabis vineas in mōtib⁹ ſamarie. Plātabūt plātantes
⁊ donec tempus veniat nō vindemiabunt quia erit dies in
qua clamabūt cuſtodes in mōte ſamarie ⁊ in mōte effraiꝫ
Surgite ⁊ aſcēdamus in ſyon ad dominū deum noſtrū qꝛ
hec dicit dñs. Exultate in letitia iacob et hinnite contra
caput gentium: perſonate et canite ⁊ dicite. Salua domi-
ne populum tuū reliquias iſrael. Ecce ego adducā eos de
terra aquilonis: ⁊ cōgregabo eos ab extremis terre: inter
quos erunt cecus ⁊ claudus. et pregnans ⁊ pariens ſimul
cetus magn⁹ reuertētiū huc. In fletu veniēt ⁊ in miſericor
dia reducā eos ⁊ adducā eos ꝑ torrētes aquarū in via re-
cta et non impingēt in ea: qꝛ factus ſum iſraeli pater ⁊ ef-
fraim primogenitus me⁹ eſt. Audite verbū domini gētes
⁊ anunciate in inſulis que procul ſunt: ⁊ dicte. Qui diſper
ſit iſrael congregabit eum ⁊ cuſtodiet eū ſicut paſtor gre-
gē ſuum ✝ Redimet enim domin⁹ iacob: et ✝ liberabit eū
C de manu potentioris. Et venient et laudabunt in mōte ſiō
⁊ confluent ad bona dñi ſuper frumento: vino et oleo ⁊ fe
tu pecorū ⁊ armentorum: eritqꝫ anima eorū quaſi hortus
irriguus et vltra nō eſurient. Tunc letabitur virgo in cho
ro iu✝ueues et ſenes ſimul. Et cōuertam luctum eorū i gau-
dium ⁊ cōſolabor eos: ⁊ letificabo a dolore ſuo. Et inebri-
bo animaꝫ ſacerdotum pinguedine: ⁊ populus meus bo-
nis meis adimplebitur: ait dominus. Hec dicit dominus
Uox in excelſo audita eſt lamentationis luctus ⁊ fletus ra
chel ✝ plorantis filios ſuos et ✝ nolentis conſolari ſuper
eis quia non ſunt. Hec dicit domin⁹. Quieſcat vox tua a
ploratu ⁊ oculi tui a lacrymis qꝛ eſt merces operi tuo: ait
domin⁹. Et reuertetur de terra inimici: et eſt ſpes in nouiſ-
ſimis tuis: ait dominus et reuertentur filij tui ad termi-
nos ſuos. Audiens audiui effrem tranſmigrantem. Caſti-
gaſti me domine: ⁊ eruditus ſum quaſi iuuenculus indomi
tus. Conuerte me et ✝ conuertar quia tu dominus deus
meus. Poſtq̄ enim cōuertiſti me: egi penitentiā: ⁊ poſtq̄
D oſtendiſti mihi ꝑcuſſi femur meum. Confuſus ſū ⁊ erubui
quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentie mee. Si filius
honorabilis mihi effraim: ſi puer delicatus: qꝛ ex quo lo-
cutus ſum. de eo adhuc recordabor eius. Idcirco contur-
bata ſunt viſcera mea ſuper eum miſerans miſerebor eius
ait dñs. Statue tibi ✝ ſpeculam pone tibi amaritudines.
Dirige cor tuum in viam ✝ rectam in qua ambulaſti. Re-
uertere virgo iſrael: reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Uſqꝫ
quo delicijs diſſolueris filia vaga? Quia creauit domi-
nus nouum ſuper terram. femina circūdabit virum. Hec
E dicit dominus exercituum deus iſrael. Adhuc dicent ver-
bum iſtud in terra iuda ⁊ in vrbibus eius cum conuertero
captiuitatem eorum. Benedicat tibi dominus pulchritu
do iuſtitie mons ſanctus. Et habitabunt in eo iudas ⁊ om
nes ciuitates ei⁹ ſimul agricole ⁊ minātes greges. qꝛ ine
briaui animam laſſam. ⁊ omnem animam eſurientem ſatu-
raui. Ideo quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum: et vidi ⁊ ſomn⁹
meus dulcis mihi ecce veniunt dicit dominus: et ſemina-
bo domuꝫ iſrael ⁊ domum iuda ſemine ✝ hominum ⁊ ſemi alī. ✝ hominis.
ne iumentorum. Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euellereꝫ et
demolirer et diſſiparem: ⁊ diſperderem ⁊ affligereꝫ ſic vi-
gilabo ſuper eos vt edificem ⁊ plantem: ait dominus. In Eze. 18. a.
diebus illis non dicent vltra: patres comederūt vuā acer
bam: ⁊ dentes filiorūꝫ obſtupuerunt: ſed vnuſquiſqꝫ in ini
quitate ſua morietur. Omnis homo qui comederit vuam
acerbam obſtupeſcent dentes eius. Ecce dies venient di
cit dñs: et feriam domui iſrael ⁊ domui iuda fedus nouuꝫ
Non ſecundum pactum quod pepigi cū patrib⁹ veſtris
in die qua apprehendi manum eorum vt educereꝫ eos de Heb. 8. c. a.
terra egypti: pactum quod irritum fecerunt et ego domi- F
natus ſum eorum dicit dominus: ſed hoc erit pactum qđ
feriam cum domo iſrael. Poſt dies illos dicit domin⁹ da
bo legeꝫ meam in viſceribus eorum: ⁊ in corde eorum ſcri
bam eam: et ero eis in deum: ⁊ ipſi erunt mihi in populuꝫ. Supra. 24. c. Heb. 8. c.
Et nō ✝ docebit vltra vir ꝓximū ſuū: ⁊ vir fratrē ſuū dicēs
cognoſce dñm. Omnes enim cognoſcent me a minimo eo alī. ✝ docebant
rum vſqꝫ ad maximum: ait dominus: quia propitiabor ini
quitati eorum ⁊ peccati eorum non memorabor amplius
Hec dicit dominus qui dat ſolem in lumine diei ordinem
lune ⁊ ſtellarum: in lumine noctis: qui turbat mare ⁊ ſonāt
fluctus eius: dominus exercituum nomen illi. Si defece-
rint leges iſte coram me dicit dñs: tunc et ſemē iſrael defi
ciet vt nō ſit gēs corā me cunctis diebus. Hec dicit domi G
nus. Si menſurari poterunt celi ſurſum: ⁊ inueſtigari fun-
damenta terre deorſum: ⁊ ego abijciam vniuerſum ſemen
iſrael propter omnia que fecerūt dicit domin⁹. Ecce dies
venient dicit dominus: ⁊ edificabitur ciuitas dño a turre
ananehel vſqꝫ ad portam anguli. Et exibit vltra normam
mēſure in conſpectu eius ſuper collem gareb: et circum-
ibit goatha ⁊ omnem vallem ✝ cadauerum ⁊ cineres ⁊ vni
uerſam regionem mortis vſqꝫ ad torrentem cedron ⁊ vſqꝫ alī. ✝ ruinatuꝫ.
ad angulum porte equorum orientalis. Sanctum domini
non euelletur ⁊ non deſtructur vltra imperpetuum.
¶ Ca. Sum. Hieremias in carcere prophetat ſedechiaꝫ
captiuum ⁊ orbatum ducendum in babylonē: ⁊ emit agrū
in anathot: ⁊ orat dominuꝫ pro populo ſuo. Sermo domi
ni ad eum de incendio hieruſalem: et de liberatione capti
uorum.

Capitulū. XXXII.

Verbum quod factum eſt ad hieremiam a domi A
no in anno decimo ſedechie regis iuda: ipſe eſt
annus octauuſdecimus nabuchodonoſor. Tūc
exercitus regis babylonis obſidebat hieruſa-
lem: ⁊ hieremias propheta erat clauſus in atrio carceris
qui erat in domo regis iuda. Clauſerat eū ſedechias rex
iuda dicens. Quare vaticinaris dicēs: hec dicit domin⁹.
ecce ego dabo ciuitatem iſtam in manus regis babylonis
⁊ capiet eaꝫ: ⁊ ſedechias rex iuda nō effugiet de manu cal-
deorum: ſed tradetur in manus regis babylonis: et loque
tur os eius cum ore illius: ⁊ oculi eius oculos illius vide-
bunt: ⁊ in babylonē ducent ſedechiaꝫ: ⁊ ibi erit donec vi- B
ſitem eum: ait dominus. Si auteꝫ dimicaueritis aduerſuꝫ
chaldeos nihil ꝓſperum habebitis. Et dicit hieremias.
Factum eſt verbum domini ad me dicēs. Ecce ananehel
filius ſellum patruelis tuus veniet ad te dicens. Eme tibi
agrum meū qui eſt in anathot. Tibi enim competit ex pro
pinquitate vt emas. Et venit ad me ananehel fili⁹ patrui
mei ſecundum verbum domini ad veſtibulum carceris et
ait ad me. Poſſide agrum meum qui eſt in anathot in ter-
ra beniamin: quia tibi cōpetit hereditas et tu propinqu⁹
es vt poſſideas. Intellexi autem quod verbuꝫ domini eēt
Et emi agrum ab ananehel filio patrui mei qui eſt in ana-
thot. Et appendi ei argentum ſepteꝫ ſtateres ⁊ decem ar
genteos ⁊ ſcripſi in libro et ſignaui et adhibui teſtes. Et
appendi argentum in ſtatera ⁊ accepi librum poſſeſſionis

E ſignatum:† et ſtipulationes et rata et ſigna foꝛinſecꝰ. Et
al's ✠ non hꝫ et dedi libꝛum poſſeſſionis barruch filio nerei filij maaſie in
oculis ananehel patruelis mei ⁊ in oculis teſtiuꝫ qui ſcri
pti erant in libꝛo emptionis ⁊ in oculis omnium iudeoꝛuꝫ
qui ſedebant in atrio carceris. Et precepi baruch coꝛam
eis dicens. Hec dicit dominus exercituū deus iſrael. Su
me libꝛos iſtos libꝛum emptionis hunc ſignatum ⁊ libꝛuꝫ
hunc qui apertus eſt: et pones illos in vaſe fictili: vt p̄ma
nere poſſint diebus multis. Hec eniꝫ dicit dominus exer
cituum deus iſrael. Adhuc poſſidebuntur domus ⁊ agri ⁊
vinee in terra iſta. Et oꝛaui ad dominuꝫ poſtquaꝫ tradidi
libꝛum poſſeſſionis baruch filio nerei dicēs. Heu heu heu
domine deus. Ecce tu feciſti celum et terram in foꝛtitudi
ne tua magna ⁊ in bꝛachio tuo extento. Non erit tibi diffi
cile omne verbum qui facis miſericoꝛdiam in milibus et
reddis iniquitatem patrum in ſinum filioꝛum eoꝛum poſt
eos foꝛtiſſime magne et potens dominus exercituum no
men tibi magnus conſilio ⁊ incompꝛehenſibilis cogitatu
Exodi 4.a cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filioꝛum adaꝫ vt
D reddas vnicuiqꝫ ſecundum vias ſuas: ⁊ ſecundum fructuꝫ
adinuentionum eius. Qui poſuiſti ſigna et poꝛtenta inter
al's ✠ omnibus ra egypti vſqꝫ ad diem hanc et in iſrael ⁊ in† hominibus
⁊ tibi feciſti nomē ſicut eſt dies hec. Et eduxiſti populum
tuū iſrael de terra egypti in ſignis ⁊ in poꝛtētis ⁊ in manu
robuſta ⁊ in bꝛachio extēto ⁊ in terroꝛe magno: ⁊ dediſti
eis terrā hanc quā iuraſti patribꝰ eoꝝ: vt dares eis terrā
fluentē lacte ⁊ melle: ⁊ ingreſſi ſunt et poſſederūt eam. Et
non obedierunt voci tue et in lege tua non ambulauerunt
omnia que mandaſti eis vt facerent non fecerunt: ⁊ euene
runt eis omnia mala hec. Ecce munitiones extructe ſunt
E aduerſum ciuitateꝫ vt capiatur: et vꝛbs data eſt in manus
chaldeoꝛuꝫ: ⁊ in manus regis babylonis qui pꝛeliātur: ad
uerſum eam a facie gladij et famis ⁊ peſtilentie: et que cū
qꝫ locutus es acciderunt vt tu ipſe cernis. Et tu dicis mi
hi domine deus eme agrum argento et adhibe teſtes cuꝫ
vꝛbs data ſit in manus chaldeoꝛum. Et factum eſt verbuꝫ
domini ad hieremiam dicens. Ecce ego dominus deꝰ vni
uerſe carnis. Nunquid mihi difficile erit oē verbū. Pꝛo
pterea hec dicit dominus. Ecce ego tradam ciuitatē iſtaꝫ
in manus chaldeoꝛum et in manus regis babylonis et ca
pient eam: et venient chaldei pꝛeliantes aduerſum vꝛbem
hanc et ſuccendent eam igni et comburent eam et domos
in quaruꝫ domatibꝰ ſacrificabāt baal: et libabāt diis alie
nis libamina ad irritandum me. Erant enim filij iſrael ⁊ fi
lij iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adole
F ſcētia ſua filij iſrael: qui vſqꝫ nunc exacerbant me in opere
manuum ſuarum: dicit dominus: quia in furoꝛe et in indi
gnatione mea facta eſt mihi ciuitas hec a die qua edifica
Supra.2.f uerunt eam vſqꝫ ad diem iſtam qua auferetur de conſpe
Supra.7.b. ctu meo pꝛopter malitiam filioꝛum iſrael et filioꝛum iuda
quam fecerunt ad iracundiam me pꝛouocantes ipſi et re
ges eoꝛum et pꝛincipes eoꝛum: et ſacerdotes eoꝛum et pꝛo
phete eoꝛum viri iuda et habitatoꝛes hieruſalem. Et ver
terunt ad me terga et non facies cum docerem eos et eru
direm diluculo: ⁊ nollent audire vt acciperent diſciplinaꝫ
Et poſuerunt idola ſua in domo in qua inuocatum eſt no
men meum: vt pollueꝛent eam et edificauerūt excelſa baal
al's ✠ ennon. que ſunt in valle filij† ennon vt initiarent filios ſuos et fi
lias ſuas moloch qđ non mandaui eis. nec aſcendit in coꝛ
meum vt facerent abominationeꝫ hanc: et in peccatuꝫ de
ducerent iudam. Et nunc pꝛopter iſta: hec dicit dominus
deus iſrael ad ciuitatem hāc de qua vos dicitis quod tra
datur in manus regis babylonis in gladio: et in fame et
in peſte. Ecce ego cōgregabo eos de vniuerſis terris ad
quas eieci eos in furoꝛe meo et in ira mea et in indignatio
ne grandi et reducam eos ad locum iſtum ⁊ habitare eos
faciam confidenter: et erunt mihi in populum: et ego ero

eis in deum. Et dabo eoꝛ vnum: et† viam vnam vt timeāt G
me vniuerſis diebus: et bene ſit eis et filijs eoꝝ poſt eos. al's ✠ animam
Et feriam eis pactum ſempiternum et non deſinam eis be
nefacere: et timoꝛem meum dabo in coꝛde eoꝛum: vt nō re
cedant a me et letaboꝛ ſuper eis cum bene eis fecero. Et
plantabo eos in terra iſta in veritate in toto coꝛde meo et
in tota anima mea: quia hec dicit dominus. Sicut adduxi
ſuper populum iſtum omne malum hoc grande: ſic addu
cam ſuper eos omne bonum quod ego loquoꝛ ad eos. Et
poſſidebuntur agri in terra iſta de qua vos dicitis ꝙ de
ſerta ſit eo ꝙ non remanſerit homo et iumentuꝫ: ⁊ data ſit
in manus chaldeoꝛum. Agri ementur pecunia et ſcriben
tur in libꝛo: et impꝛimetur ſignum: et teſtes adhibebūtur
in terra beniamin: et i circūitu hieruſalē in ciuitatibus iu
da ⁊ in ciuitatibus montanis et in ciuitatibus campeſtri
bus: et in ciuitatibus que ad auſtrum ſunt: quia conuertā
captiuitatem eoꝛum: ait dominus.

¶ Ca. Sum. De conuerſione iuda et hieruſalē: et de emē
datione et gaudio: et de grege tranſeunte ad manum nu
merantis: de chꝛiſto naſcituro et regno ipſius et ſacerdo
tio perpetuo. Capi. XXXIII.

Et factum eſt verbum dn̄i ad hieremiam ſecun
do cum adhuc clauſus eſſet in atrio carceris: A
dicens. Hec dicit dominꝰ: quia facturus eſt ⁊
foꝛmaturus illud et paratur ꝰ: dominꝰ nomen
eius: Clama ad me et exaudiam te: ⁊ annuncia
bo tibi grandia et firma que neſcis. Quia hec dicit domi
nus deus iſrael ad domos vꝛbis huius: et ad domos re
gis iuda que deſtructe ſunt et munitiones ⁊ ad gladiuꝫ ve
nientium vt dimicent cum chaldeis et impleant eas cada
ueribus hominum† quos percuſſi in furoꝛe meo: et in in al's ✠ quos
dignatione mea abſcondens faciem meam a ciuitate hac
pꝛopter omnem maliciam eoꝛum. Ecce ego obducam eis
cicatricem et ſanitatem et curabo eos: et reuelabo illis de
pꝛecationem pacis et veritatis. Et conuertam conuerſio
nem iuda et conuerſionem hieruſalem: ⁊ edificabo eos ſi
cut a pꝛincipio: et emundabo illos ab omni iniquitate ſua
in qua peccauerunt mihi: et pꝛopitius ero cunctis iniqui B
tatibus eoꝛum in quibꝰ deliquerūt mihi ⁊ ſpꝛeuerunt me.
Et erit mihi in nomen et in gaudium et in laudem et in ex
ultationem cunctis gentibus terre que audierunt omnia
bona que ego facturus ſum eis et pauebunt et turbabun al's ✠ bonis
tur in vniuerſis† locis et in omni pace quam ego faciam† al's ✠ ea.
Hec dicit dn̄s: Adhuc audietur in loco iſto quē vos dici
tis eſſe deſertum eo ꝙ nō ſit homo nec iumentum in ciuita
tibus iuda et foꝛis hieruſaleꝫ q̄ deſolate ſunt abſqꝫ hoīe et
abſqꝫ habitatoꝛe ⁊ abſqꝫ pecoꝛe: vox gaudij ⁊ vox letitie:
vox ſponſi et vox ſponſe vox dicentiuꝫ. Confitemini domi
no exercituum. quoniam bonus dominus: quoniaꝫ in eter
num miſericoꝛdia eius: et poꝛtantium vota in domum do
mini. Reducam enim conuerſioneꝫ terre ſicut a pꝛincipio
dicit dominus. Hec dicit dominus exercituū. Adhuc erit
in loco iſto deſerto abſqꝫ homine ⁊ abſqꝫ iumento et in cū
ctis ciuitatibus eius habitaculum paſtoꝛum† ⁊ accuban al's ✠ iuſti
tium† gregum ⁊ in ciuitatibus montuoſis ⁊ in ciuitatibꝰ al's ✠ gre
campeſtribus: et in ciuitatibus que ad auſtrum ſunt et in C
terra beniamin et in circūitu hieruſalem et in ciuitatibus
iuda adhuc tranſibunt greges ad manuꝫ numerantis: ait
dominus. Ecce dies veniēt dicit dominus: ⁊ ſuſcitabo ver
bum bonū qđ locutus ſum ad domū iſrael ⁊ ad domuꝫ iu Supra.23
da. In diebꝰ illis ⁊ i tēpoꝛe illo germinare faciā dauid ger ratur.
mē iuſtitie: ⁊ faciet iudicium ⁊ iuſticiā in terra. In diebꝰ il
lis ſaluabitur iuda et† iſrael habitabit cōfidēter. Et hoc al's ✠ hit
eſt nomen quod† vocabunt eum. dominus iuſtus noſter. al's ✠ ve
Quia hec dicit dominus. Non interibit de dauid vir qui
ſedeat ſuper thꝛonum domus iſrael. et de ſacerdotibus ⁊
de leuitis nō interibit vir a facie mea qui offerat holocau
ſtomata

D ſtomata et incendat ſacrificium ⁊ cedat victimas omnib⁹
diebus. Et factum eſt verbum dñi ad hieremiam dicens.
Hec dicit dñs. Si irritum poteſt fieri pactū meū cū die ⁊
pactum meū cū nocte: vt nō ſit dies et nox in tēpore ſuo. ⁊
pactum meum irritum eſſe poterit cū dauid ſeruo meo: vt
non ſit ex eo filius qui regnet in throno ei⁹: ⁊ leuite ⁊ ſacer
dotes miniſtri mei. Sicut enumerari non poſſunt ſtelle ce
li ⁊ metiri arene maris: ſic multiplicabo ſemē dauid ſerui
mei ⁊ leuitas miniſtros meos. Et factum eſt verbum do
mini ad hieremiā dicēs. Nunquid nō vidiſti quid popul⁹
hic locutus ſit dicēs. due cognationes quas elegerat do
minus abiecte ſunt ⁊ populū meū deſpexerunt: eo ꝙ non
ſit vltra gens corā eis. Hec dicit dñs. Si pactū meū in
ter diē ⁊ noctē ⁊ leges celi ⁊ terre nō poſui: equidē ⁊ ſemē
iacob ⁊ dauid ſerui mei proijciam vt nō aſſumā de ſemine
eius principes ſeminis abraam yſaac ⁊ iacob. Reducā eñ
conuerſionem eorum: ⁊ miſerebor eis.

¶ Ca. Sum. Pena q꞉ non dimittunt ſeruos ⁊ ancillas he
breas liberos ⁊ punitio: cum tamen promiſerunt in tēplo
cum ſolēnitate vituli in duo ſciſſi. Ca. XXXIIII.

A Verbum qđ factū eſt ad hieremiam a domino
quādo nabuchodonoſor rex babylonis ⁊ oīs
exercitus ei⁹ vniuerſaq꞉ regna terre que erāt
ſub poteſtate manus eius: ⁊ omnes populi bel
labant contra hieruſalem ⁊ contra omnes vr
bes eius dicens. Hec dicit dñs deus iſrael. Uade ⁊ loque
re ad ſedechiā regem iuda: ⁊ dices ad eum. Hec dicit do
minus. Ecce ego tradam ciuitatē hanc in manu regis ba
bylonis: ⁊ ſuccendet eam igni. Et tu nō effugies de manu
eius ſed comprehenſione capieris et in manu eius trade
ris: ⁊ oculi tui oculos regis babylonis videbūt ⁊ os eius
cum ore tuo loquet ⁊ babylonem introibis. Attñ audi ver
bum domini ſedechia rex iuda. Hec dicit dñs ad te. Non
morieris in gladio: ſed in pace morieris ⁊ ſm cōbuſtiones
patrū tuorum regū priorū ꝗ fuerunt ante te: ſic comburēt
te: ⁊ ve dñe plangent te: q꞉ verbū hoc ego locutus ſum: di
B cit dominus. Et locutus eſt hieremias propheta ad ſede
chiam regē iuda vniuerſa verba hec in hieruſalem: ⁊ exer
citus regis babylonis pugnabat contra hierlm: ⁊ cōtra
omnes ciuitates iuda que relique erant cōtra lachis ⁊ cō
tra azeca. He enim ſupererant de ciuitatib⁹ iuda vrbes
munite. Uerbum qđ factum eſt ad hieremiā a dño poſtꝗ̄
percuſſit rex ſedechias fedus cū omni populo in hieruſa
lem predicans vt dimitteret vnuſquiſq꞉ ſeruum ſuū: ⁊ vnus
quiſq꞉ ancillam ſuam. Hebreum ⁊ hebream liberos et ne
quaꝗ̄ dñarentur eis. i. iudeo ⁊ fratre ſuo. Audierūt ergo
omnes pricipes ⁊ vniuerſus ppl's ꝗ inierāt pactum vt di
E mitteret vnuſquiſq꞉ ſeruū ſuum et vnuſquiſq꞉ ancillā ſuam
Deu. 15. liberos et vltra non dominarentur eis. Audierūt igitur et
dimiſerunt. Et conuerſi ſunt deinceps et retraxerunt ſer
uos ſuos et ancillas ſuas quos dimiſerūt liberos et ſubiu
gauerunt in famulos et famulas. Et factum eſt verbū do
mini ad hieremiam a domino dicens. Hec dicit dominus
deus iſrael. Ego percuſſi fedus cum patribus veſtris: in
die qua eduxi eos de terra egypti de domo ſeruitutis di
cens. Cū cōpleti fuerint ſeptem anni: dimittat vnuſquiſq꞉
fratrem ſuum hebreum qui vendit⁹ eſt ei: ⁊ ſeruiet tibi ſex
annis: ⁊ dimittes eum a te liberum. Et non audierunt pa
tres veſtri me. nec inclinauerunt aurem ſuam. Et conuerſi
eſtis vos hodie: ⁊ feciſtis quod rectum eſt in oculis meis
vt predicaretis libertatem vnuſquiſq꞉ ad amicum ſuum: ⁊
iniſtis pactum in conſpectu meo in domo in qua inuocatū
eſt nomen meū ſuper eā. Et reuerſi eſtis ⁊ commaculaſtis
nomen meum. ⁊ reduxiſtis vnuſquiſq꞉ ſeruum ſuū et vnuſ
quiſq꞉ ancillam ſuam quos dimiſeratis vt eſſent liberi et
ſue poteſtatis: ⁊ ſubiugaſtis eos vt ſint vobis ſerui et an
cille: Propterea hec dicit dominus. Uos nō audiſtis me
vt predicaretis libertatē vnuſquiſq꞉ fratri ſuo: ⁊ vnuſq̄ſq꞉
amico ſuo. Ecce ego predico libertatem † ait dñs ad gla als + vobis
dium: ad peſtem ⁊ ad famem: ⁊ dabo vos in commotionē D
cunctis regnis terre. Et dabo viros qui preuaricantur fe
dus meum ⁊ non obſeruauerunt verba federis quibus aſ
ſenſi ſunt in conſpectu meo vitulum quem conciderunt in
duas ptes: ⁊ tranſierunt inter diuiſiões eius ⁊ principes
iuda ⁊ pricipes hieruſalē eunuchi ⁊ ſacerdotes ⁊ oīs po
pulus terre qui tranſierunt inter diuiſiones vituli: ⁊ dabo
eos in manus inimicorū ſuorum: ⁊ in manus querentiū ani
mam eorum: et erit morticinum eorum in eſcam volatilib⁹
celi ⁊ beſtijs terre. Et ſedechiam regem iuda ⁊ principes
eius dabo in † manus inimicorum ſuorū: ⁊ † in manus que als + manu.
rentium animas eorū: ⁊ in manus exercituum regis baby als + manu.
lonis qui receſſerunt a vobis. Ecce ego precipio dicit do
minus: ⁊ reducam eos in ciuitatem hanc: ⁊ preliabuntur
aduerſ⁹ eam ⁊ capiēt eam ⁊ incendent † igni. Et ciuitates als + eam.
iuda dabo in ſolitudinem eo ꝙ non ſit habitator.

¶ C. Sum. Increpaſ de inobediētia ꝑpter obediētiam
filiorum ionadab filij rechab: rechabitis maledictio ꝑmit
titur: benedicetur ſtirps ionadab filij rechab. A

¶ Capitulum. XXXV.

Verbū qđ factū eſt ad hieremiā a dño in dieb⁹
ioachim filij ioſie regis iuda dicēs. Uade ad do
mum rechabitarū ⁊ loquere eis ⁊ introduces
eos in domum domini in vnā exedram theſau
rorum. ⁊ dabis eis bibere vinum. Et aſſumpſi iechoniam
filium hieremie filij abſame ⁊ fratres eius et oēs filios ei⁹
⁊ vniuerſam domum rechabitarum: ⁊ introduxi eos in do
mum dñi ad gazophilatium filiorū anan filij iezedelie ho
minis dei quod erat iuxta gazophilatium princpiū ſuper
theſaurum maaſie filij ſellum: qui erat cuſtos veſtibuli.
Et poſui corā filijs dom⁹ rechabitarū ciphos plenos † als + vini.
vino et calices: ⁊ dixi ad eos. Bibite vinum. Qui reſpon B
derunt: Non bibemus vinū q꞉ ionadab filius rechab pa
ter noſter precepit nobis dicens. Non bibetis vinū vos
⁊ filij veſtri vſq꞉ in ſempiternum. Et domum nō edificabi
tis: ⁊ ſementem non ſeretis: ⁊ vineas non plantabitis nec
habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cūctis diebus
veſtris vt viuatis diebus multis ſuper faciē terre in qua
vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci ionadab filij
rechab patris noſtri in omnibus que precepit nobis: ita
vt non biberemus vinum cunctis dieb⁹ noſtris nos ⁊ mu
lieres noſtre filij et filie noſtre: ⁊ non edificarem⁹ domos
ad habitandum: ⁊ † vineam ⁊ agrū ⁊ ſementem nō habui
mus: ſed habitauimus in tabernaculis ⁊ obedientes fui als + vineas.
mus iuxta omnia ꝗ precepit nobis ionadab pater noſter
Cum aūt aſcendiſſet nabuchodonoſor rex babylonis ad
terram noſtram diximus. Uenite et ingrediamur hieru
ſalem a facie exercitus chaldeorum ⁊ a facie exercitus ſy C
rie ⁊ manſimus in hierlm. Et factum eſt verbū dñi ad hie 22.q.4. § his ita.
remiā dicens. Hec dicit dñs exercituū deus iſrael. Uade
⁊ dic viris iuda: ⁊ habitatorib⁹ hierlm. Nūqd nō recipie
tis diſciplinā vt obediatis verbis meis dicit dñs. Pre
ualuerūt ſermões ionadab filij rechab quos ꝑcepit filijs
ſuis vt nō biberēt vinum ⁊ nō biberunt vſq꞉ ad diē hanc
q꞉ obedierūt ꝑcepto patris ſui. Ego aūt locut⁹ ſū ad vos Supra.18.b.
de mane conſurgens ⁊ loquens ⁊ nō obediſtis mihi. Mi et.25.b.
ſiq꞉ ad vos oēs ſuos meos prophetas cōſurgēs diluculo
mittēſq꞉ ⁊ dicēs. Conuertimini vnuſquiſq꞉ a via ſua peſſi
ma: et bona facite ſtudia veſtra: ⁊ nolite ſeq̄ deos alienos D
neq꞉ colatis eos: ⁊ habitabitis in terra quā dedi vobis ⁊
patribus veſtris. Et nō inclinaſtis aurē veſtrā neq꞉ audi
ſtis me. Firmauerūt igit filij ionadab filij rechab prece
ptum patris ſui qđ ꝑceperat eis: ppl's aūt iſte nō obedi
uit mihi. Idcirco hec dicit dñs exercituū de⁹ iſrael. Ec
ce ego adducā ſup iudā ⁊ ſup oēs habitatores hieruſalē

vniuerſaꝫ afflictionẽ quã locut⁹ ſuꝫ aduerſuꝫ illos eo ꝙ lo
cut⁹ ſuꝫ ad illos ⁊ nõ audierũt: vocaui illos nõ rñderũt mi
hi. Domui aũt rechabitaꝝ dixit hieremias. Hec dicit do
minus exercituum deus iſrael. Pro eo ꝙ obediſtis precc
pto ionadab patris veſtri: ⁊ cuſtodiſtis omnia mãdata ei⁹
et feciſtis vniuerſa que precepit vobis: ꝑpterea hec dicit
dñs exercituũ deus iſrael. Nõ deficiet vir de ſtirpe iona
dab filij rechab ſtans in conſpectu meo cunctis dieb⁹.

¶ Cap. Sum. Hieremias de carcere mittit baruch cum
libro vt reuocet pplm̃ ſuum a via mala: ioachim cõburit li
A brum et alius ſcribitur contra eum. Capi. XXXVI.

Et factum eſt in anno quarto ioachim filij ioſie re
gis iuda: factuꝫ eſt verbũ hoc ad hieremiã a dño
dicens. Tolle volumen libri et ſcribes in eo om
nia verba que locutus ſum tibi aduerſum iſrael
⁊ iudã ⁊ aduerſum omnes gentes a die qua locut⁹ ſum ad
te ex diebus ioſie vſ ad diem hanc ſi forte audiente do
mo iuda vniuerſa mala q̃ ego cogito facere eis: reuertaẜ
vnuſquiſ a via ſua peſſima: et propitius ero iniquitati et
al's + igitur. peccato eorum. Vocauit + ergo hieremias baruch filium
al's + ad ſe. B nerie. + Et ſcripſit baruch ex ore hieremie omnes ſermo
nes dñi quos locutus eſt ad eum in volumine libri. Et pre
cepit hieremias baruch dicens. Ego clauſus ſum nec va
leo ingredi domum dñi. Ingredere ergo tu et lege de vo
lumine in quo ſcripſiſti ex ore meo verba domini audiente
populo in domo domini in die ieiunij: inſuper et audiente
vniuerſo iuda qui veniunt de ciuitatibus ſuis. Leges eis:
ſi forte cadat oratio eoꝝ in conſpectu dñi: ⁊ reuertatur
vnuſquiſ a via ſua peſſima: quoniam magnus furor et in
dignatio eſt quam locutus eſt dñs aduerſus populuꝫ hũc
Et fecit baruch filius nerie iuxta oia que preceperat hie
remias propheta: legẽs ex volumine ſermones dñi in do
mo domini. Factũ eſt autem in anno quinto ioachim filij
ioſie regis iuda in menſe nono predicauerũt ieiuniũ in cõ
ſpectu domini omni populo in hieruſalem: et vniuerſe mul
titudini que confluxerat de ciuitatibus iuda in hieruſaleꝫ
C Legit baruch ex volumine ſermones hieremie i domo
dñi in gazophilatio gamarie filij ſaphaꝫ ſcribe in veſtibu
lo ſuperiori in introitu porte noue domus domini: audien
te omni populo. Cum audiſſet micheas filius gamarie fi
lij ſaphan oẽs ſermones domini ex libro: deſcẽdit in do
mum regis ad gazophilatium ſcribe. Et ecce ibi oẽs prin
cipes ſedebant eliſama ſcriba ⁊ dalaias filius ſemei: ⁊ hel
D nathan filius achobor: ⁊ gamarias filius ſaphan: et ſede
chias fili⁹ ananie ⁊ vniuerſi pricipes. Et nũciauit eis mi
cheas oia verba que audiuit legentem baruch ex volumi
ne in auribus populi. Miſerũt itaq oẽs principes ad ba
ruch iudi filiuꝫ nathanie filij ſelemie filij chuſi dicẽtes. Vo
lumen ex quo legiſti audiente populo: ſume in manu tua ⁊
veni. Tulit ergo baruch filius nerie volumen in manu ſua:
⁊ venit ad eos. Et dixerunt ad euꝫ. Sede et lege hec i au
ribus noſtris. Et legit baruch in auribus eorũ. Igitur cũ
audiſſet omnia verba + obſtupuerunt vnuſquiſ ad pro
al's + hec. ximum ſuum et dixerunt ad baruch. Nunciare debemus
regi oẽs ſermones iſtos. Et interrogauerunt eũ dicẽtes
Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos
ex ore eius. Dixit auteꝫ eis baruch. Ex ore ſuo loquebaẜ
quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos: et ego ſcribe
E bam in volumine attramento. Et dixerũt principes ad ba
ruch. Vade et abſcõdere tu ⁊ hieremias: ⁊ nemo ſciat vbi
ſitis. Et ingreſſi ſunt ad regem in atrium. Porro volumẽ
commendauerunt in gazophilatio eliſame ſcribe et nũcia
uerunt audiente rege omnes ſermones. Miſit rex inde
vt ſumeret volumen. Qui tollẽs illud de gazophilatio eli
ſame ſcribe legit audiente rege et vniuerſis principibus q̃
ſtabant circa regem. Rex autem ſedebat in domo hyema
li in menſe nono: et poſita erat arula coram eo plena pru
nis. Cum legiſſet iudi tres pagellas vel quatuor: ſcidit il
lud ſcapello ſcribe ⁊ proiecit in ignem qui erat ſuper aru
lam: donec conſumeretur omne volumen igni qui erat in
arula. Et non timuerunt neq ſciderunt veſtimenta ſua rex 24. q. 1. c. nõ afferamus.
⁊ omnes ſerui eius qui audierũt vniuerſos ſermões iſtos F
Veruntamen helnatham et dalaias et gamarias contra
dixerunt regi: ne combureret librum et non audiuit eos.
Et ꝑcepit rex hieremiel filio amelech et ſaraie filio ezriel
et ſelemie filio abdehel vt comprehenderent baruch ſcri
bam et hieremiam prophetam. Abſcondit autem eos do
minus: Et factum eſt verbum domini ad hieremiam pro
phetam: poſtꝙ cõbuſſerat rex volumẽ et ſermones quos
ſcripſerat baruch ex ore hieremie: dicens. Rurſum tolle
volumen aliud: et ſcribe in eo omnes ſermones priores q̃ G
erant in primo volumine quod combuſſit ioachim rex iu
da: ⁊ ad ioachim regẽ iuda dices. Hec dicit dñs. Tu cõbu
ſiſti volumẽ iſtõ dicẽs q̃re ſcripſiſti i eo annũciãs feſtinus
veniet rex babylõis ⁊ vaſtabit terrã hanc: ⁊ ceſſare faciet
ex illa hoieꝫ ⁊ iumẽtũ. Propterea hec dicit dñs de⁹ cõtra
ioachim regẽ iuda. Nõ erit ex eo q̃ ſedeat ſup ſoliuꝫ dauid
⁊ cadauer eius proijcietur ad eſtum per diẽ ⁊ ad gelu ꝑ no
ctem. Et viſitabo contra eum ⁊ cõtra ſemẽ eius et contra
ſeruos eius iniquitates ſuas: et adducã ſuper eos ⁊ ſuper
habitatores hieruſalẽ ⁊ ſuper viros iuda omne malũ qḋ
locutus ſum ad eos ⁊ non audierunt. Hieremias autẽ tu
lit volumẽ aliud ⁊ dedit illud baruch filio nerie ſcribe qui
ſcripſit in eo ex ore hieremie omnes ſermones libri quem
cõbuſſerat ioachim rex iuda igni: ⁊ inſuper additi ſunt ſer
mones multo plures ꝙ antea fuerant.

¶ Ca. Sũ. Sedechias mandat orare dominum pro ſe
et populo ⁊ interim vult hieremias egredi: capitur: in car
cerẽ mittitur: rex eum alloquitur in veſtibulo carceris et
torta panis quotidie ei datur.

Ca. XXXVII.

A Et regnauit rex ſedechias fili⁹ ioſie pro iecho
nia filio ioachim quem conſtituit regem nabu
chodonoſor rex babylonis in terra iuda: ⁊ nõ
obediuit ipſe ⁊ ſerui ei⁹: ⁊ popul⁹ terre verbis
domini que locut⁹ eſt in manu hieremie ꝑphe
te. Et miſit rex ſedechias iuchal filiuꝫ ſelemie: ⁊ ſophoniã
filiũ maaſie ſacerdotẽ ad hieremiaꝫ prophetã dicẽs. Ora
pro nobis dñm deũ noſtrũ. Hieremias autem libere am Infra. 42. a
bulabat in medio populi. Nõ eñ miſerant euꝫ in cuſtodiã
carceris. Igitur exercitus pharaonis egreſſus eſt de egy
pto. Et audientes chaldei qui obſidebant hieruſalem hu
iuſcemodi nuncium receſſerunt ab hieruſalem. Et factum
eſt verbum dñi ad hieremiam prophetam dicens. Hec di B
cit dñs de⁹ iſrael. Sic dicetis regi iuda q̃ miſit vos ad me
interrogandũ. Ecce exercitus pharaõis qui egreſſus eſt
vobis in auxiliũ reuertetur in terrã ſuã in egyptum: et re
dient chaldei: ⁊ bellabunt contra ciuitateꝫ hanc: ⁊ capiẽt
eam ⁊ ſuccendent eã igni. Hec dicit dñs. Nolite decipere
animas veſtras dicentes. Euntes abibunt ⁊ recedẽt a no
bis chaldei: quia non abibunt. Sed et ſi percuſſeritis om
nem exercitum chaldeorum qui preliantur aduerſum vos
et derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati ſinguli de tento
rio ſuo conſurgent ⁊ incendent ciuitatem hanc igni. Ergo
cum receſſiſſet exercitus chaldeorum ab hieruſalẽ ꝑpter
exercitum pharaonis egreſſus eſt hieremias de hieruſa
lem: vt iret in terram beniamin ⁊ diuideret ibi poſſeſſionẽ C
in conſpectu ciuium. Cum perueniſſet ad portam Ben
iamin erat ibi cuſtos porte per vices nomine hierias fi
lius ſelemie filij Ananie: et apprehendit. Hieremiam pro
phetam dicens. Ad chaldeos profugis. Et reſpondit
Hieremias. Falſum eſt non fugio ad chaldeos. Et non
audiuit eum: ſed comprehendit hierias Hieremiam: et
adduxit eum ad principes. Quamobrem irati principes
contra

Sup. 2.10.a. contra hieremiam ceſum eũ miſerunt in carcerẽ: qui erat
in domo ionathã ſcribe. Ipſe enĩ prepoſit⁹ erat ſuper car
cerem. Itaq̃ ingreſſus eſt hieremias in domũ laci ⁊ in er
D gaſtulũ ⁊ ſedit ibi hieremias diebus multis. Mittẽs aũt
ſedechias rex tulit eũ ⁊ interrogauit eum in domo ſua ab
ſcondite: ⁊ dixit. Putas ne eſt ſermo a dño? Et dicit hiere
mias. Eſt. Et ait. In manus regis babylonis traderis.
Et dicit hieremias ad regem ſedechiam. Quid peccaui
tibi et ſeruis tuis ⁊ populo tuo: q̃ miſiſti me in domuz car
ceris? Ubi ſunt prophete veſtri qui prophetabãt vobis ⁊
dicebant: non veniet rex babylonis ſuper vos et ſuper ter
ram hanc? Nunc ergo audi obſecro domine mi rex: Ua
leat deprecatio mea in conſpectu tuo: ⁊ ne me remittas in
domũ ionathã ſcribe ne moriar ibi. Precepit ergo rex ſe
✝.veſtibulo dechias vt traderetur hieremias in † veſtibulum carce
ris et daretur ei torta panis quotidie excepto pulmẽto do
nec cõſumerentur omnes panes de ciuitate. Et mãſit hie
remias in veſtibulo carceris.

C.S. Principes petunt hieremiaz occidi: in lacũ mit
titur vbi non erat aqua: ſed lutũ abdemelec extraxit eum:
ea que prius regi predicat rex iubet vt celet.

Capitulum. XXXVIII.

A Audiuit aũt ſaphacias filius mathã ⁊ hiedelias
filius phaſſur ⁊ iuchal fili⁹ ſelemie ⁊ phaſſur fi
Supra.21.c. lius melchie ſermones quos hieremias loque
batur ad omnem populum dicẽs. Hec dicit do
minus. Quicũq̃ manſerit in ciuitate hac morietur gladio
et fame ⁊ peſte: q̃ aũt profugerit ad chaldeos viuet: ⁊ erit
anima eius ſoſpes ⁊ viuens. Hec dicit dñs. Tradẽdo tra
detur ciuitas hec in manu exercitus regis babylonis ⁊ ca
piet eam. Et dixerunt principes regi. Rogam⁹ vt occida
tur homo iſte. De induſtria enim diſſoluit manus viroꝝ
bellantium qui remãſerunt in ciuitate hac: ⁊ man⁹ vniuer
al.✝ iuxta. ſi populi loquẽs ad eos † vniuerſa ꝟba hec. Siquidẽ ho
al.✝ populi. mo iſte nõ querit pacẽ † populo huic ſed malũ. dixit rex ſe
B dechias. Ecce ipſe in manibus veſtris eſt. Nec enĩ fas eſt
regem vobis quicq̃ negare. Tulerunt ergo hieremiã ⁊ p
al.✝ melchie. iecerũt eũ in lacũ † helchie filij amalech: qui erat in veſti
bulo carceris ⁊ ſubmiſerunt hieremiã in funibus in lacuz
in quo non erat aqua. ſed lutum. Deſcẽdit itaq̃ hieremias
in cenum. Audiuit aũt abdemelech ethiops vir eunuchus
q̃ erat in domo regis q͛ miſiſſent hieremiã in lacũ. Por
C ro rex ſedebat in porta beniamin. Et egreſſus eſt abdeme
lech de domo regis et locutus eſt ad regem dicens. Dñe
mi rex male fecerunt viri iſti omnia quecũq̃ perpetrarũt
contra hieremiã prophetã: mittẽtes eum in lacũ vt moria
tur ibi fame. Non ſunt enĩ panes vltra in ciuitate. Prece
pit itaq̃ rex abdemelech ethiopi dicẽs. Tolle tecum hinc
triginta viros ⁊ leua hieremiã prophetam de lacu anteq̃
moriatur. Aſſumptis ergo abdemelech ſecũ viris ingreſſ⁹
eſt domum regis que erat ſub cellario ⁊ tulit inde veteres
pannos ⁊ antiqua veſtimẽta que computruerant ⁊ ſubmi
D ſit ea ad hieremiaz in lacũ per funiculos. Dixitq̃ abdeme
lech ethiops ad hieremiã prophetã. Pone veteres pan
Supra eodem. nos ⁊ hec ſciſſa ⁊ putrida ſub cubito manuum tuarum ⁊ ſu
per funes. Fecit ergo hieremias ſic. Et extraxerunt hie
remiam funibus: ⁊ eduxerunt eum de lacu. Manſit autez
hieremias in veſtibulo carceris. Et miſit rex ſedechias et
tulit ad ſe hieremiam prophetam ad oſtium tertium quod
erat in domo domini. Et dixit rex ad hieremiam. Interro
go ego te ſermonem ne abſcondas a me aliquid. Dixit au
tem hieremias ad ſedechiam. Si annunciauero tibi num
quid non interficies me? Et ſi cõſilium dedero tibi: nõ me
audies? Iurauit ergo rex ſedechias hieremie clam dicẽs
Infra.4x. Uiuit dominus qui fecit nobis animam hanc ſi occidero
E te ⁊ ſi tradidero te in † manus viroꝝ iſtoꝝ qui querũt
animam tuam. Et dixit hieremias ad ſedechiã. Hec dicit
dominus exercituum deus iſrael. Si profectus exieris ad
principes regis babylonis viuet anima tua: ⁊ ciuitas hec
non ſuccendetur igni: ⁊ ſaluus eris tu ⁊ popul⁹ tuus et do
mus tua. Si aũt non exieris ad principes regis babylo
nis: tradetur ciuitas hec in manus chaldeorum: et ſuccen
dent eam igni et tu non effugies de manu eorum. Et dixit
rex ſedechias ad hieremiam. Sollicitus ſum propter iu
deos q̃ trãſfugerũt ad chaldeos: ne forte tradar in man⁹
eorum: et illudant mihi. Reſpondit aũt hieremias ⁊ dixit
ei. Non te tradent. Audi queſo vocem domini quam ego F
loquor ad te: ⁊ bene tibi erit: ⁊ viuet anima tua. Q̃d ſi no
lueris egredi iſte eſt ſermo quẽ oſtendit mihi domin⁹. Ec
ce omnes mulieres que remanſerunt in domo regis iuda
educentur ad principes regis babylonis et ipſe dicẽt. Se
duxerunt te: ⁊ preualuerunt aduerſum te viri pacifici tui:
demerſerunt te in ceno ⁊ in lubrico pedes tuos: ⁊ receſſe
runt a te. Et omnes vxores tue et filij tui educentur ad cal
deos: ⁊ non effugies manus eorum: ſed in manu regis ba G
bylonis capieris ⁊ ciuitatẽ hanc comburet igni. Dixit er
go ſedechias ad hieremiam. Nullus ſciet verba hec: ⁊ nõ
morieris. Si autem audierint principes q̃ locutus ſuz te
cum ⁊ venerit ad te. ⁊ dixerint tibi indica nobis quid locu
tus ſis cum rege ne celes ⁊ non te interficiemus: ⁊ quid lo
cutus eſt tecum rex: dices ad eos. Proſtraui ego preces
meas coram rege ne me reduci iuberet in domuz ionathã
et ibi morerer. Uenerunt ergo omnes principes ad hiere
miam et interrogauerunt eum. Et locut⁹ eſt eis iuxta om Supra eodem.
nia verba que preceperat ei rex. Et ceſſauerunt ab eo. Ni
hil enim fuerat auditum. Manſit vero hieremias in veſti
bulo carceris vſq̃ ad diem quo capta eſt hieruſalem. Et
factum eſt vt caperetur hieruſalem.

C Ca. Sum. Capta ciuitate ſedechias fugit: cõprehẽdi
tur: excecatur: nabuſardã ⁊ godoliã: ⁊ pauperes pplĩ hie
ruſalẽ dimittit. ⁊ godolie cõmittit hieremiam prophetam
abdemelech ſaluatur. Cap. XXXIX.

A Anno nono ſedechie regis iuda menſe decimo Infra.52.a.
venit nabuchodonoſor rex babylonis ⁊ oĩs ex 4.reg.25.a.
ercitus eius ad hieruſalem ⁊ obſidebant eam
Undecimo aũt anno ſedechie mẽſe quarto † al.✝ nono.
quinta die mẽſis: aperta eſt ciuitas: ⁊ ingreſſi
ſunt oẽs principes regis babylonis ⁊ ſederũt in porta me
dia: neregel: ſereſer ſemegar nabuzarſathi. rapſaces: nere
gel. ſereſer rebmag ⁊ omnes reliqui principes regis ba
bylonis. Cũq̃ vidiſſet eos ſedechias rex iuda ⁊ omnes vi
ri bellatores fugerunt ⁊ egreſſi ſunt nocte de ciuitate per
viam horti regis: ⁊ per portã que erat inter duos muros B
⁊ egreſſi ſunt ad viã deſerti. Perſecutus eſt autẽ eos exer
citus chaldeorum ⁊ cõprehenderunt ſedechiã in cãpo ſol
litudinis hierichontine: ⁊ captũ adduxerunt ad nabucho
donoſor regem babylonis in reblata q̃ eſt in terra emath:
⁊ locut⁹ eſt ad eũ iudicia. Et occidit rex babylonis filios
ſedechie in reblata in oculis eius: ⁊ omnes nobiles iuda
occidit rex babylonis. Oculos quoq̃ ſedechie eruit: ⁊ vi
xit eum compedibus vt duceretur in babylonem. Domũ
quoq̃ regis ⁊ domum vulgi ſuccẽderũt chaldei igni ⁊ mu C
rum hieruſalem ſubuerterunt. Et reliquias populi que re
manſerant in ciuitate: ⁊ profugos qui tranſfugerant ad eũ
et ſuperfluos vulgi que remanſerãt tranſtulit nabuſardaz
magiſter militum in babylonem: ⁊ de plebe pauperuz qui
nihil penitus habebant: dimiſit nabuſardã magiſter mili
tie in terra iuda: ⁊ dedit ei vineas et ciſternas in die illa.
Preceperat aũt nabuchodonoſor rex babylonis de hie
remia nabuſardam magiſtro militũ dicens. Tolle illum: ⁊
pone ſuper eum oculos tuos: nihilq̃ ei mali facias: ſed vt
voluerit ſic † facias ei. Miſit quoq̃ Nabuſardam prin al.✝ facies.
ceps militie ⁊ nabu ⁊ Sebban ⁊ rapſaces ⁊ neregel et ſe
reſer ⁊ rebmah: et omnes optimates regis babylonis mi

ſerunt et tulerunt hieremiã de veſtibulo carceris. et tra-
diderunt eum godolie filio aichaʒ filij ſaphan vt intraret
D in domum ⁊ habitaret in populo. Ad hieremiam autẽ fa
ctus fuerat ſermo domini cũ clauſus eſſet in veſtibulo car
ceris: dicens. Uade ⁊ dic abdemelech ethiopi dicẽs. Hec
dicit dominus exercituum deus iſrael. Ecce ego inducam
ſermones meos ſuper ciuitatem hanc in malum et non in
as ✠ manu. bonum: ⁊ erunt in conſpectu tuo in die illa ⁊ liberabo te in
die illa: ait dominus. Et non traderis in † manus virorũ
quos tu formidas: ſed eruens liberabo te et gladio nõ ca
des. ſed erit tibi anima tua in ſalutem: quia in me habuiſti
fiduciam ait dominus.

¶ Ca. Sum. De liberatione hieremie: de godolia ꝓpoſi
to populi: de iohannam q̃ ꝓdixit godolie ꝙ hiſmael vellet
eum occidere ⁊ fecit q: non credidit. Capi. XL.

A infra. 4. 2. b. SErmo qui factus eſt ad hieremiam a domino
poſtquam dimiſſus eſt a nabuſardã magiſtro
militie de rama quãdo tulit eum vinctum cathe-
nis in medio omnium qui migrabant de hieru-
ſalem et iuda: et ducebantur in babylonem. Tollens ergo
princeps militie hieremiam. dixit ad eum. Dominus de⁹
tuus locutus eſt malum ſuper locum iſtum: et adduxit ⁊ fe
cit dominus ſicut locus eſt: quia peccaſtis domino ⁊ non
Gene. 13. b. B audiſtis vocem eius ⁊ factus eſt vobis ſermo hic. Nũc er
go ecce ſolui te hodie de cathenis que ſunt in manibus
tuis. Si placet tibi vt venias mecum in babylonem ve-
ni: et ponam oculos meos ſuper te. Si autem diſplicet ti-
bi venire mecum in babylonem: reſide. Ecce omnis terra
in conſpectu tuo eſt. Quod elegeris et quo placuerit tibi
vt vades illuc perge ⁊ mecũ noli venire: ſed habita apud
godoliam filium aicham filij ſaphan quem prepoſuit rex
babylonis ciuitatibus iude. Habita ergo cũ eo in medio
populi: vel quocunq; placuerit tibi vt vadas: vade. De-
dit quoq; ei magiſter militie cibaria ⁊ munuſcula: et dimi
ſit eum. Uenit aũt hieremias ad godoliã filium aicham in
maſphat ⁊ habitauit cum eo in medio populi qui relictus
als ✠ ergo. C fuerat in terra. † Cumq; audiſſent omnes principes exer-
citus qui diſperſi fuerant per regiones: ipſi et ſocij eorum
ꝙ prefeciſſet rex babylonis godoliaʒ filium aicham terre
⁊ ꝙ cõmendaſſet ei viros et mulieres ⁊ paruulos: ⁊ de pau
peribus terre qui non fuerant tranſlati in babylonem. ve
nerunt ad godoliaʒ in maſphat: et hiſmael filius nathanie
⁊ iohannã filius caree et ionathan ⁊ fareas filius thenoc-
4. reg. 25. f. meth ⁊ filij offi qui erant de nethophati. ⁊ iechonias fili⁹
maachati ipſi et viri eorum. Et iurauit eis godolias filius
aicham filij ſaphan et comitibus eorum dicens. Nolite ti-
mere ſeruire chaldeis. Habitate in terra ⁊ ſeruite regi ba
bylõis ⁊ bene erit vobis. Ecce ego habito in maſphat vt
reſpondeam precepto chaldeorum qui mittuntur ad nos
D Uos autẽ colligite vindemiam et meſſem et oleum et con-
dite in vaſis veſtris: et manete in vrbibus veſtris quas te
netis. Sed et omnes iudei qui erant in moab et in finibus
ammon et in idumea et in vniuerſis regionibus audito ꝙ
dediſſet rex babylonis reliquias in iudea: et ꝙ prepoſuiſ-
ſet ſuper eos godoliam filium aicham filij ſaphan reuerſi
ſunt inquam omnes iudei de vniuerſis locis ad que profu
gerant: et venerunt in terram iuda ad godoliã in maſphat
et collegerunt vinum et meſſem multam nimis. Johannaʒ
autem filius caree et omnes principes exercitus qui diſ-
perſi fuerant in regionibus: venerũt ad godoliam in maſ
phat: et dixerunt ei. Scito ꝙ baalis rex filiorum ammon
miſit hiſmael filium nathanie percutere animam tuaʒ. Et
non credidit eis godolias filius aicham. Joannam autem
filius caree dixit ad godoliam ſeorſum in maſphat loquẽs
Jbo et percutiam hiſmael filium nathanie nullo ſciẽte ne
interficiat animam tuam: et diſſipentur omnes iudei qui cõ
gregati ſunt ad te: et peribunt reliquie iuda. Et ait godo-
lias fillius aicham ad ioannã filiũ caree. Noli facere ver
buʒ hoc. Falſum enim tu loqueris de hiſmael.

¶ Capitu. Sum. Quomodo hiſmael occidit godoliam ⁊
octoginta viros venientes in hieruſalem ſaluatis decem
iohannam filius caree fugat hiſmaelem cum octo viris q̃
fugiunt in egyptum.

Capitulum. XLI.

ET factum eſt in menſe ſeptimo venit hiſmael fili⁹ A Di. 79. c. mum. 2.
nathanie filij maaſie filij eliſama de ſemine regali
et optimates regis: et decem viri cum eo ad go-
doliam filium aicham in maſphat et comederunt
ibi panes ſimul in maſphat. Surrexit autem hiſmael fili⁹
nathanie: et decem viri qui cum eo erant et percuſſerunt
godoliam filium aicham filij ſapham gladio: et interfece-
runt eum quem prefecerat rex babylonis terre. Omnes
quoq; iudeos qui erant cum godolia in maſphat et chal-
deos qui reperti ſunt ibi: et viros bellatores percuſſit hiſ
mael. Sc̃do aũt die poſtquam occiderat godoliã nullo ad als ✠ barba
huc ſciẽte: venerunt viri de ſychem ⁊ de ſylo et de ſamaria B
octoginta viri raſi † barba et ſciſſis veſtibus et ſqualẽtes
et munera et thus habebant in manu vt offerrẽt in domo
domini. Egreſſus ergo hiſmael filius nathanie in occur-
ſum eorum de maſphat: incedens ⁊ plorans ibat. Cum au
tem occurriſſet eis: dixit ad eos. Uenite ad godoliam filiũ
aicham. Qui cum veniſſent ad medium ciuitatis interfe-
cit eos hiſmael filius nathanie circa medium laci: ipſe ⁊ vi
ri qui erant cum eo: decem autẽ viri reperti ſunt inter eos
qui dixerunt ad hiſmael. Noli occidere non quia habem⁹ als ✠ theſauros
† theſauros in agro frumenti et hordei † et olei et mellis. als ✠ nõ hẽ
Et ceſſauit et non interfecit eos cum fratribus ſuis. La-
cus autem in quem proiecerat iſmael omnia cadauera vi-
rorum quos percuſſit propter godoliam: ipſe eſt quem fe C
cit rex aſa propter baaſa regem iſrael. Jpſum repleuit hiſ
mael fili⁹ nathanie occiſis. Et captiuas duxit hiſmael om
nes reliquias populi qui erant in maſphat filias regis et
vniuerſuʒ ppl'ʒ q̃ remãſerat i maſphat q̃s cõmẽdauerat na
buſardã priceps militie godolie filio aichã. Et cepit eos
hiſmael fili⁹ nathanie: ⁊ abijt vt tranſiret ad filios ammõ.
Audiuit autẽ iohannam filius caree ⁊ oẽs principes bella
torum qui erant cum eo omne malũ quod fecerat hiſmael
filius nathanie: et aſſumptis vniuerſis viris profecti ſunt
vt bellarent aduerſum hiſmalem filium nathanie: et inue-
nerunt eum ad aquas multas que ſunt in gabaon. Cumq;
vidiſſet omnis populus qui erat cuʒ hiſmael iohannam fi-
lium caree et vniuerſos principes bellatoruʒ qui erant cũ
co letati ſunt. Et reuerſus eſt omnis populus quem cepe D
rat hiſmael in maſphat reuerſuſq; abijt ad iohannaʒ filiuʒ
caree. Hiſmael autem filius nathanie fugit cuʒ octo viris
a facie iohannam: et abijt ad filios ammon: Tulit ergo io-
hannam filius caree et omnes principes bellatorum qui
erant cum eo, vniuerſas reliquias vulgi quas reduxerat
ab hiſmael filio nathanie de maſphat poſtquam percuſſit
godoliam filium aicham fortes viros ad prelium: et mulie
res: et pueros: et eunuchos quos reduxerat de gabaon. ⁊ als ✠ chanaam
ſis que fient in ea. Sacerdotes autem ⁊ leuite filij ſadoch
qui cuſtodierunt cerimonias ſanctuarij mei cum errarẽt fi
lij iſrael a me ipſi accedent ad me vt miniſtrent mihi: ⁊ ſta-
bunt in conſpectu meo vt offerant mihi adipẽ ⁊ ſanguinẽ
ait dñs deus. Ipſi ingredientur ſanctuariũ meũ: ⁊ ipſi acce
dent ad mẽſam meã vt miniſtrẽt mihi ⁊ cuſtodiant cerimo
nias meas. Cũq; ingredientur portas atrij interioris ve-
ſtibus lineis induentur nec aſcendet ſuper eos quicq; la-
neum qñ miniſtrãt in portis atrij interioris et intrinſecus.
Vitte linee erunt in capitibus eorũ et feminalia linea erũt
in lumbis eorum: et non accingentur in ſudore. Cumq; egre-
dientur atrium exterius ad populum exuent ſe veſtimentis
ſuis in quibus miniſtrauerunt et reponent ea in † gazo-
philatio ſanctuarij: ⁊ veſtient ſe veſtimentis alijs ⁊ nõ ſan
ctificabunt populũ in † veſtibus ſuis. Caput autem ſuum
F
non radent neq; comaʒ nutrient: ſed tondentes attondent
capita ſua. Et vinũ nõ bibet oĩs ſacerdos qñ ingreſſus eſt
atriũ interius. Et viduam ⁊ repudiatam nõ accipient vxo
res ſed † virgines de ſemine domus iſrael. Sed et viduaʒ
que fuerit vidua a ſacerdote accipient: ⁊ populũ meũ doce
bunt quid ſit inter ſanctum et pollutũ: et inter mundum et
immundũ oſtendent eis. Et cum fuerit controuerſia: ſta-
bunt in iudicijs meis ⁊ iudicabunt. Leges meas et prece
pta mea in oĩbus ſolẽnitatibus meis cuſtodiẽt et ſabbata
mea ſanctificabũt: Et ad mortuũ hominẽ non ingredientur
ne polluantur: niſi ad patrẽ ⁊ matrẽ ⁊ filium ⁊ filiam fratrẽ
⁊ ſororẽ que alterũ virum nõ habuerit in quibus contami
nabuntur. Et poſtꝙ fuerit emundatus: ſepteʒ dies nume-
rabuntur ei: ⁊ in die introitus ſui in ſanctuarium ad atriũ
G
interius vt miniſtrẽt mihi in ſanctuario offeret pro pecca-
to ſuo: ait dñs deus. † Non erit autem eis hereditas: ego
hereditas eorum. Et poſſeſſionẽ non dabitis eis in iſrael:
ego enĩ poſſeſſio eorũ. Victimam et pro pctõ ⁊ pro delicto
ipſi comedent ⁊ omne votum in iſrael ipſorũ erit. Et primi
tiua omniũ primogenitorũ: ⁊ omnia libamenta ex omnibꝰ
que offerũtur ſacerdotũ erunt et primitiua ciborũ veſtro-
rum dabitis ſacerdoti vt reponat bñdictioneʒ domui ſue.
Omne morticiniũ et captum a beſtia de auibus ⁊ de peco-
ribus non comedent ſacerdotes.

¶ Ca Sum. De loco ſanctificato in quo ſunt ſancta ſan-
ctorum: ⁊ habitatio ſanctorũ de iuſtitia ponderis et men-
ſure de quantitate primitiarũ de duabus primis ſolẽnita-
tibus primi menſis que non ſunt in lege: de oblationibus
paſche: penthecoſtes ⁊ ſcenophegie. Ca. XLV.

A
Cumq; ceperitis terraʒ diuidere ſortito: ſeparate
primitias domino ſanctificatum de terra longitu
dine vigintiquinq; milia et latitudine decem mi-
lia. Sanctificatum erit in omni termino eius per
circũitum. Et erit ex omni parte ſantificatum quingentos
per quingentos: quadrifariã per circũitum: ⁊ quinquagin
ta cubitis in ſuburbana eius per gyrum. Et a menſura iſta
menſurabis longitudinẽ vigintiquinq; miliũ: ⁊ latitudineʒ
decem milium. Et in ipſo erit templũ ſanctumq; ſanctorũ:
B
ſanctificatum de terra erit ſacerdotibus miniſtris ſanctua
rij qui accedũt ad miniſterium dñi. Et erit eis locus in do
mos ⁊ in ſanctuariũ ſanctitatis. Vigintiquinqʒ autẽ milia alſ † leuite.
longitudinis ⁊ decem milia latitudinis erunt † leuitis qui alſ † in.
C
miniſtrant domui. Ipſi poſſidebunt viginti gazophilatia.
Et † poſſeſſionem ciuitatis dabitis quinqʒ milia latitudi-
nis et longitudinis vigintiquinqʒ milia ſm ſeparationem
ſanctuarij omni domui iſrael. Principi quoqʒ hinc ⁊ inde
in ſeparationẽ ſanctuarij: ⁊ in poſſeſſione ciuitatis ⁊ cõtra
faciem ſeparationis ſanctuarij: ⁊ contra faciẽ poſſeſſionis
vrbis a latere maris vſqʒ ad mare et a latere orientis vſqʒ
ad orientem. † Longitudinis autẽ iuxta vnãquãqʒ † par- alſ † longitudinem.
tem a termino occidentali vſqʒ ad terminũ orientalem de alſ † partium.
terra erit ei poſſeſſio in iſrael. Et non depopulabuntur vl-
tra principes populũ meum. ſed terram dabunt domui iſ
rael ſm tribus eorum. Hec dicit dñs deus. Sufficiat vo-
bis principes iſrael: iniquitateʒ et rapinas intermittite et
D
iudiciũ ⁊ iuſtitiã facite. Separate cõfinia veſtra a popu-
lo meo: ait dñs deus. Statera iuſta ⁊ ephi iuſtum et batus
iuſtꝰ erit vobis. Ephi et batus equalia ⁊ vniꝰ menſure erũt
vt capiat decimã partẽ chori batus: et decimã partẽ cho
ri ephi. Iuxta menſuram chori erit † equa libratio eorũ. alſ † equilibratio.
Siclus auteʒ viginti obolos habet. Porro viginti ſicli et Exo. 30. b
vigintiquinqʒ ſicli ⁊ quindecim ſicli † mnã † faciũt. Et hec Leui 27. c.
ſunt primitie quas tolletis ſextam partem ephi de choro Nume. 3. g
frumẽti: ⁊ ſextam partem ephi de choro ordei. Menſura alſ † minam.
quoqʒ olei. Batus olei decima pars chori eſt: et decẽ ba alſ † facient.
E
ti chorum faciunt. Quia deceʒ bati implent chorũ. Et arie
tem vnum de grege ducentorũ de his que nutriunt iſrael
in ſacrificium ⁊ in holocauſtũ: ⁊ in pacifica ad expiandum
pro eis ait dñs deus. Oĩs populus terre tenebitur primi
tijs his principi in iſrael Et ſuper principeʒ erũt holocau
ſta ⁊ ſacrificiũ ⁊ libamina in ſolẽnitatibus ⁊ kalendis ⁊ in
ſabbatis: ⁊ in vniuerſis ſolennitatibus domus iſrael. Ipſe
faciet ꝓ pctõ ſacrificiũ ⁊ holocauſtũ ⁊ pacifica: ad expian
F
dum pro domo iſrael. Hec dicit dñs deus. In primo mẽſe
vna mẽſis ſumes vitulũ de armento immaculatũ: et expia
bis ſanctuariũ. Et tollet ſacerdos de ſanguine qđ erit pro
pctõ: et ponet in poſtibus domus: et in quattuor angulis
crepidinis altaris: ⁊ in poſtibus porte atrij interioris. Et
ſic facies in ſeptima menſis pro vno quoqʒ qui † ignorauit alſ † errauit.
⁊ errore deceptus eſt: et † expiabis pro domo. In primo alſ † expiatis.
mẽſe quartadecima die mẽſis erit vobis † phaſe ſolemni- alſ † paſche.
tas. Septẽ diebus azima comedẽtur. Et faciet princeps
in die illa ꝓ ſe ⁊ pro vniuerſo populo terre vitulũ pro pctõ.
Et in ſeptẽ dierũ ſolẽnitate faciet holocauſtũ dño ſeptem
vitulos et ſeptẽ arietes immaculatos quotidie ſeptẽ die-
bus ⁊ pro pctõ hyrcũ caprarũ et ſacrificiũ ephi per vitulũ
⁊ ephi per arietẽ faciet: ⁊ olei hin per ſingula ephi. Septi
mo mẽſe quintadecima die mẽſis in ſolennitate faciet ſicut
ſupradicta ſunt per ſeptem dies: tam pro peccato ꝙ pro
holocauſto et in ſacrificio et in oleo.

¶ Ca. Sum. De ſacrificijs ſabbati ⁊ neomenie per quas
portas intrare debebūt ⁊ exire principes populi. ad orā-
dum deum: ⁊ de ſpōtaneo holocauſto principis: quis prin
ceps poſſit dare: ⁊ de diſtinctione quoquinarū.

Capitulum. XLVI.

A H Ec dicit dñs deus. Porta atrij interioris que
reſpicit ad orientē erit clauſa ſex dieb⁹ in qui-
bus opus ſit. Die autē ſabbati aperietur. Sȝ
⁊ in die kalēdarū aperieꝛ: ⁊ intrabit princeps
per viam veſtibuli porte deforis: ⁊ ſtabit in limine porte
Et faciēt ſacerdotes holocauſtum eius ⁊ pacifica eius et
adorabit ſuper limē porte: ⁊ egredieꝛ: porta aūt nō claude
tur vſq; ad veſperā. Et adorabit populus terre ad oſtium
B porte illius in ſabbatis ⁊ in kalendis corā dño. Holocau-
ſtum autem hoc offeret princeps dño in die ſabbati: ſex
✝agnis co- potius ſine agnos immaculatos ⁊ arietē immaculatū ⁊ ſacrificiū ephi
per arietē. In ✝ agnis autē ſacrificiū quod dederit manus
eius ⁊ olei hin per ſingula ephi. In die autē kalendarū vi
tulum de armēto immaculatū ⁊ ſex agni ⁊ ✝ arietes imma
✝aries. C culati erunt: ⁊ ephi per vitulū ephi quoq; per arietem fa-
ciet ſacrificiū. De agnis autē ſicut inuenerit manus eius
olei hin per ſingula ephi. Cūq; ingreſſurus eſt princeps
per viā veſtibuli porte ingrediatur ⁊ per eandē viā exeat.
Et cū intrabit populus terre in cōſpectu dñi in ſolēnitati
bus qui ingrediꝛ per portā aquilonis vt adoret egredia-
tur per viā porte meridiane. Porro qui ingreditur p viā
porte meridiane: egrediatur per viā porte aquilonis. Nō
reuertetur per viā porte per quam ingreſſus eſt: ſed e re-
gione illius egredietur. Princeps autem in medio eorū
✝cū intrantibus intrās cū exeuntibus exeās. cum ✝ ingredientibus ingredietur ⁊ cum egredietib⁹ egre
dietur. Et in nūdinis ⁊ in ſolēnitatib⁹ erit ſacrificiū ephi
D per vitulum ⁊ ephi per arietem. In agnis autē erit ſacri-
ficium ſicut inuenerit manus eius: ⁊ olei hin p ſingula ephi
Cum autē fecerit princeps ſpontaneū holocauſtū aut pa
cifica voluntaria domino: aperietur ei porta que reſpicit
E ad orientem: ⁊ faciet holocauſtū ſuum ⁊ pacifica ſua ſicut
✝illum. fieri ſolet in die ſabbati: et egredietur clauderurq; porta
✝eum. poſtq̄ exierit. Et agnum eiuſdem anni immaculatū faciet
holocauſtum quotidie domino. Semp mane faciet ✝ illud
⁊ faciet ſacrificiū ſuper ✝ eo kata mane mane ſextā partem
ephi: ⁊ de oleo tertiam partē hin vt miſceatur ſimile. Sa-
crificium domino legitimū: iuge atq; perpetuum. Faciet
✝donum. agnū ⁊ ſacrificium ⁊ oleum kata mane mane holocauſtum
ſempiternum. Hec dicit dominus deus. Si dederit prin-
ceps ✝ domū alicui de filijs ſuis hereditas eius filiorum
ſuorum erit: poſſidebunt eam hereditarie. Si autē dede-
rit legatum de hereditate ſua vni ſeruorum ſuorum erit i
lius vſq; ad annum remiſſionis: ⁊ reuertetur ad principē.
F Hereditas autē⁹ eius filijs eius erit. Et nō accipiet prin
ceps de hereditate populi per violentiā et de poſſeſſione
eorum: ſed de poſſeſſione ſua hereditatē dabit filijs ſuis vt
non diſpergatur populus meus vnuſquiſq; a poſſeſſione
ſua. Et introduxit me per ingreſſum qui erat ex latere por
te in gazophilatia ſanctuarij ad ſacerdotes: que reſpicie
bant ad aquilonem: et erat: ibi locus vergens ad occiden
tem et dixit ad me. Iſte eſt locus vbi coquent ſacerdotes
✝efferāt in atrio exteriori. pro peccato et pro delicto: vbi coquent ſacrificiū: vt non
G ✝ efferant in atrium exterius ⁊ ſanctificetur populus. Et
eduxit me in atrium exterius ⁊ circumduxit me per quat-
tuor angulos atrij. Et ecce atriolum erat in angulo atrij:
atriola ſingula per angulos atrij. In quattuor angulis
atrij atriola diſpoſita quadraginta cubitorū per longum
⁊ triginta per latum. Menſure vnius quatuor erant. Et
paries per circuitum ambiens quattuor atriola et culine
fabricate erant ſuper porticus per gyrum et dixit ad me.
✝dñs habet domini. Hec eſt dom⁹ culinarū in qua coquēt miniſtri dom⁹ ✝ do
mini victimas populi.

¶ Ca: Sum. De aquis multis que procedūt de templo
de gratia baptiſmi: de diuiſione terre quam hereditarie
accepit iſrael et de portis ciuitatis cuius nomen eſt dom⁹
inde. Capitulum. XLVII.



A E T conuertit me ad portā domus: ⁊ ecce aque
egrediebanꝛ ſubter limē domus ad oriētē. Fa
cies enī domus reſpiciebat ad orientē. Aque
autē deſcēdebāt in latus tēpli dextrū ad meri
diem altaris. Et eduxit me per viā porte aquilonis: ⁊ con
uertit me ad viā foras portā exteriorē viā que reſpiciebat
ad orientē. Et ecce aque redūdantes a latere dextro cum
egrederet vir ad oriētē q̄ habebat funiculū in manu ſua: et
mēſus eſt mille cubitos: ⁊ traduxit me per aquā vſq; ad ta
los. Rurſumq; menſus eſt mille ⁊ traduxit me per aquam
vſq; ad genua. Et menſus eſt mille ⁊ traduxit me p aquam
vſq; ad renes. Et mēſus eſt mille torrentē: quem nō potui
B pertranſire: qm̄ intumuerāt aque profundi torrentis qui
non poteſt tranſuaderi: ⁊ dixit ad me. Certe vidiſti fili ho als ✝ conuertit.
minis. Et ✝ eduxit me et cōuertit ad ripā torrētis. Cumq;
me conuertiſſem ecce in ripa torrentis ligna multa nimis
ex vtraq; parte. Et ait ad me. Aque iſte que egrediūꝛ ad
tumulos ſabuli orientalis ⁊ deſcendūt ad plana deſerti: in
trabunt mare et exibunt ⁊ ſanabunꝛ aque. Et oīs anima vi
uens que ſerpit quocūq; venerit torrens viuet: ⁊ erunt pi-
ſces multi ſatis poſtq̄ venerint illuc aque iſte. Et ſanabun
tur ⁊ viuent oīa ad que venerit torrens ⁊ ſtabūt ſuper illa
piſcatores. Ab engadi vſq; ad engalim ſiccatio ſagenarū
C erit. Plurime ſpecies piſciū erūt eius ſicut piſces maris
magni multitudinis nimie: In littorib⁹ aūt ei⁹ ⁊ i paluſtri
bus nō ſanabunꝛ: q: in ſalinas dabunꝛ. Et ſup torrētē orieꝛ
in ripis eius ex vtraq; parte omne lignū pomiferū. Non
defluet folium ex eo: ⁊ non deficiet fructus eius. Per ſin-
gulos mēſes afferet primitiua: quia aque eius de ſanctua-
rio egredientur. Et erunt fructus eius in cibum: et folia
eius ad medicinam. Hec dicit dominus deus. Hic eſt ter
minus in quo poſſidebitis terram in duodecim tribubus
iſrael: quia ioſeph duplicē funiculū habet. Poſſidebitis
autē eam ſinguli eque vt frater ſuus: ſuper quā leuaui ma-
num meā vt darem patribus veſtris. Et cadet in terra hec
vobis in poſſeſſionē. Hic eſt autē terminus terre ad pla-
gam ſeptemtrionalem a mari magno via ✝ ethalon venien als ✝ bethalon.
tibus ſadada emath berotha ſabarim q̄ eſt inter medium
damaſci ⁊ confiniū emath ✝ domus ✝ thicon que eſt iuxta als ✝ atrium
terminum auram. Et erit terminus a mari vſq; ad atrium als ✝ arbicum
D enon terminus damaſci: et ab aquilone ad aquilonem ter
minus emath: plaga ✝ ſeptētrionalis. Porro plaga oriē- als ✝ autem
talis de medio auram et de medio damaſci et de medio
galaad et de medio terre iſrael: iordanis ✝ diſterminans als ✝ determinans.
ad mare orientale metiemini ✝ plagam orientalem. Pla- als ✝ et.
ga autē auſtralis meridiana a thamar vſq; ad aquas con
tradictionis

al's+ nō habet hec eſt. tradictionis cades:⁊ torrens vſq ad mare magnum. Et
hec† eſt plaga ad meridiē auſtralis. Et plaga maris mare
magnum a confinio per directū donec venias emath: hec
eſt plaga maris. Et diuidetis terrā iſtam vobis per tri-
bus iſrael: ⁊ mittetis eam in hereditatē vobis ⁊ aduenis
qui acceſſerint ad vos: qui genuerint filios in medio veſtrū
⁊ erunt vobis ſicut indigene inter filios iſrael. Vobiſcum
diuident poſſeſſionem in medio iſrael. In tribu autem qua
cunq fuerit aduena: ibi dabitis poſſeſſionem illi: ait dominus deus.

Capitu Sum. Hic deſcribitur diuiſio terre quantum
ad intraneos. Ca. XLVIII.

A
Et hec nomina tribuum a finib' aquilōis iuxta
viam ethalō pergētib' emath: atriū enon ter-
al's+ nō hēviā al's+ ad termi- minus damaſci ab aquilōe iuxta† viā emath.
Et erit plaga orientalis mare: dan vna. Et †a
termino dan: a plaga oriētali vſq ad plagā maris aſer vna.
Et ſuper terminū aſer a plaga oriētali vſq ad plagā ma-
al's+ orientis. ris: neptalim vna. Et ſup terminū neptalim a plaga† oriē
tali vſq ad plagā maris: manaſſe vna. Et ſuper terminum
manaſſe a plaga oriētali vſq ad plagā maris. effraim vna.
Et ſuper terminū effraim: a plaga oriētali vſq ad plagam
maris: ruben vna. Et ſuper terminū ruben: a plaga orien-
tali vſq ad plagā maris: iuda vna. Et ſuper terminū iuda
a plaga orientali vſq ad plagā maris: erūt primitie quas
al's+ milia. ſeparabitis vigintiquinq† milibus † calamis latitudi-
al's+ nō habet calamis. nis et longitudinis ſicuti ſingule partes a plaga orientali-
vſq ad plagam maris. Et erit ſanctuariū in medio eius.
Primitie quas ſeparabitis dño longitudo vigintiquinq
milibus: ⁊ latitudo decē milibus. He autem erunt primitie
ſanctuarij ſacerdotū ad aquilonē lōgitudinis vigintiquinq
milia: ⁊ ad mare latitudinis decē milia: ſed ad orientē lati-
B tudinis decē milia ⁊ ad meridiē longitudinis vigintiquinq
al's+ milibus. † milia. Et erit ſanctuariū dñi in medio eius. Sacerdoti-
bus ſanctuariū erit de filijs ſadoch qui cuſtodierunt ceri-
monias meas ⁊ non errauerūt cum errarēt filij iſrael ſicut
errauerunt ⁊ leuite. Et erunt eis primitie de primitijs ter
re ſanctū ſanctorū: iuxta terminū leuitarū. Sed ⁊ leuitis
ſimiliter iuxta fines ſacerdotū vigintiquinq milia longi-
tudinis: ⁊ latitudinis decem milia. Omnis longitudo vi-
ginti ⁊ quinq miliū: ⁊ latitudo decem miliū. Et nō venun
dabunt ex eo neq mutabūt neq transferent primitie ter
re: quia ſanctificate ſunt dño. Quinq milia autem que ſu-
per ſunt in latitudine per vigintiquinq milia: prophana
erunt vrbis in habitaculū et in ſuburbana. Et erit ciuitas
in medio eius: et he menſure eius. Ad plagam ſeptētriona
al's+ a plaga ſeptētrionali. lem† quingenta ⁊ quattuor milia: et ad plagā meridianā
al's+ q̄ngenta ſuple calami dicendū de q̄ntibus nu meris. quingenta et quattuor milia: ⁊ ad plagā orientalē quingē
ta ⁊ quattuor milia: et ad plagam occidentalē quingēta et
quattuor milia. Erunt autē ſuburbana ciuitatis ad aqui-
lonem† ducēta quinquaginta ⁊ ad meridiē† ducēta quin
al's+ ducenti. quaginta: et ad orientē† ducenta quinquaginta: ⁊ ad ma-
E re ducēta quinquaginta. Quod autē reliquū fuerit in lon
gitudine ſm primitias ſanctuarij decē milia in orientem: ⁊
decem milia in occidentē erunt ſicut primitie ſanctuarij: ⁊
al's+ in cibum erūt fruges eius: in† panes his qui ſeruiūt ciuitati. Ser-
uientes autem ciuitati operabūtur ex omnibus tribub'
iſrael. Omnes primitie vigintiquinq milium per viginti-
quinq milia in quadrum ſeparabuntur in primitias ſan-
ctuarij ⁊ in poſſeſſionē ciuitatis. Quod autē reliquū fue-
rit principis erit ex omni parte primitiarum ſanctuarij et
poſſeſſionis ciuitatis e regione vigintiquinq milium pri-
al's+ ad mare. mitiarum vſq ad terminū orientalem: ſed ⁊† a mari e re-
gione vigintiquinq milium vſq ad terminū maris ſimi-
liter in partibus principis erit. Et erūt primitie ſanctua-
rij ⁊ ſanctuariū tēpli in medio eius. De poſſeſſione aūt leui
tarum ⁊ de poſſeſſione ciuitatis in medio partium princi-
pis erit in terminū iuda ⁊ in terminū beniamin: ⁊ ad prin- D
cipem pertinebit. Et reliquis tribubus erunt tales portio-
nes a plaga oriētali vſq ad plagā occidentalē: beniamin
vna. Et cōtra terminū beniamin a plaga orientali vſq ad
plagā occidentalē ſymeō vna. Et ſup terminū ſymeonis a
plaga orientali vſq ad plagā occidentalē yſachar vna. Et
ſuper terminū yſachar a plaga oriētali vſq ad plagā occi-
dentalē: zabulō vna. Et ſup terminū zabulō a plaga orien
tali vſq ad plagā maris gad vna. Et ſuper terminum gad
vſq ad plagam auſtri in meridie. Et erit finis de thamar
vſq ad aquas cōtradictionis cades hereditas cōtra ma
re magnū. Hec eſt terra quam mittetis in ſortē tribubus
iſrael: ⁊ he partitiones earū ait dñs deus. Et hi egreſſus
ciuitatis. A plaga ſeptētrionali q̄ngētos ⁊ quattuor milia al's+ ſuper no-
mēſurabis: ⁊ porte ciuitatis† in oib' tribub' iſrael. Por minib' tribuū iſrael.
te tres a ſeptētrione: porta rubē vna: porta iuda vna por al's+ ex nominibus .xij.
ta leui vna. Et ad plagā orientalē q̄ngētos ⁊ quattuor mi-
lia. Et porte tres. Porta ioſeph vna: porta bēiamin vna: al's+ quingēte
porta dan vna. Et ad plagā meridianā† q̄ngētos ⁊ quat-
tuor milia metieris. Et porte tres. Porta ſymeonis vna:
porta iſachar vna: porta zabulō vna. Et ad plagā occiden
talem q̄ngētos ⁊ quattuor milia. Et porte eorū tres. Por-
ta gad vna: porta aſer vna: porta neptalim vna. Per cir- al's+ amen nō eſt
cuitum decem ⁊ octo milia. Et nomē ciuitatis ex illa die de textu.
dñs ibidem† Amen. Explicit ezechiel propheta.

Incipit prologus sancti Hieronimi in
Danielem prophetam.

Danielem prophetā iuxta ſeptuaginta interpre
tes dñi ſaluatoris eccl'ie nō legūt vtētes theo
dotionis editiōe. Et hoc cur acciderit neſcio
Siue eñi q: ſermo chaldaicus eſt: ⁊ quibuſdā
proprietatib' a noſtro eloq̄o diſcrepat: noluerunt ſeptua
ginta interpretes eaſdē lingue lineas in trāſlatione ſerua
re ſiue ſub noīe eorū ab alio neſcio quo nō ſatis chaldeam
linguā ſciente editus eſt liber: ſiue aliud q̄d cauſe extiterit
ignorās hoc vnū affirmare poſſum qḋ multū a veritate diſ
cordet. ⁊ recto iudicio repudiatus ſit. Sciendum quippe
danielē maxime ⁊ eſdrā hebraicis quidē litteris ſed chal-
deo ſermone cōſcriptos: ⁊ vnā hieremie pericopen iob
quoq cum arabica lingua plurimā habere ſocietatē. De-
niq ⁊ ego adoleſcētulus poſt Quintiliani ⁊ Tulij lectio
nem ac flores rethoricos: cum me in lingue eius piſtrinū
recluſiſſem: ⁊ multo ſudore multoq tempore vix cepiſſem
anhelantia ſtridētiaq verba reſonare ⁊ quaſi per cryptā
ambulās rarū deſuper lumē aſpicerē impegi nouiſſime in
danielē. Et tāto tedio affectus ſum: vt deſperatiōe ſubita
omnē laborē veterē voluerim contēnere. Verū adhortan
te me quodā hebreo ⁊ illud mihi crebrius ſua lingua inge
rente: labor improbus omnia vincit: et qui mihi videbar
ſciolus inter hebreos: cepi rurſus diſcipulus eſſe chaldai
cus. Et vt verum fatear vſq ad preſentem diem magis po
ſſum ſermonem chaldaicum legere et intelligere q̄ ſona-
re. Hec idcirco refero vt difficultatē vobis danielis oſtē
derem: qui apud hebreos nec ſuſanne habet hiſtoriam:
nec hymnū triū puerorū: nec belis drachoniſq fabulas
quas nos (quia in toto orbe diſperſe ſunt) verū antepoſi
to: eaſq iugulante ſubiecimus: ne videremur apud impe-
ritos magnam partem voluminis detrūcaſſe. Audiui ego
quendā de preceptoribus iudeorū cum ſuſanne derideret
hyſtoriā ⁊ a greco neſcio quo eam diceret eſſe cōfictam il
lud opponere quod origeni quoq affricanus oppoſuit: daniel. 13. a.
ethymologias has apo tou ſchinu ſciſde ⁊ apo tou prinu
priſde de greco ſermone deſcendere. Cuius rei nos in-
telligentiā noſtris hāc poſſumus dare: vt verbi gratia: di
camus cōtinuo de arbore ilice dixiſſe cum illico pereas: ⁊
a lentiſco in lentem te cōminuat angelus vel nō lente pe-
reas: aut lentus. i. flexibilis ducaris ad mortem: ſiue aliud

Daniel.3.c. quid ad arboris nomē cōuenies. Deinde tm̄ ſaiſſe otii' tri-
bus pueris cantillabat: vt in camino eſtuantis incēdij me-
tro luderēt: z per ordinē ad laudē dei oīa elemēta prouo-
Daniel.14. carent. Aat qd miraculū diuineqz aſpirationis indiciū vel
dracones interfectū offa picis: vel ſacerdotū belis machi-
nas deprehēſas: quae magis prudētia ſolertis viri q̄ pphe
tali eſſent ſpiritu perpetrata. Cum abacuh veniret: et
de iudea in caldeam raptuz diſcoforū lectitaret querebat
exemplū vbi legiſſem' in toto veteri teſtamēto quēq̄ ſan-
ctorum graui volaſſe corpore z in puncto hore tanta ter-
rarum ſpacia trāſiſſe. Cui cum quidā e noſtris ſatis ad lo
Ezechie.8.a. quendū p̄mptulus ezechielē addagiſſet in mediū: et dice-
ret eum de chaldea in iudeam fuiſſe trāſlatū deriſit homi-
nem: z ex ipſo volumine demonſtrauit ezechielē in ſpiritu
ſe vidiſſe tranſpoſitū. Deniqz z apoſtolū noſtruz videlicet
vt eruditū virū z qui legem ab hebreis didiciſſet nō fuiſſe
auſum affirmare ſe raptū in corpore: ſed dixiſſe ſiue in cor
2.Corin.12.a. pore ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit. His z talibus ar-
gumentis apocryphas in libro eccleſie fabulas argue-
bat. Super qua re lectoris arbitrio iudiciū derelinquēs
illud admoneo non haberi danielem apud hebreos inter
prophetas ſed inter eos qui agyographa conſcripſerūt.
In tres ſiquidē partes omnis ab eis ſcriptura diuiditur
in legem: in prophetas z in agyographa. i. in quinqz z octo
z vndecim libros de quo nō eſt huius temporis diſſerere.
Quae autē ex hoc propheta: immo contra hunc librū por-
phirius obiiciat teſtes ſunt methodius: euſebius z apoli-
naris: qui multis verſuū milibus eius veſanie reſpōdētes
neſcio an curioſo lectori ſatiſfecerint. Unde obſecro vos o
paula z euſtochium fundatis pro me ad dominum preces
vt quādiu in hoc corpuſculo ſum ſcribā aliquid gratū vo-
bis: vtile eccleſie: dignū poſteris. Preſentiū quippe iudi
ciis oblatrantiū non ſatis moueor: qui in vtrāqz partē aut
amore labuntur aut odio.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit daniel propheta.

¶ Ca. Sū. De filiis captiuis quos elegit nabuchodono
ſor: z docet eos litteras chaldeorū de abſtinētia. Ca. I.

A Anno tertio regni ioa-
4.reg.24.b. chim regis iuda venit nabuchodonoſor rex ba
bylonis hieruſalē z obſedit eam et tradi-
dit dñs in manu eius ioachim regē iude:
z partem vaſorū domus dei: z aſportauit
ea in terrā ſennaar in domū dei ſui: z vaſa
al'+ ſapbant intulit in domū theſauri dei ſui. Et ait rex † arphaxat pre
poſito eunuchorū vt introduceret de filiis iſrael z de ſemi
ne regio z tyrannorum pueros in quibus nulla eſſet macu
la: decoros forma: z eruditos omni ſapiētia: cautos ſcien
tia: z doctos diſciplina z q̄ poſſent ſtare in palatio regis
vt doceret eos litteras z linguā chaldeoruz. Et cōſtituit
eis rex annonā per ſingulos dies de cibis ſuis z de vino
vnde bibebat ipſe vt enutriti tribus annis poſtea ſtarent
in cōſpectu regis. Fuerūt ergo inter eos de filiis iude. Da
B niel: ananias: miſael z azarias. Et impoſuit eis ppoſitus
al'+ ſidrach. eunuchorū noīa danieli balthaſar: ananie † ſidrac: miſaeli
miſac z azarie abdenago. Propoſuit autem daniel in cor
de ſuo ne pollueretur de mēſa regis: neqz de vino potus
eius: z rogauit eunuchorū prepoſitū ne contaminaret. De
dit autem deus danieli gratiā z miſericordiā in conſpectu
principis eunuchorū. Et ait princeps eunuchorum ad da
nielem. Timeo ego dñm meū regē qui cōſtituit vobis ci-
bum z potum. Qui ſi viderit vultus veſtros macilētiores
pre ceteris adoleſcētibus coeuis veſtris condēnabitis ca
C put meū regi. Et dixit daniel ad malaſar quē cōſtituerat
al'+ daniel princeps eunuchorū ſuper † danielē: ananiā: z miſaelē: et
azariā. Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decē z dē

tur nobis legumina ad veſcēdū: z aqua ad bibendū z cō
templare vultus noſtros et vultus puerorum qui veſcunt cibo
regio: z ſicut videris: facies cū ſeruis tuis. Qui audito ſer
mone huiuſcemodi tētauit eos diebus decez. Poſt dies
aūt decē apparuerūt vult' eorū meliores z corpulētiores
pre oibus pueris q̄ veſcebant cibo regio. Porro malaſſar
tollebat cibaria z vinū pot' eorū: dabatqz eis legumina.
Pueris autē his dedit de' ſcientiā z diſciplinā in oi libro
z ſapiētia: danieli autē intelligentiā oīm viſionū z ſomnio-
rum. Cōpletis itaqz dieb' poſt quos dixerat rex vt intro-
ducerentur: introduxit eos ppoſitus eunuchorū in cōſpe- D
ctu nabuchodonoſor. Cūqz eis locut' fuiſſet rex non ſunt
inuēti tales de vniuerſis vt daniel: ananias: miſael et aza-
rias. Et ſteterūt in cōſpectu regis z omne verbū ſapiētie
z intellectus qd̄ ſciſcitat' eſt ab eis rex: inuenit in eis decu
plum ſup cūctos ariolos z magos qui erāt in vniuerſo re
gno eius. Fuit autē daniel vſqz ad annū primū cyri regis.

¶ Ca. Sū. De ſomnio nabuchodonoſor qd̄ fugit ab eo:
de ſapientibus occidēdis: de oratione danielis z interpre
tatione ſomnij. Ca. II.

In anno ſcdo regni nabuchodonoſor vidit na- A
buchodonoſor ſomniū: z conterrit' eſt ſpūs ei'
z ſomniū eius fugit ab eo. Precepit aūt rex vt
cōuocarent arioli z magi z malefici z chaldei vt
indicarēt regi ſōnia ſua. Qui cū veniſſent ſteterūt corā re
ge z dixit ad eos rex. Uidi ſōniū z mēte cōfuſus ignoro qd
viderim. Rñderūtqz chaldei regi ſyriace. Rex in † ſempi- al'+ eterna
ternū viue. Dic ſomniū ſeruis tuis: z interpretatione eius
indicabim'. Et rñdēs rex ait chaldeis. Sermo receſſit a
me. Niſi indicaueritis mihi ſomniū z cōiecturā ei': peribi
tis vos: z dom' veſtre publicabant. Si aūt ſomniū et con
iecturā ei' narraueritis: pmia z dona z honores multi ac
cipietis a me. Somniū igit' z interpretationē ei' indicate
mihi. Rñderūt ſcdo atqz dixerunt. Rex ſomniū dicat ſer- B
uis ſuis: z interptationē ei indicabim'. Rñdit qz rex z ait
certe noui q tēpus redimitis ſciētes q receſſerit a me ſer
mo. Si ergo ſomniū nō indicaueritis mihi: vna eſt q vo-
bis ſnīa q interpretationē quoqz fallacē z deceptiōe ple-
nam cōpoſueritis vt loquamini mihi donec tps ptrāſeat.
Sōniū itaqz dicite mihi vt ſciā q interptationē quoqz ei'
verā loquamini. Rñdētes ergo chaldei corā rege dixerūt.
Nō eſt hō ſup terrā qui ſermonē tuū rex poſſit implere: ſz
neqz regū quiſq magn' z potēs verbū huiuſcemodi ſciſci
tatur ab oi ariolo z mago z chaldeo. Sermo em quem tu
queris rex grauis eſt nec reperiet quiſq qui indicet illū in
cōſpectu regis: exceptis diis quoz nō eſt cū hoib' conuer
ſatio. Quo audito rex in furore z in ira magna pcepit vt
perirēt oēs ſapiētes babylonis. Et egreſſa ſnīa ſapientes
interficiebant: querebaturqz daniel z ſocii eius vt perirēt.
Tūc daniel reqſiuit de lege atqz ſnīa ab arioch prīcipe mi
litie regis q egreſſus fuerat ad interficiēdos ſapiētes ba- C
bylonis. Et interrogauit eū qui a rege poteſtatez accepe
rat: quā ob cauſam tā crudelis ſnīa a facie regis cēt egreſ-
ſa. Cū ergo rē indicaſſet arioch danieli: daniel egreſſus ro
gauit regē vt tps daret ſibi ad ſolutionē indicandaz regi.
Et ingreſſus eſt domuz ſuam: ananieqz z miſaeli z azarie
ſociis ſuis indicauit negotiū vt quererēt miam a facie dei
celi ſup ſacramēto iſto: z nō perirēt daniel z ſocii eius cuz
ceteris ſapiētibus babylonis. Tūc danieli myſteriū p vi-
ſiōnē nocte reuelatū eſt. Et bñdixit daniel deū celi: z locu
tus ait. Sit nomen dñi benedictū a ſeculo et vſqz in ſecu-
lum: quia ſapiētia z fortitudo eius ſunt: z ipſe mutat tempo
ra z etates. Transfert regna atqz cōſtituit: dat ſapientiaz
ſapiētibus z ſcientiā: intelligētibus diſciplinā. Ipſe reue- D
lat profunda et abſcondita: et nouit in tenebris conſtituta
et lux cum eo eſt. Tibi deus patrum noſtrorum confiteor:
teqz laudo quia ſapientiaz z fortitudinem dediſti mihi: et
nunc

nunc oſtendiſti mihi que rogauimus te: qꝛ ſermonē regis
aperuiſti nobis. Poſt hec daniel ingreſſus ad arioth quē
conſtituerat rex vt perderet ſapiētes babylonis: ſic ei lo-
cutus eſt. Sapiētes babylonis ne perdas. Introduc me
in conſpectu regis: ⁊ ſolutionē regi narrabo. Tunc arioth
feſtinus introduxit danielē ad regem ⁊ dixit ei. Inueni ho
minem de filijs tranſmigrationis iude qui ſolutionē regi
annunciet. Reſpōdit rex et dixit danieli cui nomē erat bal
thaſar. Putas ne vere potes mihi indicare ſomniū quod
vidi ⁊ interpretationē eius? Et reſpondēs daniel coram re
ge ait. Myſterium quod rex interrogat ſapiētes magi, et
arioli ⁊ aruſpices nequeunt indicare regi: ſed eſt deus in
celo reuelans myſteria qui indicauit tibi rex nabuchodo-
noſoꝛ que ventura ſunt nouiſſimis tēporibus. Somnium
tuū ⁊ viſiones capitis tui in cubili tuo huiuſcemodi ſunt.
Tu rex cogitare cepiſti in ſtratu tuo quid eſſet futurū poſt
hec: et qui reuelat myſteria oſtendit tibi que vētura ſunt.
Mihi quoqꝫ non in ſapientia q̄ eſt in me pluſq̄ȝ in cunctis
viuentibus: ſacramentū hoc reuelatū eſt: ſed vt interpre-
tatio regi manifeſta fieret: et cogitationes mentis tue ſci-
res. Tu rex videbas: ⁊ ecce quaſi ſtatua vna grādis. Sta-
tua illa magna ⁊ ſtatura ſublimis ſtabat cōtra te: et intui-
tus eius erat terribilis. Huius ſtatue caput ex auro opti-
mo erat: pectus autem et brachia de argento: porro ven-
ter ⁊ femora ex ere: tibie autē ferree: pedū quedam pars
erat ferrea: quedā aūt fictilis. Videbas ita donec abſciſ-
ſus eſt lapis de monte ſine manibus et percuſſit ſtatuā in
pedibus eius ferreis ⁊ fictilibus ⁊ comminuit eos. Tunc
contrita ſunt pariter ferrū teſta es argentū et aurum et re
dacta quaſi in fauillā eſtiue aree que rapta ſunt vento: nul
luſqꝫ locus inuētus eſt eis. Lapis autē qui percuſſerat ſta
tuam factus eſt mons magnus: ⁊ impleuit vniuerſam ter-
ram. Hoc eſt ſomniū. Interpretationē quoqꝫ eius dicem⁹
coram te rex. Tu rex regum es: ⁊ deus celi regnum ⁊ forti
tudinem ⁊ imperiū ⁊ gloriā dedit tibi: ⁊ omnia in quibus
habitant filij hominum: ⁊ beſtie agri: volucres quoqꝫ celi
dedit in manu tua ⁊ ſub ditione tua vniuerſa cōſtituit. Tu
es ergo caput aureū. Et poſt te cōſurget regnū aliud mi-
nus te argenteū: ⁊ regnū tertium aliud ereum quod impe
rabit vniuerſe terre: ⁊ regnum quartum erit velut ferreū.
Quomodo ferrū cōminuit ⁊ domat omnia: ſic cōminuet
⁊ conteret omnia hec. Porro quia vidiſti pedū ⁊ digito-
rum partem teſteam figuli: ⁊ partem ferreā: regnum diui-
ſum erit quod tamen de plantario ferri orietur. Secundū
quod vidiſti ferrū mixtū teſte ex luto: ⁊ digitos pedū ex
parte ferreos: ⁊ ex parte fictiles: ex parte regnum erit ſo-
lidum ⁊ ex parte contritū. Quod autē vidiſti ferrū mixtū
teſte ⁊ luto: cōmiſcebuntur quidē humano ſemine ſed non
adherebunt ſibi: ſicuti ferrum miſceri non poteſt teſte. In
diebus autem regnoꝝ illoꝝ ſuſcitabit deus celi regnū
qđ in eternū nō diſſipabitur ⁊ regnum eius alteri populo
non tradetur. Cōminuet autē et conſumet vniuerſa regna
hec: ⁊ ipſum ſtabit in eternū. Secundū quod vidiſti quod
de monte abſciſus eſt lapis ſine manibus: ⁊ comminuit te-
ſtam ⁊ ferrum ⁊ es ⁊ argentum ⁊ aurū deus magnus oſtē
dit regi que ventura ſunt poſtea: et verum eſt ſomnium: et
fidelis interpretatio eius. Tunc rex nabuchodonoſoꝛ ce-
cidit in faciem ſuam: ⁊ danielem adorauit ⁊ hoſtias ⁊ incē
ſum precepit vt ſacrificarēt ei. Loquens ergo rex ait da-
nieli. Vere deus veſter deus deoꝝ eſt: ⁊ dominus regum
reuelans myſteria: quoniā tu potuiſti aperire hoc ſacra-
mentum. Tūc rex danielē in ſublime extulit ⁊ munera mul-
ta ⁊ magna dedit ei. Et conſtituit eum principē ſuper om-
nes prouincias babylonis ⁊ prefectū ⁊ magiſtrum ſuper
cunctos ſapientes babylonis. Daniel autem poſtulauit a
rege: et cōſtituit ſuper opera prouincie babylonis ſidrac
miſac ⁊ abdenago. Ipſe autē daniel erat in foribꝰ regis.

Marginal notes (left): D; In eodem. E; F; Infra eodem. 4.c. G

¶ Capituli Summariū. De ſtatua aurea quam adorari
precepit rex: quā quia non adorauerunt pueri miſſi ſunt in
fornacem: de oratione azarie: de cantico trium puerorum
⁊ de liberatione eorum: et qualiter a rege exaltati ſunt.

Capitulum. III.



NAbuchodonoſoꝛ rex fecit ſtatuam aureā A
altitudine cubitoꝝ ſexaginta: latitudine
cubitoꝝ ſex: ⁊ ſtatuit eam in campo durā:
prouincie babylonis. Itaqꝫ nabuchodo-
noſoꝛ rex miſit ad congregādos ſatrapas
magiſtratus ⁊ iudices † duces ⁊ tyrānos al's † et.
optimates ⁊ prefectos: omneſqꝫ principes regionū vt cō-
uenirent ad dedicationē ſtatue quam erexerat nabucho-
donoſoꝛ rex. Tunc congregati ſunt ſatrape magiſtratꝰ et
iudices: duces ⁊ tyranni et optimates qui erant in poteſta
tibus conſtituti: et vniuerſi principes regionum vt conue-
nirent ad dedicationem ſtatue quam erexerat nabucho-
donoſoꝛ rex. Stabant autē in conſpectu ſtatue quam po
ſuerat nabuchodonoſoꝛ rex: et preco clamabat valenter.
Vobis dicitur populis: tribubus ⁊ linguis in hora qua au
dieritis ſonitum tube ⁊ fiſtule ⁊ cithare ⁊ ſambuce ⁊ pſal-
terij ⁊ ſymphonie et vniuerſi generis muſicoꝝ cadentes
† adorate ſtatuam † aureā quam conſtituit nabuchodo- al's † adorare. al's † nō habet
noſoꝛ rex. Si quis autem non proſtratus adorauerit: ea- auream.
dem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Poſt hec
igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tube: et
fiſtule ⁊ cithare: ſambuce ⁊ pſalterij: ſymphonie et omnis
generis muſicoꝝ cadētes omnes populi tribus et lingue
adorauerūt ſtatuā auream quam cōſtituerat nabuchodo-
noſoꝛ rex. Statimqꝫ ⁊ in ipſo tēpore accedētes viri chal-
dei accuſauerūt iudeos dixeruntqꝫ nabuchodonoſoꝛ regi.
Rex in eternum viue. Tu rex poſuiſti decretum vt omnis B
homo qui audierit ſonitū tube: fiſtule ⁊ cithare: ſambuce Supra.2.a.
⁊ pſalterij ⁊ ſymphonie: ⁊ vniuerſi generis muſicoꝝ pro- Supra.2.b. Infra.6.b.
ſternat ſe ⁊ adoret ſtatuā aureā. Si quis autem non pro-
cidens adorauerit: mittatur in fornacem ignis ardentis.
Sunt ergo viri iudei quos conſtituiſti ſuper opera regio
nis babylonie † ſidrac miſac ⁊ abdenago: viri iſti cōtēpſe- al's † ſidrac.
runt rex decretū tuum. Deos tuos non colunt: et ſtatuam
aureā quam erexiſti non adorant. Tunc nabuchodonoſoꝛ
rex in furore ⁊ ira p̄cepit vt adducerētur ſidrac miſac ⁊ ab
denago. Qui cōfeſtim adducti ſunt in cōſpectu regis. Pro
nunciāſqꝫ nabuchodonoſoꝛ rex: ait eis. Vere ne ſidrac mi
ſac et abdenago deos meos non colitis: et ſtatuam au-
ream quam conſtitui non adoratis? Nunc ergo ſi eſtis pa
rati quacunqꝫ hora audieritis ſonitum tube: fiſtule: ci-
thare: ſambuce et pſalterij: et ſymphonie: omniſqꝫ gene-
ris muſicorum: proſternite vos et adorate ſtatuam quam
feci. Quod ſi non adoraueritis eadem hora mittemini in
fornacem ignis ardentis. Et quis eſt deus qui eripiat

vos de manu mea? Reſpondentes ſidrac miſac et abde-
nago: dixerūt regi nabuchodonoſor. Nō oportet nos de
hac re reſpōdere tibi. Ecce enī deus noſter quē colimus
C poteſt eripere nos de camino ignis ardētis: ⁊ de manib᷒
tuis o rex liberare. Quod ſi noluerit: notum ſit tibi rex qꝛ
deos tuos nō colimus: ⁊ ſtatuam aureā quam erexiſti nō
adoramus. Tunc nabuchodonoſor repletus eſt furore: et
aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper ſidrac: miſac: et
abdenago. Et precepit vt ſuccēderetur fornax ſeptuplum
ꝙ ſuccendi cōſueuerat: et viris fortiſſimis de exercitu ſuo
iuſſit vt ligatis pedibus ſidrac miſac et abdenago mitte-
rent eos in fornacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi
vincti cum brachis ſuis ⁊ thiaris ⁊ calciamētis ⁊ veſtib᷒
miſſi ſunt in mediū fornacis ignis ardentis. Nam iuſſio re
gis vrgebat. Fornax autem ſuccenſa erat nimis. Porro vi
ros illos qui miſerant ſidrac: miſac ⁊ abdenago interfecit
flamma ignis. Viri autē hi tres ideſt ſidrac: miſac ⁊ abde-
nago ceciderunt in medio camini ignis ardentis colliga-
Infra eodem. ti. ¶ Que ſequūtur in hebreis voluminibus non reppe-
ri. ¶ Et ambulabant in medio flamme laudātes deum et
benedicentes dño. Stans autem azarias orauit ſic. Ape-
rienſq; os ſuum in medio ignis ait. Benedictus es domi-
ne deus patrum noſtrorum: ⁊ laudabile ⁊ glorioſum nomen
tuum in ſecula: quia iuſtus es in omnib᷒ que feciſti nobis:
⁊ vniuerſa opera tua vera ⁊ vie tue recte: ⁊ oīa iudicia tua
vera. Iudicia enī vera feciſti iuſta omnia que induxiſti ſup
nos et ſuper ciuitatem ſanctam patrum noſtrorum hieru
ſalem: quia in veritate et in iudicio induxiſti omnia hec pro
3.Reg.8.c. pter peccata noſtra. Peccauimus enim et inique egimus
recedentes a te: et deliquimus in omnib᷒: et precepta tua
non audiuimus nec obſeruauimus nec fecim᷒ ſicut prece-
peras nobis vt bene nobis eſſet. Omnia ergo que induxi
ſti ſuper nos: et vniuerſa que feciſti nobis in vero iudicio
feciſti: et tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum
iniquorum et peſſimorum preuaricatorūq; et regi iniuſto
et peſſimo vltra omnem terram. Et nunc non poſſum᷒ ape
D rire os. Confuſio ⁊ opprobriū facti ſumus ſeruis tuis: et
al's opprobriū his qui colūt te. Ne queſumus tradas nos in † perpetuū
propter nomen tuum ⁊ ne diſſipes teſtamentū tuum: neq;
auferas miſericordiā tuam a nobis propter abraam dile-
ctum tuum: ⁊ iſaac ſeruū tuum: ⁊ iſrael ſanctū tuum: quib᷒
locutus es pollicens ꝙ multiplicares ſemē eorū ſicut ſtel-
las celi: et ſicut arenam que eſt in littore maris: qꝛ domine
imminuti ſumus pluſꝙ omnes gētes: ſumuſq; humiles in
vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra. Et nō eſt in
tempore hoc princeps ⁊ dux ⁊ propheta neq; holocauſtū
neq; ſacrificium: neq; oblatio: neq; incenſum: neq; locus
primitiarū coram te: vt poſſimus inuenire miſericordiam
tuam: ſed in animo contrito ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipia-
mur. Sicut in holocauſto arietum ⁊ taurorū: et ſicut in mi
libus agnorū pinguiū ſic fiat ſacrificiū noſtrum in conſpe-
ctu tuo hodie vt placeat tibi: quoniā non eſt confuſio con-
fidentibus in te. Et nunc ſequimur te in toto corde: ⁊ time
mus te: ⁊ querimus faciem tuam. Ne confundas nos ſed
fac nobiſcū iuxta manſuetudinē tuam: ⁊ ſm multitudinem
miſericordie tue. Et erue nos in mirabilib᷒ tuis ⁊ da glo-
riam nomini tuo dñe: ⁊ confundātur omnes qui oſtendūt
ſeruis tuis mala. Confundantur in omnipotētia tua: et ro
bur eorum conteratur ⁊ ſciant quia tu es dominus deus
E ſolus: ⁊ glorioſus ſuper orbem terrarum. Et non ceſſabāt
qui miſerant eos miniſtri regis ſuccendere fornacē napta
⁊ ſtuppa ⁊ pice ⁊ malleolis: ⁊ effundebatur flamma ſuper
fornacem cubitis quadragintanouem: ⁊ erupit ⁊ incendit
quos reperit iuxta fornacem de chaldeis. Angelus autē
domini deſcēdit cum azaria: ⁊ ſocijs eius in fornacem. Et
excuſſit flāmam ignis de fornace: ⁊ fecit medium fornacis
quaſi vētum roris flantē: ⁊ nō tetigit eos oīno ignis neq;

contriſtauit: nec quicꝙ moleſtie intulit. Tūc hi tres quaſi ex
vno ore laudabant: ⁊ glorificabāt: ⁊ benedicebāt deum in
fornace dicentes. Benedictus es dñe deus patrum no- Supra eodem
ſtrorum: et laudabilis ⁊ † glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſe al's ⁊ nō hꝫ glorioſus.
cula. Et benedictū nomen glorie tue ſanctū: ⁊ laudabile et
ſuperexaltatū in omnibus ſeculis. Benedictus es in tem
plo ſancto glorie tue: ⁊ ſuperlaudabilis et ſuperglorioſus
in ſecula. Benedictus es in throno regni tui: et ſuperlau-
dabilis ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus eſt qui in
tueris abiſſos et ſedes ſuper cherubin et laudabilis et ſu-
perexaltatus in ſecula. Benedictus es in firmamēto celi:
⁊ laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Benedicite omnia ope
ra dñi dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Bene-
dicite angeli dñi dño: laudate ⁊c. Bñdicite celi dño: laud.
Benedicite aque oēs que ſuper celos ſunt dño: lau. Be-
nedicite oēs virtutes dñi dño: lau. Benedicite ſol et luna Ps.148.
dño: lau. Benedicite ſtelle celi dño: lau. Benedicite † im-
ber ⁊ ros dño: lau. Benedicite oīs ſpiritus dei dño: laud. al's ⁊ omnis
Benedicite ignis ⁊ eſtus dño: laud. Benedicite frigus ⁊
eſtas dño: lau. Benedicite rores et † pruina dño: lau. Be F al's ⁊ pruina
nedicite gelu ⁊ frigus dño: laud. Benedicite glacies ⁊ ni-
ues dño: laud. Benedicite noctes et dies dño: lau. Bñdi
cite lux ⁊ tenebre domino: laud. Benedicite fulgura et nu-
bes dño: lau. Bñdicat terra dominū: laudet ⁊ ſuperexal-
tet eum in ſecula. Benedicite montes et colles dño: laud.
Benedicite vniuerſa germinantia in terra dño: laud. Be
nedicite fontes domino: laud. Benedicite maria et flumi-
na domino: laud. Benedicite cete ⁊ omnia que mouentur
in aquis domino: lau. Bedicite omnes volucres celi do-
mino: laudate. Bñdicite omnes beſtie ⁊ pecora dño: lau.
Bñdicite filij hominū dño: lau. Bñdicat iſrael dñm: lau-
det ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula. Benedicite ſacerdotes
domini dño: laud. Bñdicite ſerui dñi dño: lau. Bñdicite
ſpiritus ⁊ anime iuſtorū domino: lau. Benedicite ſancti ⁊
humiles corde domino: lau. Benedicite anania azaria mi
ſael domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Qui
eruit nos de inferno: ⁊ ſaluos fecit de manu mortis: et libe
rauit nos de medio ardētis flāme: ⁊ de medio ignis eruit
nos. Confitemini domino quoniā bonus: quoniā in ſecu-
lum miſericordia eius. Benedicite omnes religioſi domi-
no deo deorum: laudate ⁊ confitemini ei quia in omnia ſe-
cula miſericordia eius. ¶ Huculq; in hebreo non habe-
tur: et q̄ poſuim᷒ de theodotionis editione tranſlata ſunt.
¶ Tunc nabuchodonoſor rex obſtupuit: et ſurrexit pro-
pere: et ait optimatibus ſuis. Nonne tres viros miſimus
in medio ignis compeditos? Qui reſpondentes regi di-
xerunt. Vere rex. Reſpondit † rex et ait. Ecce ego video al's ⁊ nō hꝫ rex
quattuor viros ſolutos et ambulantes in medio ignis: et G
nihil corruptionis in eis eſt: et ſpecies quarti ſimilis filio
dei. Tunc acceſſit rex nabuchodonoſor ad hoſtium forna
cis ignis ardentis: et ait. Sidrac miſac et abdenago ſerui
dei excelſi: vini egredimini ⁊ venite. Statimq; egreſſi ſunt
ſidrac miſac et abdenago de medio ignis. Et congregati
ſatrape et magiſtratus et iudices et potentes regis con-
templabantur viros illos: quoniam nihil poteſtatis ha-
buiſſet ignis in corporibus eorum: et capillus capitis eo-
rum non eſſet aduſtus: etiam ſaraballa eorum non fuiſſent
immutata: et odor ignis non tranſiſſet per eos. Et erum-
pens nabuchodonoſor ait. Benedictus deus deorum ſi-
drac † videlicet miſac et abdenago: qui miſit angelū ſuū:
et eruit ſeruos ſuos qui crediderūt in eum: ⁊ verbū regis al's ⁊ nō hꝫ videlicet.
immutauerūt: et tradiderunt corpora ſua ne ſeruirēt et ne
adorarent omnē deum excepto deo ſuo. A me ergo poſitū
eſt hoc decretū: vt omnis populus tribus ⁊ lingua: que-
cunq; locuta fuerit blaſphemiā contra deum ſidrac: miſac
⁊ abdenago diſpereat. ⁊ dom᷒ eius vaſtetur: Neq; enī eſt
alius deus q̄ poſſit ita ſaluare. Tunc rex promouit ſidrac
miſac

miſac ⁊ abdenago in prouincia babylonis. Nabuchodo-
noſor rex omnibus populis gentibus et linguis qui habi- impera
tant in vniuerſa terra pax vobis multiplicetur. Signa et
mirabilia fecit apud me deus excelſus. Placuit ergo mihi
predicare ſigna eius quia magna ſunt: ⁊ mirabilia eius q̃
fortia: ⁊ regnum eius: quia regnũ ſempiternũ: ⁊ poteſtas
eius in generatione ⁊ generationem.

Ca. Sũ. Aliud ſomniũ regis ⁊ de interpretatione da-
nielis: de amiſſione regni ⁊ habitatione eius cum beſtijs:
comeditq; fenum vt bos: ⁊ reſtitutione propter peniten-
tiam regis: ⁊ de arbore. Ca. IIII.

A Ego nabuchodonoſor quietus eram in domo
mea: et florens in palatio meo. Somniũ vidi
quod perterruit me: ⁊ cogitatiões mee in ſtra
tu meo: ⁊ † viſiones capitis † mei conturbaue- + viſio. nõ habet
runt me. Et per me propoſitum eſt decretum vt introdu-
cerentur in conſpectu meo cuncti ſapientes babylonis: et
vt ſolutionem ſomnij indicarent mihi. Tũc ingredieban-
tur arioli: magi: chaldei ⁊ aruſpices: ⁊ ſomniũ narraui in
cõſpectu eorum: ⁊ ſolutionẽ eius non indicauerunt mihi:
donec collega ingreſſus eſt in cõſpectu meo daniel: cui no
men balthaſar ſm nomẽ dei mei qui habet ſpiritũ deorum
ſanctorũ in ſemetipſo: et ſomniũ coram ipſo locutus ſum.
Balthaſar princeps ariolorũ: quoniã ego ſcio q̃ ſpiritũ
ſanctorũ deorum habeas in te: ⁊ omne ſacramentũ nõ eſt
B impoſſibile tibi: viſiones ſomniorũ meorũ quas vidi: ⁊ ſo-
lutionẽ earum narra. Viſio capitis mei in cubiculo meo.
Videbam: et ecce arbor in medio terre: ⁊ altitudo eius ni
mia. Magna arbor ⁊ fortis et proceritas eius contingẽs
celum. Aſpectus illius erat vſq; ad terminos vniuerſe ter
re. Folia eius pulcherrima ⁊ fructus eius nimius: et eſca
vniuerſorũ in ea. Subter eam habitabant animalia ⁊ be-
ſtie: et in ramis eius conuerſabãtur volucres celi: ⁊ ex ea
veſcebatur omnis caro. † Videbã in viſione capitis mei + videbã.
ſuper ſtratũ meũ: ⁊ ecce vigil ⁊ ſanctus de celo deſcendit:
clamauit fortiter et ſic ait. Succidite arborẽ et precidite
ramos eius: ⁊ excutite folia eius: ⁊ diſpergite fruct⁹ eius
fugiant beſtie que ſubter eam ſunt: ⁊ volucres celi de ra-
mis eius. Veruntamen germen radicũ eius integra ſinite:
et alligetur vinculo ferreo ⁊ ereo in herbis que foris ſunt
et rore celi tingatur ⁊ cum feris pars eius in herba ter-
C re. Cor eius ab humano cõmutetur: ⁊ cor fere detur ei: et
ſeptem tempora mutentur ſuper eum. In ſententia vigilũ
decretum eſt: ⁊ ſermo ſanctorũ ⁊ petitio donec cognoſcãt
viuentes: quoniã dominatur excelſus in regno hominũ: ⁊
cuicũq; voluerit dabit illud: ⁊ humilimũ hominẽ † conſti- + cõſtituet eum.
tuerit ſuper eum. Hoc ſomniũ vidi ego nabuchodonoſor
rex. Tu ergo balthaſar interpretationẽ narra feſtinus: q2
omnes ſapientes regni mei non queunt ſolutionẽ edicere
mihi. Tu autem potes: quia ſpiritus deorũ ſanctorũ in te
eſt. Tunc daniel † cuius nomen balthaſar cepit intra ſeme
tipſum tacitus cogitare quaſi vna hora: et cogitationes
eius conturbabant eum. Reſpondẽs autem rex ait. Bal-
D thaſar ſomniũ ⁊ interpretatio eius non cõturbẽt te. Re-
ſpondit balthaſar et dixit. Domine mi ſomnium his qui
te oderunt: et † interpretatio eius hoſtibus tuis ſit. Arbo + interpretatio.
rem quam vidiſti ſublimẽ atq; robuſtam: cuius altitudo
pertingit ad celum: ⁊ aſpectus illius in omnem terram: et
rami eius pulcherrimi ⁊ fructus eius nimius: et eſca om-
nium in ea: ſubter eam habitantes beſtie agri: et in ramis
eius cõmorantes aues celi: tu es rex † qui magnificatus + quia.
es ⁊ inualuiſti: ⁊ magnitudo tua creuit ⁊ peruenit vſq; ad
celum et poteſtas tua in terminos vniuerſe terre. Quod
autem vidit rex vigilem ⁊ ſanctum deſcẽdere de celo et di
cere: ſuccidite arborem ⁊ diſſipate illam: attamen germen
radicum eius in terra dimittite et vinciatur ferro et ere in
herbis foris: et rore celi conſpergatur et cum feris ſit pa-
bulum eius donec ſeptem tempora mutentur ſuper eum.
Hec eſt interpretatio ſententie altiſſimi: que peruenit ſu- E
per dominũ meum regem. Eijcient te ab hominibus: ⁊ cũ
beſtijs feriſq; erit habitatio tua: et fenũ vt bos comedes
⁊ rore celi infunderis. Septem quoq; tempora mutabun Job. 40. b.
tur ſuper te donec ſcias quod dominetur excelſus ſup re- Infra. 5. f.
gnum hominũ ⁊ cuicunq; voluerit det illud. Quod autem Infra eodem.
precepit vt relinqueretur germen radicũ eius id eſt arbo-
ris regnũ tuum tibi manebit poſtq̃ cognoueris poteſta-
tem eſſe celeſtem. Quãobrem rex conſilium meũ placeat
tibi: ⁊ peccata tua elemoſynis redime et iniquitates tuas
miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet deus delictis
tuis. Omnia † hec venerũt ſuper nabuchodonoſor regẽ. + nõ habet hec.
Poſt finem menſiũ duodecim in aula babylonis deambu F
labat. Reſpõditq; rex ⁊ ait. Nõne hec eſt babylõ ciuitas
magna quam ego edificaui in domũ regni in robore forti-
tudinis mee: ⁊ in gloria decoris mei? Cũq; ſermo adhuc
eſſet in ore regis vox de celo ruit. Tibi dicitur nabuchodo Supra eodem.
noſor rex. Regnum tuum tranſibit a te: et ab hominibus
eijcient te: et cum beſtijs et feris erit habitatio tua fenum
quaſi bos comedes ⁊ ſeptem tẽpora mutabuntur ſuper te
donec ſcias q̃ dominetur excelſus in regno hominũ: ⁊ cui
cunq; voluerit det illud. Eadem hora ſermo complet⁹ eſt
ſuper nabuchodonoſor: et ex hominibus abiectus eſt: et
fenum vt bos comedit: ⁊ rore celi corpus eius infectũ eſt
donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarũ creſcerent et
vngues eius quaſi vngues auium. Igitur poſt finem die- G
rum ego nabuchodonoſor oculos meos ad celum leuaui:
⁊ ſenſus meus redditus eſt mihi ⁊ altiſſimo benedixi: ⁊ vi
uentem in ſempiternũ laudaui ⁊ glorificaui: quia poteſtas
ei⁹ poteſtas ſempiterna: et regnum eius in generatione ⁊
generationẽ: ⁊ oẽs habitatores terre apud eũ in nihilũ Infra 7. d.
reputati ſunt. Iuxta voluntatẽ eñ ſuam † facit tam in vir- + facit. 17. q. 7. c. mirẽ
tutibus celi q̃ in habitatoribus terre ⁊ non eſt qui reſiſtat 25. q. 5. c. 1.
manui eius et dicat ei: quare feciſti. In ipſo tempore ſen- 26. q. 5. c. 1.
ſus meus reuerſus eſt ad me: ⁊ ad honorẽ regni mei deco- De peni. di. 1. c. denique et in c.
remq; perueni: et figura mea reuerſa eſt ad me: ⁊ optima- quãobrem.
tes mei ⁊ magiſtrat⁹ mei requiſierunt me: ⁊ in regno meo
reſtitut⁹ ſum et magnificẽtia mea amplior addita eſt mihi.
Nunc igitur ego nabuchodonoſor laudo et magnifico et
glorifico regem celi: quia oĩa opera eius vera: ⁊ oẽs vie
eius iudicia ⁊ gradiẽtes in ſuperbia poteſt humiliare.

Capituli Summariũ. Balthaſar bibens in vaſis tem
pli: vidit manum ſcribentem in pariete: mane thetel pha-
res: et iuxta interpretationẽ danielis perdidit regnum et
ſucceſſit ei darius.

Capitulum. V.

Balthaſar rex fecit grande conuiuium optima- A
tibus ſuis mille ⁊ vnuſquiſq; ſcdm ſuam bibe-
bat etatem. Precepit ergo iam temulentus: vt
afferrentur vaſa aurea ⁊ argentea: que aſporta
uerat nabuchodonoſor pater eius de templo quod fuit in
hieruſalem: vt biberent in eis rex et optimates eius: vxo-
reſq; eius et concubine. Tunc allata ſunt vaſa aurea que
aſportauerat de tẽplo quod fuerat in hieruſalẽ † et bibe + vt biberẽt
runt in eis rex et optimates eius vxores et cõcubine illi⁹.
Bibebant vinum et laudabant deos ſuos aureos: argen
teos et ereos: ferreos ligneos ⁊ lapideos. In eadem ho-
ra apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribẽtis cõ B
tra candelabrum in ſuperficie parietis aule regie. Et rex
aſpiciebat articulos manus ſcribentis. Tunc facies regis
commuta eſt et cogitationes eius conturbabant eum: et
compages renum eius ſoluebantur et genua eius ad ſein-
uicem collidebant. Exclamauit itaq; rex fortiter vt intro- Nota ſigna hominis qui territus eſt
ducerent magos: chaldeos et aruſpices. Et proloquens
rex ait ſapientibus babylonis. Quicunq; legerit ſcriptu-
ram hanc: et interpretationem eius manifeſtam mihi fe-

cerit:purpura veſtietur:⁊ torquem aureā habebit in col-
lo:⁊ tertius in regno meo erit. Tunc ingreſſi oēs ſapiētes
regis non potuerūt nec ſcripturā legere:nec interpreta-
C tionem eius indicare regi. Unde rex balthaſar ſatis con-
turbatus eſt:et vultus illius immutatus eſt. Sed et opti-
mates eius turbabātur. Regina autē pro re que accide-
rat regi et optimatibus eius domū conuiuij ingreſſa eſt:et
Supra.2.a.⁊ ſupra.3.b.⁊.infra 6.b. proloquens ait. Rex in eternū viue. Nō te conturbent co
gitatiōes tue:neqꝫ facies tua immutetur. Eſt vir in regno
tuo qui ſpiritū deorum ſanctorū habet in ſe:et in dieb' pa-
tris tui ſcientia ⁊ ſapiētia inuente ſunt in eo. Nā ⁊ rex na
buchodonoſor pater tuus principē magorum incantato-
al's ✝ ſermonū. al's ✝ nō hꝫ ⁊ rum chaldeorū ⁊ aruſpicum conſtituit eum: Pater inquā
tuus o rex:quia ſpiritus amplior ⁊ prudentia intelligen-
tiaqꝫ ⁊ interpretatio ✝ ſomniorū ✝ et oſtenſio ſecretorū ac-
D ſolutio ligatorum inuente ſunt in eo:hoc eſt in daniele:cui
rex poſuit nomen balthaſar. Nunc itaqꝫ daniel vocetur ⁊
interpretationē narrabit. Igitur introductus eſt daniel
coram rege. Ad quem prefatus rex ait. Tu es daniel de fi-
lijs captiuitatis iude:quem adduxit pater meus rex de iu
dea: Audiui de te quoniā ſpiritū deorum habeas:⁊ ſcien-
tia intelligentiaqꝫ ac ſapiētia ampliores inuente ſunt in te.
Et nunc introgreſſi ſunt in conſpectu meo ſapientes magi
vt ſcripturam hanc legerent:⁊ interpretationē eius indi-
carent mihi:⁊ nequiuerūt ſenſum huius ſermonis edice-
re. Porro ego audiui de te ꝙ poſſis obſcura interpretari
⁊ ligata diſſoluere. Si ergo vales ſcripturam legere et in
terpretationē eius indicare mihi:purpura veſtieris ⁊ tor-
quem auream circa collum tuum habebis:⁊ tertius in re-
E gno meo princeps eris. Ad que reſpondens daniel ait co
ram rege. Munera tua ſint tibi:⁊ dona domus tue alteri
da:ſcripturā autem legam tibi rex:⁊ interpretationē eius
oſtendam tibi. O rex:deus altiſſimus regnum ⁊ magnifi-
centiam gloriam ⁊ honorē dedit nabuchodonoſor patri
tuo:et propter magnificentiā quā dederat ei vniuerſi po-
puli tribus ⁊ lingue tremebant et metuebant eum. Quos
volebat interficiebat:quos volebat percutiebat:quos
volebat exaltabat:et quos volebat humiliabat. Quando
autem eleuatum eſt cor eius et ſpiritus illus obfirmatus
eſt ad ſuperbiam:depoſitus eſt de ſolio regni ſui:⁊ gloria
F eius ablata eſt:et a filijs hominum eiectus eſt. Sed et cor
Supra.4.c. eius cum beſtijs poſitum eſt:⁊cum onagris erat habita-
tio eius. Fenum quoqꝫ vt bos comedebat:et rore celi cor
pus eius infectū eſt donec cognoſceret ꝙ poteſtatem ha-
beret altiſſimus in regno hominū et quēcūqꝫ voluerit ſu-
ſcitabit ſuper illud. Tu quoqꝫ filius eius balthaſar non hu
miliaſti cor tuum cum ſcires hec omnia:ſed aduerſum do-
minatorem celi eleuat' es. Et vaſa domus eius allata ſunt
coram te:et tu ⁊ optimates tui ⁊ vxores tue et concubine
tue vinum bibiſtis in eis. Deos quoqꝫ argenteos et au-
G reos ⁊ ereos ferreos ligneoſqꝫ ⁊ lapideos qui non vident
neqꝫ audiunt neqꝫ ſentiunt laudaſti. Porro deum qui ha-
bet flatum tuum in manu ſua:et omnes vias tuas non glo
rificaſti. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus man' que ſcri
pſit hoc quod exaratum eſt. Hec eſt autem ſcriptura que
12.q.2.c. aurum de ver.ſig.c.2. de.cōſe. diſt.2.c. veſtimenta. digeſta eſt. Mane techel phares. Et hec interpretatio
ſermonis. Mane numerauit deus regnum tuum et com-
pleuit illud. Thecel appenſus es in ſtatera:et inuentus es
minus habens. Phares:diuiſum eſt regnum tuū:et datū
eſt medis ⁊ perſis. Tunc iubente rege indutus eſt daniel
purpura:et circundata eſt torques aurea collo eius:⁊ pre
dicatum eſt de eo ꝙ haberet poteſtatem tertius in regno
ſuo. Eadem nocte interfectus eſt balthaſar rex chaldeus
et darius medus ſucceſſit in regnum annos natus ſexagin
taduos.

¶ Ca. Sū. Satrape accuſant regi dario danielē: miſſus
eſt in lacum leonum:⁊ a dño liberatus. Ca. VI.

Placuit dario ⁊ conſtituit ſuper ✝ regnum ſatra A
pas centum viginti vt eſſent in toto regno ſuo al. ✝ regni.
et ſuper eos principes tres ex quibus daniel
vnus erat vt ſatrape illis redderent rationem ⁊
rex non ſuſtineret moleſtiā. Igitur daniel ſuperabat om-
nes principes ⁊ ſatrapas:quia ſpiritus dei amplior erat
in illo. Porro rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne
regnum. Unde principes et ſatrape querebant occaſionē
vt inuenirent danieli ex latere regis:nullāqꝫ cauſam et ſu-
ſpitionem reperire potuerūt:eo ꝙ fidelis eſſet:et omnis
culpa ⁊ ſuſpitio non inueniretur in eo. Dixerunt ergo viri B
illi. Non inueniemus danieli huic aliquam occaſionē:niſi
forte in lege dei ſui. Tunc principes et ſatrape ſurripuerūt Supra.2.a. Supra.3.b.
regi:⁊ ſic locuti ſunt ei. Dari rex ineternū viue. Conſilium Supra.5.c. Infra eodem
inierunt omnes principes regni tui:magiſtratus et ſatra- al's ✝ imperatoria.
pe ſenatores ⁊ iudices vt decretum ✝ imperatorium exeat
⁊ edictum:vt omīs qui petierit aliquam petitionem a quo
cunqꝫ deo ⁊ homine vſqꝫ ad triginta dies niſi a te rex:mit
tatur in lacum leonum. Nunc itaqꝫ rex confirma ſenten-
tiam:et ſcribe decretū vt non immutetur quod ſtatutum
eſt a medis ⁊ perſis:nec preuaricari cuiꝙ liceat. Porro C
rex darius propoſuit edictum et ſtatuit. Quod cum da-
niel compeiſſet:ideſt conſtitutā legem:ingreſſus eſt do-
mum ſuam ⁊ feneſtris apertis in cenaculo ſuo contra hie-
ruſalem tribus tēporib' in die flectebat genua ſua ⁊ ado-
rabat:confitebaturqꝫ corā deo ſuo ſicut ⁊ ante facere con
ſueuerat. Uiri ergo illi curioſius inquirentes inuenerunt
danielē orantem ⁊ obſecrantē deum ſuum. Et accedentes
locuti ſunt regi ſuper edicto. Rex numquid non conſtitui-
ſti vt omnis homo qui rogaret quemꝙ de dijs ⁊ homini D
bus vſqꝫ ad dies triginta niſi a te rex mitteretur in lacum
leonū? Ad quos reſpondēs rex ait. Uerus eſt ſermo iuxta
decretum medorū atqꝫ perſarū:quod preuaricari non li-
cet. Tunc reſpondētes dixerunt coram rege. Daniel de fi
lijs captiuitatis iude non curauit de lege tua:et de edicto
quod conſtituiſti:ſed tribus tēporibus per diem orat ob-
ſecratione ſua. Quod verbū cum audiſſet rex:ſatis contri
ſtatus eſt ⁊ pro daniele poſuit cor vt liberaret eum:⁊ vſqꝫ
ad occaſum ſolis laborabat vt erueret illum. Uiri autē illi
intelligentes regem dixerunt ei. Scito rex quia lex medo
rum atqꝫ perſarum eſt vt omne decretū quod cōſtituerit
rex non liceat immutari. Tunc rex precepit ⁊ adduxerunt
danielē ⁊ miſerunt eum in lacum leonū. Dixitqꝫ rex danie
li. Deus tuus quē colis ſemper ipſe liberabit te. Allatuſqꝫ
eſt lapis vnus ⁊ poſitus eſt ſuper os laci:quem obſigna- E
uit rex anulo ſuo ⁊ anulo optimatū ſuorum:ne quid fieret Infra.14.c.
contra danielem. Et abijt rex in domum ſuam ⁊ dormiuit
incenatus:cibiqꝫ non ſunt allati coram eo:inſuper ⁊ ſom-
nus receſſit ab eo. Tunc rex primo diluculo conſurgēs fe-
ſtinus ad locum leonum perrexit. Appropinquanſqꝫ la-
cui:danielem voce lacrimabili inclamauit:et affatus eſt
eum. Daniel ſerue dei viuētis:deus tuus cui tu ſeruis ſem Dat.2.f.
per:putaſne valuit te liberare a leonibus? Et daniel regi F
reſpondens ait. Rex ineternū viue. Deus meus miſit an- Supra.2.a. et.3.b.⁊.5.c.
gelum ſuum ⁊ concluſit ora leonum ⁊ non nocuerunt mihi Supra eodem
quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me. Sed et coram te
rex delictum non feci. Tunc vehementer rex gauiſus eſt ſu
per eo:et danielem precepit educi de lacu. Eductuſqꝫ eſt
daniel de lacu:⁊ nulla leſio inuenta eſt in eo:quia credidit
deo ſuo. Iubente autē rege adducti ſunt viri illi qui accu
ſauerunt danielem et in lacum leonum miſſi ſunt ipſi et fi-
lij et vxores eorum:et non peruenerunt vſqꝫ ad pauimen-
tum laci donec arriperent eos leones:⁊ omnia oſſa eorum G
comminuerunt. Tunc darius rex ſcripſit vniuerſis populis:
tribubus et lignis habitantibus in vniuerſa terra. Pax
vobis multiplicetur. A me ergo conſtitutum eſt decretum
vt in vniuerſo imperio ⁊ regno meo tremiſcant ⁊ paueant
deum

deum danielis. Ipſe eſt enim deus viuens ⁊ eternus in ſe-
cula: et regnū eius non diſſipabitur: et poteſtas eius vſqꝫ
in eternum. Ipſe liberatoꝛ eſt atqꝫ ſaluatoꝛ faciens ſigna ⁊
[illegible] leonum. mirabilia in celo et in terra: qui liberauit danielem de † la
cu leonum. Poꝛro daniel perſeuerauit vſqꝫ ad regnum da
rij regnumqꝫ cyꝛi perſe.



Capitu. Sum. Viſio quatuoꝛ animalium in figura qua
tuoꝛ regnoꝛum: de antiquo dierum: de auditu filij hoīs: et
de antichꝛiſto et iudicio. Ca.VII.

A Nno pꝛimo balthaſar regis babylōis da
niel ſomnium vidit. Viſio autē capitis eiꝰ
in cubili ſuo. Et ſomnium ſcribens breui
ſermone compꝛehendit: ſummatimqꝫ per
ſtringens ait. Videbam in viſione mea no
cte. Et ecce quatuoꝛ venti celi pugnabant
in mari magno. et quattuoꝛ beſtie grādes
aſcendebant in mari diuerſe inter ſe. Pꝛima quaſi leena:
et alas habebat aquile. Aſpiciebam donec euulſe ſunt ale
B eius: et ſublata eſt de terra: ſuper pedes quaſi homo ſte-
tit: et coꝛ eius datum eſt ei. Et ecce beſtia alia ſimilis vꝛſo:
in parte ſtetit et tres oꝛdines erant in oꝛe eius et in denti-
[illegible] eodem. bus: et ſic dicebant ei. Surge comede carnes plurimas.
Poſt hec aſpiciebam ⁊ ecce alia quaſi pardus: ⁊ alas ha
bebat quaſi auis quatuoꝛ ſup ſe. Et quatuoꝛ capita erant
in beſtia: et poteſtas data eſt ei. Poſt hec aſpiciebam in
viſione noctis. et ecce beſtia quarta terribilis atqꝫ mira-
bilis ⁊ foꝛtis nimis. Dētes ferreos habebat magnos co-
C medens atqꝫ comminuens: ⁊ reliqua pedibus ſuis concul
cans. Diſſimilis autem erat ceteris beſtijs quas videram
ante eam: et habebat coꝛnua decem. Conſiderabam coꝛ-
nua: ⁊ ecce coꝛnu aliud paruulum oꝛtum eſt de medio coꝛnuū
et tria de coꝛnibus pꝛimis euulſa ſunt a facie eius. Et ecce
oculi quaſi oculi hominis erant in coꝛnu iſto: et os loquēs
ingentia. Aſpiciebam donec thꝛoni poſiti ſunt: ⁊ antiquus
[illegible] flamma a. dierum ſedit. Veſtimentum eius candidum quaſi nix: ⁊ ca-
[illegible] currus. pilli capitis eius quaſi lana munda. Thꝛonus eius † flam-
D me ignis † rote eius ignis accenſus: fluuius igneus ra-
pidusqꝫ egrediebatur a facie eius. Milia miliū miniſtra-
[illegible] eodem. bant ei. et decies † centena milia aſſiſtebant ei. Iudicium
ſedit et libꝛi aperti ſunt. Aſpiciebam pꝛopter vocē ſermo
num grandium quos coꝛnu illud loquebatur. Et vidi quo-
niā interfecta eſſet beſtia: ⁊ periſſet coꝛpus eius: ⁊ traditū
eſſet ad comburendum igni: aliarum quoqꝫ beſtiarum ab-
lata eſt poteſtas: et tēpoꝛa vite conſtituta eſſent ei, vſqꝫ ad
tempus et tēpus. Aſpiciebam ergo in viſione noctis: et ec
ce cum nubibus celi quaſi filius hominis veniebat: et vſqꝫ
ad antiquum dierū peruenit: et in conſpectu eiꝰ obtulerūt
E [illegible] 6. eum. Et dedit ei poteſtatē ⁊ honoꝛem ⁊ regnū ⁊ omnes po
puli tribus ⁊ lingue ipſi ſeruient. Poteſtas eius poteſtas
eterna q̄ nō auferet: ⁊ regnū eius qđ nō coꝛrūpet. Hoꝛruit
ſpūs meꝰ. Ego daniel territꝰ ſum in his ⁊ viſiones capitis
mei cōturbauerūt me. Acceſſi ad vnū de aſſiſtētibꝰ: ⁊ veri
tatē q̄rebāt ab eo de oībus his. Qui dixit mihi interpꝛe
tationē ſermonū: ⁊ docuit me. He quattuoꝛ beſtie magne
quattuoꝛ ſunt regna q̄ cōſurgēt de terra. Suſcipiēt autē
regnum ſancti dei altiſſimi: ⁊ obtinebūt regnum vſqꝫ in ſe
culū ⁊ in ſeculū ſeculoꝛū. Poſt hoc volui libenter diſce
re de beſtia quarta que erat diſſimilis valde ab omnibꝰ ⁊
terribilis nimis. Dentes et vngues eius ferrei comede-
bat et comminuebat: et reliqua pedibus ſuis conculca- F
bat. Et de coꝛnibus decem que habebat in capite et de
aliquo quod oꝛtum fuerat ante quod ceciderat tria coꝛ-
nua: et de coꝛnu illo quod habebat oculos et os loquens
grandia et maius erat ceteris. Aſpiciebam ⁊ ecce coꝛnu il
lud faciebat bellū aduerſus ſanctos: et pꝛeualebat eis do
nec venit antiquus dierum: et iudiciū dedit ſanctis excel-
ſi: et tempus aduenit: ⁊ regnum obtinuerunt ſancti. Et ſic
ait beſtia quarta regnum quartum erit in terra quod ma-
ius erit omnibus regnis: ⁊ deuoꝛabit vniuerſam terram ⁊
cōculcabit et cōminuet eam. Poꝛro coꝛnua decem ipſius
regni decem reges erunt: ⁊ alius conſurget poſt eos: ⁊ ipſe G
potentioꝛ erit pꝛioꝛibus et tres reges humiliabit. Et ſer-
mones contra excelſum loquet: et ſanctos altiſſimi conte-
ret. Et putabit q̄ poſſit mutare tempoꝛa et leges: ⁊ tradē
tur in manu eius vſqꝫ ad tēpus ⁊ tēpoꝛa ⁊ dimidiū tempo-
ris. Et iudicium ſedebit vt auferatur potētia: ⁊ conteratur ⁊
diſpereat vſqꝫ in finem. Regnum autem ⁊ poteſtas et ma-
gnitudo regni que eſt † ſubter omne celum detur popu- al's ✝ ſuper.
lo ſanctoꝛum altiſſimi: cuius regnum: regnum ſempiter- Luce.1.c.
num eſt: et omnes reges ſeruient ei et obedient. Huiuſqꝫ
finis verbi. Ego daniel multum cogitationibus meis con
turbabar: et facies mea mutata eſt in me: verba autem in
coꝛde meo conſeruaui.



Capitu. Sum. De ariete et hyꝛco: et interpꝛetationibꝰ
arietis et hyꝛci. Capi.VIII.

A Nno tertio regni balthaſar regis. viſio appa- A
ruit mihi. Ego daniel poſt id quod videram in
pꝛincipio, vidi in viſione mea cum eſſem in ſuſis
caſtro quod eſt in helā † regione. Vidi autē in al's ✝ ciuitates.
viſione eſſe me ſuper poꝛtā vlai: ⁊ leuaui oculos meos ⁊ vi
di. Et ecce aries vnus ſtabat ante paludem habēs coꝛnua
excelſa: ⁊ vnum excelſius altero atqꝫ ſuccreſcens. Poſtea
vidi arietem coꝛnibus ventilantem cōtra occidentem ⁊ cō
tra aquilonem ⁊ contra meridiē ⁊ omnes beſtie non pote-
rant reſiſtere ei neqꝫ liberari de manu eius. Fecitqꝫ ſecun B
dum voluntatē ſuā: ⁊ magnificatꝰ eſt. Et ego intelligebā.
Ecce autē hyꝛcus caprarū veniebat ab occidēte ſuper fa-
ciem totius terre: ⁊ non tangebat terram. Poꝛro hyꝛcus
habebat coꝛnu inſigne inter oculos ſuos: et venit vſqꝫ ad
arietē illū coꝛnatū quā viderā ſtantē ante poꝛtā: ⁊ cucur-
rit ad eum in impetu foꝛtitudinis ſue. Cūqꝫ appꝛopinquaſ-
ſet pꝛope arietem efferatus eſt in eum: ⁊ percuſſit arietē et
cōminuit duo coꝛnua eius: ⁊ non poterat aries reſiſtere ei

Cumq; miſiſſet eũ in terrã cõculcauit ⁊ nemo quibat libe
rare arietem de manu eius. Hyrcus aũt caprarũ magn⁹
factus eſt nimis. Cũq; creuiſſet fractũ eſt cornu magnum
ei orta ſunt quattuor cornua ſubter illud p quattuor ven
tos celi de vno autem ex eis egreſſum eſt cornu vnũ modi
cum et factum eſt grande cõtra meridiẽ ⁊ cõtra orientes
et cõtra fortitudinẽ. Et magnificatum eſt vſq; ad fortitu
dinem celi: ⁊ deiecit de fortitudine ⁊ de ſtellis. ⁊ cõculcauit
eas. Et vſq; ad principẽ fortitudinis magnificatũ eſt: ⁊ ab
eo tulit iuge ſacrificiũ: et deiecit locum ſanctificatiõis ei⁹.
al's ✠ nõ h3 ei. Robur aũt datũ eſt † ei cõtra iuge ſacrificiũ propter pec
D cata: ⁊ pſternetur veritas in terra: ⁊ pſperabit et faciet.
Et audiui vnũ de ſctis loquẽtẽ ⁊ dixit vn⁹ ſctũs alteri ne
ſcio cui loquẽti. Vſq; quo viſio ⁊ iuge ſacrificiũ ⁊ peccatũ
al's ✠ nõ h3 dies deſolationis q̃ facta eſt ⁊ ſanctuariũ ⁊ fortitudo cõculca
bitur? Et dixit ei. Vſq; ad veſperã ⁊ mane † dies duo mi
Infra.9.f. lia trecẽti: ⁊ mundabitur ſanctuariũ. Factũ eſt autem cũ
E viderem ego daniel viſionẽ ⁊ quererẽ intelligẽtiã ecce ſte
tit in cõſpectu meo quaſi ſpecies viri. Et audiui vocẽ viri
inter vlai ⁊ clamauit ⁊ ait. Gabriel fac itelligere iſtã viſionẽ
Et venit et ſtetit iuxta vbi ego ſtabã. Cũq; veniſſet pauẽs
corrui in faciẽ meã ⁊ ait ad me. Intellige fili hoĩs qm̃ in tẽ
pore finis cõplebit viſio. Cumq; loqueret ad me collapſus
ſum pronus in terrã. Et tetigit me: et ſtatuit me in gradu
meo: dixitq; mihi. Ego oſtẽdã tibi q̃ futura ſunt in nouiſſi
mo maledictionis qñ h3 tẽpus finẽ ſuũ. Aries quẽ vidiſti
F habere cornua: rex medorũ eſt atq; perſarum. Porro hyr
cus caprarum: rex grecorum eſt: et cornu grande qd̃ erat
inter oculos eius ipſe eſt rex primus. Quod autẽ fracto il
lo ſurrexerunt quattuor pro eo. quattuor reges de gẽte ei⁹
conſurgent: ſ3 non in fortitudine eius. Et poſt regnũ eorũ
cũ creuerint iniquitates cõſurget rex impudens facie: ⁊ in
telligens propoſitiones ⁊ roborabitur fortitudo eius ſed
non in viribus ſuis: ⁊ ſupra q̃ credi poteſt vniuerſa vaſta
G bit: et proſperabitur et faciet. Et iterficiet robuſtos ⁊ po
pulum ſanctorum ſm voluntatem ſuam: ⁊ dirigetur dolus
in manu eius: ⁊ cor ſuum magnificabit: ⁊ in copia rerũ om
niũ occidet plurimos. Et contra principẽ principũ cõſur
get: ⁊ ſine manu conteretur. Et viſio veſpere et mane que
dicta eſt: vera eſt. Tu ergo viſionem ſigna q: poſt multos
dies erit. Et ego daniel langui ⁊ egrotaui per dies. Cũq;
ſurrexiſſem faciebam opera regis ⁊ ſtupebam ad viſionẽ:
et non erat qui interpretaretur.


¶ Ca Sum. De oratione danielis: de verbo angeli: et de
ſeptuaginta hebdomadibus. Cap. IX.

A In anno primo darij filij aſſueri de ſemine me
De pe.di.1.c. ſi dixerat. 2 Eſdre.18. dorum qui imperauit ſuper regnum chaldeo
rũ anno vno regni eius: ego daniel intellexi in
libris numerũ annorũ de quo factus eſt ſermo
domini ad hieremiam prophetam vt complerent deſola
tiones hieruſalẽ ſeptuaginta anni. Et poſui faciem meam
ad dñm deũ meũ rogare ⁊ deprecari in ieiunijs ſacco et ci
nere: ⁊ oraui ad dñm deũ meũ ⁊ cõfeſſus ſum: ⁊ dixi. Obſe
cro dñe deus magne ⁊ terribilis cuſtodiens pactũ ⁊ miſe
ricordiã diligentibus te et cuſtodientibus mandata tua.
Infra eodem. Peccauimus iniquitatẽ fecimus: impie egimus: ⁊ receſſi
B mus ⁊ declinauim⁹ a mãdatis tuis ac iudicijs. Et nõ obe
diuimus ſeruis tuis prophetis: qui locuti ſunt in noĩe tuo
regibus noſtris: principibus noſtris: patrib⁹ noſtris: om
C niq; populo terre. Tibi dñe iuſtitia nobis autẽ cõfuſio fa
ciei ſicut eſt hodie viro iuda ⁊ habitatoribus hieruſalẽ ⁊
omni iſrael qui prope ſunt ⁊ his qui procul in vniuerſis ter
ris ad quas eieciſti eos propter iniquitates eorum: in qui
bus peccauerunt in te dñe. Nobis cõfuſio faciei: regibus
noſtris principibus noſtris: ⁊ patribus noſtris q̃ peccaue
runt. Tibi autem dño deo noſtro miſericordia et propicia
tio: q: receſſim⁹ a te: ⁊ nõ audiuim⁹ vocẽ dñi dei noſtri vt
ambularem⁹ in lege eius quã poſuit nobis p ſeruos ſuos
pphetas: ⁊ oĩs iſrael pᷣuaricati ſunt legẽ tuã: et declinaue
runt ne audirent vocẽ tuã. ⁊ ſtillauit ſup nos maledictio et
deteſtatio q̃ ſcripta eſt in libro moyſi ſerui dei q: peccaui
mus ei. Et ſtatuit ſermones ſuos quos locut⁹ eſt ſup nos
et ſuper principes noſtros q̃ iudicauerũt nos: vt † ſuperin
duceret in nos malũ magnũ quale nũq̃ fuit ſub oĩ celo: ſm al's ✠ ſuperin ducerent.
qd̃ factũ ẽ i hierl'3: ſicut ſcriptũ eſt in lege moyſi. Oẽ malũ
hoc venit ſuper nos. Et nõ rogauim⁹ faciẽ tuã dñe de⁹ no
ſter vt reuerteremur ab iniquitatib⁹ noſtris: et cogitare
mus veritatẽ tuã. Et vigilauit dñs ſup malicia: et adduxit
eã ſup nos. Iuſt⁹ dñs de⁹ noſter in oĩb⁹ operib⁹ ſuis q̃ fe D
cit. Nõ eñi audiuim⁹ vocẽ ei⁹. Et nũc dñs de⁹ noſter qui Deu.1.c. Supra eodem
eduxiſti populũ tuũ de terra egypti in manu forti: ⁊ feciſti
tibi nomẽ ſm diẽ hãc peccauim⁹: iniquitatẽ fecimus dñe
in omnẽ iuſtitiã tuã. Auertat obſecro ira tua. et furor tu⁹
a ciuitate tua hieruſalẽ et † a monte ſancto tuo. Propter
peccata enim noſtra et iniquitates patrum noſtrorum hie al's ✠ nõ h3 a.
ruſalem ⁊ populus tuus in opprobrium ſunt omnibus per
circuitum noſtrũ. Nunc † ergo exaudi deus noſter ora al's ✠ nõ h3 ergo.
tionem ſerui tui: et preces eius: ⁊ oſtende faciẽ tuã ſup ſan E
ctuariũ tuũ qd̃ deſertũ eſt. Propter temetipſũ iclina de⁹
me⁹ aurẽ tuã ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vide deſolationẽ
noſtrã: ⁊ ciuitatẽ ſuper quã inuocatũ eſt nomẽ tuum. Neq;
eñi in iuſtificationib⁹ noſtris proſternim⁹ preces ante fa
ciẽ tuã: ſ3 in miſeratiõibus tuis multis. Exaudi dñe: placa
re dñe: attẽde et fac. Ne moreris ppter temetipſum deus
me⁹: q: nomẽ tuũ inuocatum eſt ſup ciuitatẽ ⁊ ſuper popu
lũ tuũ. Cũq; adhuc loquerer ⁊ orarẽ et confiterer peccata Di.1.c. ... De pe.di.1.c. ... dicit.
mea ⁊ peccata populi mei iſrael vt pſternerẽ preces meas
in cõſpectu dei mei: p mõte ſctõ dei mei: adhuc me loquen
te in oratione mea ecce vir gabriel quẽ viderã in viſione a F
principio cito volãs tetigit me in tpe ſacrificij veſpertini ⁊ Supra.8.e.
docuit me ⁊ locutus eſt mihi dixitq; Daniel nunc egreſſus
ſum vt docerẽ te: ⁊ intelligeres. Ab exordio precũ tuarum
egreſſus eſt ſermo. Ego aũt veni vt indicarẽ tibi q: vir de
ſideriorũ es. Tu aũt animaduertere ſermonẽ ⁊ intellige vi Infra.10.b.
ſionẽ. Septuaginta hebdomades abbreuiate ſunt ſuper
populũ tuũ ⁊ ſup vrbẽ ſanctã tuã vt cõſumet pᷣuaricatio et
finẽ accipiat peccatũ: ⁊ deleat iniquitas: et adducat iuſti
tia ſempiterna: ⁊ ipleat viſio ⁊ pphetia: ⁊ vngũat ſanctuſſan G
ctorũ. Scito ergo ⁊ animaduerte ab exitu ſermonis vt ite
rum edificet hieruſalem vſq; ad chriſtũ decem hebdoma
des ſeptem et hebdomades. lxij. erunt. Et rurſum edifica
bitur platea ⁊ muri in anguſtia tẽporũ. Et poſt hebdoma
das ſexagintaduas occidet chriſtus ⁊ nõ erit eius popul⁹
qui eum negaturus eſt. Et ciuitatẽ ⁊ ſanctuariũ diſſipabit
populus cũ duce venturo: ⁊ finis ei⁹ vaſtitas: ⁊ poſt finẽ bel Mat.24.b.
li ſtatuta deſolatio. Confirmabit aũt pactũ multis hebdo
mada vna et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia et ſa
crificium: ⁊ erit in tẽplo abominatio deſolatiõis: ⁊ vſq; ad
conſummationem ⁊ finem perſeuerabit deſolatio.

¶ C. S. De apparitione viri veſtiti lineis: de michael et
principibus grecorum et perſarum. Capit. X.

A Anno tertio regni cyri regis perſarum verbũ re
uelatũ eſt danieli cognomẽto balthaſar ⁊ verbũ
verũ ⁊ fortitudo magna: intellexitq; ſermonẽ.
Intelligẽtia eñi eſt opus in viſione. In dieb⁹ illis
ego daniel lugebã triũ hebdomadarũ diebus panẽ deſide
rabilẽ nõ comedi. caro ⁊ vinũ non introierãt in os meum.
Sed neq; vnguento vnctus ſum: donec complerent trium B
hebdomadarũ dies. Die aũt viceſima ⁊ quarta mẽſis pri
mi eram iuxta fluuium magnum qui eſt tigris: et leuaui
oculos meos et vidi. Et ecce vir vnus veſtitus lineis: et re
nes eius accinti auro obrizo: et corpus eius quaſi chryſo
litus: et facies eius velut ſpecies fulguris: et oculi eius vt
lampas ardens: et brachia eius: et que deorſum ſunt vſq;
ad pedes

vſq ad pedes quaſi ſpecies eris candentis:et vox ſermo-
num eius vt vox multitudinis. Uidi autem ego daniel ſol⁹
viſionē. Porro viri qui erant mecum non viderunt: ſz ter-
Infra eodem. ror nimius irruit ſuper eos: et fugerunt in abſcōditū. Ego
aūt relictus ſolus vidi viſionē grādē hāc et nō remanſit in
me fortitudo: ſed et ſpecies mea immutata eſt me: et emar
Supra.9.f.¶ in eodem. cui nec habui quicq̄ viriū. Et audiui vocē ſermonū eius:
C et audiens iacebā conſternatus ſuper faciē meā: et vultus
meus herebat terre. Et ecce man⁹ tetigit me: et erexit me
ſuper genua mea et ſuper articulos manuū mearū. Et di-
xit ad me. Daniel vir deſideriorū: intellige verba q̄ ego lo
quor ad te: et ſta in gradu tuo. Nūc eniz ſum miſſus ad te.
Cumq̄ dixiſſet mihi ſermonē iſtum ſteti tremens: et ait ad
me. Noli metuere daniel: q2 ex die primo quo poſuiſti cor
tuum ad intelligendū vt te affligeres in conſpectu dei tui.
exaudita ſunt verba tua: et ego veni ppter ſermones tuos.
Princeps aūt regni perſarum reſtitit mihi viginti et vno
diebus et ecce michael vnus de principibus primis venit
in adiutorium meū et ego remanſi ibi iuxta regem perſarū
Ueni autē vt docerem te que ventura ſunt populo tuo in no
uiſſimis diebus: quoniā adhuc viſio in dies. Cumq̄ loque
ret mihi huiuſcemodi verbis: deieci vultū meū in terrā et
tacui. Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia
mea et aperiens os meum locutus ſum: et dixi ad eum qui
D ſtabat contra me. Domine mi in viſione tua diſſolute ſunt
in eodem. cōpages mee: et nihil in me remanſit viriū. Et quō poterit
¶.9.f.¶ in eodem. ſeruus dn̄i mei loqui cum domino meo? Nihil enim in me
remāſit virium: ſed et halitus meus intercluditur. Rurſū
ergo tetigit me quaſi viſio hominis: et cōfortauit me et di-
xit. Noli timere vir deſideriorū: pax tibi: cōfortare et eſto
robuſtus. Cumq̄ loqueretur mecū cōualui et dixi. Loque
re dn̄e mi: q2 cōfortaſti me. Et ait. Nunquid ſcis quare ve
nerim ad me? Et nunc reuertar vt prelier aduerſum princi
pem perſarū. Cū enim egrederer apparuit princeps gre
corum veniēs. Uerumtamen annunciabo tibi quod expreſ
ſum eſt in ſcriptura veritatis: et nemo eſt adiutor meus in
omnibus his niſi michael princeps veſter.



¶ Capi. Summarium. Predixit angelus danieli de regi
bus perſarum: et de rege qui eſt antichriſtus qui extollit
A ſe contra dominum. Cap.XI.
anno Ego aūt † a primo anno darij medi ſtabā vt cō
fortaretur et roboraretur. Et nunc veritatē an
nunciabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſtabūt
in perſide: et quartus ditabitur opibus nimijs
ſuper omnes. Et cū inualuerit diuitijs ſuis cō
citabit oēs aduerſum regnū grecie. Surget vero rex for
tis et dominabitur poteſtate multa et faciet qd̄ placuerit
ei. Et cū ſteterit conteret regnū eius et diuidetur in quat-
tuor vētos celi: ſed non in poſteros eius neq̄ ſm̄ potentiā
...tros. illius qua dominatus eſt. Lacerabitur enim regnum eius
etiā in † externos exceptis his. Et cōfortabitur rex auſtri:

et de principibus eius preualebit ſuper eū. Et dominabi
tur ditione. Multa enim dominatio ei⁹. Et poſt finē anno
rum federabuntur. Filiaq̄ regis auſtri veniet ad regē aq-
lonis facere amicitiam et nō obtinebit fortitudinē brachij
nec ſtabit ſemē eius. Et tradetur ipſa: et qui adduxerūt eā
adoleſcētes eius et q̄ confortabant eā in tēporibus. Et ſta B
bit de germine radicū eius plantatio. et veniet cū exercitu
et ingredietur prouinciā regis aquilōis et abutetur eis et ob
tinebit. Inſuper et deos eorū et ſculptilia vaſa quoq̄ pcio
ſa auri et argēti captiua ducet in egyptū. Ipſe preualebit
aduerſus regē aquilonis. Et intrabit in regnū rex auſtri
et reuertetur ad terrā ſuam. Filij aūt eius prouocabuntur et
cōgregabūt multitudinē exercituū plurimorū. Et veniet
properans et inundās: et reuertet et cōcitabit et cōgredietur
cū robore eius. Et prouocat⁹ rex auſtri egrediet et pugna
bit aduerſus regē aquilonis: et preparabit multitudinem
nimiā: et dabit multitudo in manu ei⁹ et capiet multitudinē
et exaltabit † cor eius: et deijciet multa milia: ſz nō preualebit alr̄ † cornu.
Conuertetur enī rex aquilonis et pparabit multitudinem C
multo maiorē q̄ prius. Et in fine temporū annorūq̄ veniet
preparās cū exercitu magno et opibus nimijs. Et in tēpo
ribus illis multi cōſurgēt aduerſus regē auſtri. Filij quoq̄
preuaricatorū populi tui extollentur vt impleant viſionē
et corruēt. Et veniet rex aquilonis et cōportabit aggerem
et capiet vrbes munitiſſimas et brachia auſtri nō ſuſtinebūt
Et cōſurgent electi eius ad reſiſtendū et nō erit fortitudo.
Et faciet veniens ſuper eū iuxta placitū ſuū: et nō erit qui
ſtet cōtra faciē eius: et ſtabit in terra inclyta et cōſumetur
in manu eius: et ponet faciē ſuā vt veniat ad tenendū vni-
uerſum regnū eius: et recta faciet cum eo. Et filiā feminā
rum dabit ei vt euertat † illum: et non ſtabit nec illius erit. alr̄ † illud.
Et cōuertet faciem ſuam ad inſulas et capiet multas: et ceſ- D
ſare faciet principem opprobrij ſui: et opprobrium eius cō
uertetur in eum. Et cōuertet faciē ſuam ad imperiū terre
ſue: et impinget et corruet et nō inuenietur. Et ſtabit in loco
eius viliſſimus et indignus decore regio: et in paucis die
bus cōteretur nō in furore nec in prelio. Et ſtabit in loco
eius deſpect⁹: et nō tribuetur ei honor regi⁹. Et veniet clā
et obtinebit regnū in fraudulentia. Et brachia pugnātis
expugnabuntur a facie eius et conterentur. Inſuper et dux
federis. Et poſt amicitias cū eo faciet dolū: et aſcendet et
ſuperabit in modico pplo et abūdātes et vberes vrbes ingre
dietur. Et faciet que nō fecerūt patres eius: et patres pa
trum eius. Rapinas et predā et diuitias eorum diſſipabit
et contra firmiſſimas cogitationes † inibit: et hoc vſq̄ ad
tēpus. Et cōcitabitur fortitudo ei⁹: et cor eius aduerſū re alr̄ † inibit.
gē auſtri in exercitu magno. Et rex auſtri prouocabitur ad E
bellum multis auxilijs et fortibus nimis: et nō ſtabūt quia
inibūt aduerſus eū cōſilia. Et comedētes panē cū eo cōte
rēt illū exercituſq̄ ei⁹ opprimetur: et cadēt interfecti pluri-
mi. Duorū quoq̄ regum cor erit vt male faciāt, et ad men-
ſam vnā mēdaciū loquētur et nō proficient q2 adhuc finis in
aliud tēpus. Et reuertetur in terrā ſuā cū opib⁹ multis et
cor eius aduerſum teſtamētū ſanctū: et faciet et reuertetur
in terrā ſuā. Statuto tpe reuertetur et veniet ad auſtrū: et
nō erit priori ſimile nouiſſimum. Et veniēt ſup eū trieres et
romani: et percutietur et reuertetur. Et īdignabitur cōtra te Nota de roma-
ſtamētū ſanctuarij et faciet reuerteturq̄ et cogitabit aduer nis.
ſum eos qui dereliquerūt teſtamentum ſanctuarij. Et bra
chia ex eo ſtabūt et polluent ſanctuariū fortitudinis: et au-
ferēt iuge ſacrificiū: et dabunt abominationē in deſolatio
nem. Et impij in teſtamētū ſimulabunt fraudulenter. Po- F
pulus aūt ſciēs deū ſuū obtinebit et faciet. Et docti in po alr̄ † captiuita-
pulo docebunt plurimos: et ruēt in gladio et in flamma: et tem.
in † captiuitate et in † rapina dierū. Cumq̄ corruerint ſub alr̄ † rapinaz. Infra.12.c.
leuabūtur auxilio paruulo: et applicabūtur eis plurimi frau
dulēter. Et de eruditis ruēt vt cōflētur et eligantur et deal-

deñ vſq; ad tẽpus pꝛefinitũ: qꝛ adhuc aliud tempus erit.
Et faciet iuxta voluntatem ſuam rex. Et eleuabitur ⁊ ma-
gnificabitur aduerſus omnem deum: ⁊ aduerſus deũ deo
rum loquetur magnifica et dirigetur donec cõpleatur ira
cundia. Perpetrata quippe eſt diffinitio. Et deum patrũ
ſuoꝛũ non reputabit: et erit in cõcupiſcẽtijs feminarum nec
G quẽquã deoꝛũ curabit: qꝛ aduerſuꝫ vniuerſa ꝯſurget. Deũ
autem maozim in loco ſuo venerabit: ⁊ deũ quẽ ignoꝛaue
rũt patres eiꝰ colet auro ⁊ argẽto ⁊ lapide pꝛecioſo rebuſq;
pꝛecioſis. Et faciet vt muniat maozim cũ deo alieno quẽ nõ
cognouit ⁊ multiplicabit gloꝛiã ⁊ dabit eis poteſtatem in mul
tis: ⁊ terrã diuidet gratuito. Et in tẽpoꝛe pꝛefinito ꝓliabi
tur aduerſus eũ rex auſtri: et quaſi tẽpeſtas veniet contra
illum rex aquilonis in curribus et in equitibꝰ et in claſſe ma
gna: et ingredietur terras: et conteret et pertranſiet. Et in-
troibit in terrã gloꝛioſam: et multi coꝛruẽt. Hec autem ſole
al's + pꝛincipiũ ſaluabuntur de manu eius edom ⁊ moab et † pꝛincipes fi-
lioꝛum ammon. Et mittet manum ſuam in terras: et terra
egypti non effugiet. Et dominabitur theſauroꝛum auri et
argenti ⁊ in omnibus pꝛecioſis egypti. Per libiã quoq; ⁊
ethiopiam tranſibit: ⁊ fama turbabit eum ab oꝛiente ⁊ ab
al's + pedno aquilone: ⁊ veniet in multitudine magna vt conterat ⁊ inter
ficiat plurimos. Et figet tabernaculum ſuum a † pethno
inter duo maria ſuper montem inclytum et ſanctum: et ve-
niet vſq; ad ſummitatem eius et nemo auxiliabitur ei.

¶ Ca Sum. De reſurrectione bonoꝛum et maloꝛum: de
eminentia et claritate doctoꝛum: de iudicio domini: de li-
bꝛo clauſo: de ſignatis ſermonibus. Cap. XII.

A In tempoꝛe autem illo conſurget michael pꝛin-
ceps magnus qui ſtat pꝛo filijs populi tui: ⁊ ve
niet tempus quale non fuit ab eo ex quo gẽtes
eſſe ceperunt vſq; ad tempus illud. Et in tem-
poꝛe illo ſaluabitur populus tuus: omnis qui
B inuentus fuerit ſcriptus in libꝛo. Et multi de his qui doꝛ-
De magiſtris c. ſina. miunt in terre puluere euigilabunt alij in vitam eternam:
alij in oppꝛobꝛium: vt videant ſemper. Qui autem docti
fuerint fulgebunt quaſi ſplendoꝛ firmamenti: ⁊ qui ad iuſti
tiam erudiunt multos: quaſi ſtelle in perpetuas eternita-
tes. Tu autem daniel claude ſermones et ſigna libꝛuꝫ vſq;
ad tempus ſtatutum. Plurimi pertranſibunt ⁊ multiplex
erit ſcientia. Et vidi ego daniel: et ecce quaſi duo alij ſta-
bant: vnus hic ſuper ripam fluminis: et alius inde ex alte-
ra ripa fluminis. Et dixi viro qui erat indutus lineis: qui
C ſtabat ſuper aquas fluminis. Vſq; quo finis hoꝛum mira-
bilium? Et audiui viruꝫ qui indutus erat lineis qui ſtabat
ſuper aquas fluminis cum eleuaſſet dexteram et ſiniſtraꝫ
ſuam in celum et iuraſſet per viuentem in eternum: quia in
tempus et tempoꝛa ⁊ dimidium tempoꝛis. Et cum cõple-
ta fuerit diſperſio manus populi ſancti: complebũtur vni-
uerſa hec. Et ego audiui et non intellexi. Et dixi. Domi-
ne mi quid erit poſt hec? Et ait. Vade daniel: quia clauſi
ſunt ſignatiq; ſermones vſq; ad pꝛefinitũ tẽpus. Eligẽtur
Supra .n.ſ. D et dealbabuntur et quaſi ignis pꝛobabuntur multi. Et im
al's + non hꝫ ſacrificium. pie agent impij. neq; intelligent omnes impij. Poꝛro do-
cti intelligent: et a tempoꝛe cum ablatum fuerit iuge † ſa-
crificium et poſita fuerit abominatio in deſolationeꝫ: dies
mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat et perue-
nit vſq; ad dies mille trecentos triginta quinq;. Tu autem
daniel vade ad pꝛefinitum: et requieſces et ſtabis in ſoꝛte
tua in finem dierum.

¶ Huc vſq; danielem in hebꝛaico volumine legimus. ce-
tera que ſequuntur vſq; ad finem libꝛi: de theodotiõis edi
tione tranſlata ſunt.

¶ Capituli Summa. De duobus pꝛeſbyteris qui concu
pierunt ſuſannam: ⁊ iudicati ſunt a daniele.

¶ Capitulum. XIII.



Et erat vir habitãs in babylone: ⁊ nomẽ eiꝰ ioa A
chim. Et accepit vxoꝛẽ nomine ſuſannaꝫ filiam
helchie pulchꝛã nimis ⁊ timẽtẽ deuꝫ. Parẽtes
enim illius cum eſſent iuſti erudierunt filiã ſuaꝫ
ſm legẽ moyſi. Erat autẽ ioachim diues valde: ⁊ erat ei po
merium vicinũ † domui ſue: et ad ipſum confluebant iudei
eo q̄ eſſet honoꝛabilioꝛ oĩꝫ. Et ꝯſtituti ſunt duo † ſenes iu 22.q.5.c.q. al's + dom...
dices in illo anno: de quibꝰ locutus eſt dñs: qꝛ egreſſa eſt al's + ſenio...
iniquitas de babylone a † ſenioꝛibus iudicibus q̃ videbã al's + ſeni...
tur regere populum. Iſti frequẽtabãt domũ ioachim ⁊ ve
niebant ad eos oẽs q̃ habebant iudicia. Cũ autẽ populꝰ re
uertiſſet † per meridiẽ ingrediebatur ſuſanna: ⁊ deambula- al's + ad.
bat in pomerio viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie
ingredientẽ ⁊ deambulantẽ: ⁊ exarſerunt in concupiſcẽtiã
eius. Et † euerterunt ſenſum ſuũ: et declinauerunt oculos al's + auerte...
ſuos vt nõ viderent celũ: neq; recoꝛdarẽtur iudicioꝛum iu B
ſtoꝛuꝫ. Erant enim ambo vulnerati amoꝛe eius: nec indica
uerunt ſibi viciſſim doloꝛẽ ſuuꝫ. Erubeſcebãt enĩ indicare
ſibi cõcupiſcẽtiã ſuam volentes cõcubere cũ ea. Et obſer-
uabant quotidie ſolliciti⁹ videre eã. Dixitq; alter ad alte-
rum. Eamus domũ: qꝛ hoꝛa pꝛandij eſt. Et egreſſi receſſe-
runt a ſe: Cũq; reuertiſſent venerũt in vnuꝫ. Et ſciſcitãtes
abinuicẽ cauſam: cõfeſſi ſunt cõcupiſcẽtiã ſuã. Et tũc in cõ
muni ſtatuerunt tẽpus qñ eã poſſent inuenire ſolã. Factuꝫ
eſt autẽ cũ obſeruarẽt diẽ aptũ ingreſſa eſt aliqñ ſicut heri
⁊ nudiuſtertius: cũ duabꝰ ſolis puellis: voluitq; lauari in
pomerio. Eſtus quippe erat: et non erat ibi quiſq̃ pꝛeter
duos ſenes abſconditos ⁊ cõtẽplãtes eã. Dixit ergo puel
lis. Afferte mihi oleũ ⁊ ſmigmata: ⁊ oſtia pomerij claudite
vt † lauer. Et fecerũt ſicut pꝛeceperat. Clauſerũtq; oſtia al's + lauem.
pomerij: ⁊ egreſſe ſunt per poſticũ vt afferrẽt que iuſſerat. C
Neſciebatq; ſenes intus eſſe abſconditos. Cũ autẽ egreſ-
ſe eſſent puelle ſurrexerũt duo ſenes ⁊ occurrerũt ad eã et
dixerunt. Ecce hoſtia pomerij clauſa ſunt ⁊ nemo nos vi-
det ⁊ in cõcupiſcẽtia tui ſumus. Quãobꝛẽ aſſentire nobis ⁊
commiſcere nobiſcum. Quod ſi nolueris dicemus contra
te teſtimonium: quod fuerit tecum iuuenis et ob hanc cau
ſam emiſeris puellas a te. Ingemuit ſuſanna et ait. Angu-
ſtie † ſunt mihi vndiq;. Si eniꝫ hoc egero: moꝛs mihi eſt. al's + non hꝫ ſunt.
ſi autem non egero non effugiam manus veſtras. Sed me
lius eſt mihi abſq; opere incidere in manus hominum: q̃
peccare in cõſpectu domini. Et exclamauit voce magna ſu
ſanna: exclamauerunt autem et ſenes aduerſus eam. Et cu 4.reg.24.
currit vnus ad oſtia pomerij et aperuit. Cum ergo audiſ-
ſent clamoꝛem famuli domus in pomerio: irruerunt per † al's + poſticu...
poſticũ vt viderẽt quidnam eſſet. Poſtq̃ autẽ ſenes locuti
ſunt: erubuerunt ſerui vehementer: quia nunq̃ dictus fue-
rat ſermo huiuſcemodi de ſuſanna. Et facta eſt dies craſti
na. Cumq; veniſſet populus ad ioachim virum eius: vene D
runt et duo pꝛeſbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus
ſuſannam: vt interficerent eam. Et dixerunt coꝛam popu-
lo. Mittite ad ſuſannã filiam helchie vxoꝛeꝫ ioachim. Et
ſtatim

ſtatim miſerunt. Et venit cū parentibus et filijs et vniuer-
ſis cognatis ſuis. Porro ſuſanna erat delicata nimis: et
pulchra facie. At iniqui illi iuſſerūt vt diſcooperiretꝰ (erat
enim cooperta) vt vel ſic ſatiarētur decore eius. Flebant
igitur ſui: et omnes qui nouerant eā. Conſurgentes autē
duo presbyteri in medio populi: poſuerūt manus ſuas ſup
caput eius. Que flens ſuſpexit ad celum. Erat enī cor eius
fiduciam habēs in dn̄o. Et dixerunt presbyteri. Cū deam
bularemus in pomerio ſoli: ingreſſa eſt hec cum duabus
puellis: et clauſit oſtia pomerij: et dimiſit a ſe puellas. Ue
nitq; ad eam adoleſcens qui erat abſconditus: et concu-
E buit cum ea. Porro nos cū eſſemus in angulo pomerij vi
dentes iniquitatem cucurrimus ad eos ⁊ vidimus eos pa
riter cōmiſceri. Et illū quidem nequiuimus cōprehēdere
quia fortior nobis erat: et aperto hoſtio exiliuit. Hanc aūt
cū apprehendiſſemus: interrogauimus quiſnam eſſet ado
leſcens: et noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus.
Credidit eis multitudo quaſi ſenibus ⁊ iudicibus populi
Et condēnauerunt eam ad mortem. Exclamauit aūt voce
1.c. deus.q. .x.c.con magna ſuſanna et dixit. Deus eterne qui abſconditorum
es cognitor: qui noſti omnia ante ꝙ fiant: tu ſcis qm̄ falſū
pe.di.2.c.1.x c.inter hec teſtimonium tulerunt contra me. Et ecce morior: cum nil
a.1. horum fecerim que iſti malicioſe cōpoſuerūt aduerſū me.
c.cōgrui ns. Exaudiuit autem dominus vocem eius. Cūq; duceretur
4.7.4. item cū ad mortem: ſuſcitauit dominus ſpiritum pueri iunioris cu
lſam. reg.3.f. ius nomen daniel: et exclamauit voce magna. Mundus
ca.20.f ego ſum a ſanguine huius. Et conuerſus omnis populus
F ad eum dixit. Quis eſt iſte ſermo quē tu locutus es? Qui
cum ſtaret in medio eorum ait. Sic fatui filij iſrael non iu-
dicantes neq; quod verum eſt cognoſcentes: condemna-
ſtis filiam iſrael? Reuertimini ad iudicium quia falſū te-
ſtimonium locuti ſunt aduerſus eā. Reuerſus eſt ergo po
pulus cum feſtinatione. Et dixerunt ei ſenes. Ueni et ſede
in medio noſtrum et indica nobis quia tibi deus dedit ho
norem ſenectutis. Et dixit ad eos daniel. Separate illos
ab inuicem procul ⁊ diiudicabo eos. Cū ergo diuiſi eſſent
alter ab altero vocauit vnum de eis et dixit ad eum. Inue
terate dierum malorum nunc venerunt pctā tua q̄ opera-
baris prius iudicans iudicia iniuſta: innocētes opprimēs
⁊ dimittēs noxios dicente domino. innocētem et iuſtū nō
interficies. Nunc ergo ſi vidiſti eam: dic ſub qua arbore
Dan.13.a. 14.11.c.homis. videris eos colloquētes ſibi? Qui ait Sub † ſcyno. Dixit
al's ✠ ſicbino autem daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enī
ſil ilice. angelus dei accepta ſententia ab eo ſcindet te mediū. Et
amoto eo iuſſit venire alium. et dixit ei. Semen chanaam
⁊ non iuda: ſpecies decepit te: ⁊ cōcupiſcētia ſubuertit cor
tuum. Sic faciebatis filiabus iſrael: ⁊ ille timentes loque
bantur vobiſcū. Sed filia iuda nō ſuſtinuit iniquitatem ve
ſtram. Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comprehende
G ris eos loquētes ſibi. Qui ait. Sub † prino. Dixit autem
al's ✠ lentiſco. ei daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuum. Manet
al's ✠ in prinis. enim angelus dei gladium habens vt ſecet te medium. et
interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cetꝰ voce magna.
et benedixerunt deum qui ſaluat ſperantes in ſe. Et cōſur
rexerunt aduerſus duos presbyteros: Conuicerat enim
eos daniel: ex ore ſuo falſū dixiſſe teſtimoniū. Feceruntq;
eis ſicut male egerant aduerſus proximam: vt facerent ſe
cundum legem moyſi: et interfecerunt eos. Et ſaluatus eſt
ſanguis innoxius in die illa. Helchias autem et vxor eius
laudauerunt deum pro filia ſua ſuſanna cum ioachim mari
to eius et cognatis omnibus: quia non eſſet inuenta in ea
res turpis. Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu
populi a die illa: et deinceps. Et rex aſtyages appoſitus
eſt ad patres ſuos: ⁊ ſuſcepit cyrus perſes regnum eius.

¶ Capituli Summarium. Daniel bel deſtruxit: dracho-
nem interfecit: et mittitur in lacū leonum: vbi abacuk ſibi
prandium fecit. Cap. XIIII.



ERat autem daniel cōuiua regis ⁊ honoratꝰ ſu A
per oēs amicos eius. Erat quoq; idolū apud
babylonios nomine bel: et impēdebātur in eo
p dies ſingulos ſimile artabe duodecī: ⁊ oues
quadraginta: viniq; amphore ſex. Rex quoq; colebat eū
et ibat per ſingulos dies adorare eum. Porro daniel ado
rabat deum ſuum. Dixitq; ei rex. Quare non adoras bel?
Qui reſpondens ait ei. Quia non colo idola manufacta: ſꝫ
viuentem deum qui creauit celum et terram et habet po-
teſtatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum. Nonne videtꝰ
tibi eſſe bel viuens deus? An non vides quanta comedat ⁊
bibat quotidie? Et ait daniel arridēs. Ne erres rex. Iſte
eſt enim intrinſecus luteus: ⁊ forinſecus ereus neq; come- B
dit aliquādo. Et iratus rex vocauit ſacerdotes eius. et ait Eccle.30.
eis. Niſi dixeritis mihi quis eſt iſte qui comedit impēſas
has moriemini. Si autem oſtenderitis quoniam bel co-
medat hec morietur daniel. quia blaſphemauit in bel. Et 12.q.2.c.vtilem
dixit daniel regi. Fiat iuxta verbum tuum. Erant autē ſa- 23.q.5.c.ſi pro-pterea.
cerdotes bel ſeptuaginta: exceptis vxoribus et paruulis
⁊ filijs. Et venit rex cū daniele in templum belis. Et dixe-
runt ſacerdotes belis. Ecce nos egrediemur foras. et tu
rex pone eſcas ⁊ vinum miſce: et claude oſtium ⁊ ſigna anu
lo tuo. Et cum ingreſſus fueris mane: niſi inueneris omnia
comeſta a bel † morte moriemur vel daniel qui mentitꝰ eſt E
aduerſum nos. † Confidebant autē quia fecerāt ſub menſa al's ✠ nō habet morte.
abſconditum introitum. et per illum ingrediebantꝰ ſem-
per et deuorabant ea. Factū eſt igitur poſtꝙ egreſſi ſunt al's ✠ cōtinebāt
illi ⁊ rex poſuit cibos ante bel. precepit daniel pueris ſuis
et attulerunt cinerem et cribrauit per totum templum co
ram rege. Et egreſſi clauſerunt oſtium et ſignantes anulo
regis abierunt. Sacerdotes autē ingreſſi ſunt nocte iux-
ta conſuetudinem ſuam: ⁊ vxores ⁊ filij eorum: et comede-
runt omnia et biberunt. Surrexit autem rex primo dilu-
culo et daniel cū eo. et ait rex. Salua ne ſunt ſignacula da-
niel? Qui reſpondit. Salua rex. Statimq; cum aperuiſſet
oſtium intuitus rex mēſam exclamauit voce magna. Ma- D
gnus es bel: et nō eſt apud te dolus quiſꝙ̄. Et riſit daniel
et tenuit regē ne ingrederetur intro: ⁊ dixit. Ecce pauimē
tum: animaduerte cuiꝰ veſtigia ſunt hec? Et dixit rex. Ui-
deo veſtigia virorum et mulierum ⁊ infantium. Et iratus
eſt rex. Tunc apprehēdit rex ſacerdotes ⁊ vxores ⁊ filios
eorum: ⁊ oſtenderunt ei abſcondita oſtiola per que ingre-
diebantur ⁊ cōſumebāt que erant ſuper menſam. Occidit
ergo illos rex: ⁊ tradidit bel in poteſtatem danielis. Qui
ſubuertit eum et templum eius. Et erat draco magnus in
loco illo et colebant eum babylonij. Et dixit rex danieli.
Ecce nunc non potes dicere: quia iſte non ſit deus viuēs.
Adora ergo eum. Dixitq; daniel regi. Dominū deū meum
adoro: quia ipſe eſt deus viuens. Iſte autem non eſt deus
viuēs. Tu autem rex da mihi poteſtatem et interficiā dra- E
conē abſq; gladio et fuſte. Et ait rex. Do tibi. Tulit ergo

daniel picem et adipem et pilloſ: et coxit pariter: fecitq̃
maſſas et dedit in os draconis. Et diruptus eſt draco. Et
dixit daniel. Ecce quem colebatis. Quod cum audiſſent
babylonij: indignati ſunt vehementer. et congregati ad
5 uerſum regem dixerunt. Iudeus fact' eſt rex. Bel deſtru Supra 9.c.
xit: draconem interfecit: ⁊ ſacerdotes occidit. Et dixerũt
cũ veniſſent ad regẽ. Trade nobis danielẽ: alioq̃n interfi
ciem' te et domũ tuã. Vidit ergo rex ꝙ irruerent in eũ, ve
hementer: ⁊ neceſſitate compulſus tradidit eis danielem.
Qui miſerunt eum in lacum leonum: ⁊ erat ibi diebus ſex.
Porro in lacu erant leones ſeptem: et dabantur eis duo
6 corpora quotidie et due oues: ⁊ tunc non data ſunt eis vt
deuorarent danielem. Erat autem abacuk propheta in iu
dea: et ipſe coxerat pulmentũ et intriuerat panes in alueo
lo: et ibat in campum vt ferret meſſoribus. Dixitq̃ʒ an
gelus domini ad abacuk. Fer prandiũ quod habes in ba
bylonem danieli: qui eſt in lacu leonum. Et dixit abacuk.
Domine babylonem non vidi: ⁊ lacum neſcio. Et apprehẽ
dit eum angelus domini in vertice eius: ⁊ portauit euʒ ca
pillo capitis ſui: poſuitq̃ eum in babylonem ſuper lacũ in
impetu ſpiritus ſui. Et clamauit abacuk dicẽs. Daniel ſer
ue dei: tolle prandium quod miſit tibi deus. Et ait daniel.
Recordatus es mei deus et non dereliquiſti diligẽtes te.
Surgenſq̃ daniel comedit. Porro angelus domini reſti
tuit abacuk confeſtiʒ in loco ſuo. Venit ergo rex die ſepti
mo vt lugeret danielem: ⁊ venit ad lacuʒ ⁊ introſpexit. Et
ecce daniel ſedẽs in medio leonũ. Et exclamauit voce ma
gna rex dicẽs. Magn' es dñe deus danielis. Et extraxit
eũ † de lacu leonũ. Porro illos qui perditiõis ei' cã fue
rãt intromiſit in † lacũ: ⁊ deuorati ſunt in momẽto corã eo ✠ nõ hʒ de lacu leonum. ✠ nõ habʒ lacum.

Explicit daniel propheta.

Incipit prologus in librum duodecim prophetarum.

Non idem ordo eſt duodecim prophetaruʒ apd̃ hebreos qui eſt apud nos. Unde ſm id qd̃ ibi legitur. hic quoq̃ diſpoſiti ſunt. Oſee commaticus eſt ⁊ quaſi per ſententias loquens. Iohel plan' in principijs: in fine obſcurior: ⁊ vſq̃ʒ ad malachiam habẽt ſinguli proprietates ſuas: quem eſdram ſcribã legiſq̃ʒ doctorem hebrei autumant. Et quia longum eſt nunc de omnibus dicere: hoc tñ vos o paula ⁊ euſtochium admonitas ſcire volo vnum librum eſſe duodecim prophetarum ⁊ oſee ſynchronon eſaie: malachiam vero aggei ⁊ zacharie fuiſſe temporibus. In quibus antẽ tẽpus non prefertur in titulo: ſub illis eos regibus prophetaſſe ſub quibus et hi qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

Item alius prologus.

Regule ſunt he ſub quibus ſignificationibus nominũ ad quas tribus per prophetas ſermo domini dirigatur. Quotieſcũq̃ʒ ad decẽ tribus tẽditur prophetia ſub his noibus deſignant' ideſt effraiʒ ſamaria: iſrael: ioſeph: iezrahel: bethauẽ: ⁊ interdũ iacob. Quando autem ad duas loquit' tribus: ſub his nominibus ſermo profertur ideſt iuda: hieruſaleʒ: beniamin domus dauid: ⁊ interdum iacob. Aliquotiens iſrael ad totas duodecim tribus refertur. Duplex eſt apud hebreos ſententia de his quatuor verſibus qui in capite ſunt prenotati. Pleriq̃ʒ enim dicũt ꝙ ab eſdra ſcriba in omnib' prophetis ſic fuerit titulatum: vt preſcriptio vniuſcuiuſq̃ʒ nomine prophetia cuius ſit ſequens noſcatur. Ipſe eſt auteʒ eſdras qui vltimus prophetaruʒ malachie nomine deſcribitur. Alij vero dicũt ꝙ ab ipſis prophetis per ſpiritũ ſanctum vt cetera ſunt conſcripta.

Incipit prologus in librum oſee prophete.

Temporibus ozie ⁊ ioathe achaz ⁊ ezechie regum iuda ⁊ hieroboan filij iohe regis. Oſee filius beeri ad prophetiam dicendaʒ ſpiritu ſancto replet' eſt. De memorato itaq̃ numero regum. Achaz rex iuda: ⁊ ieroboam rex iſrael: dominum derelinquentes: vt hyſtorie regũ ⁊ paralypomenon indicãt: etiam iſrael idolatrie crimen imperio ac poteſtate ſua admittere coegerunt. Propter quod deus ad oſee hec locutus eſt dicens. Accipe tibi vxorem fornicariam ſiue fornicationũ ⁊ fac filios fornicationis. Fornicariam itaq̃ʒ non electione corporis meretricem: ſed gentilem deũ ignorantem appellat. que dei creatoris ſui amore cõtempto ſimulachrorũ ſe ſubiecit deſiderijs. Sed cum dei precepto propheta in hac re paruiſſet conceptum ex ea filium iezrahel precepit nominare deo pollicente poſt breue tempus ſanguinem iezrahel in domo iehu vĩdicare. Cuius promiſſionis hec cauſa eſt: iehu per helyſeuʒ in regẽ iniuncto ad deffendendum ſanguinem naboth: cuius iezrahel que tunc tẽporis metropolis erat quem iezrahel achab regis iſrael vxor interemerat ſicut regum hyſtoria exponit. Is cũ grauiter ingta diuinum preceptum vindicandi ſanguinis cauſa in omnem memorati domum deſeuiſſet hoc peracto dominum dereliquiſſe inuenitur: cuius pro nepote hieroboã qui lectione comprehenſus eſt origenis ſue facta imitante et contra dei precepta et religionem cũ populo iſrael agẽte: ſanguis naboth qui in loco certe iezrahel fuerat profuſus i domo iehu procuratoris memorati hieroboe pro peccato redundaturus ſignificatur. Hinc factuʒ eſt vt ira dei in populo iſrael per denunciationeʒ prophete proceſſura deberetur. Domui autem iude miſericordia lectione comprehenſa ob hoc promiſſa eſt: quia ezechias rex iuda fili' achaz ſublatis idolis que tam pater eius ꝙ ceteri reges conſecrauerant templum dei purgaſſe et purificaſſe monſtratur.

(Margin notes: Oſee.1.a. — 4.regũ.9.a. — 3.regũ.21.a. — 4.reg.10.d. — 4.reg.16.)

Explicit prologus.

Incipit argumentum in eundem.

Oſee crebro nominat effraim ſamariã: ioſeph iezrahel: ⁊ vxoreʒ fornicariam ⁊ fornicationis filios ⁊ adulterã cubiculo clauſam mariti multo tẽpore ſedere viduam ⁊ ſub veſte lugubri viri ad ſe reditum preſtolari.

Explicit argumentum.



Incipit liber Oſee prophete.

Capitu. Summa. Accipit Oſee vxorem fornicariaʒ et de ea tres pueros generat ſcilicet duos filios et vnã filiaʒ
currit ad eccleſiam iuda et hieruſalem: et fiunt vnũ ouile et vnus paſtor. Ca. I.

Verbũ domini quod factum eſt ad Oſee filiuʒ beeri in die ozie ioathan: achan: ⁊ ezechie reguʒ iuda: ⁊ in dieb' hieroboã filij ioas regis iſrael. Principiũ loquẽdi † domino in Oſee. Et dixit dominus ad oſee. Vade ſume tibi vxorem fornicationum: et fac ✠ domini

et fac tibi filios † fornicationum: quia fornicãs fornicabi-
tur terra a domino. Et abijt: et accepit gomer filiam de-
belaim: et concepit et peperit ei filiū. Et dixit dominus
ad eum. Uoca nomen eius iezrahel. Quoniam adhuc mo-
dicum: et viſitabo ſanguinem iezrahel ſuper domum iehu
et quieſcere faciam regnū domꝰ iſrael. Et in die illa cõte-
ram arcū iſrael in valle iezrahel: Et concepit ⁊ peperit fi-
liam. Et dixit ei. Uoca nomen eius abſq; miſericordia: q̃
non addam vltra miſereri domui iſrael: ſed obliuione obli-
uiſcar eorum: et domui iuda miſerebor: ⁊ ſaluabo eos in
domino deo ſuo: ⁊ non ſaluabo eos in arcu ⁊ gladio et in
bello et in equis ⁊ in equitibus. Et ablactauit eam q̃ erat
abſq; miſericordia. Et concepit ⁊ peperit filium. Et dixit
ei. Uoca nomen eius non populus meus quia vos non po-
pulus meus: ⁊ ego non ero veſter † deus. Et erit numerꝰ
filiorum iſrael quaſi arena maris que ſine menſura eſt ⁊ nõ
ad captiuitatẽ equoꝝ veſtroꝝ:et aſcendere feci putredi-
nẽ caſtroꝝ veſtroꝝ in nares veſtras:ꝛ nõ rediſtis ad me
dicit dñs. Subuerti vos ſicut ſubuertit deꝰ ſodomã ꝛ go
D moꝛrã:ꝛ facti eſtis quaſi toꝛris raptus ab incẽdio:ꝛ nõ re
Geneſis.9.a. diſtis ad me dicit dominus. Quapꝛopter hec faciam tibi
iſrael. Poſtq̄ autẽ hec fecero tibi pꝛeparare in occurſum
dei tui iſrael. Quia ecce foꝛmans montes et creans ventũ
ꝛ annuncians homini eloquium ſuum faciens matutinam
nebulam et gradiens ſuper excelſa terre: dominus deus
exercituum nomen eius.

C.S. Deplangit perpetuã captiuitatẽ iſrael ꝑ idolis
reuocat ꝛ monet querere dñm: cõmemoꝛãs penas de tri-
bus afflictionibus inde: de repꝛobatione feſtiuitatum ꝛ ſa
A crificioꝛum:ꝛ de idolatria ipſoꝛum. Ca.V.
32 q.5.cap.ſi pa-ulus. Audite verbũ iſtud quod ego leuo ſup vos plan
ctum. Domus iſrael cecidit:et non adiiciet vt re
ſurgat. Uirgo iſrael pꝛoiecta eſt in terrã ſuam:ꝛ
non eſt qui ſuſcitet eam. Q2 hec dicit dñs deus.
Urbs de qua egrediebanť mille relinquenť in ea cẽtũ.et de
qua egrediebãtur cẽtũ relinquẽtur in ea decẽ i domo iſrael.
B Q2 hec dicit dominꝰ deꝰ domui iſrael. Querite me ꝛ viue
tis.ꝛ nolite q̄rere bethel. Et in galgalam nolite intrare:et
in berſabee nõ tranſibitis:q2 galgala captiua duceť et be
thel erit inutilis Querite dñm et viuite:ne foꝛte cõbura-
tur vt ignis domꝰ ioſeph:ꝛ deuoꝛabit et non erit qui extin
guat † bethel. Qui conuertitis in abſinthiũ iudiciũ: et in-
al's ✠ in. ſtitiam in terra relinquitis facientẽ arcturũ ꝛ oꝛionã ꝛ cõ-
uertentẽ in mane tenebꝛas:et diez in noctẽ mutante. Qui
Infra.9.b. vocat aquas maris ꝛ effundit eas ſuper faciem terre:dñs
E nomẽ eſt eius. Qui ſubꝛidet vaſtitatem ſuper robuſtuz:et
ſopho.1.c. depopulationẽ ſuper potentẽ affert. Odio habuerunt coꝛ
ripientẽ in poꝛta.ꝛ loquentẽ perfecte abominati ſunt. Id
circo pꝛo eo:q2 diripiebatis pauperẽ et pꝛedã electã tolle
batis ab eo:domos quadro lapide † edificabitis ꝛ nõ ha
al's ✠ edificaſtis ꝛ non habitaſtis. bitabitis in eis. Uineas plantabitis amãtiſſimas et nõ bi
betis vinũ earuz:q2 cognoui multa ſcelera veſtra et foꝛtia
D pctã veſtra. Hoſtes iuſti accipientes munus:et pauperes
.1.q 3.c.pauper.quando. depꝛimẽtes in poꝛta. Ideo pꝛudẽs in tempoꝛe illo tacebit
q2 tẽpus maluz eſt. Querite bonũ et nõ malũ:vt viuatis:ꝛ
erit dñs deus exercituũ vobiſcũ ſicut dixiſtis. Odite ma-
Pſa.96. Roma.12.c. lũ et diligite bonũ:ꝛ cõſtituite in poꝛta iudiciũ:ſi foꝛte mi-
ſereatur dominꝰ deꝰ exercituũ reliquiis ioſeph. Pꝛopter
ea hec dicit dominꝰ deus exercituũ dominatoꝛ. In oĩbus
E platceis plãtꝰ:ꝛ in cũctis q̄ foꝛis ſunt dicetur ve.ve. Et vo-
cabunt agricolã ad luctũ et ad planctũ eos q̄ ſciunt plãge
re: Et in oĩbus † viis erit planctus:q2 pertranſibo in me-
al's ✠ vinetis. dio tui dicit dñs. Ue deſiderantibus diẽ domini. Ad q̄d eã
vobis? Dies domini iſta tenebꝛe ꝛ nõ lux. Quomodo ſi fu
giat vir a facie leonis ꝛ occurrat ei vꝛſus:ꝛ ingrediatur do
mum:et innitatur manu ſua ſuper parietẽ:et moꝛdeat eum
coluber. Nunq̄d nõ tenebꝛe dies domini:ꝛ non lux et cali-
go et nõ ſplẽdoꝛ in ea? Odi et pꝛoieci feſtiuitates veſtras
et non capiã odoꝛẽ cetuũ veſtroꝛum. Q2 ſi obtuleritis mi
hi holocauſtomata et munera veſtra non ſuſcipiam:et vo-
ta pinguiũ veſtroꝝ nõ reſpiciam. Aufer a me tumultũ car
F minum tuoꝝ:et cantica lyꝛe tue nõ audiã. Et reuelabitur
Eſa.1.d. Micha.1.a. quaſi aqua iudiciũ:et iuſtitia quaſi toꝛrẽs foꝛtis. Nũquid
al's ✠ attuleritis. hoſtias et ſacrificiũ obtuliſtis † mihi in deſerto quadragi
1.q.1.c.odi. ta annis domus iſrael? Et poꝛtaſtis tabernacula moloch
G † deo veſtro: et imaginem idoloꝛum veſtroꝛum ſydus dei
Act 7.c. al's ✠ regni. veſtri rẽpha figuras † quas feciſtis vobis † adoꝛare eas.
Al's ✠ que feciſtis vobis. Et migrare vos faciam trans damaſcum dicit dominus
al's ✠ nõ habet adoꝛare eas. deus exercituum nomen eius.

Capituli Summarium. Contra pꝛimates populoꝛum
delicioſos de vaſtatione et interitu inde et iſrael:qui do-
minum cogunt naturam mutare. Ca.VI.

Ue vobis qui opulenti eſtis in ſion et confiditis A
in monte ſamarie:optimates capita populoꝝ Luc.6.e.
ingredientes põpatice domum iſrael. Tranſite
in calãne et videte:ꝛ ite inde in emath magnam.
et deſcendite in geth paleſtinoꝛum et ad optima quoq͂ re
gna hoꝛum:ſi latioꝛ terminꝰ eoꝝ termino veſtro eſt. Qui
ſeparati eſtis in diem malum:et appꝛopinquatis ſolio ini-
quitatis. Qui doꝛmitis in lectis eburneis: et laſciuitis in
ſtratis veſtris. Qui comeditis agnum de grege:et † vitu- al's ✠ vitulos
los de medio armenti:qui canitis ad vocem pſalterii. Si- B
cut dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici:bibentes vi-
num in phialis:et optimo vnguento delibuti: et nihil pe-
tiebantur ſuper contritione ioſeph. Quapꝛopter nũc mi
grabunt in capite tranſmigrantium:ꝛ auferetur factio la-
ſciuientium. Iurauit dominus deus in anima ſua: dicit do
minus deus exercituũ. Deteſtoꝛ ego ſuperbiã iacob:ꝛ do E
mos eius odi et tradã ciuitatẽ cuz habitatoꝛibꝰ ſuis. Q2 Hiere.51.b.
ſi reliqui fuerint decem viri in domo vna:et ipſi moꝛiẽtur. Infra.8.b.
Et tollet eum ꝓpinquus ſuus ꝛ cõburet eũ:vt efferat oſſa
de domo:et dicet ei qui in penetralibus domus eſt. Nun-
quid adhuc eſt penes te? Et reſpondebit. Finis eſt. Et di
cet ei. Tace et non recoꝛderis nominis domini. Quia ecce D
dominus mandauit:et percutiet domũ maioꝛẽ † ruinis:et al's ✠ in.
domum minoꝛem ſciſſionibus. Nunquid currere queunt
in petris equi:aut arari poteſt in bubalis? Quoniam con
uertiſtis in amaritudinem iudicium: et fructum iuſtitie in
abſinthiuz:qui letamini in nihili qui dicitis. Nunquid non
in foꝛtitudine noſtra aſſumpſimꝰ nobis coꝛnua? Ecce ego
ſuſcitabo ſuper vos domus iſrael:dicit dominus deus ex-
ercituũ gentem:et † conterent vos ab introitu emath vſq͂ al's ✠ conterent
ad toꝛrentem deſerti.

Capituli Summarium. De captiuitate iſrael per aſſy-
rios:et inde per nabuchodonoſoꝛ: de trulla cementarii de
amaſia ſacerdote contradicente amos. Ca.VII.

Hec oſtẽdit mihi dominus deus. Et ecce fictoꝛ A
locuſte in pꝛincipio germinãtiũ ſerotini imbꝛis al's ✠ tonſionem gregis.
ꝛ ecce serotinus poſt † tonſionẽ regis. Et fa- al's ✠ tonſuram regis.
ctũ eſt cũ conſummaſſet comedere herbã ter- Infra eodem.
re dixi. Dñe deꝰ ꝓpicius eſto obſecro. Quis
ſuſcitabit iacob:quia paruulus eſt? Miſertus eſt autẽ do
minus ſuper hoc. Non erit:dicit dominus deꝰ. Hec oſten
dit mihi dominus deus. Et ecce vocabit iudicium ad ignẽ
dominus deus:et deuoꝛabit abyſſum multam:et comedet
ſimul partẽ. Et dixi. Domine deus quieſce obſecro. Quis
ſuſcitabit iacob: quia paruulus eſt? Miſertus eſt domi- B
nus ſuper hoc. Sed ꝛ iſtud non erit dicit dominus deus. Supra eodem
Hec oſtẽdit mihi dominus deus. Et ecce dominus ſtans
ſuper murum litum: et in manu eius trulla cementarii. Et
dixit dominus ad me. Quid tu vides amos? Et dixi. Trul
lam cementarii: Et dixit dominus. Ecce ego ponam trul- ſupra 5.a
lam in medio populi mei iſrael. Non adiiciam vltra ſuper
inducere eum et demolientur excelſa idoli: ſanctificatio-
nes iſrael deſolabuntur: et conſurgam ſuper domum †
hieroboam in gladio. Et miſit amaſias ſacerdos bethel al's ✠ idoli.
E ad hieroboam regez iſrael:dicens. Rebellauit contra te
amos in medio domus iſrael. Nec poterit terra ſuſtinere
vniuerſos ſermones eius. Hec enim dicit amos. In gla-
dio moꝛietur hieroboam: et iſrael captiuus migrabit de
terra ſua. Et dixit amaſias ad amos. Qui vides:gradere:
fuge in terraz iuda:et comede ibi panem:ꝛ ꝓphetabis
ibi et in bethel non adiicies vltra vt pꝛophetes q2 ſancti-
ficatio regis eſt et domus regni eſt. Reſpõditq͂ amos et D
dixit ad amaſiam. Non ſum pꝛopheta:et non ſum filius ꝓ-
phete:ſed armentarius ego ſum vellicans ſycomoꝛos. Et
tulit me dominus deus cum ſequerer gregẽ. Et dixit dñs
ad me. Uade pꝛopheta ad populũ meũ iſrael. Et nũc audi
verbũ domini. Tu dicis nõ pꝛophetabis ſuper iſrael ꝛ nõ
ſtillabis

ſtillabis ſuper domum idoli. Propter hoc hec dicit dñs.
Vxor tua in ciuitate fornicabit̃: et filij tui et filie tue in gla
dio cadẽt: ⁊ humꝰ tua funiculo metiet̃. Et tu in terra pollu
ta morieris: ⁊ iſrael captiuus migrabit de terra ſua.
¶ C. S. De vncino et feſtinatione vindicte in populum.
de auaricia populi: de paſſiõe dñi: de luctu: de captiuitate
populi: ⁊ fame verbi dei. Ca. VIII.
A Hec oſtẽdit mihi dñs deꝰ. Ecce vncinus pomo
Supra.7.b. rũ. Et dixit. Quid tu vides amos? Et dixi. Vn
cinũ pomorũ. Et dixit dominꝰ ad me. Venit fi
nis ſup populũ meũ iſrael. Non adijciã vltra vt
pertranſeã eum. Et ſtridebũt cardines templi in die illa di
cit dñs deus. Multi morient̃ in omni loco ꝓijcietur ſilen
B tium. Audite hoc qui conteritis pauperem: et deficere fa
...✝ menſis. citis egenos terre dicentes. Quando trãſibit ✝ menſis et
venundabimus merces: et ſabbatũ: et aperiemus frumen
tum: vt imminuamus menſuram ⁊ augeamus ſiclum et ſup
ponamus ſtateras doloſas vt poſſideamus in argẽto ege
nos: et pauperes ꝓ calciamẽtis et quiſquilias frumẽti
...6.c. vendamꝰ. Iurauit dñs in ſupbiã iacob. Si oblitus fuero
C vſq; in finẽ oia opera eorũ. Nũquid ſuper iſto nõ cõmoue
bitur terra: et lugebit omnis habitator eius? Et aſcendet
quaſi fluuius vniuerſus: ⁊ eijciet̃ ⁊ defluet quaſi riuus egy
pti. Et erit in die illa dicit dñs: occidet ſol in meridie: ⁊ te
...2.b. nebreſcere faciã terrã in die luminis. Et cõuertã feſtiuita
...Deb a.1.c. tes veſtras in luctũ: ⁊ oia cantica veſtra in planctũ. Et in
D ducã ſup omne dorſum veſtrũ ſaccũ: et ſup omne caput cal
...c. andi uiciũ. Et ponã eã quaſi luctũ vnigeniti: et nouiſſima eius
quaſi diẽ amarũ. Et ecce dies veniũt dicit dñs ⁊ mittã fa
men in terrã nõ famẽ panis neq; ſitim aque: ſed audiendi
...5.c.ſl. paulꝰ verbũ dñi. Et cõmouebunt̃ a mari vſq; ad mare: ⁊ ab aqui
lone vſq; orientẽ circũibũt querẽtes verbũ dñi ⁊ non inue
niẽt. In die illa deficient virgines pulchre. ⁊ adoleſcentes
in ſiti: qui iurãt in delicto ſamarie. ⁊ dicũt. Viuit deus tuus
dan et viuit via berſabee. Et cadent et non reſurgẽt vltra.
¶ C. S. De excidio templi et vrbis ꝓpter auariciã prin
cipum: ꝙ dñs cõprehẽdet fugiẽtes et nationes hominum
non attẽdit: ſed mores eius de tpe reſurrectionis inſtaurã
tis eccleſie: de predicatoribus qui plantauerunt eccleſias
et ipſi in eccleſia plantabuntur. Ca. IX.
A Vidi dñm ſtantem ſup altare. Et dixit. Percute
cardinem et cõmoueantur ſupliminaria. Auari
cia eñi in capite ✝ omniũ: et nouiſſimũ eorum in
✝ dominũ. gladio interficiam. Non erit fuga eis: et qui fu
gerit ex eis nõ ſaluabitur. Si deſcẽderint vſq; ad infernũ
inde manus mea educet eos: et ſi aſcenderint vſq; ad celũ
inde detrahã eos: Et ſi abſcõditi fuerint in vertice carme
B li: inde ſcrutans auferam eos. Et ſi celauerint ſe ab oculis
...re.44.c. meis in profundo maris. ibi mandabo ſerpenti et morde
bit eos. Et ſi abierint in captiuitatẽ coram inimicis ſuis:
ibi mandabo gladio ⁊ occidet eos. Et ponã oculos meos
ſuper eos in malũ: ⁊ nõ in bonũ. ✝ Et dominꝰ deus exerci
✝ alt. tuũ qui tangit terrã et tabeſcet: et lugebunt oẽs habitan
tes in ea. Et aſcẽdet ſicut riuus ois ⁊ defluet ſicut fluuius
egypti. Qui edificat in celo aſcenſionẽ ſuã ⁊ faſciculũ ſuũ
ſuper terram fundauit. Qui vocat aquas maris: et ✝ ef
...5.c. ✝ effundet. fundit eas ſuper faciẽ terre. Dñs nomen eius. Nunquid
C nõ vt filij ethyopũ vos eſtis mihi filij iſrael: ait dñs? Nun
quid nõ iſrael aſcẽdere feci de terra egypti: et paleſtinos
de capadocia: ⁊ ſyros de ſyrene? Ecce oculi dñi dei ſup re
gnũ peccãs ⁊ conterã illud a facie terre. Verũtamẽ conte
rẽs nõ cõterã domũ iacob dicit dñs. Ecce enim mandabo
ego: ⁊ cõcutiã in oibus gẽtibꝰ domũ iſrael: ſicut cõcutitur
triticũ in cribro et nõ cadet lapillꝰ ſuper terrã. In gladio
morientur omnes peccatores populi mei qui dicũt: nõ ap
propinquabit et non veniet ſuper nos malum. In die illa
ſuſcitabo tabernaculũ dauid quod cecidit: et reedificabo
aperturas murorum eius: et ea que corruerant inſtaura
bo. Et reedificabo eum ſicut in diebus antiquis: vt poſſi
deant reliquias idumee et omnes nationes eo ꝙ inuocatũ Act.15.c.
ſit nomen meũ ſuper eos dicit dominus faciẽs hec. Ecce D
dies venient dicit dominus: et comprehendet arator meſ Ioel.3.d.
ſorem: et calcator vue mittentem ſemen. Et ſtillabunt mon
tes dulcedinẽ: et omnes colles culti erũt. Et cõuertam ca
ptiuitatem populi mei iſrael: et edificabunt ciuitates de
ſertas: et inhabitabũt et plantabũt vineas: et bibẽt vinum
earum: et facient hortos: et comedent fructus eorum. Et
plãtabo eos ſuper humum ſuam: et non euellam eos vltra De pe. diſt.2.c.
de terra ſua quam dedi eis: dicit dominus deus. ſi agamus in ſi

¶ Explicit amos propheta.

¶ Incipit prologus in Abdiam prophetam.

Iacob patriarcha habuit fratrẽ eſau: q̃ ob rubo Geneſis.25.d.
rem corporis ſui edom hebrea lingua appellatus
eſt quod latine ſanguineus dicitur. Is memora Gene.27.g.
tum fratrem ſuum qui iſrael nomẽ acceperat gra
ui odio cõmotus interimere conatꝰ eſt. Qua de cauſa oẽs
qui populum iſrael. i. filios patriarche iacob predicti eſau
odiũ imitati perſecuti ſunt: eſau et edom appellati ſunt. Et 1. Eſdre.1.b.
qz populus iſrael de captiuitate chaldeorum per cyrũ re
gẽ perſarũ nutu dei reuocatus in hieruſalẽ ab alio regno
grauiter afflictus atq; oppreſſus eſt: ideo hoc regnum qđ
more eſau predictũ populũ perſecutũ eſt per denunciatio
nem abdie prophete increpat̃: quod non de indignatione:
ſed ſua virtute populũ ſuperatum gloriabatur. De quo re
gno olim per dauid in pſalmo. cxxxvj. dictũ eſt. Memora
re domine filiorũ edom in die hieruſalem. Nam reliqua le
ctione comprehenſa futurum in gẽtes iudicium ob cauſas
lectione comprehẽſas: regnũq; dei in populo iſrael ſignifi
cat. Hebrei hunc dicunt eſſe qui ſub rege ſamarie achab
et impijſſima iezabel pauit centum prophetas in ſpecubꝰ: 3. Regũ.18.c.
qui non curuauerunt genua ante baal: et de ſeptem milibꝰ Roma.11.a.
erant quos helyas arguit̃ ignoraſſe. Sepulchrum quoq;
eius vſq; hodie cum mauſeolo heliſei prophete ⁊ baptiſte
ioannis in ſebaſte venerationi habetur: que olim ſamaria
dicebatur. Hanc herodes rex antipatris filius in honore
auguſti ceſaris greco nomine vocauit ſebaſten. id eſt au
guſtam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat acce
pit gratiam prophetalem: et de duce exercitus fit dux ec
cleſie. Tunc in ſamaria paruum gregem pauerat: nunc in
toto orbe chriſti paſcit eccleſias. Et ſicut ſtephanꝰ coronã Act.6.c.⁊.7.g.
meruit paſſionis: ſic hic de ſeruitutis dei cum paulo apo
ſtolo nomine gloriatur: quia abdias ſeruus domini in no
ſtro ſonat eloquio.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Abdias qui interpretatur ſeruus domini perſo
nat contra edom: ſanguineum terrenumq; fra
trem fratris quoq; iacob ſemper emulũ haſta
percutit ſpiritali

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Abdias propheta.

¶ C. Sũ. Edom propter ſuperbiam deijcitur et vaſtatur
per nabuchodonoſor: propter interfectionem ⁊ iniquitatem
in fratrem ſuum: de cauſis propter quas edõ captiuatur:
de ſaluatione iudeorũ: de tyro: de dilatione predicationis
et de ſubiectione populorum. Capitulum. I.



Visio abdie. Hec
dicit dominus deus ad edom.
Auditū3 audiuimus a dño ꝛ le⸗
gatum ad gentes misit. Surgite: ꝛ consur
gamus aduersus eum in preliū. Ecce par⸗
uulū3 dedi te in gētibus. Contēptibilis tu
es valde. Supbia cordis tui extulit te ha⸗
bitantē in scissuris †petrarū3 exaltantē so
†petre. †suum. †dicit. †suo. lium †tuum. Qui †dicis in corde †tuo. Quis detrahet
me in terra3? Si exaltatus fueris vt aquila: ꝛ si inter syde⸗
Iere.49.d. ra posueris nidū tuū: inde detrahā te dicit dñs. Si fures
B introissent ad te: si latrones per noctem quomodo conti⸗
cuisses? Nōne furati essent sufficientia sibi? Si vindemia⸗
†nonne. †racemos. tores itroissent ad te: †nūquid saltē †racemū reliquissent
tibi? Quomodo scrutati sunt esau? Inuestigauerūt abscō
dita eius. Usq3 ad terminum emiserunt te: ꝛ oēs viri fede⸗
ris tui illuserunt tibi. Inualuerunt aduersum te viri pacis
tue. Qui comedunt tecū ponēt insidias subter te. Non est
C prudentia in eo. Nunquid nō in die illa dicit dominus per
Isa.19.c. Iere.1.c. dam sapientes de idumea et prudentiam de monte esau?
†non habz.a. Et timebūt fortes tui †a meridie vt intereat vir de monte
esau. Propter interfectionem ꝛ propter iniquitatē in fra
trem tuum iacob operiet te confusio et peribis in eternū.
In die cum stares aduersus eum: quādo capiebant alieni
exercitum eius: et extranei ingrediebantur portas eius: ꝛ
super hierusalē mittebant sortē: tu quoq3 eras quasi vnus
D ex eis. Et nō despicies in die fratris tui: in die peregrina
tionis eius. Et nō letaberis super filios iuda in die perdi⸗
tionis eorum: et nō magnificabis os tuum in die angustie
neq3 ingredieris portam populi mei in die ruine eoꝝ: neq3
despicies et tu in malis eius in die vastitatis illius. Et non
emitteris aduersus exercitum eius in die vastitatis illius:
neq3 stabis in exitibus vt interficias eos qui fugerint. Et
non concludes reliquos eius in die tribulationis: quonia3
E iuxta est dies domini super omnes gentes. Sicut fecisti
fiet tibi: retributionem tuam cōuertam in caput tuū. Quo
modo enim bibisti super montem sanctum meum bibent
omnes gentes iugiter et bibet ꝛ absorbebunt: ꝛ erūt qua⸗
si non sint. Et in monte sion erit saluatio. et erit sanctus. Et
possidebit domus iacob eos qui se possederāt. Et erit do⸗
F mus iacob ignis: et domus ioseph flamma: ꝛ domus esau
stipula. Et succendentur in eis et deuorabunt eos: et non
erunt reliquie domus esau: q2 dñs locutus est. Et heredi⸗
tabunt hi qui ad austrū sunt montem esau: ꝛ qui in campe⸗
stribꝰ philisthijm: et possidebūt regionē effraim ꝛ regione3
samarie. Et beniamin possidebit galaad et transmigratio
G exercitus huius filiorum israel omnia loca chananeorum
†hz amen. vsq3 ad sareptam: ꝛ trāsmigratio hierusalē que in bospho
ro est possidebit ciuitates austri. Et ascendent saluatores
in mōtē sion iudicare montē3 esau: ꝛ erit domino regnū. †

Explicit abdias propheta.

Incipit prologus in Jonam prophetam.

Sanctum Jonā hebrei affirmant filiū fuisse
mulieris vidue sareptane quē helyas pro
pheta mortuū suscitauit: matre postea di⸗
cēte ad eū: nūc cognoui. q2 vir dei es tu: et
verbu3 dei in ore tuo veritas est. Ob hāc ēt
causam ipsum puerum sic vocauit amathi.
Amathi eñi in nr̄a lingua veritatem sonat. Et ex eo q2 veru3
helyas locutꝰ est: ille qui suscitatus est filius esse dicit veri
3.Reg.17.d. tatis. Ideo de veritate colūba nascit: q2 ionas columbam
sonat. In cōdēnationē autē israel ionas ad gētes mittit q2
niniue agēte penitentiā illi in malicia pseuerāt. Tēporibus
quippe hieroboā regis israel qui deo derelicto cum pplo
suo in samaria idolis sacrificabat ionā pphetā fuisse quar
tus liber regū indicat. Is cu3 pphetia illuminātc pctōres
civitatis niniue dei misericordiam cōsecuturos videret: ne 4.Reg.14.c.
falsa predicare videret: ad denunciandū interitū eiusdē ci⸗
uitatis ire nolebat. Na3 sicut deus ad abraā de impietate
sodomorū et gomorreorū locutꝰ est clamor sodomorum ꝛ
gomorreorū puenit ad me: ita et de niniue dicit eo q2 ascen Gene.18.d.
derit clamor malitie eiꝰ ad deū. Et q2 sentētia dei de sodo⸗ Jone.1.a.
mis facta minime reuocata est: ita ꝛ ionas aduersu3 niniuē
platā sententiā reuocari nolebat diuine dispēsatiōis igna
rus: q2 salutē hoim ad se cōuertētiū magis vult q2 interitū. Ezech.33.a.
Hoc illi acciderat qd ꝛ sancto helyseo qui filium sunamitis⸗ 4.Reg.4.c.
dis mulieris mortuū ignorauit. Ideo a conspectu dei figu
re se ionas putabat humanū aliquid passus dicēte dauid.
Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam? Ps.138.

Explicit prologus.

Incipit argumentum.

Jonas colūba pulcherrima naufragio suo pas⸗
sionem domini prefigurans mundum ad penitē
tiam reuocat: ꝛ sub nomine niniue salutem gen⸗
tibus denunciat.

Explicit argumentum.

Incipit Jonas propheta.

C.S. Jonas mittitur in niniue ad predicandū et fugit
in tharsis orit tēpestas et in mare mittitur; et stat mare: et
timent offerētes dño: ꝛ dñs populi miseretur. Ca.I.



Et factū est ver⸗ A
buz dñi ad ionā filiū amathi: di
cens. Surge: ꝛ vade in †niniuē †niniue
ciuitatē †grandē: ꝛ predica in ea: q2 ascen †magnam
dit †malicia eius cora3 me. Et surrexit io †clamor malicie. Gene.18.b.
nas vt fugeret in tharsis a facie dñi. Et de
scendit in iopen: et inuenit nauē euntem in
tharsis. Et dedit naulu3 eiꝰ. Et descēdit in
eā vt iret cū eis in tharsis a facie dñi. Dñs aūt misit ventu3
magnum in mare: et facta est tempestas magna in mari: et
B nauis periclitabat conteri. Et timuerunt naute et clama⸗
uerunt viri ad deu3 suum: et miserunt vasa que erant in na
ui in mare vt alleuiaret ab eis. Et ionas descendit ad inte
riora nauis: et dormiebat sopore graui. Et accessit ad eum
gubernator: et dixit ei. Quid tu sopore deprimeris? Sur⸗
ge inuoca deum tuum: si forte recogitet deꝰ de nobis: ꝛ nō
pereamus. Et dixit vir ad collegam suum. Uenite et mit⸗ 1.q.4.c.
tamus sortes et sciamus quare hoc malum sit nobis. Et 26.q.2.c.
miserunt sortes. Et cecidit sors super ionam. Et dixerunt non exemplo ꝛ.c. sortes
C ad eum. Indica nobis: cuius causa malum istud sit no⸗
bis. Quod est opus tuum: que terra tua: et quo vadis:
vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos. Hebreus ego
sum: et dominum deum celi ego timeo: qui fecit mare ꝛ ari
dam. Et timuerunt viri timore magno: et dixerunt ad eu3.
Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri q2 a facie domi
ni fugeret: quia indicauerat eis ionas: et dixerunt ad eu3.
Quid faciemus tibi: et cessabit mare a nobis? Quia ma⸗
re ibat et intumescebat super eos. Et dicit ad eos. Tollite
me et mittite in mare: et cessabit mare a vobis. Scio enim
ego quoniam propter me tempestas hec grandis venit su
per vos. Et remigabant viri vt reuerterentur ad aridam
D ꝛ non valebant: quia mare ibat: et intumescebat super eos
et clamauerunt ad dominum et dixerunt. Quesumus do⸗ Daniel.
mine ne pereamus in anima viri istius: ꝛ ne des super nos
sanguinē innocentem: quia tu domine sicut voluisti fecisti.
Et tulerūt ionā ꝛ miserunt in mare et stetit mare a feruore
suo.

ſuo. Et timuerunt viri timore magno dominum: ⁊ immolauerunt hoſtias domino et vouerunt vota.

Capituli Summarium. Abſorptus a ceto clamat ad dominum exauditur ⁊ euomitur. Capi.II.

A Et preparauit dominus piſcē grandem vt deglutiret ionam. Et erat ionas in ventre piſcis tribus diebus et tribus noctibus. Et orauit ionas ad dominum deum ſuum de ventre piſcis

Et dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dominum et exaudiuit me. De vētre inferi clamaui: et exaudiſti vocem meam ⁊ proiceſti me in profundum in corde

B maris: ⁊ flumen circundedit me. Omnes gurgites tui et

C fluctus tui ſuper me tranſierunt. Et ego dixi. Abiect⁹ ſum a conſpectu oculorum tuorum: Verumtamen rurſus videbo templum ſanctum tuum. Circundederūt me aque vſq; ad animā abyſſus vallauit me pelag⁹ operuit caput meū. Ad extrema montium deſcendi: terre vectes concluſerūt me in eternum. Et ſubleuabis de corruptione vitam meā

D domine deus meus. Cum anguſtiaretur in me anima mea domini recordatus ſum: vt veniat ad te oratio mea ad tēplum ſanctum tuum. Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra miſericordiā † ſuam derelinquūt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quecunq; voui reddam pro ſalute mea domino. Et dixit dominus piſci. Et euomit ionam in aridā.

C. S. Iterū ionas mittitur in niniuē predicare: predi

A cat penitet populus: ⁊ dñs miſeretur. Ca.III.

Et factum eſt verbum dñi ad ionam ſecūdo: dicens. Surge et vade ad niniuem ciuitatē magnam ⁊ predica in ea predicationē quā ego loquor ad te. Et ſurrexit ionas ⁊ abijt in niniuē

B iuxta verbum dñi: Et niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et cepit ionas introire ciuitatē itinere diei vnius ⁊ clamauit ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies ⁊ niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri niniuite in

C dño: et predicauerunt ieiunium: et veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſq; ad minorem. Et peruenit verbum ad regem niniue. Et ſurrexit de ſolio ſuo: ⁊ abiecit veſtimentum ſuū a ſe: et indutus eſt ſacco et ſedit in cinere. Et clamauit et dixit. In niniue ex ore regis ⁊ principum eius dicens. Homines ⁊ iumenta ⁊ boues ⁊ pecora non guſtent quicq̄ nec paſcātur ⁊ aquā non bibant. ⁊ operiantur ſaccis homines ⁊ iumenta: ⁊ clament ad † dominum in fortitudine: ⁊ cōuertatur vir a via ſua mala ⁊ ab iniquitate: que eſt in manib⁹ eorum. Quis ſcit ſi conuertatur ⁊ ignoſcat deus: ⁊ reuertatur a furore ire ſue. ⁊ non peribimus: Et vidit deus opera eorum: q: conuerſi ſunt de via ſua mala: ⁊ miſertus eſt deus ſuper maliciam quā locut⁹ fuerat vt faceret eis ⁊ nō fecit:

C. S. Dolet ionas ad mortem ⁊ arguit a dño: dolet ionas areſacta hedera: ⁊ ex hoc probat ei dñs ꝙ propter niniuem debuit condolere. Ca.IIII.

A Et afflictus eſt ionas afflictione magna. ⁊ iratus eſt ⁊ orauit ad dominū et dixit. Obſecro dñe nunquid non hoc eſt verbum meum: cum adhuc eſſem in terra mea: Propter hoc preoccupaui vt fugerem in tharſis. Scio enim q: tu deus clemens ⁊ miſericors es patiens et multe miſerationis: ⁊ ignoſcens ſuper maliciam. Et nunc domine tolle † queſo animā meā a me q: † melior eſt mihi mors ꝙ vi

B ta. Et dixit dñs. Putaſne bene iraſceris tu. Et egreſſus eſt ionas de ciuitate. ⁊ ſedit contra orientem ciuitatis. Et fecit ſibimet vmbraculum ibi: ⁊ ſedebat ſubter illud in vmbra donec videret quid accideret ciuitati. Et preparauit dominus deus ederam ⁊ aſcendit ſuper caput ione: vt eſſet vmbra ſuper caput eius et protegeret eum. Laborauerat enim. Et letatus eſt ionas ſuper hedera letitia magna.

C Et parauit deus vermem aſcēſu diluculi in craſtinū ⁊ percuſſit hederam ⁊ exaruit. Et cum ortus fuiſſet ſol precepit dñs vento calido ⁊ vrenti ⁊ percuſſit ſol ſuper caput ione ⁊ eſtuabat. Et petiuit anime ſue vt moreretur. Et dixit. Melius eſt mihi mori quā viuere. Et dixit dominus ad ionā.

D Putaſne bene iraſceris tu ſuper hederam: Et dixit. Bene iraſcor ego vſq; ad mortem. Et † dixit dominus. Tu doles ſuper hederam in qua non laboraſti neq; feciſti vt creſceret. que ſub vna nocte nata eſt. ⁊ ſub vna nocte perijt: ⁊ ego non parcam niniue ciuitati magne in qua ſunt plus ꝙ centum viginti milia hominum. qui neſciunt quid ſit inter dexteram et ſiniſtram ſuam et iumenta multa.

Explicit ionas propheta.

Incipit prologus in Micheam prophetam.

Temporibus ioathe ⁊ acham ⁊ ezechie regū iuda. micheam prophetām ob hanc prophetiam ſpiritu ſancto repletum fuiſſe lectio ipſa demonſtrat. Sed de ſupradicto numero regum ioathā et ezechiam deo ob religionē placuiſſe: hiſtoria libri quarti regum ⁊ ſecundi paralipomenon indicat. Acham vero relicto deo idola ſamarie quibus etiam filios ſuos in ſacrificium igni concremandos obtulerat coluiſſe cōſtat. Quā obrem deus ſamariam que reges iſrael ⁊ iuda memoratorum ſimulachrorum ſuperſtitione fefellerat increpans indignationē ſuā in eā proceſſuram comminatus eſt. Populo etiam iſrael preuaricatori ⁊ principib⁹ eius qui eundē populum falaci ſuaſione ad colenda idola impulerant verbis in ſequentibus captiuitatem: ⁊ interitum affuturū denunciauit.

Explicit prologus.

Incipit argumentum.

Micheas de moraſthi coheres chriſti vaſtationem annūciat filie latronis ⁊ obſidionē ponit contra eam: quia maxillā percuſſerit iudicis iſrael.

Explicit argumentum.

Incipit Micheas propheta.

Capi. Summa. De terrore venturi iudicis: de ſubuerſione ſamarie propter idola: plangit propheta ꝙ plangāt peruenit ad iudeos ⁊ incitat ad planctum.

Capitulum.I.



A Verbuz domini quod factum eſt ad † micheam moraſthitem in diebus ioathan achā ⁊ ezechie regū iuda: qđ vidit ſuper ſamariam et hieruſalem. Audite populi omnes et attendat terra ⁊ plenitudo eius et ſit dominus deus vobis in teſtem: domin⁹ de templo ſancto ſuo. Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo ⁊ † deſcendet ⁊ calcabit ſuper excelſa terre. Et conſumentur mōtes ſubtus eum: ⁊ valles

B ſcindentur ſicut cera a facie ignis ſicut aque que decurrūt in preceps. In ſcelere iacob omne iſtud: ⁊ in peccatis domus iſrael. Qđ ſcelus iacob: Nōne ſamaria: Et que excelſa iude. Nonne hieruſalem: Et ponam ſamariam quaſi acceruum lapidum in agro cū plantatur vinea: ⁊ detrahā in vallem lapides eius. Et fundamenta eius reuelabo: et omnia ſculptilia eius concidentur. Et omnes mercedes eius comburentur igne: et omnia idola eius ponā in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata ſunt: et vſq; ad mercedē meretricis reuertētur. Super hoc plangam ⁊ vlulabo vadā ſpoliatus ⁊ nudus. Faciam planctum velut draconum: ⁊ luctum quaſi ſtruthio

C num: q: deſperata eſt plaga eius. q: venit vſq; ad iudā: tetigit portam populi mei vſq; ad hieruſalem. In geth nolite ānūciare lachrymis ne ploretis. In domo pulueris puluere vos cōſpergite: et tranſite vobis habitatio pulchra: confuſa ignominia. Non eſt egreſſa que habitat in exitu.

F

Marginal notes: Dan.2.c. / Jo.19. / Mat.12.d. Luc.11.d. / Al. ꝙ dominus. Joel.2.d. / 4.reg.16.a. / Al. ꝙ ab hoc dixit / 4.reg.15.g / 4.reg.6.a / Al. ꝙ micheam. / Eſa.26.d. Al. ꝙ excelſa et calcauit. / Supra.2.a

als ✝ bono. als ✝ marath. Planctum domus vicina accipiet ex vobis que ſtetit ſibi
met quia infirmata eſt in ✝ bonum que habitat in ✝ amari
D tudinibus. Quia deſcendit malum a domino in portã hie
ruſalẽ: tumultus quadrige ſtuporis habitãti lachis. Prin
cipium peccati eſt filie ſion quia in te inuenta ſunt ſcelera
iſrael. Propterea dabit emiſſarios ſup hereditatẽ geth.
als ✝ domus ✝ domos mendacij in deceptionẽ regibus iſrael. Adhuc
heredẽ adducã tibi que habitas in mareſa vſq; ad ✝ odo
als ✝ oliam. als ✝ glorie. lam veniet ✝ gloria iſrael. Decaluare et tondere ſuper fi
lios deliciarum tuarum: dilata caluitiũ tuum ſicut aquila
quoniam captiui ducti ſunt ex te.
¶ C.S. Peccata populi declinat que prouocant vltionẽ
peccantes in ſpe confutat: ⁊ iubet ire poſt dominum com
patitur propheta populo ſuo ⁊ poſt triſticiam prophetat
letu de aduentu chriſti et aſcenſione. Ca.II.
VE qui cogitatis inutile ⁊ operamini malũ in cubi
libus veſtris. In luce matutina faciũt illud qm̃
contra dominum eſt manus eorũ. Et concupierũt
A agros ⁊ violenter tulerunt ⁊ rapierũt domos
⁊ calũniabantur virum et domum eius: virum et heredita
tem eius. Idcirco hec dicit dominus. Ecce ego cogito ſu
di.56.c.naſci. per familiam iſtam malũ vnde non auferetis colla veſtra
et non ambulabitis ſuperbi. quoniam tempus peſſimum
eſt. In die illa ſumetur ſuper vos parabola: et cantabitur
canticum cum ſuauitate dicentium: Depopulatione va
B ſtati ſumus. Pars populi mei commutata eſt. Quomodo
recedit a me cũ reuertatur qui regiones veſtras diuidat.
Propter hoc non erit tibi mittens funiculum ſortis in ce
tu domini o iſrael. Ne loquamini loquẽtes. Non ſtillabit
ſuper iſtos: nõ comprehẽdet confuſio dicit domus iacob.
Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus domini: aut tales ſunt
cogitationes eius? Nonne verba mea bona ſunt cum eo q̃
recte graditur. Et econtrario populus meus in aduerſa
rium conſurrexit. Deſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis et
C eos qui tranſibãt ſimpliciter conuertiſtis in bellum. Mu
lieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum: a
paruulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum. Sur
gite ⁊ ite: quia non habetis hic requiem. Propter immũ
Heb.13.c. diciam eius corrumpetur putredine peſſima. Utinam non
eſſem vir habens ſpiritum: ⁊ mendacium potius loquerer.
Stillabo tibi in vinum ⁊ in ebrietatem: et erit ſuper quem
D ſtillatur populus iſte. Congregatione cõgregabo iacob
totum te in vnum conducam reliquias iſrael. Pariter po
nam illum quaſi gregem in ouili: quaſi pecus in medio cau
als ✝ aſcẽdit larum. Tumultuabuntur a multitudine hominũ ✝. Aſcen
det enim pandens iter ante eos. Diuidet ⁊ tranſibũt por
tam: et egredientur per eam. Et tranſibit rex eorum coram
eis. et dominus in capite eorum.
¶ Capituli Summarium. Contra crudelitatem princi
pũ contra fallaciam prophetarum ⁊ doctorũ: contra ſcele
ra primatum et iudicum propter que ſion deſtructa eſt: et
hieruſalem. Cap.III.
A als ✝ nõ hõ nõ. ET dixi. Audite principes iacob ⁊ duces domus
iſrael. Nunquid ✝ non veſtrum eſt ſcire iudicium
qui odio habetis bonum: ⁊ diligitis malum: qui
violẽter tollitis pelles eorũ deſup eis et carnes
eorũ deſup oſſib⁹ eorũ: Qui comederũt carnẽ ppl'i mei et
B pellẽ eorũ deſup excoriauerũt ⁊ oſſa eorum cõfregerunt ⁊
conciderunt ſicut in lebete et quaſi carnem in medio olle.
Tunc clamabunt ad dominum ⁊ non exaudiet eos: et ab
ſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo ſicut nequiter
egerunt in adinuentionibus ſuis. Hec dicit dominus de
ſuper prophetas qui ſeducunt populũ meũ. qui mordent
dentibus ſuis: ⁊ predicant pacem. Et ſi quis non dederit
in ore eorum quippiã ſanctificant ſuper eum preliũ. Pro
pterea nox vobis pro viſione erit: ⁊ tenebre pro vobis diui
natione. Et occumbet ſol ſuper prophetas: et obtenebra

bitur ſuper eos dies. Et confundentur qui vident viſio C
nes: ⁊ confundentur diuini. Et operient om̃s vultus ſuos diſt.50.c.cum. ex eodiero.
quia non eſt reſponſum dei. Uerũtamẽ ego repletus ſum
fortitudine ſpiritus domini iudicio ⁊ virtute: vt annunciẽ
iacob ſcelus ſuũ ⁊ iſrael peccatum ſuũ. Audite hec princi
pes domus iacob et iudices domus iſrael. Qui abomina D
mini iudicium ⁊ omnia recta peruertitis. Qui edificatis Eze.22.f.
ſion in ſanguinibus: et hieruſalẽ in iniquitate. Principes Soph.3.a.
eius in muneribus iudicabant: ⁊ ſacerdotes eius in mer 1.q.1.c. iudices
cede docebant. Et prophete eius in pecunia diuinabant:
⁊ ſuper dominum requieſcebant dicentes. Nũquid nõ do
minus in medio noſtrum? Nunquid venient ſuper nos ma
la? Propter hoc cauſa veſtri ſion quaſi ager arabitur. et
hieruſalem quaſi aceruus lapidum erit: et mõs templi in
excelſa ſiluarum.
¶ C.S. De aduentu chriſti et fide gentium: de compara
tione orbis. de cõuerſione reliquiarum iſrael pro aduentu
chriſti conſolatur hieruſalem: captiuitatem babylonicam
et liberationem: et futuros predicatores predicit: de reli
quijs que predicabuntur ⁊ ſaluabuntur.
Capitulum.IIII.
ET erit in nouiſſimo dierum mons domus domi A
ni ✝ paratus in vertice montiũ. ⁊ ſublimis ſuper als ✝ preparatus Eſa.2.a.
colles. Et fluent ad eum populi: et properabũt
gentes multe et dicent. Uenite aſcendamus ad
montem domini: et ad domum dei iacob. Et docebit nos
de vijs ſuis. et ibimus in ſemitis eius. Quia de ſion egre
dietur lex et verbum domini de hieruſalem. Et iudicabit
inter populos multos: et corripiet gẽtes fortes vſq; in lõ B
ginquum. Et concidẽt gladios ſuos in vomeres: ⁊ haſtas
ſuas in ligones. Non ſumet gens aduerſus gentem gla
et non dicent vltra belligerare. Et ſedebit vir ſubt⁹ vineã
ſuam. et ſubtus ficum ſuam: ⁊ non erit qui deterreat: quia
os domini exercituum locutum eſt: quia omnes populi am
bulabunt vnuſquiſq; in nomine dei ſui: nos autem ambula
bimus in nomine dei noſtri in eternum ⁊ vltra. In die illo
dicit dominus. congregabo claudicantem: et eam quam Soph.3.d.
eieceram colligam et quam afflixeram ✝ cõſolabor: Et po als ✝ nõ habe conſolabor.
nam claudicãtem in reliquias: et eam que laborauerat in C
gentem robuſtam. Et regnabit dominus ſuper eos in mõ Luc.1.c.
te ſion: ex hoc nunc ⁊ vſq; in ſeculum: Et tu turris gregis
nebuloſa filia ſion vſq; ad te veniet et veniet poteſtas pri
ma regnum filie hieruſalem? Nunc quare merore contra
heris? Nunquid rex non eſt tibi: aut conſiliarius tuus pe
rijt: q: cõprehendit te dolor ſicut parturientem? Dole et
ſatage filia ſion quaſi parturiens: quia nunc egredieris de
ciuitate: ⁊ habitabis in regione: et venies vſq; ad baby
lonem. Ibi liberaberis: ibi redimet te dominus de manu
inimicorum tuorum. Et nunc cõgregate ſunt ſuper te gen
tes multe: que dicunt lapidetur: et aſpiciat in ſion oculus
noſter. Ipſi autem non cognouerunt cogitationes domi D
ni: ⁊ non intellexerunt conſilium eius: q: cõgregauit eos
quaſi fenum aree. Surge et tritura filia ſion: q: cornu tuũ
ponam ferreum: et vngulas tuas ponam ereas. Et cõmi
nues populos multos: et interficies domino rapinas eo
rum: et fortitudinem eorum domino vniuerſe terre.
¶ Capituli Summarium. De vaſtatione hieruſalem pro
morte chriſti de natiuitate et magnificentia xp̃i: de ſeptẽ
paſtoribus ⁊ octo primatibus de apoſtolica predicatiõe
ne et iudeorum exterminatione.
Capitulum.V. Matt.2.a.
NUnc vaſtaberis filia latronis. Obſidionẽ po 7.f.
ſuerunt ſuper nos. In virga percutient maxil
lam iudicis iſrael. Et tu bethleem effrata par
uul⁹ es in milib⁹ Iuda. Ex te mihi egredietur
qui ſit dominator in iſrael: ⁊ egreſſus eius ab initio a die
bus eternitatis. Propter hoc dabit eos vſq; ad tempus

in quo parturiens pariet. Et reliquit ſtratum eius cōuer-
tentur ad filios iſrael? Et ſtabit ⁊ paſcet in fortitudine do
mini: in ſublimitate nominis domini dei ſui. Et cōuertent
quia nunc magnificabitur vſqꝫ ad terminos terre. Et erit
B iſte pax aſſyrijs cum venerit in terrā noſtrā ⁊ quādo cal-
cauerit in domibus noſtris. Et ſuſcitabimus ſuper eū ſep
tem paſtores. et octo primates homines. Et paſcent ter-
rā aſſur in gladio ⁊ terrā nemroth in lanceis eius. Et li-
berabit ab aſſur cum venerit in terram noſtram: et cū cal-
[...+ terminis ...ſtris.] caucrit † in finibus noſtris. Et erūt reliquie iacob in me-
dio populorum multorū: quaſi ros a domino ⁊ quaſi ſtille
ſuper herbam que non expectat virum ⁊ non preſtolatur
filios hominum. Et erunt reliquie iacob in gentibꝰ in me-
dio populorum multorum quaſi leo in iumentis ſiluarum ⁊
quaſi catulus leonis in gregibus pecorum. Qui cū tranſ-
ierit ⁊ conculcauerit ⁊ ceperit non eſt qui eruat. Et exalta
bitur manus tua ſuper hoſtes tuos ⁊ omnes inimici tui in
interibunt. Et erit in die illa dicit dominus. Auferā equos
tuos de medio tui et diſperdam quadrigas tuas. Et per
D dam ciuitates terre tue: ⁊ deſtruā omnes munitiōes tuas
Et auferam maleficia de manu tua: ⁊ diuinationes nō erūt
in te. Et perire faciam ſculptilia tua: ⁊ ſtatuas tuas de me
dio tui. et non adorabis vltra opera manuum tuarum. Et
euellam lucos tuos de medio tui: ⁊ conterā ciuitates tuas
et faciā in furore ⁊ in indignatione vltionem in omnibus
gentibus que non audierunt.

¶ Capit. Sum. De diſceptatione domini cū populo ſuo
de oblatione acceptabili domino: de ſcelerib' populi ⁊ af
flictionibus eius. Ca.VI.

A Udite que dominus loquitur. Surge contende
indicio aduerſum montes: ⁊ audiant colles vo-
cem tuam. Audiāt montes iudiciū domini ⁊ for-
tia fundamenta terre q: iudicium domini cū po-
pulo ſuo: ⁊ cum iſrael diiudicabitur. Populé meꝰ quid fe
[...fect.] ci tibi: aut † quid moleſtꝰ fui tibi? Reſponde mihi. Quia
eduxi te de terra egypti: et de domo ſeruientium liberaui
te et miſi ante faciem tuā moyſen et aaron: ⁊ mariam. Po
B pule meus memento queſo quid cogitauerit † cōtra te ba
[...+ ... hz con...ue.] lach rex moab et quid reſponderit ei balaā filius beor de
ſethim vſqꝫ ad galgalā: vt cognoſceres iuſtitias domini.
[...+ curuem.] Quid dignum offeram domino? † Curuabo genu deo ex
celſo? Nunquid offeram ei holocauſtomata ⁊ vitulos an-
niculos? Nunquid placari poteſt dominus in milibꝰ arie
tum: aut in multis milibus hyrcorum pinguiū? Nunquid
dabo primogenitum meum pro ſcelere meo: fructum ven-
tris mei pro peccato anime mee? Indicabo tibi o homo
E quid ſit bonum: et quid dominus † requirat a te. Utiqꝫ
[...+ querat. ...tuum.] facere iudicium et diligere miſericordiam: ⁊ ſollicitum am
bulare cum deo tuo. Uox domini ad ciuitatem clamat: ⁊ ſa
[...ſuum.] lus erit timētibus nomen † eius. Audite tribus? Et quis
approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij theſauri ini
quitatis et menſura minor: ire plena? Nunquid iuſtifica-
bo ſtateram impiam: ⁊ ſacculi pondera doloſa? In quibus
diuites eius repleti ſunt iniquitate: ⁊ habitantes in ea lo-
quebantur mendacium et lingua eorum fraudulenta in ore
eorum. Et ego ergo cepi percutere te perditione ſuꝑ pec
D catis tuis. Tu comedes et non ſaturaberis: ⁊ humiliatio
tua in medio tui. Et apprehendes et non ſaluabis: ⁊ quos
ſaluaueris in gladium dabo. Tu ſeminabis et nō metes: tu
[...18.o. ...a.l.b] calcabis oliuam ⁊ non vngeris oleo: ⁊ muſtum et non bi-
bes vinum et cuſtodiſti precepta amri et omne opus domꝰ
achab: ⁊ ambulaſti in voluptatibus eorum vt darem te in
perditionem et habitantes in ea in ſibilum et opprobrium
populi mei portabis.

¶ Capituli Summarium. Plangit propheta quia pau-
ci ſunt iuſti de liberatione hieruſalē a babylonijs de chri-
ſto paſtore ⁊ populo naſcendo: de confuſione gentiū ⁊ lau
de diuine clementie. Ca.VII.

V E mihi quia factus ſum ſicut qui colligit in au A
tumno racemos vindemie? Non eſt botrus ad
comedendum † precoquas ficus deſiderauit [al's + immatura]
anima mea. Perijt ſanctus de terra. et rectus
in hominibus non eſt. Omnes in ſanguine in-
ſidiantur: vir fratrem ſuum ad mortem venatur. Malum
manuum ſuarum dicunt bonum. Princeps poſtulat: ⁊ iu-
dex in reddendo eſt. Et magnus locutus eſt deſideriū ani
me ſue et conturbauerunt eam. Qui optimꝰ in eis eſt qua
ſi paliurus: et qui rectus quaſi ſpina de ſepe. Dies ſpecu-
lationis tue viſitatio tua venit. Nunc erit vaſtitas eorum.
Nolite credere amico: et nolite confidere in duce. Ab ea
que dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. quia filius
contumeliam facit patri et filia conſurget aduerſus matrē B
ſuam: nurus † aduerſus ſocrum ſuam: et inimici hominis [Mat.10.c.]
domeſtici eius. Ego autem ad dominum aſpiciam: expe- [al's + cōtra.]
ctabo deum ſaluatorem meū. Audiet me deus meus. Ne
leteris inimica mea ſuper me q: cecidi. Conſurgam. Cum
ſedero in tenebris dominus lux mea eſt. Irā domini por
tabo quoniam peccaui ei: donec cauſam meā iudicet ⁊ fa
ciat iudicium meum. Educet me in lucem: videbo iuſtitiā
eius. Et aſpiciet inimica mea: ⁊ operietur confuſione: que
dicit ad me. Ubi eſt dominus deus tuus? Oculi mei vide E
bunt † in eam. Nunc erit in conculcatione vt lutum platea- [al's + nō hz in]
rum. Dies vt edificentur macerie tue. In die illa lōge fiet
lex. In die illa vſqꝫ ad te veniet aſſur ⁊ vſqꝫ ad ciuitates mu
nitas: et a ciuitatibus munitis vſqꝫ ad flumen: et ad mare
de mari ⁊ ad montem de monte. Et terra erit in deſolatio
nem propter habitatores ſuos: et propter fructum cogi-
tationum eorum. Paſce populum tuum in virga tua gre-
gem hereditatis tue habitantes ſolos in ſaltu. In medio
carmeli paſcētur baſan. et galad iuxta dies antiquos. Se
cundum diem egreſſionis tue de terra egypti oſtendam ei
mirabilia. Uidebunt gentes et confundentur ſuper omni
fortitudine ſua: Ponent manū ſuper os: aures eorū ſur-
de erunt. Lingent puluerem ſicut ſerpentes velut reptilia D
terre turbabuntur de edibus ſuis. Dominum deū noſtrū
non deſiderabunt et timebunt te. Quis deus ſimilis tui q̄
aufers iniquitatem: et † transfers peccatum reliquiarum
hereditatis tue? Non immittet vltra furorē ſuū qm̄ volēs [al's + transſ.]
miſericordiam eſt. Reuertetur ⁊ miſerebitur noſtri. De-
ponet iniquitates noſtras ⁊ proijciet ī profundum maris
omnia peccata noſtra: dabis veritatem iacob miſericor-
diam abraā: que iuraſti patribus noſtris a diebꝰ antiquis

¶ Explicit Micheas propheta.

¶ Incipit prologus in Naum prophetam.

N Aum prophetam ante aduentum regis aſſyrio-
rum qui populum iſrael captiuū in ſuam regio
nem trāſtulerat: fuiſſe hebreorum traditio cōfir
mat. Si quidem in finem huius lectionis predi
cti regis aduentum: idem propheta annunciare monſtrat
Sed cum habitatores niniue iona interitum ciuitatis pre
dicante ne diuina ira denunciatum interitū ſuſtinuerēt pec
catorum ⁊ impietatis penitentiā egiſſent accepta dei mi-
ſericordia: grauioribus ſe criminibus impleuerunt. Qua
de cauſa memoratus propheta ſpirituſancto plenus: iudi
cium dei annuncians ita locutꝰ eſt. Deus zelās ⁊ vlciſces
dominus eſt ⁊c. Iam enim decem tribus ab aſſyrijs ducte
fuerant in captiuitatē ſub ezechia rege iuda: ſub quo etiā [Naum.1.a.]
nunc in conſolatione populi tranſmigrati: aduerſum nini-
nem viſio cernitur. Nec erat parua conſolatio tā his qui
iam aſſyrijs ſeruiebant quam reliquis qui ſub ezechia de
tribu iuda et beniamin ab eiſdem hoſtibus obſidebantur

Aſſyrii ⁊ chaldei ſunt diuerſi populi.
vt audirent aſſyrios quoq; a chaldeis eſſe capiēdos: ſicut
in ſequentibus libri huius demonſtrabitur. Sciendū au
tem quod niniue in noſtra lingua de hebreo ſpecioſum ſo
nat. Specioſus autem hic mundus dicitur. Unde et apud
grecos coſmos ab ornatu nomen accepit. Et quidquid
nūc aduerſus niniuē dicitur: de mūdo figuraliter predica
ri ſentiamus. Quā ob cauſam ⁊ aſſumptio quā ſeptuagin
ta interpretes dicūt proſlepſin: apud hebreos † maſſa po
aſſ † malech.
nitur .i. graue onus: eo ꝙ eam aduerſus quā prophetatur
premat: nec ſinat leuare ceruicē. Simulq; hoc attenden
dum ꝙ hec ipſa vel aſſumptio vel onus vel pōdus prophe
te viſio ſit. Non enim loquitur propheta in extaſi: vt mon
al † maximilla
tanus ⁊ priſcilla. † maxillaq; delyrant: ſi quod prophetat
liber eſt viſionis intelligentis vniuerſa que loquitur: ⁊ pō
dus hoſtium faciētis ſuo populo viſionē. De cōſumma
tione itaq; mundi ſecundum anagogen conſolationem ſan
ctorum prophetia texitur: vt quecunq; in mūdo vidēt qua
ſi pretereuntia et caduca contēnāt et preparent ſe ad iudi
cij diē. Ubi vltor aduerſus viros aſſyrios affutur⁹ eſt dn̄s

Explicit prologus.

Incipit argumentum.

Naum.1.d.
Naum conſolator orbis interpretatur. Increpat
ciuitatem ſanguinum: et poſt euerſionem illius
loquitur. Ecce ſuper montes pedes euāgelizan
tis et annunciantis pacem.

Explicit argumentum.

Incipit Naum propheta.

C.S. De emulatione domini. et ponitur ad vindictā
contra niniuem: et de bonitate domini ad reducendam ca
ptiuitatē iſrael: quia non deambulabūt eam aſſyrij ſicut ca
ptiuitatem iuda et hieruſalem: ſed ipſi igne ſuccendentur:
et ſennacherib in templo dei ſui occidetur: et inde reddet
ſecuritas.
Cap.I.



A
dē.4.c.naum.
Onus niniue li
ber viſionis. Naum helcheſei.
Deus emulator. ⁊ vlciſcens do
minus: vlciſcens domin⁹ ⁊ ha
bens furorem: vlciſcēs dominus in hoſtes
ſuos: et iraſcēs ipſe inimicis ſuis. Domi
nus patiens et magnus fortitudine. ⁊ mun
dans non faciet innocentem. Dominus in
B
tempeſtate et turbine vie eius ⁊ nebule puluis pedū eius
Increpans mare ⁊ exiccans illud: ⁊ omnia flumina ad de
ſertum deducens. Infirmatus eſt baſaan ⁊ carmel⁹. ⁊ flos
libani elanguit. Montes commoti ſunt ab eo. et colles de
ſolati ſunt. Et contremuit terra a facie eius: ⁊ orbis ⁊ om
nes habitantes in eo. Ante faciem indignationis ei⁹ quis
ſtabit et quis reſiſtet in ira furoris eius? Indignatio eius
effuſa eſt vt ignis ⁊ petre diſſolute ſunt ab eo. Bonus do
minus et confortans in die tribulationis: ⁊ ſciens ſperan
tes in ſe. Et in diluuio pretereunte conſummatione faciet
C
24.q.5.c.quid ergo.
de pe.di.3.c. ex totitate.
loci eius: et inimicos eius perſequenꝯ tenebre. Quid co
gitatis contra dominum? Conſummationem ipſe faciet.
Non conſurget duplex tribulatio: quia ſpine ſeinuicem
complectuntur: ſic conuiuium eorum pariter potantium:
Conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te eni exi
bit cogitans contra dominum maliciā: mente pertractās
preuaricationem. Hec dicit dominus. Si perfecti fuerint
D
ita et plures ſic quoq; attondentur et pertranſibit. Affligi
te et non affligam te vltra. Et nunc conteram virgam eius
de dorſo tuo et vincula tua dirumpam: et precipiet ſuper
te dominus. Non ſeminabitur ex nomine tuo ampli⁹. De
domo dei tui interficiam. Sculptile et conflatile ponā ſe
pulchrum tuum: quia inhonoratus es. Ecce ſuper mōtes
pedes euangelizantis et annunciantis pacem. Celebra iu
da feſtiuitates tuas: et redde vota tua: quia non adijciet vl
tra vt pertranſeat in te belial: vniuerſus interijt.

Capi. Summariū. De aſcenſu nabuchodonoſor cōtra
niniuem ⁊ vltione domini: deſcribitur etiam exercitus ba
byloniorum ⁊ deſcribitur vaſtitas niniue: ſub typo mulie
ris captiue verba exprobrantis.

Capitulum.II.

Aſcendit qui diſpergat corā te: qui cuſtodiat A
obſidionem. Contēplare viam: conforta lum aſſ † reddit
bos: robora virtutē valde quia ſicut † reddi
dit domin⁹ ſuperbiā iacob: ſic ſuperbiā iſrl'
quia vaſtatores diſſipauerūt eos: ⁊ propagi
nes eorum corruperunt. Clypeus fortium eius ignitus vi
ri exercitus in coccineis. Ignee habene currus in die pre
parationis eius: ⁊ agitatores eius cōſopiti ſunt. In itine B
ribus conturbati ſunt: quadrige † colliſe ſunt in plateis. aſſ † conturb
Aſpectus eorum quaſi lampades: quaſi fulgura diſcurren
tia. Recordabitur fortiū ſuorum: ruent in itineribus ſuis.
Uelociter aſcendent muros eius: et preparabitur vmbra
culum. Porte fluuiorum aperte ſunt: et templū ad ſolū di
rutum. Et miles captiuus adductus eſt: ⁊ ancille eius mi
nabantur gementes vt columbe: murmurantes in cordi
bus ſuis. Et niniue quaſi piſcina aquarū aque ei⁹ ipſi vero C
fugerunt. State ſtate: ⁊ non eſt qui reuertatur. Diripite
argentum: diripite aurum: et non eſt finis diuitiarū ex om
nibus vaſis deſiderabilibus. Diſſipata eſt ⁊ ſciſſa et dila
cerata eſt: cor tabeſcēs ⁊ diſſolutio geniculorū ⁊ defectio
in cunctis renibus: ⁊ facies omniū ſicut nigredo olle. Ubi
eſt habitaculum leonum: ⁊ paſcua catulorum leonum? Ad
quam iuit leo vt ingrederetur illuc: catulus leonis: et non D
eſt qui exterreat. Leo cepit ſufficienter catulis ſuis: ⁊ ne Eſa.13.b.
cauit leenis ſuis. Et impleuit preda ſpelūcas ſuas: ⁊ cubi aſſ † ...
le ſuū rapina. Ecce ego ad te dicit † dominus exercituū. aſſ † ...
et ſuccendam vſq; ad ſummum quadrigas tuas. et leuncu
los tuos comedet gladius. Et exterminabo de terra pre
dam tuam: et non audietur vltra vox nunciorum tuorū.

Capituli Summariū. Arguitur crudelitas niniue. et
deſpoliatur ſicut adultera deprehenſa. defenſio nulla etiā
eius eſt: ſed ſicut alexādria que hic deſcribitur deſtructur
tanquam non munita: et debilis populus ei⁹ euolat vt lo
cuſte occidentur principes eius: et erit peſſima plaga ei⁹.

Capitulum.III.

Ve ciuitas ſanguinū: vniuerſa mendacij dilace
rationeplena. Nō recedet a te rapina. Uox fla A
gelli et vox impetus rote et equi frementis et Eſa.24.b.
quadrige feruentis et equitis aſcēdentis. ⁊ mi abac.24.
cantis gladij: et fulgurantis haſte et multitudinis interfe
ctorum et grauis ruine: nec eſt finis cadauerum. Et corruēt in
corporibus ſuis propter multitudinem fornicationum me
retricis † ſpecioſe et grate: et habentis maleficia que ven
didit gentes in fornicationibus ſuis et familias in malefi aſſ † ſpecioſe
cijs ſuis. Ecce ego ad te dixit dominus exercituū et reue Eſa.27.a.
labo pudenda tua in facie tua et oſtendam in gentibus nu
ditatem tuam: et regnis ignominiam tuam. Et proijciam
ſuper te abominationes: et contumelijs te afficiam. ⁊ po
nam te in exemplum. Et erit omnis qui viderit te reſiliet a
te. et dicet. Uaſtata eſt niniue. Quis cōmouebit ſuper te
caput? Unde queram conſolatorem tibi? Nūquid melior B
es alexandria populorū. que habitat in fluminib⁹? Aque
coꝛdiam ⁊ miſerationes. Et hieruſalē nō habitabatur ſed
erat ſicut deſertum. Non erat qui ingrederetur et egrede
retur de natis eius: ⁊ ſanctum conculcabatur: ⁊ filij alieni
genarum erant in arce: ibi erat habitatio gentium. Et ab-
lata eſt voluptas a iacob: ⁊ defecit ibi tibia ⁊ cythara. Et
congregati ſunt et venerunt in maſphat contra hieruſaleꝫ
q; locus oꝛationis erat in maſphat ante in iſrael. Et ieiu-
nauerunt illa die: ⁊ induerunt ſe cilicijs: ⁊ cinereꝫ impoſue
runt capiti ſuo: et diſſuerunt veſtimenta ſua: et expāderūt
† libꝛos legis de quibus ſcrutabantur gentes ſimilitudi- al's ✠ libꝛu...
nem ſimulachꝛoꝛum ſuoꝛum: ⁊ attulerunt oꝛnamēta ſacer-
dotalia et pꝛimitias et decimas: et ſuſcitauerūt nazareos
qui impleuerāt dies: et clamauerunt voce magna in celum
dicētes. Quid faciemus † iſtis: et quo eos ducemus: Et al's ✠ vi...
ſancta tua conculcata ſunt et contaminata ſunt. ⁊ ſacerdo
tes tui facti ſunt in luctum ⁊ in humilitatē. Et ecce natiōes
conuenerunt aduerſum nos vt nos diſperdant. Tu ſcis ꝗ
G cogitant in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante fa
ciem eoꝛum: niſi tu deus adiuues nos: Et tubis exclama-
uerunt voce magna. Et poſt hec cōſtituit iudas duces po
puli: tribunos et centuriones ⁊ pentacontarcos et decu-
riones. et dixit his qui edificabant domos et ſponſabant
vxoꝛes et plantabant vineas et foꝛmidoloſis: vt redirent
vnuſquiſq; in domum ſuam ſm legem. Et mouerūt caſtra.
et collocauerunt ad auſtrum ammaum. Et ait iudas. Ac- Deute. 20.
cingimini ⁊ eſtote filij potētes: ⁊ eſtote parati in mane vt Judicū. 8.
pugnetis aduerſus nationes has que conuenerunt diſper
dere nos et ſancta noſtra quoniā melius eſt nos moꝛi in
bello ꝙ videre mala gentis noſtre et ſanctoꝛum. Sicut au
tem fuerit voluntas in celo ſic fiat.

¶ C. S. Debellatis goꝛgia ⁊ lyſia iudas purificauit tem
plum: de dedicatione altaris et oꝛnatu templi.

Capitulum. IIII.

Et aſſumpſit goꝛgias quinq; milia viroꝝ ⁊ mille A
equites electos. Et mouerunt caſtra nocte vt Joſeph⁹ vbi
applicarent ad caſtra iudeoꝛum vt percuterent ſu...pra hec eadē
eos ſubito. Et filij qui erant ex arce erāt illis du ſcribit.
ces. Et audiuit iudas et ſurrexit ipſe ⁊ potētes percutere
virtutem exercituū regis † que erat in ammaum. Adhuc al's ✠ que.
enim diſperſus erat exercitus a caſtris. Et venit goꝛgias
in caſtra iude noctu et neminem inuenit. Et querebat eos
in mōtib⁹: q; dicit fugiūt hi a nobis. Et cum dies factus
eſſet apparuit iudas in cāpo cū trib⁹ milibus viroꝝ tm̄ ꝗ
tegumēta ⁊ gladios nō habebāt. Et viderūt caſtra gētiū
valida ⁊ loꝛicatos ⁊ equitatus in circūitu eoꝝ: ⁊ hi docti
ad pꝛelium. Et ait iudas viris qui ſecū erāt. ne timueritis Exo. 14. 6
multitudinem eoꝛum: et impetum eoꝛum ne foꝛmidetis
Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari
rubꝛo cū ſequeret eos pharao cū exercitu multo. Et nūc
clamemus in celum: et miſerebitur noſtri dominus: et me
moꝛ erit teſtamenti patrum noſtroꝛum: et conteret exer-
citum iſtum ante faciem noſtram hodie: et ſcient omnes al's nō habet
gentes quia eſt † deus qui redimat et liberet iſrael. Et deus.
leuauerunt alienigene oculos ſuos. Et viderunt eos veni

tes ex aduerſo: Et exierunt de caſtris in preliũ: et tuba ce
B cinerũt hi qui erant cum iuda. Et congreſſi ſunt ⁊ cõtrite
ſunt gentes ⁊ fugerũt in campũ. Nouiſſimi aũt ceciderũt
in gladio: et perſecuti ſunt eos vſq; gareʒon ⁊ vſq; in cam
pos idumee ⁊ azoti ⁊ iãnie: ⁊ ceciderũt ex illis vſq; ad tria
milia virorum. Et reuerſus eſt iudas ⁊ exercitus eius ſe-
quens eum. Dixitq; ad populũ. Nõ concupiſcatis ſpolia:
quia bellũ cõtra nos eſt: ⁊ gorgias ⁊ exercitus eius pro-
pe nos in montibus: ſed ſtate nunc contra inimicos no-
ſtros ⁊ expugnate eos ⁊ ſumetis poſtea ſpolia ſecuri. Et
C adhuc loquente iuda hec: ecce apparuit pars quedã pro-
ſpiciens de monte. Et vidit gorgias ꝙ in fugam conuerſi
ſunt ſui: ⁊ ſuccẽſa ſunt caſtra. Fumus enim qui videbatur
declarabat quod factum eſt. Quibꝰ illis cõſpectis timue
runt valde aſpiciẽtes ſimul ⁊ iudã ⁊ exercitũ in campo pa
ratum ad preliũ. Et fugerũt omnes in campo alienigena-
rum: ⁊ iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum. Et accepe
runt aurũ multũ ⁊ argentum ⁊ hiacynthũ ⁊ purpurã ma-
rinam ⁊ opes magnas: ⁊ cõuerſi hymnũ canebãt ⁊ bene-
dicebant deum in celum: quoniã bonus eſt: quoniã in ſecu
lum miſericordia eius. Et facta eſt ſalus magna in iſrael in
die illa. Quicunq; autẽ alienigenarum euaſerunt venerunt
et nunciauerunt lyſie vniuerſa que acciderãt. Quibus ille
auditis cõſternatus animo deficiebat quia non qualia vo
luit: talia contigerunt in iſrael: et qualia mandauit rex. Et
ſequenti anno cõgregauit lyſias virorũ electorum ſexagin
ta milia: ⁊ equitum quinq; milia: vt debellaret eos. Et ve-
nerunt in iudeam: ⁊ caſtra poſuerunt in bethoron. Et oc-
currit illis iudas cum decem milibus viris. Et viderunt
exercitum fortem: et orauit et dixit. Benedictus es ſalua
tor iſrael qui contriuiſti impetũ potẽtis in manu ſerui tui
dauid: ⁊ tradidiſti caſtra alienigenarũ in manu ionathe fi
lij ſaul ⁊ armigeri eius. Conclude exercitum iſtum in manu
populi tui iſrael: ⁊ confundantur in exercitu ſuo ⁊ equiti-
bus. Da illis formidinẽ ⁊ tabefac audaciã virtutis eorũ
⁊ cõmoueantur cõtritione ſua. Deijce illos gladio diligẽ
tium te: ⁊ collaudent te omnes qui nouerunt nomen tuum
in hymnis. Et † cõmiſerunt prelium ⁊ ceciderunt de exer- ✠ nõ habet ...
citu lyſie quinq; milia virorum. Uidens autem lyſias fugã
ſuorum ⁊ iudeorũ audaciã. ⁊ ꝙ parati ſunt aut viuere aut
mori fortiter abijt antiochiã ⁊ elegit milites vt multipli-
cati rurſus venirẽt iudeã. Dixit aũt iudas ⁊ fratres eius.
Ecce cõtriti ſunt inimici noſtri: aſcẽdamus nunc mundare
E ſancta ⁊ renouare. Et congregatus eſt omnis exercitus:
⁊ aſcenderunt in montem ſyon. Et viderunt ſanctificatio-
nem deſertam: ⁊ altare prophanatũ ⁊ portas exuſtas: et
in atrijs virgulta nata ſicut in ſaltu vel in montibus: ⁊ pa-
ſtophoria dirupta. Et ſciderũt veſtimẽta ſua ⁊ planxerũt
planctu magno. Et impoſuerunt cinerẽ ſuper caput ſuũ: ⁊
ceciderunt in faciem ſuper terram: ⁊ exclamauerũt tubis
ſignorum et clamauerunt in celũ. Tunc ordinauit iudas vi
ros vt pugnarent aduerſus eos qui erant in arce: donec
emundarent ſancta. Et elegit ſacerdotes ſine macula vo-
luntatem habentes in lege dei: et mundauerunt ſancta: et
tulerunt lapides contaminationis in locũ immundũ. Et
cogitauit de altari holocauſtorũ quod prophanatũ erat
quid de eo faceret. Et incidit illi conſiliũ bonũ vt deſtrue-
ret illud ne forte illis eſſet in opprobriũ: quia contaminaue
runt illud gentes. Et demoliti ſunt illud. ⁊ repoſuerunt la
F pides in monte domus in loco apto: quoadusq; veniret ꝓ
pheta et reſponderet de eis. Et acceperunt lapides inte-
gros ſm legẽ: ⁊ edificauerũt altare nouũ ſm illud qḋ fuit
prius ⁊ edificauerunt ſancta ⁊ que intra domum erant in
trinſecus: et edem ⁊ atria ſanctificauerũt. Et fecerunt va-
ſa ſancta noua: et intulerunt candelabrũ ⁊ altare incenſo-
rum et menſam in templum. Et incenſum poſuerunt ſuper
altare: et accenderunt lucernas que ſuper cãdelabrũ erãt

et lucebant in templo. Et poſuerunt ſuper menſam panes
et appenderunt velamina: ⁊ cõſummauerũt omnia opera
que fecerant. Et ante matutinum ſurrexerunt quinta ⁊ vi
ceſima die mẽſis noni. Hic eſt mẽſis caſleu centeſimi qua-
drageſimioctaui anni: et obtulerũt ſacrificiũ ſm legem ſu Caſleu q̄ a macedonibus vocatur appelleon ſecundum Joſe.
per altare holocauſtorũ nouum quod fecerunt. Scḋm tẽ
pus ⁊ ſm diem in qua contaminauerunt illud gẽtes in ipſa
renouatũ eſt in cãticis ⁊ cytharis ⁊ cynaris: ⁊ cymbalis.
Et cecidit omnis populus in faciem ⁊ adorauerunt ⁊ be- G
nedixerunt in celum eum qui proſperauit eis. Et fecerunt
dedicationẽ altaris diebus octo: ⁊ obtulerũt holocauſta De cõſe. di. i. c. ſolẽnitas. i glo.
cũ letitia: ⁊ ſalutaria laudis. Et ornauerũt faciẽ tẽpli coro
nis aureis ⁊ ſcutulis: ⁊ dedicauerũt portas ⁊ paſtopho-
ria: et impoſuerunt eis ianuas. Et facta eſt letitia in popu
lo magna valde ⁊ auerſum eſt opprobriũ gẽtiũ. Et ſtatuit
iudas et fratres eius et vniuerſa eccleſia iſrael: vt agatur ✠ Dedicatiõis q̄ ſolẽnitas ſcḋz Joſe. dr lumina eo ꝙ preter ſpez iudeis ſplẽdidũ lumẽ colende religiõis apparuit
dies dedicatiõis † altaris in temporibus ſuis ab anno in
annum per dies octo a quinta et viceſima die mẽſis caſleu
cum letitia ⁊ gaudio. Et edificauerunt in tẽpore illo mon-
tem ſyon: ⁊ per circuitũ muros altos ⁊ turres firmas: ne-
quando venirent gentes ⁊ conculcarẽt eum ſicut antea fe
cerunt. Et collocauit illic exercitũ vt ſeruarẽt eum: et mu
niuit † eum ad cuſtodiendã bethſuram: vt haberet popu-
lus munitionem contra faciem idumee.

¶ Cap̄. Sum. Debellat iudas gentes volentes perdere
iſrael: de timotheo duce ammõ: ſymon miſſus a fratre ex-
pugnat gentes: de bellis iude contra timotheũ quod ioſe
phus ⁊ azarias victi ſunt. Expugnat iudas filios eſau. Iu
das euertit aras idolorũ. Ca. V.

ET factum eſt vt audierũt gentes in circuitu qꝛ A
edificatum eſt altare ⁊ ſanctuarium ſicut prius: Hic vide Joſe. li. xij. cap̄. xij.
irate ſunt valde et cogitabant tollere genus ia-
cob: qui erant inter eos. Et ceperũt occidere
de populo et perſequi. Et debellabat iudas filios eſau in
idumea et eos qui erant in arabathane: quia circunſede-
bant iſraelitas: et percuſſit eos plaga magna. Et recorda 23. q. 2. c. ſi.
tus eſt malitiam filiorum bean: qui erãt populo in laqueũ
et in ſcandalum inſidiãtes ei in via. Et concluſi ſunt ab eo
in turribus. Et aplicuit ad eos et anathematizauit eos et
incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant
Et tranſiuit ad filios ammon et inuenit manum fortem et
populum copioſum: et timotheum ducem ipſorum. Et cõ
miſit cum eis prelia multa: et contriti ſunt in conſpectu eo
rum: et percuſſit eos ⁊ cepit gazer ciuitatẽ ⁊ † filias eius alias ✠ filios.
⁊ reuerſus eſt in iudeam. Et congregate ſunt gentes que
ſunt in galaad aduerſus iſraelitas qui erant in finibꝰ eorũ
vt tollerent eos: et fugerunt in dathemã munitionẽ: et mi-
ſerunt litteras ad iudam ⁊ fratres eius dicentes. Cõgre- B
gate ſunt aduerſum nos gentes per circuitum: vt nos au-
ferant: et parant venire ⁊ occupare munitionẽ in quã con
fugimus: et timotheus eſt dux exercitus eorum. Nunc er
go veni et eripe nos de manibus eorum: quia cecidit mul-
titudo de nobis. Et omnes fratres noſtri qui erant in lo-
cis † tubin interfecti ſunt et captiuas duxerũt vxores eo alias ✠ vbiq;.
rum et natos et ſpolia et peremerunt illic fere mille viros
Et adhuc epiſtole legebantur: et ecce alij nuncij venerunt
de galilea conſciſſis tunicis nunciantes ſm verba hec: di-
centes. conueniſſe aduerſum ſe a ptolomaida ⁊ tyro et ſy-
done: et repleta eſt omnis galilea alienigenis vt nos con-
ſumant. Ut audiuit aũt iudas ⁊ populus ſermones iſtos:
conuenit eccleſia magna cogitare quid facerent fratribꝰ
ſuis qui in tribulatione erant et expugnabãtur ab eis. Di
xitq; iudas ſymoni fratri ſuo. Elige tibi viros et vade et
libera fratres tuos in galilea: ego autem ⁊ frater meus io
nathas ibimus in galadithim. Et reliquit ioſephũ filiũ
zacharie ⁊ azariam duces populi cum reſiduo exercitu in
iudea ad cuſtodiam: ⁊ precepit illis dicens. Preeſtote po
C

C pulo huic: ⁊ nolite bellū cōmittere aduerſū gētes donec
reuertamur. Et dati ſunt ſymoni viri tria milia vt iret i ga
lileam: inde autē octo milia in galadithim. Et abijt ſymō
in galileā: ⁊ cōmiſit prelia multa cum gentibus: ⁊ contrite
ſunt gētes a facie eius: ⁊ perſecutus eſt eos vſq; ad portā
ptolomaidis. Et ceciderūt de gētibus fere tria milia viro
rum: et accepit ſpolia eorum. Et aſſumpſit eos qui erāt in
galilea ⁊ in arbatis cum vxoribus ⁊ natis ⁊ oībus q̄ erāt
illic: et adduxit in iudeam cum leticia magna. Et iudas ma
chabeus et ionathas frater eius trāſierūt iordanē ⁊ abie
runt viā triū dierū per deſertū. Et occurrerunt eis nabu
thei: ⁊ ſuſceperūt eos pacifice et narrauerunt eis oīa que
acciderant fratribus eorū in galaditide: et q: multi ex eis
cōprehenſi ſunt in baraſa ⁊ boſor ⁊ in alimis et in caſphor
et mageth et carnaim. He omnes ciuitates munite ⁊ ma
gne. Sed ⁊ in ceteris ciuitatibus galaditidis tenētur cō
prehenſi. Et in craſtinū cōſtituerūt admouere exercitū ci
uitatibus his: et cōprehēdere et tollere eos in vna die. Et
cōuertit iudas et exercitus eius viā in deſertū boſor repē
te: et occupauit ciuitatē ⁊ occidit omnē maſculū in ore gla
dij: et accepit oīa ſpolia eorū et ſuccēdit eam igni. Et ſur
D rexerunt inde nocte: et ibant vſq; ad munitionē. Et factū
eſt diluculo cum eleuaſſent oculos ſuos: et ecce populus
multus cuius nō erat numerus portātes ſcalas et machi
nas vt cōprehenderent munitionē ⁊ expugnarēt eos. Et
vidit iudas q: cepit bellū ex clamor belli aſcēdit ad celum
ſicut tuba: et clamor magnus de ciuitate. Et dixit exerci
tui ſuo. Pugnate hodie pro fratribus veſtris. Et venit tri
bus ordinibus poſt eos: et exclamauerūt tubis ⁊ clama
uerunt in oratione. Et cognouerūt caſtra timothei q: ma
chabeus eſt: ⁊ refugerūt a facie eius. Et percuſſerūt eos
plaga magna: ⁊ ceciderūt ex eis in die illa fere octo milia
virorū. Et diuertit iudas in maſpha et expugnauit ⁊ cepit
eam: ⁊ occidit omnē maſculū eius: et aſſumpſit ſpolia eius
⁊ ſuccēdit eā igni. Inde perrexit: ⁊ cepit caſbon ⁊ mageth
et boſor et reliquas ciuitates galaditidis. Poſt hec autē
verba cōgregauit timotheus exercitū aliū: et caſtra po
ſuit cōtra raphon trās torrētem. Et miſit iudas ſpeculari
exercitū. Et renunciauerūt ei dicētes: q: cōuenerūt ad eū
E oēs gentes que in circuitu noſtro ſunt: et exercitus mult⁹
nimis. Et arabas conduxerūt in auxiliū ſibi. ⁊ caſtra po
ſuerūt trās torrentē parati ad te venire in preliū. Et abijt
iudas obuiā illis. Et ait timothe⁹ principib⁹ exercit⁹ ſui.
Cum appropinquauerit iudas ⁊ exercitus eius ad torrē
tem aque: ſi tranſierit ad nos prior nō poterimus ſuſtine
re eum q: potens poterit aduerſum nos. Si vero timuerit
tranſire ⁊ poſuerit caſtra extra flumen: tranſfretemus ad
eos ⁊ poterimus aduerſus illū. Ut autē appropinquauit
iudas ad torrentē aque: ſtatuit ſcribas populi ſecus torrē
tem: ⁊ mādauit eis dicēs. Neminē hominū relinquetis. ſz
veniāt oēs in preliū. Et tranſfretauit ad illos prior: et oīs
populus poſt eū. Et cōtrite ſunt oēs gētes a facie eorū ⁊
proiecerunt arma ſua: ⁊ fugerunt ad phanū qḋ erat in car
naim. Et occupauit ipſam ciuitatē: et phanū ſuccēdit igni
cum oībus que erant in ipſo. Et oppreſſa eſt carnaim. ⁊ nō
potuit ſuſtinere cōtra faciē iude. Et cōgregauit iudas vni
uerſos iſraelitas qui erāt in galaditide a minimo vſq; ad
maximū ⁊ vxores eorū: et natos et exercitū magnū valde
F Num. 20.c vt venirent in terrā iude: et venerunt vſq; ad ephrō: ⁊ hec
ciuitas magna in ingreſſu poſita munita valde. Et nō erat
declinare ab ea dextera vel ſiniſtra: ſz per mediū iter erat.
Et incluſerūt ſe qui erāt in ciuitate: ⁊ obſtruxerūt portas
lapidibus. Et miſit ad eos iudas verbis pacificis dicens
Tranſeamus per terrā veſtrā vt eamus in terrā noſtrā ⁊
nemo vobis nocebit: tm̄ pedibus trāſibim⁹. Et nolebant
eis aperire. Et precepit iudas predicari in caſtris: vt ap
plicarent vnuſquiſq; in quo erat loco. Et applicuerūt ſe vi

ri virtutis et oppugnauit ciuitatē illā tota die et tota no
cte. Et tradita eſt ciuitas in manu ei⁹. Et peremerūt om Nota longa pugnatione
nem maſculū in ore gladij: et eradicauit eā: et accepit ſpo
lia eius ⁊ trāſiuit per totā ciuitatē ſuper interfectos. Et
trāgreſſi ſunt iordanē in cāpo magno cōtra faciē bethſan.
Et erat iudas cōgregās extremos: ⁊ exhortabatur popu
lū per totā viā donec venirēt in terrā iuda. Et aſcenderūt
in mōtē ſion cū leticia ⁊ gaudio ⁊ obtulerūt holocauſta ꝙ
nemo ex eis cecidiſſet donec reuerterentur in pace. Et in
diebus quibus erat iudas et ionathas in terra galaad: et
ſymon frater ei⁹ in galilea cōtra faciē ptolomaidis: audi
uit ioſephus zacharie filius: et azarias princeps virtutis
res bn̄ geſtas: et prelia que facta ſunt: et dixit. Faciam⁹ ⁊ G
ipſi nomē et eamus pugnare aduerſus gētes q̄ in circuitu
noſtro ſunt. Et precepit his q̄ erāt in exercitu ſuo: ⁊ abie
runt iamniam. Et exiuit gorgias de ciuitate: et viri ei⁹ ob
uiam illis in pugnā. Et fugati ſunt ioſeph⁹ et azarias vſq;
in fines iudee: ⁊ ceciderūt illa die de populo iſrael ad duo
milia viri. Et facta eſt † plaga magna in populo: q: nō au alias + fuga
dierunt iudā et fratres eius exiſtimātes fortiter ſe factu
ros. Ipſi autē nō erāt de ſemine virorū illorū per quos ſa
lus facta eſt in iſrael. Et viri iuda magnificati ſunt valde in
cōſpectu oīs iſrael: et gentiū omniū vbi audiebatur nomē H
eorum. Et cōuenerūt ad eos fauſta acclamātes. Et exiuit
iudas ⁊ fratres eius: et expugnabāt filios eſau in terra q̄
ad auſtrū eſt. Et percuſſit chebron ⁊ filios eius: et muros
ei⁹ ⁊ turres eius ſuccēdit igni in circuitu. Et mouit caſtra
vt iret in terram alienigenarū: et perambulabat ſamariā.
In illa die ceciderunt ſacerdotes in bello dum volunt for
titer facere dum ſine conſilio exeunt in preliū. Et declina
uit iudas in azotū in terrā alienigenarū: et diruit aras eo
rum et ſpolia deorū ipſorum ſuccēdit igni: et cepit ſpolia ci
uitatum: et reuerſus eſt in terram iuda.

¶ Ca Sum. De morte antiochi ⁊ ſucceſſione filij eius: fi
lius eius mittit exercitum ad debellādū iudam ⁊ vincitur:
pacē dat ficte quam cito rupit: hic dicitur ꝙ in bellis vte Vide hic in pri li. M.
batur elephantis. Ca. VI.

E T rex antiochus perambulauit ſuperiores re
giones. Et audiuit eſſe ciuitatē elimaidē in perſi
de nobiliſſimā et copioſam in argēto et auro: tē
pluq; in ea locuplex valde. Et illic velamina au Supra. 1.c
rea et lorice et ſcuta q̄ reliq̄t alexāder philippi rex mace
do q̄ regnauit prim⁹ in grecia. Et venit ⁊ querebat capere
ciuitatē et depredari eā. Et nō potuit qm̄ innotuit ſermo
his qui erāt in ciuitate. Et inſurrexerūt in preliū. Et fugit
inde: ⁊ abijt cū triſticia magna: ⁊ reuerſus ē in babyloniā.
Et venit q̄ nūciaret ei in pſide: q: fugata ſunt caſtra q̄ erāt
in terra iuda: ⁊ q: abijt lyſias cū virtute forti in primis ⁊ fu
gat⁹ eſt a facie iudeorū: ⁊ inualuerūt armis ⁊ virib⁹ et ſpo
lijs multis q̄ ceperūt de caſtris q̄ exciderūt: ⁊ q: diruerūt
abominationē quā edificauerāt ſup altare qḋ erat in hie
ruſalē. et ſanctificationē ſicut pri⁹ circūdederūt muris ex
celſis: ſz ⁊ bethſurā ciuitatē ſuā. Et factū eſt vt audiuit rex
ſermones iſtos expauit: et cōmot⁹ eſt valde. Et decidit in
lectū. ⁊ incidit in languorē pre triſticia: q: nō eſt factū ſicut
cogitabat. Et erat illic p dies multos q: renouata eſt in eo
triſticia magna. Et arbitratus eſt ſe mori: et vocauit oēs
amicos ſuos et dixit illis. Receſſit ſomn⁹ ab oculis meis
et concidi et corrui corde pre ſollitudine. Et dixi in corde B
meo. In quantam tribulationē deueni: et in quos fluctus
triſticie in qua nunc ſum qui iocundus eram et dilectus in
poteſtate mea. Nunc vero reminiſcor malorū que feci in hie
ruſalem: vnde ⁊ abſtuli oīa ſpolia aurea et argētea q̄ erāt
in ea: ⁊ miſi auferre habitātes iudeā ſine cauſa. Cognoui
ergo q: ꝓpter ea inuenerūt me mala iſta. Ecce pereo tri
ſticia magna in terra aliena. Et vocauit philippum vnum
de amicis ſuis: et prepoſuit eum ſuper vniuerſum regnum
ſuum.

[margin: † educaret. Ioſe.c.pnij.li.] ſuū.Et dedit ei diadema:ꝛ ſtolā ſuā et annulū:vt † addu‑
ceret antiochū filiū ſuū et nutriret eū vt regnaret.Et mor‑
tuus eſt illic antiochus rex anno cētesimo quadrageſimo
nono.Et cognouit lyſias qm̄ mortuus eſt rex:et cōſtituit
regnare antiochū filiū eius quē nutriuit adoleſcentē:ꝛ vo‑
cauit nomē eius † eupatorē.Et hi qui erant in arce cōclu‑ [margin: † eupater.]
ſerāt iſrael in circūitu ſanctoꝝ:ꝛ querebāt eis mala ſemꝑ
ad firmamentū gentium. Et cogitauit iudas diſperdere
eos.Et cōuocauit vniuerſum populū vt obſideret eos.Et
cōuenerūt ſimul:ꝛ obſederūt eos anno cētesimo quinqua
E gesimo:ꝛ fecerūt baliſtas et machinas. Et exierūt quidā
ex eis qui obſidebātur:ꝛ adiūxerūt ſe illis aliqui impij ex
iſrael:ꝛ abierūt ad regē ꝛ dixerūt.Quouſq; nō facis iudi‑
cium ꝛ vindicas fratres noſtros:Nos decreuimus ſerui‑
re patri tuo ꝛ ambulare in preceptis eiꝰ ꝛ obſequi edictis
eius:et filij populi noſtri ꝓpter hoc alienabāt ſe a nobis.
Et quicūq; inueniebātur ex nobis interficiebātur:ꝛ here‑
ditates noſtre diripiebātur.Et nō ad nos tm̄ extenderūt
manū ſʒ ꝛ in omnes fines noſtros:Et ecce applicuerūt ho‑
die ad arcē in hieruſalē occupare eā:ꝛ munitionē in beth‑
ſuram munierūt.Et niſi preueneris eos velociꝰ maiora ꝙ
hec facient:ꝛ nō poteris obtinere eos.Et iratus eſt rex vt
hec audiuit.Et conuocauit oēs amicos ſuos ꝛ principes
exercitus ſui:ꝛ oēs qui ſuper equites erant.Sed ꝛ de re‑
D gnis alijs et de inſulis maritimis venerūt ad eū exercitꝰ
cōducticius.Et erat numerus exercitus eius centū milia
peditū:ꝛ viginti milia equitū:ꝛ elephāti trigintaduo docti
ad preliū.Et venerūt per idumeā ꝛ applicuerūt ad beth‑
ſuram:ꝛ pugnauerūt dies multos.et fecerunt machinas.
Et exierunt ꝛ ſuccenderūt eas igni:et pugnauerunt virili‑
ter.Et receſſit iudas ab arce:et mouit caſtra ad bethza‑
charā contra caſtra regis.Et ſurrexit rex ante lucē:ꝛ con
citauit exercitus impetū cōtra viā bethzacharā.Et cōpa
rauerunt ſe exercitꝰ in preliū:et tubis cecinerūt.Et elephā
tis oſtenderūt ſanguinē vue ꝛ mori ad acuēdos eos in pre
lium.Et diuiſerūt beſtias per legiones:ꝛ aſtiterūt ſingu‑
lis elephantis mille viri in loricis concathenatis:et galee
eree in capitibus eorum.et quingēti equites ordinati vni‑
cuiq; beſtie electi erāt.Hi ante tēpus vbicūq; erat beſtia
ibi erant ꝛ quocūq; ibat ibāt ꝛ nō diſcedebāt ab ea.Sed
et turres lignee ſuper eos firme ꝓtegētes ſuper ſingulas
E beſtias:ꝛ ſuper eas machine.Et ſuper ſingulas viri virtu
tis trigintaduo:qui pugnabāt deſuper et intus magiſter
beſtie:ꝛ reſiduū equitatū hinc ꝛ inde ſtatuit in duas par
tes tubis exercitū cōmouere et perurgere cōſtipatos in
legionibꝰ eiꝰ.Et vt refulſit ſol in clypeos aureos et ereos
reſplēduerunt mōtes ab eis:ꝛ reſplenduerūt ſicut lampa
des ignis.Et diſtincta eſt pars exercitus regis per mon‑
tes excelſos:et alia per loca humilia ꝛ ibāt caute ꝛ ordina‑
te.Et cōmouebātur oēs inhabitātes terrā a voce multi‑
tudinis eoꝝ.ꝛ inceſſu tube ꝛ colliſione armorū.Erat enim
exercitus magnus valde et fortis.Et appropiauit iudas
et exercitus eius in preliū:et ceciderūt de exercitu regis
[margin: Sup̄ hunc … ioſe. fuiſſe … ipſius …] ſexcēti viri.Et vidit eleazar filius ſaura vnā de beſtijs lori‑
catam loricis regis:ꝛ erat eminēs ſuper ceteras beſtias.
Et viſum eſt ei ꝙ in ea eſſet rex:et dedit ſe vt liberaret po
pulum ſuū:ꝛ acquireret ſibi nomē eternū.Et cucurrit ad
eam audaciter in medio legionis interficiēs a dextris ꝛ a
ſiniſtris ꝛ cadebāt ab eo huc ꝛ illuc.Et iuit ſub pedes ele‑
F phantis ꝛ ſuppoſuit ſe ei:et occidit eū:ꝛ cecidit in terrā ſu‑
per ipſum et mortuus eſt illic.Et videntes virtutē regis ꝛ
impetū exercitus eius diuerterūt ſe ab eis.Caſtra autem
regis aſcēderunt cōtra eos in hieruſalē:ꝛ applicuerūt ca
ſtra regis ad iudeā et montē ſion.Et fecit pacē cū his qui
erant in bethſura.Et exierūt de ciuitate:q: nō erāt eis ibi
alimenta concluſis q: ſabbata erant terre.Et cōprehēdit
rex bethſurā ꝛ cōſtituit illic cuſtodiā ſeruare eā.Et cōuer
tit caſtra ad locū ſanctificationis dies multos.Et ſtatuit
illic baliſtas et machinas et ignis iacula ꝛ tormēta ad la‑
pides iactādos ꝛ ſpicula ꝛ ſcorpiones ad mittēdas ſagit‑
tas et fundibula.Fecerūt aūt et ipſi machinas aduerſus
machinas eoꝝ:et pugnauerūt dies multos.Eſce aūt non
erant in ciuitate eo ꝙ ſeptimus annus eſſet:et qui remanſe‑
rant in iudea de gētibus cōſumpſerāt reliquias eorū que
repoſite fuerāt.Et remanſerūt in ſanctis viris pauci qm̄
obtinuerat eos fames et diſperſi ſunt vnuſquiſq; in locum
ſuū.Et audiuit lyſias ꝙ philippus quē cōſtituerat rex an
tiochus cū adhuc viueret vt enutriret antiochū filiū ſuum G
et regnaret reuerſus eſt a perſide et media ꝛ exercitꝰ qui
abierat cū ipſo:ꝛ q: querebat ſuſcipere regni negotia.Et
feſtinauit ire et dicere ad regē et ducē exercitꝰ.Deficimꝰ
quotidie et eſca nobis modica eſt:et locus quē obſidemꝰ
eſt munitus:et incūbit nobis ordinare de regno. Nūc ita
ꝙ demus dextras hominibꝰ iſtis:et faciamus cum illis
pacē:et cū omni gēte eorū:et conſtituamus illis vt ambu‑
lent in legitimis ſuis ſicut prius. Propter legitima enim
ipſorū q̄ deſpeximus irati ſunt:et fecerūt oia hec. Et pla‑
cuit ſermo in cōſpectu regis ꝛ principū:ꝛ miſit ad eos pa
cem facere ꝛ receperūt illā et iurauit illis rex et principes
et exierūt de munitiōe.Et intrauit rex montē ſion et vidit [margin: Ioſep. hic dicit templum fuiſſe obſeſſum.]
munitionē loci:et rupit citius iuramētū qḋ iurauit et man
dauit deſtruere murū in gyro.Et diſceſſit feſtināter et re‑
uerſus eſt in antiochiā.Et inuenit philippum dominantē
ciuitati et pugnauit aduerſus eū:et occupauit ciuitatem.

¶ Ca.Sum.Demetriꝰ occiſis antiocho et lyſia obtinuit
regnū:de alchimo ꝛ bachide ꝛ malitia eoꝝ.de ſanguine ef
fuſo in circūitu hierl'm:miſit demetriꝰ nichanorē cōtra iſ‑
rael:orauit iudas ꝛ vicit nichanorē ꝛ occidit eū. Ca.VII.

Anno cētesimo quinquageſimoprimo:exijt A
demetriꝰ ſeleuci filiꝰ ab vrbe roma:et aſcen [margin: Ciuitatē maritimā. hec ſecundum ioſe. eſt tyrus. c.xb.h.z.]
dit cū paucis viris in ciuitatē maritimā ꝛ re
gnauit illic.Et factū eſt vt ingreſſus eſt do‑
mū regni patrū ſuorū:cōprehēdit exercitꝰ
antiochū et lyſiā vt adducerēt eos ad eū.Et rex ei inotuit
et ait.Nolite mihi oſtēdere faciē eorū.Et occidit eos ex‑
ercitꝰ.Et ſedit demetriꝰ ſup ſedē regni ſui.Et venerūt ad
eū viri iniq; et impij ex iſrael:ꝛ alchimꝰ dux eoꝝ:q̄ volebat
fieri ſacerdos ꝛ accuſauerūt ppl'ʒ apd̄ regē dicētes.Per
didit iudas et fratres eiꝰ amicos tuos et nos diſperdidit
de terra noſtra.Nūc ergo mitte virū cui credis:vt eat et
videat exterminiū oē qḋ fecit nobis in regionibꝰ regis et
puniat oēs amicos eius ꝛ adiutores eoꝝ.Et elegit rex ex B
amicis ſuis bachidē q̄ dn̄abat trāsflumē magnū in regno [margin: Trāsflumē. ſ. in regiōe meſopotamie ſcd̄m Ioſe. que eſt vltra eufratē fluuiū magnum.]
et fidelē regi:et miſit eū vt videret exterminiū qḋ fecit iu‑
das.Sʒ et alchimū impiū cōſtituit in ſacerdotiū et māda
uit ei facere vltionē in filios iſrael.Et ſurrexerūt et vene‑
runt cū exercitu magno in terrā iuda. Et miſerūt nūcios
et locuti ſunt ad iudā et ad fratres eiꝰ ꝟbis pacificis i do‑
lo:et nō intēderūt ſermonibꝰ eorū.Viderūt em̄ q: venerūt
cū exercitu magno.Et cōuenerūt ad alchimū et bachidē
cōgregatio ſcribarū reqrere q̄ iuſta ſunt.Et primi aſſidei
q̄ erāt in filijs iſrael:et exquirebāt ab eis pacē.Dixerunt C
em̄.Hō ſacerdos de ſemine aaron venit:nō decipiet nos.
Et locutus eſt cū eis verba pacifica et iurauit illis dicēs.
Non inferemus vobis malū neq; amicis veſtris.Et cre
diderunt ei.Et comprehendit ex eis ſexaginta viros:ꝛ oc
cidit eos in vna die ſꝫm verbū qḋ ſcriptū eſt. Carnes ſan‑ [margin: Ps.78.]
ctorū tuorū et ſanguinē ipſorum effuderunt in circūitu hie
ruſalē et nō erat q̄ ſepeliret. Et incubuit timor et tremor
in omnē populū q: dixerūt.Nō eſt veritas ꝛ iudiciū i eis.
Trāſgreſſi ſunt em̄ cōſtitutū et iuſiurādū qḋ iurauerūt.Et
mouit bachides caſtra ab hierl'm et applicuit in bethze‑ D
ca:et miſit et cōprehēdit multos ex eis q̄ a ſe refugerāt.et
quoſdā de populo mactauit:et in puteū magnū ꝓiecit:et

cõmiſit regionẽ alchimo ⁊ reliquit cũ eo auxiliũ in adiuto
rium ipſi. Et abijt bachides ad regẽ. Et ſatis agebat al-
chimus pro principatu ſacerdotij ſui: ⁊ cõuenerũt ad eum
oẽs qui perturbabãt populũ ſuũ: ⁊ obtinuerũt terrã iuda. et
fecerũt plagã magnã ĩ iſrael. Et vidit iudas oĩa mala q̃ fe-
cit alchim⁹ ⁊ qui cũ eo erãt filijs iſrael multopl⁹ q̃ gẽtes.

Nicanor e q̃ cũ rege demetrio fugerat õ roma ſcdm ioſe.

Et exijt in oẽs fines iudee in circuitu: ⁊ fecit vindictã in vi
ros deſertores: et ceſſauerũt vltra exire in regionẽ. Vidit

E

autẽ alchimus q̃ preualuit iudas ⁊ qui cũ eo erãt ⁊ cogno
uit q: nõ põt ſuſtinere eos ⁊ regreſſus eſt ad regẽ et accu-
ſauit eos multis criminib⁹. Et miſit rex nicanorẽ vnum ex
principib⁹ ſuis nobilioribus qui erat inimicitias exercens
cõtra iſrael ⁊ mãdauit ei euertere pplm. Et venit nicanor
in hieruſalẽ cũ exercitu magno: et miſit ad iudam ⁊ ad fra
tres eius verbis pacificis cũ dolo dicẽs. Nõ ſit pugna in
ter me ⁊ vos. Veniã cũ viris paucis: vt videã facies vſas
cũ pace. Et venit ad iudã ⁊ ſalutauerũt ſeinuicẽ pacifice: ⁊
hoſtes parati erãt rapere iudã. Et innotuit ſermo iude:
q̃m cũ dolo venerat ad eũ: et cõterritus eſt ab eo: et ampli⁹
noluit videre faciẽ eius. Et cognouit nicanor q̃m denuda
tum eſt cõſiliũ eius: ⁊ exiuit obuiã iude in pugnã iuxta ca-

Ciuitatẽ dauid i. ad arcem hieroſolymorum.

pharſalama. Et ceciderũt de nicanoris exercitu fere quin
q̃ milia viri: ⁊ fugerũt in ciuitatẽ dauid. Et poſt hec ver-
ba aſcẽdit nicanor in mõte ſyõ. Et exierũt de ſacerdotib⁹
populi ſalutare eum in pace: ⁊ demõſtrare ei holocauſto-
mata q̃ offerebant pro rege. Et irridẽs ſpreuit eos ⁊ pol-
luit: ⁊ locut⁹ eſt ſuperbe ⁊ iurauit cũ ira dicẽs. Niſi tradi-

F

tus fuerit iudas ⁊ exercitus ei⁹ in man⁹ meas cõtinuo cũ
egreſſus fuero in pace ſuccẽdã domũ iſtã. Et exijt cum ira
magna. Et intrauerũt ſacerdotes ⁊ ſteterũt ante faciẽ al-
taris tẽpli: ⁊ flẽtes dixerũt. Tu dñe elegiſti domũ iſtã ad
inuocandũ nomẽ tuũ in ea: vt eſſet dom⁹ orationis ⁊ obſe
crationis populo tuo. Fac vindictã in hoie iſto ⁊ exercitu
eius ⁊ cadãt in gladio. Memẽto blaſphemias eorũ ⁊ ne
dederis eis vt pmaneãt. Et exijt nicanor ab hieruſalẽ ⁊ ca

In adarſa alſ adaſſis ſcdm ioſe. q̃ et dicit iudã nõ habuiſſe ſecum niſi mille viros.

ſtra applicuit ad bethorõ: Et occurrit illi exercit⁹ ſyrie et
iudas applicuit in adarſa cum tribus milib⁹ viris. Et ora
uit iudas ⁊ dixit. Qui miſſi erant a rege ſennacherib dñe
q: blaſphemauerũt te: exijt angelus ⁊ percuſſit ex eis cen

G

tum octogintaquinq̃ milia: ſic cõtere exercitũ iſtũ in con-
ſpectu noſtro hodie: ⁊ ſciãt ceteri q: male locut⁹ eſt ſuper
ſancta tua: ⁊ iudica illũ ſm malitiã illi⁹. Et cõmiſerũt exer
citus preliũ tertiadecima die mẽſis adar. Et cõtrita ſunt
caſtra nicanoris ⁊ cecidit ipſe prim⁹ in prelio. Vt aũt vidit
exercitus eius q: cecidiſſet nicanor proiecerũt arma ſua ⁊
fugerũt. Et perſecuti ſunt eos viã vnius diei ab adazer vſ
q̃ quo veniatur in gazara: et tubis cecinerũt poſt eos cũ
ſignificationib⁹. Et exierũt de omnibus caſtellis iudee in
circuitu: ⁊ vẽtilabãt eos cornibus ⁊ cõuertebãtur iterum
ad eos. Et ceciderũt oẽs gladio: ⁊ nõ eſt relict⁹ ex eis nec
vnus. Et acceperunt ſpolia eorũ in predã: ⁊ caput nicano-

Mat. 15.

ris amputauerũt et dextrã ei⁹ quã extẽderat ſuperbe ⁊ at
tulerunt ⁊ ſuſpẽderunt contra hieruſalẽ. Et letat⁹ eſt po-
pulus valde: et egerunt diẽ illã in letitia magna: et conſti-

Adar † q̃ apud macedones dicitur diſtris.

tuit agi oibus et ſingulis annis diẽ iſtã tertiadecima die
mẽſis † adar. Et ſiluit terra iuda dies paucos.

¶ C. S. De romanorũ fama ⁊ ptãte: miſit iudas legatos
romã cã pacis: reſcriptũ ad iudeos romanorũ. Ca. VIII.

Et audiuit iudas nomẽ romanorũ: q: ſunt poten-
tes viribus ⁊ acquieſcũt ad oĩa q̃ poſtulãtur ab

A

eis: et quicũq̃ acceſſerũt ad eos ſtatuerunt cum
eis amicitias. et q: ſunt potẽtes viribus. Et au
dierunt prelia eorũ ⁊ virtutes bonas quas fecerũt in gal-
latia: q: obtinuerũt eos et duxerũt ſub tributũ: et quanta
fecerũt in regione hiſpanie: et q̃ in poteſtatẽ redegerunt
metalla argẽti et auri q̃ illic ſunt: et poſſederũt oẽm locum
cõſilio ſuo ⁊ patiẽtia: loca q̃ q̃ lõge erant valde ab eis, ⁊ re
ges qui ſuperuenerãt eis ab extremis terre cõtriuerũt et
percuſſerũt eos plaga magna. Ceteri aũt dant eis tribu-
tũ omnib⁹ annis. Et philipũ † perſen cetheorũ regẽ ⁊ ce- alſ † ea
teros q̃ aduerſus eos arma tulerãt cõtriuerũt in bello: et

De hoc p[…] ſcribit a[…] in hyſtoria [...] ſana bello [...] alſ † iudeo[…]

obtinuerũt eos. Et antiochũ magnũ regẽ aſie qui eis pu-
gnã intulerat habẽs centũ viginti elephãtes ⁊ equitatũ ⁊ cur
rus ⁊ exercitũ magnũ valde cõtrirũ ab eis: ⁊ q: ceperunt
eũ viuũ ⁊ ſtatuerũt ei vt daret ipſe ⁊ q̃ regnaret poſt ipm

B

tributũ magnũ: ⁊ daret obſides: ⁊ cõſtitutũ. Et regiones
† iudeorũ ⁊ medos ⁊ lydos de optimis regiõib⁹ eorũ ⁊ ac
ceptas eas ab eis dederũt eumeni regi. Et q: q̃ erãt apud
helladã voluerũt ire ⁊ tollere eos: et innotuit ſermo his ⁊
miſerũt ad eos ducẽ vnũ ⁊ pugnauerũt 𝔷 illos ⁊ ceciderũt
ex eis multi ⁊ captiuas duxerũt vxores eorũ ⁊ filios et di-
ripuerũt eos ⁊ terrã eorũ poſſiderũt: et deſtruxerunt mu-
ros eorũ in ſeruitutẽ illos redegerũt vſq̃ in hunc diem. Et
reſidua regna et inſulas q̃ aliqñ reſtiterãt illis extermina
uerũt ⁊ in ptãtẽ redegerũt. Cũ amicis autẽ ſuis et qui in
ipſis requiẽ habebãt cõſeruauerũt amicitiã: et obtinuerũt
regna q̃ erãt pxima et q̃ erãt lõge: q: quicunq̃ audiebant
nomẽ eorũ timebãt eos. Quib⁹ vero vellẽt auxilio eſſe vt re
gnarẽt regnabãt. Quos aũt vellent regno deturbabãt et
exaltati ſũt valde: Et i oib⁹ iſtis nemo portabat diadema

Nota p[…] fuiſſe ſena[…] q̃ certũ c[…] ſia. C. de [...]

nec induebat purpura vt magnificaret i ea. Et q: curiã fe-
cerunt ſibi: et q̃tidie cõſulebãt. trecẽtos viginti cõſiliũ agẽ
tes ſemp de multitudine: vt q̃ digna ſunt gerãt. Et cõmit-
tunt vni homini magiſtratũ ſuum p ſingulos annos dñari
vniuerſe terre ſue: ⁊ oẽs obediũt vni et nõ eſt inuidia neq̃
zelus inter eos. Et elegit iudas eupolemũ filiũ ioãnis fi
lij iacob: ⁊ iaſonẽ filiũ eleazari: et miſit eos romã cõſtitue
re cũ illis amicitiã et ſocietatẽ: et vt auferrẽt ab eis iugũ
grecorũ: q: viderũt q̃ in ſeruitutẽ premerẽt regnum iſrael.
Et abierũt romã viã multã valde ⁊ introierũt curiã: et di
xerũt. Judas machabe⁹ et fratres ei⁹ ⁊ ppl's iudeorum mi
ſerunt nos ad vos ſtatuere vobiſcũ ſocietatẽ ⁊ pacẽ ⁊ con 22. q. 1. c.
ſcribere nos ſocios ⁊ amicos vr̃os. Et placuit ſermo i cõ
ſpectu eorũ. Et hoc reſcriptũ eſt qd̃ reſcripſerũt in tabulis
ereis: et miſerũt in hierl'm vt eſſet apud eos ibi memoria-
le pacis ⁊ ſocietatis. Bñ ſit romanis ⁊ gẽti iudeorũ in ma
ri et in terra in eternũ: gladiuſq̃ et hoſtis pcul ſit ab eis.
Qd̃ ſi inſtiterit bellũ romanis pri⁹ aut oibus ſocijs eorũ

D

in omni dñatione eorũ: auxiliũ feret gẽs iudeorũ: prout tẽ-
pus dictauerit corde pleno. Et preliãtibus nõ dabũt neq̃
ſubminiſtrabũt triticũ arma pecuniã naues ſicut placuit
romanis: et cuſtodiet mandata eorũ nihil ab eis accipiẽtes
Similiter autẽ: et ſi gẽti iudeorum prius acciderit bellum
adiuuabũt romani ex aĩo, put eis tẽpus permiſerit: ⁊ ad-
iuuãtibus nõ dabit triticũ: arma: pecunia. naues ſicut pla
cuit romanis: et cuſtodiẽt mãdata eorũ abſq̃ dolo. Scdm
hec verba conſtituerũt romani populo iudeorũ. Quod ſi
poſt hec verba hi aut illi addere aut demere ad hec aliq̃d
voluerint faciẽt ex pposito ſuo: et quecũq̃ addiderint vel
dempſerint rata erunt. Sed ⁊ de malis que demetri⁹ rex
fecit in eos: ſcripſimus ei dicẽtes. Quare grauaſti iugum
tuum ſup amicos noſtros ⁊ ſocios iudeos: Si ergo iterũ
adierint nos aduerſum te faciemus illis iudicium: et pu-
gnabimus tecum mari ⁊ terraq̃.

¶ Ca. Sũ. Mittit demetrius exercitũ cõtra iudeos de
morte iude machabei de viris impijs ⁊ malitia bachidis
poſt mortẽ iude de nuptijs in luctũ cõuerſis ionathas obti
nuit pncipatũ alchimis volẽs deſtruere tẽplũ obmutuit B
tact⁹ paraliſi de cõſilio iniq̃. Superat⁹ eſt bachides a ſymõe Vide[…] c. [...]
⁊ ionatha ⁊ ſic manſerũt pacẽ de reſtitutiõe captiuitatis.

Capitulum. IX.

Interea vt audiuit demetrius quia cecidit nica
nor ⁊ exercit⁹ ei⁹ in prelio: appoſuit bachidẽ
⁊ alchimũ rurſũ mittere in iudeã: et dextrum
cornu

coꝛum cum illis. Et abierunt viã que ducit in galgalã ⁊ ca
ſtra poſuerant in moſaloth que eſt in arbellis. Et occupa
uerunt eam ⁊ peremerunt aĩas hominũ multas. In menſe
[Arbellis que ci...] pꝛimo anni cẽteſimi ⁊ qͣnquageſimi ſcđi applicuerũt exer
[...tas eſt in ga...] citum ad hieruſalẽ: ⁊ ſurrexerũt ⁊ abierunt in berea vigin
[...lilea ſcđm Ioſe.] ti milia viroꝝ ⁊ duo milia equitũ. Et iudas poſuerat ca
ſtra in laiſa ⁊ tria milia viri electi cũ eo. Et viderũt multi
tudinem exercitus q: multi ſunt ⁊ timuerũt valde: ⁊ multi
ſubtraxerũt ſe de caſtris: ⁊ nõ remãſerũt ex eis niſi octin
genti viri. Et vidit iudas ꝙ defluxit exercitus ſuus: ⁊ bel
lum urgebat eũ ⁊ cõfractꝰ eſt coꝛde: q: non habebat tẽ
pus cõgregãdi eos ⁊ diſſolutus eſt. Et dixit his q̃ reſidui
erãt. Surgamꝰ ⁊ eamus ad aduerſarios noſtros: ſi pote
B rimus pugnare aduerſus eos. Et auertebãt eũ dicentes.
Nõ poterimus ſed liberemꝰ aĩas noſtras modo: ⁊ reuer
tamur ad fratres nr̃os ⁊ tunc pugnabimus aduerſus eos
Nos aũt pauci ſumus. Et ait iudas. Abſit iſtã rem facere
vt fugiamꝰ ab eis. Et ſi appꝛopiauit tp̃s noſtrũ moꝛiamur
in virtute ꝓpter fratres noſtros: ⁊ nõ inferamꝰ crimẽ glo
rie nr̃e. Et mouit exercitꝰ de caſtris: ⁊ ſteterũt illis obuiã.
Et diuiſi ſunt eq̃tes in duas partes ⁊ fundibularij ⁊ ſagit
tarij pꝛeibant exercitũ: ⁊ pꝛimi certaminis oẽs potentes.
Bachides autẽ erat in dextro coꝛnu. Et ꝓximauit legio
ex duabꝰ partibꝰ ⁊ clamabãt tubis. Exclamauerũt autẽ
et hi qui erant ex parte iude etiã ipſi. Et cõmota eſt terra
a voce exercituũ. Et cõmiſſum eſt pꝛelium a mane vſq; ad
veſperã. Et vidit iudas ꝙ firmioꝛ eſt pars exercitꝰ bachi
dis in dextris ⁊ cõuenerũt cũ ipſo oẽs ꝯſtãtes coꝛde ⁊ cõ
trita ẽ dextera pars ab eis: et ꝓſecutꝰ ẽ eos vſq; ad mõtẽ
azoti. Et q̃ in ſiniſtro coꝛnu erãt viderũt ꝙ ꝯtritũ eſt dex
trum coꝛnu ⁊ ſecuti ſunt poſt iudã: et eos q̃ cũ ipſo erant a
[Supra.4.e.] tergo. Et ingrauatũ eſt pꝛeliũ et ceciderũt vulnerati multi
ex his et ex illis. Et iudas cecidit et ceteri fugerũt. Et io
nathas ⁊ ſymon tulerũt iudã fratrẽ ſuũ: ⁊ ſepelierũt eũ in
ſepulcro patrũ ſuoꝝ in ciuitate modin. Et fleuerunt eum
C oĩs populus iſrael plãctu magno: ⁊ lugebãt dies multos.
Et dixerunt. Quõ cecidit potẽs qui ſaluũ faciebat popu
[...Ioſe.c. ...ij.] lũ iſrael. Et cetera ṽba belloꝝ iude ⁊ virtutũ quas fecit ⁊
magnitudinis eiꝰ nõ ſunt deſcripta. Multa em̃ erant val
de. Et factũ eſt poſt obitũ iude emerſerũt iniqui in oĩbꝰ fi
nibus iſrael: ⁊ exoꝛti ſunt oẽs qui operabant iniquitatez.
In diebꝰ illis facta eſt fames magna valde. Et tradidit ſe
bachidi oĩs regio eoꝝ cũ ipſis. Et elegit bachides viros
impios ⁊ cõſtituit eos dñ̃os regiõis: ⁊ exquirebãt ⁊ per
ſcrutabãtur amicos iude: et adducebãt eos ad bachidẽ ⁊
vindicabat in illos ⁊ illudebat. Et facta eſt tribulatio ma
gna in iſrael: qualis nõ fuit ex die qua nõ eſt viſus ꝓpheta
in iſrael. Et congregati ſunt oẽs amici iude ⁊ dixerũt iona
the. Ex quo frater tuꝰ iudas defunctus eſt vir ſimilis ei non
eſt q̃ exeat cõtra inimicos noſtros bachidẽ ⁊ eos q̃ inimi
ci ſunt gẽtis noſtre. Nunc itaq; te hodie elegimꝰ eſſe ꝓ eo
nobis in pꝛincipẽ et ducẽ ad bellandũ bellum noſtruz. Et
ſuſcepit ionathas tp̃e illo pꝛincipatũ: ⁊ ſurrexit loco iude
fratris ſui. Et cognouit bachides: et querebat eũ occide
re. Et cognouit ionathas ⁊ ſymõ frater eiꝰ et oẽs q̃ cũ eo
erãt. Et fugerũt in deſertũ thecue: et cõſederũt ad aquaz
lacus aſphar. Et cognouit bachides: et die ſabbatoꝝ ve
nit ipſe ⁊ oĩs exercitꝰ eiꝰ trãs ioꝛdanẽ. Et ionathas miſit
D fratrẽ ſuũ ducẽ ppl'i. Et rogauit nabuthcos amicos ſuos
[† commo dauerunt.] vt † cõmodarẽt illis apparatũ ſuũ qui erat copioſus. Et
exierũt filij iãbri ex madaba ⁊ cõpꝛehẽderũt ioannẽ: ⁊ oĩa
que habebat: et abierũt habẽtes ea. Poſt hec verba re
nũciatũ eſt ionathe et ſymoni fratri eiꝰ: q: filij iãbri faciũt
nuptias magnas et ducũt ſpõſam ex madaba filiã vniꝰ de
magnis pꝛincipibꝰ chanaã cũ ambitiõe magna. Et recoꝛ
dati ſunt ſanguinis ioãnis fratris ſui. Et aſcẽderũt ⁊ ab
ſconderũt ſe ſub tegumento mõtis. Et eleuauerũt oculos
ſuos ⁊ viderũt: et ecce tumultus ⁊ apparatus multꝰ ⁊ ſpõ
ſus ꝓceſſit: et amici eius: ⁊ fratres eius obuiã illis cũ tym
panis et muſicis ⁊ armis multis: Et ſurrexerũt ad eos ex
inſidijs et occiderũt eos: et ceciderũt vulnerati † multi et
reſidui fugerũt in mõtes. Et acceperũt oĩa ſpolia eoꝝ et [† multi Ioſe. dicit ceciſſe quadringentos in illo conflictu.]
cõuerſe ſunt nuptie in luctũ: ⁊ vox muſicoꝝ ipſoꝝ in lamẽ
tum. Et vindicauerũt vindictã ſanguinis fratris ſui: et re
uerſi ſunt ad ripam ioꝛdanis. Et audiuit bachides ⁊ venit
die ſabbatoꝝ vſq; ad oꝛam ioꝛdanis in virtute magna. Et E
dixit ad ſuos ionathas. Surgamus ⁊ pugnemꝰ cõtra ini
micos noſtros: Nõ eſt em̃ hodie ſicut heri ⁊ nudiuſtertiꝰ.
Ecce em̃ bellũ ex aduerſo aqua ṽo ioꝛdanis hinc ⁊ inde: ⁊
ripe et paludes et ſaltus et non eſt locus diuertẽdi. Nũc [Supra.7.c]
ergo clamate in celũ: vt liberemini de manu inimicoꝝ ve
ſtroꝝ: Et cõmiſſum eſt bellũ. Et extẽdit ionathas manuz
ſuaz percutere bachidẽ: et diuertit ab eo retro. Et diſſilijt
ionathas ⁊ qui cũ eo erãt in ioꝛdanẽ: et tranſnatauerũt ad
eos ioꝛdanẽ. Et ceciderũt de parte bachidis die illa mille
viri: ⁊ reuerſi ſunt in hierl'm. Et edificauerũt ciuitates mu
nitas in iudea: munitionẽ que erat in hierico: ⁊ in ammaũ:
⁊ in bethoꝛon: ⁊ in bethel: ⁊ in thãnathã et phara: ⁊ thopo
muris excelſis ⁊ poꝛtis et ſeris. Et poſuit cuſtodiã in eis:
vt inimicitias exercerẽt in iſrael. Et muniuit ciuitatẽ beth
ſurã ⁊ gazaram ⁊ arcẽ ⁊ poſuit in eis auxilia ⁊ apparatum
eſcarũ. Et accepit filios pꝛincipũ regionis obſides ⁊ po
ſuit eos in arce in hieruſalẽ in cuſtodiã. Et anno cẽteſimo
quinquageſimotertio mẽſe ſcđo pꝛecepit alchimꝰ deſtrui
muros domus ſctẽ interioꝛis et deſtrui opera ꝓphetarũ
et cepit deſtruere. In tp̃e illo percuſſus eſt alchimus ⁊ im
pedita ſunt opera illius: et occluſum eſt os eius: et diſſolu
tus eſt paralyſi: nec vltra potuit loqui verbũ ⁊ mãdare de
domo ſua. Et moꝛtuus eſt alchimus in tp̃e illo cũ toꝛmẽto
magno. Et vidit bachides qm̃ moꝛtuus eſt alchimꝰ: ⁊ re F
uerſus eſt ad regẽ. Et ſiluit terra annis duobꝰ. Et cogita
uerunt oẽs iniqui dicẽtes. Ecce ionathas ⁊ qui cũ eo ſunt
in ſilentio habitãt cõfidẽter. Nunc ergo adducamus ba
chidẽ: ⁊ cõpꝛehẽdet eos oẽs vna nocte. Et abierũt ⁊ con
ſilium ei dederunt. Et ſurrexit vt veniret cum exercitu mul
to. Et miſit occulte ep̃l'as ſocijs ſuis qui erant in iudea vt
cõpꝛehenderent ionathã ⁊ eos q̃ cũ eo erãt. Sz nõ potue
runt q: innotuit eis cõſiliũ eoꝝ. Et appꝛehendit de viris
regionis q̃ pꝛincipes erant militie quinquaginta viros: ⁊
occidit eos. Et ſeceſſit ionathas ⁊ ſymõ ⁊ qui cũ eo erant [alias † vitagaba ſcđm Ioſe.]
in † bethbeſſen q̃ eſt in deſerto: ⁊ extruxit diruta eiꝰ et fir G
mauerunt eã. Et cognouit bachides: ⁊ cõgregauit vniuer
ſam multitudinẽ ſuã: ⁊ his qui de iuda erat denũciauit. Et
venit ⁊ caſtra poſuit deſuper bethbeſſe: ⁊ oppugnauit eaz
dies multos ⁊ fecit machinas. Et reliq̃t ionathas ſymo
nem fratrẽ ſuũ in ciuitate: ⁊ exiuit in regionẽ ⁊ venit cũ nu
mero ⁊ percuſſit odarẽ et fratres eius et filios phaſerõ in
tabernaculis ipſoꝝ: ⁊ cepit cedere ⁊ creſcere in virtutibꝰ.
Symon ṽo et qui cũ ipſo erãt exierũt de ciuitate: et ſuccẽ
derunt machinas et pugnauerũt cõtra bachidẽ: et contri
tus eſt ab eis. Et afflixerũt eũ valde: qm̃ cõſiliũ eius ⁊ con
greſſus eius erat inanis. Et iratus contra viros iniquos
qui ei cõſiliũ dederãt: vt veniret in regionẽ ipſoꝝ: multos
ex eis occidit. Ipſe autẽ cogitauit cũ reliquis abire in re
gionẽ ſuam. Et cognouit ionathas: et miſit ad eũ legatos
cõponere pacẽ cum ipſo: ⁊ reddere ei captiuitatẽ. Et libẽ
ter accepit: et fecit ſm̃ verba eius: et iurauit ſe nihil factu
rum ei mali oĩbus diebꝰ vite eiꝰ. Et reddidit ei captiuita
tem quam pꝛius erat pꝛedatus de terra iuda. Et conuer
ſus abijt in terrã ſuam: et non appoſuit amplius venire ad
fines eius. Et ceſſauit gladius ex iſrael. Et habitauit iona
thas in machmas. Et cepit ionathas ibi iudicare populũ
et exterminauit impios ex iſrael.

¶ Capi. Sũma. Alexander occidit demetrium ⁊ accepit

filiā ptolomei regis vxorē: de gloria ionathe: habent mul
ta in hoc capitulo: iunior demetrius accepit regnū apollo
nium ducē expugnauit ionathas: reuerſus eſt ionathas in
hieruſalē: miſit ei alexāder fibulā aureā. Ca. X.

A — De his que in hoc c. dicuntur vide q̄ ſcribit ioſe. li. 13. c. 2. in in cto. c. 3. eiuſdem libri.

Et anno centeſimo ſexageſimo aſcēdit alexāder
antiochi filius qui cognominatus eſt nobilis ⁊
occupauit ptolomaidā. Et receperūt eū: et re-
gnauit illic. Et audiuit demetrius rex: ⁊ cōgre-
gauit exercitū copioſum valde ⁊ exiuit obuiā illi in prelū.
Et miſit demetrius epiſtolā ad ionathā verbis pacificis
vt magnificaret eū. Dixit enī. Anticipemus facere pacem
cū eo priuſq̄ faciat cū alexādro aduerſus nos. Recordabi
tur enī omnium malorū que fecimus in eū ⁊ in fratrē eius
⁊ in gentē eius. Et dedit ei poteſtatē cōgregādi exercitū
⁊ fabricare arma: ⁊ ſeipſum ſociū eius: et obſides q̄ erant
in arce iuſſit tradi ei. Et venit ionathas in hierl'm et legit
epiſtolas in auditu oīs populi: ⁊ eorū qui in arce erāt. Et
timuerūt timore magno: qm̄ audierūt q̄ dedit ei rex pote-
ſtatem cōgregandi exercitū. Et traditi ſunt ionathe obſi-
des: et reddidit eos parētibꝰ ſuis. Et habitauit ionathas
in hieruſalē: ⁊ cepit edificare ⁊ innouare ciuitatē. Et dixit
facientibus opera vt extruerēt muros ⁊ montē ſion in cir-
cuitu lapidibus quadratis ad munitionē: ⁊ ita fecerūt. Et
fugerūt alienigene q̄ erāt in munitionibꝰ quas bachides
edificauerat: ⁊ reliquit vnuſquiſq; locū ſuū: ⁊ abijt in terrā

B

ſuā: tantū in bethſura remāſerūt aliqui ex his qui relique
rant legē et precepta dei. Erat enim hec eis ad refugium.
Et audiuit alexander rex promiſſa que promiſit demetriꝰ
ionathe: ⁊ narrauerūt ei prelia et virtutes quas ipſe fecit
et fratres eius: ⁊ labores quos laborauerūt: et ait. Nun-
quid inueniemus aliquē virū talē? Et nunc faciemus eum
amicū ⁊ ſocium noſtrū. Et ſcripſit epiſtolā: et miſit ei ſm
hec verba dicens. Rex alexander: fratri ionathe ſalutē. Au
diuimus de te q̄ vir potens ſis viribus: et aptus es vt ſis
amicus noſter: ⁊ nunc cōſtituimus te hodie ſummū ſacer-
dotem gētis tue vt amicus voceris regis. Et miſit ei pur
puram ⁊ coronā aureā: vt que noſtra ſunt ſentias nobiſcū:
et cōſerues amicitias ad nos. Et induit ſe ionathas ſtolā
ſanctā ſeptimo mēſe anno cēteſimo ſexageſimo in die ſolē
ni ſcenophegie. Et congregauit exercitū: ⁊ fecit arma co
pioſa. Et audiuit demetrius verba iſta: et cōtriſtatus eſt
nimis: et ait. Quid hoc fecimus q̄ preoccupauit nos ale-
xāder apprehēdere amicitiā iudeorū ad munimē ſui. Scri
bā ⁊ ego illis verba deprecatoria ⁊ dignitates ⁊ dona: vt
ſint mecū in adiutoriū. Et ſcripſit eis in hec verba. Rex de
metrius genti iudeorum ſalutē. Qm̄ nos ſeruaſtis ad pa-
ctū ⁊ manſiſtis in amicitia noſtra: et non acceſſiſtis ad ini-
micos noſtros: audiuimus ⁊ gauiſi ſumꝰ. Et nūc perſeue

C — Nota de precio ſalis.

rate adhuc conſeruare ad nos fidē: et retribuemꝰ vobis
bona pro his q̄ feciſtis nobiſcū: ⁊ remittemus vobis pre-
ſtationes multas ⁊ dabimus vobis donationes. Et nunc
abſoluo vos ⁊ oēs iudeos a tributis: ⁊ precia ſalis indul-
geo: et coronas remitto: et tertias ſeminis ⁊ dimidiā par
tem fructus ligni qd̄ eſt portionis mee relinquo vobis ex
hodierno hodie ⁊ deinceps: ne accipiatur a terra iuda et a
tribus ciuitatibus que addite ſunt illi ex ſamaria ⁊ galilea
ex hodierna die ⁊ in totū tēpus. Et hieruſalē ſit ſancta ⁊ li
bera cum finibꝰ ſuis ⁊ decime ⁊ tributa ipſius ſint. Remit
to etiam poteſtatem arcis q̄ eſt in hieruſalē: et do eā ſum-
mo ſacerdoti: vt cōſtituat in ea viros quoſcūq; ipſe elege-
rit qui cuſtodiant eam. Et oēm animā iudeorū que capti-
ua eſt a terra iuda: in oī regno meo relinquo liberam gra-
tis vt omnes a tributis ſoluantur etiā pecorū ſuorū. Et oēs
dies ſolēnes ⁊ ſabbata ⁊ neomenie ⁊ dies decreti et tres
dies ante diem ſolēnem ⁊ tres dies poſt diē ſolēnem ſint
oēs immunitatis ⁊ remiſſionis omnibꝰ iudeis qui ſunt in
regno meo. Et nemo habebit poteſtatē agere aliquid: et
mouere negotia aduerſus aliquē illorū in omni cauſa: ⁊ vt
aſcribantur ex iudeis in exercitu regis ad triginta milia vi
rorum. Et dabuntur illis copie vt oportet oībus exercitibꝰ
regis: et ex eis ordinabuntur qui ſunt in munitionibꝰ regis
magni. Et ex his cōſtituentur ſuper negotia regni q̄ agunt
ex fide ⁊ principes ſint ex eis et ambulent in legibus ſuis:
ſicut precepit rex in terra iuda. Et tres ciuitates q̄ addite
ſunt iudee ex regione ſamarie: cum iudea reputentur vt ſint

D

ſub vno ⁊ nō obediāt aliene poteſtati niſi ſummo ſacerdo
ti ptolomaidā ⁊ cōfines eius: quas dedi donū ſanctis qui
ſunt in hieruſalē ad neceſſarios ſumptus ſanctorū. Et ego
dabo ſingulis annis quindecim milia ſiclorū argēti de ra-
tionibus regis que me contingunt: ⁊ oē qd̄ reliquū fuerit
quod nō reddiderant qui ſuper negotia erāt annis priori
bus ex hoc dabūt in opera domꝰ. Et ſuper hec quinq; mi-
lia ſiclorum argēti q̄ accipiebāt de ſanctorū ratione per ſin
gulos annos et hec ad ſacerdotes pertineant qui miniſte
rio funguntur. Et quicunq; confugerint in templū qd̄ eſt
hieroſolymis et in omnibus finibus eius obnoxij regi in
omni negotio dimittantur: ⁊ vniuerſa que ſunt eis in regno
meo libera habeāt. Et ad edificāda vel reſtaurāda opera
ſanctorū ſumptꝰ dabuntur de ratione regis: et ad extruē-
dos muros hieruſalē ⁊ cōmuniendos in circuitu ſumptus
dabuntur de ratione regis: et ad conſtruendos muros in
iudea. Ut audiuit autē ionathas ⁊ populꝰ ſermones iſtos
nō crediderūt eis nec receperūt eos q2 recordati ſunt ma
litie magne quā fecerat in iſrael: et tribulauerat eos val-
de. Et complacuit eis in alexandrū q2 ipſe fuerat eis prin 23. q. 1. c. ... bella.
ceps ſermonū pacis: et ipſi auxiliū ferebāt omnibus die-
bus. Et cōgregauit rex alexāder exercitū magnū ⁊ admo
uit caſtra contra demetriū. Et cōmiſerunt preliū duo re-
ges: et fugit exercitꝰ demetrij: ⁊ inſecutus eſt eum alexan
der: et incubuit ſuper eos. Et inualuit preliū nimis donec Uide ioſe. li. 13.
occidit ſol. et cecidit demetrius in die illa. Et miſit alexan
der ad ptolomeū regem egypti legatos ſm hec verba di-
cens. Qm̄ regreſſus ſum in regnum meū ⁊ ſedi in ſede pa-
trum meorum ⁊ obtinui principatū: et cōtriui demetriū ⁊
poſſedi regionē noſtrā: ⁊ cōmiſi pugnā cum eo: ⁊ cōtritus
eſt ipſe ⁊ caſtra eius a nobis ⁊ ſedemꝰ in ſede regni eius.
Et nunc ſtatuamus adinuicē amicitiā: ⁊ da mihi filiā tuā
vxorē ⁊ ero gener tuus: et dabo tibi dona ⁊ ipſi dignitatē.
Et reſpōdit rex ptolomeꝰ dicēs. Felix dies in qua reuer-
ſus es ad terrā patrū tuorū: ⁊ ſediſti in ſede regni eorum.
Et nunc faciā tibi quod ſcripſiſti: ſed occurre mihi ptolo-
maidam: vt videamus inuicē nos ⁊ ſpondeā tibi ſicut di-
xiſti. Et exiuit ptolomeus de egypto ipſe ⁊ cleopatra fi-
lia eius. et venit ptolomaidā anno centeſimo ſexageſimo
ſecundo. Et occurrit ei alexander rex. Et dedit ei cleopa
tram filiam ſuā: et fecit nuptias eius ptolomaide ſicut re-
te ⁊ inuenietis: pulſate ⁊ aperietur vobis. Oīs
eñ q̄ petit accipit: ⁊ q̄ querit inuenit: et pulſanti
aperiet. Aut quis eſt ex vobis hō: quem ſi petie
rit filius ſuus panē: nunq̄d lapidē porriget ei:
Aut ſi piſcē petierit: nunq̄d ſerpentē porriget ei Tob.4.c
Si ergo vos cū ſitis mali noſtis bona data da luce.6.e
re filijs veſtris: quanto magis pater veſter q̄ in luce.13.a
in celis eſt dabit bona petētib⁹ ſe:[e] Omnia er-
go quecūꝙ vultis vt faciāt vobis hoīes: ⁊ vos [e]54
facite illis. Hec eſt eñ lex ⁊ ꝓphete.[f] Intrate ꝑ V
anguſtā portā: q2 lata porta ⁊ ſpacioſa via eſt q̄ E [f]55
ducit ad ꝑditionē: ⁊ multi ſunt q̄ intrant per eā luce.6.f. V
Quā anguſta porta ⁊ arcta via eſt q̄ ducit ad vi- Supra.3.c [g]56
tā: ⁊ pauci ſunt qui inueniūt eā.[g] Attendite a fal- X
ſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimētis luce.6.g
ouiū: intrinſec⁹ aūt ſunt lupi rapaces. A fructi-
bus eorum cognoſcetis eos.[h] Nūquid colligūt [h]57
de ſpinis vuas aut de tribulis ficus:[i] Sic om- V
nis arbor bona: fructus bonos facit: mala autē [i]58
arbor malos fruct⁹ facit. Non poteſt autem ar V
bor bona malos fructus facere: neꝙ arbor ma- D
la bonos fructus facere. Omnis arbor que non Jo.6.a
facit fructum bonum excidet: ⁊ in ignem mittet luce.13.c
Igitur ex fructib⁹ eorū cognoſcetis eos.[k] Nō [k]59
omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū III
celorum: ſed qui facit voluntatē patris mei qui [l]60
in celis eſt: ipſe intrabit in regnū celorū.[l] Mul- V
ti dicent mihi in illa die dñe dñe nōne in nomine
tuo prophetauimus: ⁊ in nomine tuo demonia
eiecimus: ⁊ in noie tuo virtutes multas fecim⁹:
Et tunc confitebor illis: quia nunquā noui vos
Diſcedite a me omnes qui operamini iniquita alias ✝ noſtra.
tē.[m] Oīs ergo q̄ audit verba † mea hec ⁊ facit [m]61
ea aſſimilabitur viro ſapienti qui edificauit do- V
mum ſuā ſupra petram. Et deſcēdit pluuia: ⁊ ve
nerunt flumina ⁊ flauerunt venti ⁊ irruerunt in alias ✝ ſupra.
domum illam ⁊ non cecidit. Fundata enim erat luce.9.g alias ✝ ſupra
† ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea Mar.1.c
hec ⁊ non facit ea: ſimilis erit viro ſtulto qui edi luce.2.g
ficauit domum ſuam † ſuper arenam. Et deſcē- 25.q.1.c.ideo.l
dit pluuia ⁊ venerunt flumina et flauerunt venti
et irruerunt in domum illam: ⁊ cecidit: ⁊ fuit rui [n]62
na eius magna.[n] Et factum eſt cum cōſummaſ- II
ſet ieſus verba hec admirabantur turbe ſuꝑ do
ctrina eius. Erat enim docēs eos ſicut poteſta
tē habens: et non ſicut ſcribe et phariſei.
¶ C. S. Deſcēdēs de monte lepꝛoſum mūdat
puerum centurionis paraliticum curat. ſocrum
petri a febribus liberat. de plurimis curatis et
ſcribe volenti ſequi dicit non habere filium ho-
minis vbi caput ſuum reclinet: atꝙ vt alius reli
cto patris corpore ſequatur precepit: in naui eū
dormiētē excitāt diſcipuli vt tēpeſtatē ſedaret et

A in terra geraſenorū demonia eiecit. Ca.VIII.



63 II al's † nō habet Jeſus. Mar.1.b. Luc.5.c Cum[a] autē deſcendiſ
ſet † Jeſ⁹
de monte
ſecute ſunt eū turbe
multe: ⁊ ecce lepro
ſus veniens adora
bat eū dicēs. Dñe
ſi vis potes me mū
dare. Et extēdēs ie
ſus manū tetigit eū
dicēs. Volo mūda
re. Et cōfeſtim mū
data eſt lepra ei⁹: et
ait illi Jeſus. Vide
al's † ſacerdotibus. nemini dixeris: ſ3 vade oſtende te † ſacerdoti: et
Luce.7.a offer munus tuū qḋ precepit moyſes in teſtimo
64 III Joan.4.g. niū illis.[b] Cū aūt introiſſet capharnaum acceſſit
ad eū centurio rogās eū ⁊ dicēs. Dñe puer me⁹
iacet in domo paraliticus: ⁊ male torquetur. Et
ait illi ieſus. Ego veniā ⁊ curabo eū. Et reſpon
al's † illi dens centurio ait. † Domine nō ſum dignus vt
intres ſub tectū meū: ſ3 tm̄ dic verbo ⁊ ſanabit̄
al's † nō h3 conſtitutus. puer meus. Nā ⁊ ego hō ſum ſub poteſtate † cō
B ſtitutus: habēs ſub me milites: et dico huic va
Luce.7.b de ⁊ vadit: et alio veni et venit: et ſeruo meo fac
al's † hec hoc ⁊ facit. Audiēs autē † ieſus miratus eſt ⁊ ſe
quentibus ſe dixit. Amē dico vobis: non inueni
tantā fidē in iſrael. Dico aūt vobis ꝙ multi ab
65 V Luc.7.a. oriente ⁊ occidente venient ⁊ recūbēt cum abra
al's † in ham ⁊ iſaac ⁊ iacob in regno celorū: filij autē re
Mar.1.c. gni eijcientur in † tenebras exteriores. Ibi erit
66 V. Luce.4.f fletus ⁊ ſtridor dentium.[h] Et dixit ieſus cēturio
ni. Vade: ⁊ ſicut crediſti fiat tibi. Et ſanat⁹ eſt
67 II puer ex illa hora.[e] Et cū veniſſet ieſus in domū
petri vidit ſocrū eius iacentē ⁊ febricitantē. Et
tetigit manū eius: ⁊ dimiſit eā febris: ⁊ ſurrexit
et miniſtrabat eis. Veſpere autem facto obtu
lerūt ei multos demonia habentes: ⁊ eijciebat
ſpirit⁹ verbo ⁊ oēs male habētes curauit: vt ad
Eſa.53.a impleretur qḋ dictū eſt per eſaiā ꝓphetā dicen
C tem. Ipſe infirmitates noſtras accepit: ⁊ egro
Luce.9.g tationes noſtras portauit. Videns aūt ieſus tur
bas multas circum ſe iuſſit diſcipulos ire tranſ
68 V. fretum.[f] Et accedēs vnus ſcriba ait illi. Magi
ſter ſequar te quocunq3 ieris. Et dicit ei Jeſus.
Vulpes foueas habēt: ⁊ volucres celi nidos: fi
lius aūt hoīs nō h3 vbi caput ſuū reclinet. Ali⁹
aūt de diſcipulis eius ait illi. Dñe permitte me
primū ire ⁊ ſepelire patrē meū. Jeſus aūt ait il
li. Sequere me: ⁊ dimitte mortuos ſepelire mor
69 II Mar.4.d tuos ſuos.[g] Et aſcēdēte eo i naniculā ſecuti ſunt
Luce.8.d. eum diſcipuli ei⁹. Et ecce motus magnus fact⁹
D eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus
Mar.5.a Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerūt ad eū diſci
Luce.8.d. puli eius: ⁊ ſuſcitauerūt eū dicētes. Domine ſal
ua nos perimus. Et dicit eis ieſus. Quid timi
di eſtis modice fidei? Tūc ſurgēs imperauit vē
tis ⁊ mari: ⁊ facta eſt trāquillitas magna. Por
ro homines mirati ſunt dicētes. Qualis eſt hic
q2 vēti ⁊ mare obediūt ei? Et cum veniſſet ieſus
trāſfretū in regionē geraſenorū: occurrerunt ei
duo habētes demonia de monumētis exeuntes
ſeui nimis ita vt nemo poſſet trāſire ꝑ viā illam.
al's † car veniſti. Et ecce clamauerūt dicētes. Quid nobis ⁊ tibi
ieſu filij dei? † Veniſti huc ante tp̄s torq̄re nos.

Erat aūt nō longe ab illis grex multorū porcorū Mar.5.b. Luc.8.c
paſcens. Demones autem rogabant eum dicen
tes. Si eijcis nos hinc: mitte nos in gregē por
corum. Et ait illis. Ite. At illi exeuntes abierūt
in porcos. Et ecce magno impetu abijt tot⁹ grex
per preceps in mare. ⁊ mortui ſunt in aquis. Pa
ſtores autem fugerunt: et venientes in ciuitatē
nunciauerunt hec omnia: et de his qui demonia al's † habuerūt.
† habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam al's † trāſfretaret
ieſu: et viſo eo rogabant eum vt tranſiret a fini
bus eorum.

Capituli Summarium. Ubi paraliticus le
ctum fert. Mattheū cōuocat: ac phariſeis mur
murantibus de conuiuio publicanorū dicit non
eſſe opus ſanis medicum: diſcipulis ioannis in
terrogantibus quare non ieiunarent diſcipuli
eius parabolam ponit panni ſciſſure et vtris et
vini: filiam principis mortuam dum vadit ſuſci
tare mulierē a profluuio liberat: cecis oculi ape
riuntur: ſurdum et mutum demonium eijcitur et
in principe demoniorum id facere dicunt.

Capitulum.IX.

Et[a] aſcēdēs ieſus in nauiculam tranſ A 70 I
fretauit et venit in ciuitatē ſuam. Et Mar.2.a.
ecce offerebant ei paraliticū iacētē Luc.5.d.
in lecto. Videns aūt ieſus fidē illorū Joan.5.a
dixit paralitico. Confide fili. Remittuntur tibi
peccata tua. Et ecce quidam de ſcribis dixerūt
intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet ieſus
cogitationes eorum dixit. Ut quid cogitatis
mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius di Mar.2.b.
cere: dimittuntur tibi peccata tua: an dicere ſur Lu.5.c
ge et ambula? Ut autem ſciatis quia filius ho
minis habet poteſtatē in terra dimittendi pec
cata: tunc ait paralitico. Surge tolle lectū tuū
et vade in domum tuam. Et ſurrexit et abijt in
domum ſuam. Videntes autem turbe timuerūt Mar.2.b.
et glorificauerunt deum qui dedit poteſtatē ta Luce.5.f
lem hominibus.[b] Et cum tranſiret inde ieſus vi 2.q.1.c.multi.
dit hominem ſedentem in thelonio Mattheū B 71 II
nomine: ⁊ ait illi. Sequere me. Et ſurgens ſecu
tus eſt eum.[c] Et factum eſt diſcūbente eo in do 72 II
mo: ecce multi publicani et peccatores venien
tes diſcumbebant cum Jeſu et diſcipulis eius. Mar.2.c.
Et videntes phariſei: dicebant diſcipulis eius. Luce.5.f.
Quare cum publicanis ⁊ peccatoribus mādu Oſee.6.c Mar.2.c
cat magiſter veſter.[b] At ieſus audiens ait. Non Infra.12.a. 73 II
eſt opus valentibus medicus: ſed male habenti
bus. Euntes autem diſcite quid eſt miſericor
diam volo: et non ſacrificium. Non enim veni vo
care iuſtos: ſed peccatores. Tunc acceſſerūt ad
eum diſcipuli Joannis dicentes. Quare nos et
phariſei ieiunamus frequenter: diſcipuli autem Mar.2.c.
tui non ieiunant? Et ait illis ieſus. Nūquid poſ luce.5.f.
ſunt filij ſponſi lugere ꝙ diu cum illis eſt ſponſus
Venient autem dies cum auferetur ab eis ſpon
ſus: et tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit
commiſſuram panni rudis in veſtimentum vet⁹
Tollit enim plenitudinem eius a veſtimento et
peior ſciſſura fit. Neq3 mittunt vinum nouum in
vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres ⁊ vi C
num effunditur et vtres pereunt. Sed vinū no
uum in vtres nouos mittunt. et ambo conſeruā
tur.[c] Hec illo loquēte ad eos: ecce princeps vn⁹ 74 II
acceſſit et adorabat eum dicens. Domine filia
mea modo defuncta eſt: ſed veni impone manū
tuam ſuper eam: et viuet. Et ſurgēs ieſus ſeque
batur

Mar.5.c batur eū et diſcipuli ei⁹. Et ecce mulier que ſan-
luce.8.f guinis fluxum patiebatur duodecim ānis ac-
Mar.5.e ceſſit retro: ⁊ tetigit fimbriā veſtimēti eius. Di-
luce.8.f. cebat eīn intra ſe. Si tetigero tantū veſtimentū
Mar.5.c eius ſalua ero. At ieſus cōuerſus ⁊ videns eam
dixit. Confide filia. Fides tua te ſaluā fecit. Et
ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cū veniſſet
ieſus in domum principis: ⁊ vidiſſet tibicines ⁊
turbā tumultuantē dicebat. Recedite. Nō eſt
eīn mortua puella: ſed dormit. Et deridebāt eū.
Et cum eiecta eſſet turba intrauit: ⁊ tenuit ma-
num ei⁹ et dixit. Puella ſurge: Et ſurrexit puel
la. Et exijt fama hec in vniuerſam terram illam.
[f]Et tranſeunte inde ieſu ſecuti ſunt eum duo ce-
ci clamantes ⁊ dicētes. Miſerere noſtri fili da-
D uid. Cū aūt veniſſet domū acceſſerūt ad eū ceci:
et dixit eis ieſus. Creditis q: hoc poſſū facere
vobis: Dicūt ei. Utiq3 domine. Tūc tetigit ocu
los eorum dicens. Secūdū fidē veſtram fiat vo
bis. Et aperti ſunt oculi eorum. Et cōminatus
Mar.5.d. luce.11.b eſt illis ieſus dicēs. Uidete ne quis ſciat. Illi au
tem exeuntes diffamauerunt eū in tota terra il-
la. Egreſſis aūt illis ecce obtulerūt ei hominē
mutū demoniū habentē: ⁊ eiecto demonio locu-
tus eſt mutus: ⁊ mirate ſunt turbe dicētes. Nun
alias + eiecit. luce.11.e. q̄ apparuit ſic in iſrael. Phariſei aūt dicebant.
76 In principe demoniorū † eijcit demones. [g]Et
II circūibat ieſus omnes ciuitates et caſtella do-
77 cens in ſynagogis eorum ⁊ predicans euāgeliū
V regni: et curans omnem languorem et omnē in
78 firmitatē. [h]Uidens autem turbas miſertus eſt
V eis: quia erant vexati ⁊ iacentes ſicut oues non
Mar.6.e habentes paſtorem. [i]Tunc dixit diſcipulis ſuis.
luce.10.a. Meſſis quidem multa; operarij autem pauci.
21.di.c.in nouo. alias + eijciat. Rogate ergo dominū meſſis: vt † mittat opera
rios in meſſem ſuam.

¶ Ca. S. Duodecim apoſtolos premittit cum
omni doctrina: ac dicit q̄ non venit pacem mitte
re in terram ſed gladium. Ca. X.

79 A ET [a] conuocatis duodecim diſcipulis
II Mar.3.b.6.a. ſuis dedit illis poteſtatē ſpirituū im-
luce.6.a. Mar.3.b mundorum: vt eijcerēt eos ⁊ curarēt
80 luce.6.c. omnem languorem ⁊ omnem infirmi-
II alias + diſcipulorum. tatem[b]. Duodecim autē † apoſtolorum nomina
ſunt hec. Primus Symon qui dicitur petr⁹ et
Andreas frater eius: philip⁹: ⁊ bartholomeus:
Jacobus zebedei: et Joannes frater eius. Tho
mas: ⁊ Mattheus publicanus: et Jacobus al-
phei: ⁊ Thadeus. Simon chananeus: ⁊ Judas
81 ſcariothes: qui ⁊ tradidit eum. [c]Hos duodecim
X miſit ieſus precipiens eis et dicēs. In viam gen
tium ne abieritis: et in ciuitates ſamaritanorū
82 Mar.6.b. luc.9.a.10.b. ne intraueritis: ſed potius ite ad oues que pe-
II alias + appropinquauit. rierunt domus iſrael. [d]Euntes autem predicate
dicentes: quia † appropinquabit regnum celo-
luc.10.b. Mar.6.b. rum. Infirmos curate: mortuos ſuſcitate: lepro
luce.9.a.⁊.19.b. ſos mūdate: demones eijcite gratis accepiſtis
B gratis date. Nolite poſſidere aurum: neq3 argē
tum: neq3 pecuniam in zonis veſtris. Non perā
in via: neq3 duas tunicas: neq3 calciamenta neq3
83 virgam. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo.[e]
II In quancunq3 autem ciuitatem aut caſtellū in-
84 traueritis: interrogate quis in ea dignus ſit; et
V ibi manete donec exeatis. [f]Intrantes autem in
Luce.10.a domum: ſalutate eam dicentes. Pax huic do-
mui. Et ſiquidem fuerit domus illa digna: ve-
niet pax veſtra ſuper eam: ſi autem nō fuerit di-
gna pax veſtra reuertetur ad vos. [g]Et quicūq3 85
non receperit vos neq3 audierit ſermones ve- II
ſtros exeūtes foras de domo vel ciuitate excu-
tite puluerē de pedibus veſtris. Amen dico vo-
bis: tollerabilius erit terre ſodomorū et gomo Mar.6.b
reorū in die iudicij q̄ illi ciuitati. [h]Ecce ego mit lu.9.a.⁊.10.b
to vos ſicut oues in medio luporū. Eſtote ergo Infra.11.c luc.10.b 86
prudentes ſicut ſerpentes: ⁊ ſimplices ſicut co- luc.10.a. V
lumbe. [i]Cauete aūt ab hoībus. Tradēt eīm vos Mar.3.b 87
in cōcilijs: et in ſynagogis ſuis flagellabūt vos 13.b.⁊.21.c. I
⁊ ad preſides ⁊ ad reges ducemini ꝑpter me in
teſtimoniū illis ⁊ gētibus. [k]Cū autem tradent 88
vos nolite cogitare quomodo aut q̄d loquami- II
ni. Dabitur enim vobis in illa hora quid loqua-
mini. Non eīm vos eſtis qui loquimini ſed ſpiri-
tus patris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet E
autem frater fratrem in mortem: et pater filium Mich.7.b.
et inſurgent filij in parentes: et morte eos affi-
cient: et eritis odio omnibus hominibus pro-
pter nomen meū. Qui autē perſeuerauerit vſq3
in finem hic ſaluus erit. [l]Cum autem perſequen infra.24.b.
tur vos in ciuitate iſta: fugite in aliam. Amen di- 89
co vobis: non conſummabitis ciuitates iſrael X
donec veniat filius hominis. [m]Non eſt diſcipu- 90
lus ſuper magiſtrū: nec ſeruus ſuper dominū III
ſuum. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter ei⁹ luce.6. 10.19.b.⁊.15.c.
et ſeruo ſicut dominus eius. [n]Si patremfami- 91
lias beelzebub vocauerunt quantomagis do- X
meſticos eius. Ne ergo timueritis eos. [o]Nihil 92
enim eſt opertum quod non † reueletur et nihil alias + reuelabit II
occultum quod non † ſciatur. [p]Quod dico vo- Mar.4.c luc.8.c. 93
bis in tenebris dicite in lumine. Et quod in au- luce.12.a V
re auditis: predicate ſuper tecta. Et nolite time alias + ſcietur. D
re eos qui occidunt corpus: animam autem non
poſſunt occidere: ſed potius timete eum qui po
teſt et animam et corpus perdere in gehennam Mar.8.d.
Nonne duo paſſeres aſſe veneunt? Et vnus ex luc.9.c.⁊.12.b.
illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro.
Ueſtri autem capilli capitis omnes numerati
ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus me
liores eſtis vos. Omnis ergo qui confitebitur
me coram hominibus: confitebor ⁊ ego eum co
ram patre meo qui in celis eſt. [q]Qui autem ne-
gauerit me corā hominibus, negabo et ego eū 94
corā patre meo qui in celis eſt. [r]Nolite arbitra luce.12.g II
ri: quia venerim pacem mittere in terram. Non 95
veni pacem mittere ſed gladium. Ueni enim ſe- V
parare hominem aduerſus patrem ſuum: et fi-
liam aduerſus matrem ſuam: et nurū aduerſus
ſocrum ſuam: inimici hominis domeſtici eius[s]
Qui amat patrem aut matrem pluſq̄ me nō eſt 96
me dignus. Et qui amat filium aut filiam ſuper V
me non eſt me dignus. Et qui non accipit crucē
ſuam et ſequitur me: non eſt me dignus. [t]Qui in
uenit animam ſuam perdet illam. ⁊ qui perdide- 97
rit animam ſuam propter me inueniet eā. [v]Qui luc.14.f. III
recipit vos me recipit et qui me recipit: recipit 98
eum qui me miſit. [x]Qui recipit prophetā in no- I
mine prophete: mercedē prophete accipiet. Et 99
qui recipit iuſtum in nomine iuſti: mercedem iu- Mar.8.d X
ſti accipiet. [y]Et quicūq3 potum dederit vni ex infra.16.d luc.9.c.⁊.17.f. 100
minimis iſtis calicem aque frigide tantū in no- Mar.9.e VI
mine diſcipuli. Amen dico vobis nō perdet mer luce.10.c 10.13.c.⁊.14.e. infra.18.a
cedem ſuam. Mar.9.f

¶ Capituli Summarium. Joannes de carce-
re mittit ad Jeſum: ⁊ ieſus de ioanne ad turbas


loquitur: atqꝫ increpat ciuitates que penitentiã
non egerunt. Confeſſio ieſu ad patrem: et iugū
domini leue eſſe.

Capitulum XI.

a101 X A T a factum eſt cuꝫ cõſummaſſet ieſus
b102 V pꝛecipiens duodecim diſcipulis ſuis
tranſijt inde vt doceret ⁊ pꝛedicaret
in ciuitatibus eoꝛum. b Joannes aūt
cū audiſſet in vinculis opera xp̄i mittens duos
Luce.7.c. al's ✝ illi. de diſcipulis ſuis: ait ✝ illi. Tu es qui ventur⁹ es
an alium expectamus? Et reſpõdens ieſus ait il
lis. Euntes renunciate ioanni q̃ audiſtis ⁊ vidi
ſtis. Ceci vident: claudi ambulant: lepꝛoſi mun
dantur: ſurdi audiunt: moꝛtui reſurgunt: paupe
res euangelizantur: et beatus eſt qui non fue
rit ſcandalizatus in me. Jllis autem abeuntib⁹:
cepit Jeſus dicere ad turbas de Joanne. Quid
exiſtis in deſertum videre? Harundinem vento
B Malach.3.a. Mar.1.a. agitatã? Sꝫ quid exiſtis videre? Hominē mol
libus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiūtur in
domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre?
Pꝛophetam? Etiam dico vobis et pluſq̃ pꝛo
c103 II phetã. c Hic eſt eñi de quo ſcriptū eſt. Ecce ego
mitto angelū meū ante faciē tuam: qui pꝛepara
d104 V bit viam tuam ante te. d Amē dico vobis: nõ ſur
rexit inter natos mulierum maioꝛ ioanne bapti
ſta. Qui autem minoꝛ eſt in regno celoꝛum: ma
e105 V Luce.7.d. al's ✝ diripiunt ioꝛ eſt illo. e A diebus autem ioannis baptiſte vſ
Luce.16.b. qꝫ nunc regnum celoꝛum vim patitur: et violenti
f106 X Lu.7.c. ✝ rapiunt illud. f Omnes enim pꝛophete et lex
vſqꝫ ad ioannem pꝛophetauerunt: ⁊ ſi vultis re
g107 V cipere ipſe eſt helias qui venturus eſt. Qui ha
bet aures audiendi audiat. g Cui autē ſimilē eſti
mabo generationem iſtam? Similis eſt pueris
ſedentibus in foꝛo. qui clamantes coequalibus
dicunt. Cecinimus vobis et non ſaltaſtis: lamē
tauimus et non planxiſtis. Uenit enim Joãnes
neqꝫ manducans: neqꝫ bibens et dicunt. Demo
C nium habet. Uenit filius hominis manducans ⁊
bibens: et dicunt. Ecce homo voꝛax et potatoꝛ
vini: publicanoꝛum et peccatoꝛum amicus. Et
h108 iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis. h Tunc cepit
V Luc.10.b. expꝛobare ciuitatibus in quibus facte ſunt plu
rime virtutes eius: quia non egiſſent penitentiã
Ue tibi coꝛozaim: ve tibi bethſaida: quia ſi in ty
ro et ſidone facte eſſent virtutes que facte ſunt
in vobis olim in cilicio et cinere penitentiã egiſ
ſent. Ueruntamen dico vobis tyꝛo: et ſidoni re
miſſius erit in die iudicij q̃ vobis. Et tu caphar
naum: nunquid vſqꝫ in celum exaltaberis? Uſqꝫ
i109 in infernum deſcendens. i Quia ſi in ſodomis fa
X 1 q.1.c.nonne. cte fuiſſent virtutes que facte ſunt in te: foꝛte mã
D ſiſſent vſqꝫ in hanc diem. Ueruntamen dico vo
bis: quia terre ſodomoꝛum remiſſius erit in die
k101 iudicij q̃ tibi. k Jn illo tēpoꝛe reſpondens ieſus
V dixit. Confitebor tibi pater domine celi et ter
l111 re: quia abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ pꝛuden
III Luce.10.d. tibus: ⁊ reuelaſti ea paruulis. Jta pater: quoniã
m112 Luce.10.d. Joan.8.c. ſic placitum fuit ante te. l Omnia mihi tradita
III ſunt a patre meo. m Et nemo nouit filium niſi pa
n113 ter neqꝫ patrē quis nouit niſi filius: et cui volue
X rit reuelare. n Uenite ad me omnes qui laboꝛa
tis et onerati eſtis: ⁊ ego reficiã vos. Tollite iu
gum meum ſuper vos et diſcite a me: quia mi
tis ſum et humilis coꝛde: et inuenietis requiem
animabus veſtris. Jugum enim meum ſuaue eſt
et onus meum leue.

Capituli Summarium. Diſcipuli ſpicas vel
lunt: manum aridam ſanat: hominē a demonio
cecum et mutum curat: et in pꝛincipe demonio Marc.6.a.
rum id facere opinantes deſtruit: phariſeis ſi
gnum petentibus ione et niniuitarū ſignum tra
dit: et matrem ⁊ fratres poſtponit diſcipulis.

Capitulum XII.



I N a illo A a114
tempoꝛe Mar.2.d. Luce.6.a. 1.regū.21.b. II
abijt Je
ſus per ſa
ta ſabbato: diſcipu
li autem eius eſuriē
tes ceperunt velle
re ſpicas et mandu
care: phariſei autē
videntes dixerunt
ei. Ecce diſcipu
li tui faciunt quod
non licet eis facere
ſabbatis. At ille di
xit eis. Nõ legiſtis
quid fecerit dauid quando eſurijt: et qui cuꝫ eo
erant: quomodo intrauit in domum dei et pa
nes pꝛopoſitionis comedit: quos non licebat
ei edere neqꝫ his qui cum eo erant: niſi ſolis ſa
cerdotibus? b Aut non legiſtis in lege: quia ſab
batis ſacerdotes in templo ſabbatum violant ⁊ Oſee.6.c. Mar.2.d. b115
ſine crimine ſunt? Dico autem vobis: quia tem Luce.6.a X
plo maioꝛ eſt hic. Si autem ſciretis quid eſt mi Mar.3.a. Luce.6.b.
ſericoꝛdiam volo et non ſacrificium: nunquam
condemnaſſetis innocentes. Dominus enim c116
eſt filius hominis: etiam ſabbati. c Et cum inde II
tranſiſſet venit in ſynagogam eoꝝ. Et ecce ho
mo manum habens aridam. Et interrogabant
eum dicentes. Si licet ſabbatis curare: vt accu
ſarent eum. Jpſe autem dixit illis. Quis erit ex B
vobis homo qui habeat ouem vnam: ⁊ ſi ceciderit Mar.3.a. Joan.10.g.
rit hec ſabbatis in foueam: nonne tenebit et le
uabit eam? Quãto magis melioꝛ eſt homo oue.
Jtaqꝫ lꝫ ſabbatis benefacere. Tunc ait homini
Extende manum tuam. Et extendit: ⁊ reſtituta d117
eſt ſanitati ſicut altera. d Exeuntes autem phari IIII
ſei cõſilium faciebant aduerſus eum: quomodo e118
perderent eum. e Jeſus autem ſciens receſſit in X
de: ⁊ ſecuti ſunt eum multi: ⁊ curauit eos omnes
Et pꝛecepit eis ne manifeſtum eum facerent vt Eſa.42.a.
adimpleretur quod dictum eſt per eſaiā ꝓphe al's ✝ electus.
tam dicentem. Ecce puer meus ✝ quem elegi:
dilectus meus in quo bene complacuit anime
mee. Ponam ſpiritum meum ſuper eum: et iu
dicium gentibus nunciabit. Non contendet ne
qꝫ clamabit: neqꝫ audiet aliquis in plateis vo
cem eius. Harundinem quaſſatam non confrin al's ✝ lignum.
get ⁊ ✝ lignum fumigans non extinguet: donec
eijciat ad victoꝛiam iudicium: ⁊ in nomine ei⁹ gē Supra.9.d. f119
tes ſperabunt. f Tunc oblatus eſt ei demonium Luce.11.b. Mar.3.c. V
habēs cecus ⁊ mutus: ⁊ curauit eū ita vt loque g120
retur ⁊ videret. g Et ſtupebãt oēs turbe: ⁊ dice VII
bant. Nunquid hic eſt fili⁹ dauid? h Phariſei au h121
tem audiētes dixerūt. Hic nõ eijcit demones ni II
ſi in beelzebuth pꝛincipe demonioꝝ. i Jeſus aūt i122
ſciēs cogitationes eoꝝ dixit eis. Omne regnū II
in ſe diuiſuꝫ deſolabitur: ⁊ omnis ciuitas vel do
mus diuiſa

mus diuiſa contra ſe non ſtabit. Et ſi ſathanas
ſathanā eijcit aduerſus ſe diuiſus eſt quomodo
ergo ſtabit regnū eius? Et ſi ego in beelzebub
E eijcio demones: filij veſtri in quo eijciunt? Ideo
ipſi iudices veſtri erunt. Si autem ego in ſpiri-
tu dei eijcio demones: igitur peruenit in vos re
gnum dei. Aut quomodo pōt quiſquam intrare
in domum fortis: ⁊ vaſa eius diripere: niſi prius
mar.3.b. alligauerit fortem? Et tūc domū illius diripiet.
Luc.11.d Qui non eſt mecū contra me eſt: ⁊ qui nō cōgre
122 II gat mecū ſpargit.[h] Ideo dico vobis omne pec-
catum ⁊ blaſphemia remittetur hominibus ſpi-
ritus autem blaſphemie non remittetur. Et qui
cunq͂ dixerit verbum contra filium hominis: re
mittetur ei qui autē dixerit verbum contra ſpiri
tum ſanctum non remittetur ei: neq͂ in hoc ſeculo:
124 X neq͂ i futuro.[l] Aut facite arborē malā ⁊ fructū eiꝰ
bonum: aut facite arborem malam ⁊ fructū eius
Supra.3.c. malum. Siquidē ex fructu arbor cognoſcitur.
Luce.6.g. Progenies viperarū. quomodo poteſtis bona
loqui cum ſitis mali? Ex abundantia enim cor-
125 V dis os loquitur.[m] Bonus homo de bono the-
ſauro profert bona: ⁊ malus homo de malo the
126 X ſauro profert mala.[n] Dico autē vobis: quoniam
omne verbū ocioſum quod locuti fuerint homi-
nes reddent rationē de eo in die iudicij. Ex ver-
bis enim tuis iuſtificaberis: ⁊ ex verbis tuis cō
127 V mar.8.b demnaberis.[o] Tunc reſpōderūt quidam de ſcri
Lu.11.b. bis et phariſeis dicentes. Magiſter volumus
128 V Deut.32.b. Lu.11.d. a te ſignum videre. Qui reſpondēs ait illis. Ge
Joan.2.g. neratio mala ⁊ adultera ſignum querit ⁊ ſignū
non dabitur ei niſi ſignū ione prophete. Sicut
enim fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et
tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde
terre tribus diebus ⁊ tribus noctibus. Viri ni-
D niuite ſurgent in iudicio cum generatione iſta ⁊
Jone.3.b. condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt
Luc.11.d in predicatione ione. Et ecce plus quam ionas
3.reg.10.b. hic. Regina auſtri ſurget in iudicio cum genera
1.para.9.a. Luc.11.c tione iſta et condemnabit eam: quia venit a fini-
bus terre audire ſapientiā ſalomonis. Et ecce
plus quam ſalomon hic.[q] Cum autem immun-
129 V mar.3.a. Lu 8.c. dus ſpiritus exierit ab homine: ambulat per lo-
ca arida querens requiem et non inuenit. Tunc
dicit. Reuertar in domum meā vnde exiui. Et
veniens inuenit eam vacantem: ſcopis munda-
tam et ornatam. Tunc vadit et aſſumit ſeptem
alios ſpūs ſecū nequiores ſe ⁊ intrantes habi-
tant ibi: et fiunt nouiſſima hominis illius peiora
prioribus. Sic erit et generatiōi huic peſſime.[r]
130 II Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius
et fratres ſtabant foris querentes loqui ei. Di-
xit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres
tui foris ſtant querentes te. At ipſe reſpondens
dicēti ſibi ait. Que eſt mater mea: et qui ſunt fra
tres mei? Et extendēs manū in diſcipulos ſuos
dixit. Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Quicunq͂
enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis
eſt: ipſe meus frater ſoror et mater eſt.

¶ C.S. Sedēs i nauicula Jeſus turbis parabo
las exponit. i. ſeminātis ſemē centeſimū ⁊ ſexage
ſimum: et triceſimum de zizania ⁊ tritico ⁊ gra-
no ſynapis: fermēto abſcūdito i farina: ⁊ exoluit
diſcipulis parabolas zizaniorum parabolas de
theſauro in agro: et bona margarita de rete in
mare miſſo: prophetam in patria ſua ſine hono-
re eſſe. Ca. XIII.

In[a] illo die exiens Jeſus de domo ſe A [a]131
debat ſecus mare. Et congregate ſunt mar.4.a. II
ad eum turbe multe: ita vt in nauicu- Luc.8.a.
lam aſcendens ſederet: ⁊ omnis tur-
ba ſtabat in litore: ⁊ locutus eſt eis multa in pa-
rabolis dicens. Ecce exijt qui ſeminat ſemina-
re ſemen ſuum. Et dum ſeminat: quedam ceci- Lu.8.a.
runt ſecus viam: ⁊ venerunt volucres celi: ⁊ co-
mederunt ea. Alia autem ceciderunt in petroſa
vbi non † habebant terram multam ⁊ continuo
exorta ſunt: quia non habebant altitudinem ter alr † habet.
re. Sole autem orto eſtuauerunt ⁊ quia non ha
bebant radicem aruerunt. Alia autē ceciderūt
in ſpinas: ⁊ creuerunt ſpine et ſuffocauerunt ea.
Alia autem ceciderunt in terram bonā et dabāt alr † fructus.
† fructum: aliud centeſimum aliud ſexageſimū: B
aliud triceſimū. Qui habet aures audiendi au- mar 4.b.
diat. Et accedētes diſcipuli eiꝰ dixerūt ei. Qua Lu.8.b. Luc.8 c.
re in parabolis loqueris eis? Qui reſpondens mar.4.c.
ait illis: Quia vobis datum eſt noſſe myſterium
regni celorum: illis autem non eſt datum.[b] Qui [b]132
enim habet dabitur ei et abundabit: qui autem V
non hȝ ⁊ qđ † hȝ auferet ab eo.[c] Ideo in para- [c]133
bolis loquor eis: quia videntes non vident: et alr † videtur habere. I
audientes non audiunt: neq͂ intelligunt: vt ad- Mar.4.b.
impleretur in eis prophetia. Eſaie dicentis. Au Luce.8.c.
ditu audietis et non intelligetis: ⁊ videntes vi- Eſa.6.c. Joan.12.f
debitis et non videbitis. Incraſſatum eſt enim Act.28.f.
cor populi huius: ⁊ auribus grauiter audierunt [d]134
⁊ oculos ſuos clauſerunt: nequando videāt ocu V
lis: ⁊ auribus audiant ⁊ corde intelligant: ⁊ con
uertantur et ſanem eos.[d] Veſtri autē beati ocu
li † quia vident: et aures veſtre † quia audiunt. Alr † qui. alr † que.
Amen quippe dico vobis: quia multi prophete C
et iuſti cupierunt videre que videtis ⁊ non vide
runt: et audire que auditis et non audierunt.[e]
Vos ergo audite parabolam ſeminantis. Om- [e]135
nis qui audit verbum regni et non intelligit: ve- II
nit malus et rapit quod ſeminatum eſt in corde mar.4.d.
hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt. Qui autē Luce.8.b.
ſuper petroſa ſeminatus eſt: hic eſt qui verbum
audit: et continuo cum gaudio accipit illud. Nō
habet autem in ſe radicem ſed eſt temporalis.
Facta autem tribulatione et perſecutione pro-
pter verbum continuo ſcandalizatur. Qui autē
ſeminatus eſt in ſpinis: hic eſt qui verbū dei au-
dit ⁊ ſollicitudo ſeculi iſtius ⁊ fallacia diuitiarū
ſuffocat verbum: et ſine fructu efficitur. Qui ve-
ro in terram bonā ſeminatus eſt: hic eſt qui au Mar.4.c.
dit verbum ⁊ intelligit ⁊ fructum affert: et facit D
aliud quidem centeſimum: aliud autem ſexage- De de. c.13. veritande.
ſimum aliud vero triceſimum.[f] Aliam parabolā [f]136
propoſuit illis dicens. Simile factum eſt regnū X
celorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in
agro ſuo. Cum autem dormirēt homines: venit
inimicus eius et ſuperſeminauit zizania in me-
dio tritici: ⁊ abijt. Cum autem creuiſſet herba ⁊
fructum feciſſet: tunc apparuerunt ⁊ zizania. Ac
cedentes autem ſerui patriſfamilias dixerūt ei.
Dñe: nōne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo?
Vñ ergo hȝ zizania? Et ait illis. Inimicus ho-
mo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imꝰ
⁊ colligimus ea? Et ait. Nō: ne forte colligētes
zizania eradicetis ſimul cum eis ⁊ triticum. Si
nite vtraq͂ creſcere vſq͂ ad meſſem: et in tempo
re meſſis dicā meſſoribꝰ. Colligite primum ziza
nia et alligate ea in faſciculos ad cōburēdum tri

[g]137 mar.4.c. ticum aūt congregate in horreum meum.[g]Aliam
II Lu.13.d. parabolā ꝓpoſuit eis dicens.Simile eſt regnū
celoꝝ grano ſynapis:qđ accipiēs hō ſeminauit
in agro ſuo:qđ minimū quidē eſt oībus ſemini-
bus.Cū aūt creuerit maius eſt omnibus oleri-
[h]138 Lu.13.b. bus ⁊ fit arbor:ita vt volucres celi veniant ⁊ ha
V E bitent in ramis eius.[h]Aliam parabolā locutus
[i]139 eſt eis.Simile eſt regnū celoꝝ fermento quod
VI mar.4.d. acceptum mulier abſcondit in farine ſatis trib⁹
donec fermentatū eſt totū:[i]Hec omnia locutus
eſt Jeſus in parabolis ad turbas:⁊ ſine parabo
lis non loquebatur eis vt impleretur qđ dictum eſt
per ꝓphetā dicentē.Aperiam in parabolis os
Pſ.77.a meū:eructuabo abſcondita a cōſtitutiōe mūdi.[k]
[k]140 tunc dimiſſis turbis venit in domū:⁊ acceſſerūt
X ad eū diſcipuli ei⁹ dicētes.Ediſſere nobis para-
bolā zizanioꝝ agri.Qui reſpōdens ait.Qui ſe
minat bonum ſemen eſt filius hōis:ager aūt eſt
mundus.Bonū vero ſemen hi ſunt filij regni:zi
Apocalip.14.d. zania aūt filij ſunt nequam.Inimicus autē qui ſe
F minauit ea eſt diabol⁹.Meſſis vero cōſummatio
ſeculi eſt.Meſſores aūt angeli ſunt.Sicut ergo
colliguntur zizania ⁊ igni cōburuntur:ſic erit in con
ſummatiōe ſeculi.Mittet ergo fili⁹ hōis ange-
los ſuos ⁊ colligent de regno eius oīa ſcandala:
et eos qui faciūt iniquitatē:et mittent eos in ca
minū ignis.Ibi erit flet⁹ ⁊ ſtridor dentiū.Tunc
iuſti fulgebūt ſicut ſol in regno patris eoꝝ.Qui
hꝫ aures audiendi audiat.Simile eſt regnū ce-
loꝝ theſauro abſcondito in agro:quē qui inue-
nit hō abſcōdit:et pre gaudio illius vadit et ven
dit vniuerſa que hꝫ et emit agrū illū.Iterū ſimi
le eſt regnū celoꝝ homini negociatori querenti
bonas margaritas.Inuēta aūt vna ꝓcioſa mar
garita abijt et vēdidit oīa que habuit:⁊ emit eā
Iterū ſimile eſt regnū celoꝝ ſagene miſſe in ma
re:⁊ ex omni genere piſciū cōgregāti.Quā cū
impleta eſſet educētes ⁊ ſecus litus ſedētes ele-
gerunt bonos in vaſa ſua.malos aūt foras miſe
runt.Sic erit in conſummatione ſeculi.Exibūt
G angeli ⁊ ſeparabūt malos de medio iuſtorum:⁊
Inf c.22.b et mittēt eos i caminū ignis:ibi erit flet⁹ ⁊ ſtridor
25.rc. dentiū.Intellexiſtis hec oīa?dicūt ei.Etiā.Ait
illis.Ideo oīs ſcriba doctus in regno celorum:
ſimilis eſt homini patrifamilias:qui profert de
mar.6.a. theſauro ſuo noua et vetera.Et factū eſt cū con-
[l]141 Luc.14.c.et.d. ſummaſſet Jeſus parabolas iſtas tranſijt inde:
I Joā.4.f. ⁊ veniens[l] in patriā ſuā docebat eos in ſynago-
Mat.6.a. gis eoꝝ:ita vt mirarentur ⁊ dicerent.Vn̄ huic ſa-
Luce.10.d. Joan.6.e. pientia hec ⁊ virtutes?Nōne hic eſt fabri fili⁹?
1.q.1.ca.paulus niſte nōne mater eius dicitur maria?et fratres eius ia-
aſs✠ſic. cobus ⁊ ioſeph ⁊ ſymon ⁊ iudas:et ſorores ei⁹:
[m]142 Marc.6.a. Lu.4.d. nonne oēs apud nos ſunt?Unde ergo huic oīa
I Jo.7.f. iſta?Et ſcādalizabantur i eo.[m]Jeſus aūt dixit eis
Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua
et in domo ſua.Et non fecit ibi virtutes multas
propter incredulitatem illorum.

¶C.S.De iohannis capite in diſco:⁊ de quinq; pa
nibus ⁊ duobus piſcibus in quinq; milia viroꝝ
Jeſus ſupra mare ambulat:⁊ petrum mergentē
apprehendit:⁊ in terra geneſar multos languo-
res curat. Ca.XIIII.

[a]143 A In illo tempore audiuit herodes te-
II aſs✠de. trarcha famā† Jeſu:⁊ ait pueris ſuis
Mar.6.d. Hic eſt ioannes baptiſta:ipſe ſurre-
[b]144 Luc.6.a. xit a mortuis:⁊ ideo virtutes operan
II Mar.6.e. Luce.3.d. tur in eo.[b]Herodes enī tenuit ioannē et alliga-
uit eū ⁊ poſuit in carcerē ꝓpter herodiadē vxo
rē fratris ſui.Dicebat enim illi ioānes.Nō lꝫ ti
bi habere eā.Et volēs illum occidere timuit po
pulū:q2 ſicut ꝓphetā eū habebāt.[e]Die aūt nata
lis herodis ſaltauit filia herodiadis in medio ⁊ [e]145
placuit herodi.Vn̄ cū iuramento pollicitus eſt VI
ei dare quodcūq; poſtulaſſet ab eo.At illa ꝑmo
nita a matre ſua da mihi(inquit)hic in diſco ca
put iohānis baptiſte.Et cōtriſtat⁹ eſt rex.Pro
pter iuriſiurādū aūt ⁊ ꝓpter eos q̄ pariter recū
bebāt iuſſit dari.Miſitq; ⁊ decollauit iohannē
in carcere.Et allatū eſt caput eius in diſco:⁊ da
tū eſt puelle:⁊ illa† attulit matri ſue.Et acceden
tes diſcipuli eius tulerunt corpus eius ⁊ ſepelie B
lierunt illud ⁊ venientes nunciauerunt ieſu.[o]Qđ aſs✠tulit. [o]146
cū audiſſet Jeſus seceſſit inde in nauiculam in lo Mar.9.a. III
cum deſertū ſeorſum.Et cū audiſſent turbe ſecu Lu.6.b.
te ſunt eū pedeſtres de ciuitatibus.Et exiēs vi Jo.6.a.
dit turbā multā et miſert⁹ eſt eis:et curauit lan- mar.6.e.
guidos eoꝝ.[p]Veſpere aūt facto acceſſerunt ad Lu.6.b. [p]147
eū diſcipuli ei⁹ dicentes.Deſertus locus ⁊ hora io.6.a. I
iam preterijt:dimitte turbas vt euntes in caſtel-
la emant ſibi eſcas.Jeſus aūt dixit eis.Non ha
bēt neceſſe ire:date illis vos māducare.Reſpō
derūt ei.Nō habemus hic niſi quinq; panes et
duos piſces.Qui ait eis.Afferte mihi illos huc
Et cū iuſſiſſet turbā diſcumbere ſupra fenū:acce
ptis quinq; panibus ⁊ duobus piſcib⁹:aſpiciēs
in celū benedixit ⁊ fregit:⁊ dedit diſcipulis ſuis E
panes diſcipuli aūt dederunt turbis.Et mandu mar.6.f.
cauerunt oēs ⁊ ſaturati ſunt.Et tulerūt reliq̄s
duodecim cophinos fragmentoꝝ plenos.Mā
ducantiū autē fuit numerus quinq; milia viroꝝ aſs✠iuſſit.
exceptis mulierib⁹ ⁊ paruulis.Et ſtatim† com in.5.c.et.6.b. io.6.b. [f]148
pulit Jeſus diſcipulos aſcendere in nauiculā:et VI
precedere eū trans fretū donec dimitteret tur- mar.6.g. [g]149
bas.[g]Et dimiſſa turba aſcendit in montē ſolus II
orare.[h]Veſpere aūt facto:ſolus erat ibi.Naui- [h]150
cula autē in medio mari iactabatur fluctib⁹.Erat IIII
enī contrarius ventus.Quarta aūt vigilia no-
ctis venit ad eos† ambulans ſupra mare.Et vi aſs✠et ambulabant.
dentes eū ſupra mare ambulantem turbati ſunt
dicētes:q2 fantaſma eſt.Et pre timore clamaue-
runt.Statimq; Jeſus locut⁹ eſt eis dicēs.Ha-
bete fiduciā.Ego ſum nolite timere.[i]Reſpon- [i]151
dens aūt petrus dixit:dn̄e ſi tu es iube me veni- X
re ad te ſup aquas.At ipſe ait.Veni.Et deſcen-
dens petr⁹ de nauicula ambulabat ſup† aquā
vt veniret ad ieſum.Vidēs vero ventū validū ti- D aſs✠aque.
muit.Et cū cepiſſet mergi clamauit dicens.Do
mine ſaluū me fac.Et cōtinuo Jeſus extendens
manum apprehendit eum ⁊ ait illi.Modice fi-
dei quare dubitaſti?[k]Et cū aſcēdiſſet in nauicu Mar.9.g Lu.5.d. [k]152
lam ceſſauit ventus.Qui autē in nauicula erant VI
venerūt ⁊ adorauerūt eum dicentes.Vere filius
dei es.[l]Et cū trāſfretaſſent venerūt in terrā ge- [l]153
neſar.Et cū cognouiſſent eum viri loci illius mi II
ſerunt in vniuerſam regionē illam.et obtulerunt
ei omnes male habentes.⁊ rogabāt eum:vt vel
fimbriā veſtimenti eius tangerent.Et quicunq;
tetigerunt ſalui facti ſunt.

¶C.S.De manibus lauandis:de his que de
ore exeūt:q2 coinquinant non que intrant in ho
minē filiā mulieris ſyrophenisse a demonio curat
⁊ ſec⁹ mare galilee claudos ⁊ cecos ⁊ mutos ſa-
nat:de ſeptem panibus ⁊ paucis piſciculis qua
tuor milia hominum ſatiauit. Ca.XV.

A
7 Mar.7.b. Tunc[a] acceſſerunt ad eum ab hieroſo
VI lymis ſcribe ⁊ phariſei dicētes. Qua
re diſcipuli tui tranſgrediuntur tradi
tiones ſeniorum: Non enī lauant ma
nus ſuas cum panem mãducant. Ipſe aūt reſpō
Exo:20.b. Deut.5.b. Marc.7.b. dens ait illis. Quare ⁊ vos trãſgredimini man
datū dei ꝓpter traditionē veſtrã: Nã de⁹ dixit
Honora patrē ⁊ matrē ⁊ qui maledixerit patri
vel matri morte moriatur. Uos aūt dicitis: qui
cunqꝫ dixerit patri vel matri munus quodcūqꝫ
eſt ex me tibi proderit: et non honorificabit pa
Eſa.29.d. trē ſuū aut matrē ſuã: et irritū feciſtis mandatuꝫ
dei ꝓpter traditionē veſtrã. Hypocrite bene ꝓ
phetauit de vobis Eſaias dicēs. Ppl's hic la
B bijs me honorat cor aūt eorū longe eſt a me. Si
ne cauſa aūt colūt me docētes doctrinas et man
data hoim. Et cōuocatis ad ſe turbis: dixit eis.
Audite ⁊ intelligite. Non quod intrat in os co
inquinat hominē: ſed qd̄ ꝓcedit ex ore hoc coin
155 Luce.6.f. quinat hominē.[b] Tūc accedentes diſcipuli eius
X dixerunt ei. Scis qꝛ phariſei audito hoc verbo
ſcandalizati ſunt. At ille reſpondēs ait. Omnis
plãtatio quã nō plãtauit pater me⁹ celeſtis era
156 Mat.17. dicabit.[c] Sinite illos ceci ſunt: et duces cecorū.
V Cecus aūt ſi ceco ducatū preſtet ambo in foueã
157 cadunt.[d] Reſpondēs aūt petrus dixit ei. Ediſſe
VI re nobis parabolã iſtam. At ille dixit. Adhuc et
vos ſine intellectu eſtis: Non intelligitis: qꝛ oē
qd̄ in os intrat in ventrē vadit ⁊ in ſeceſſum emit
titur. Que aūt procedūt de ore de corde exeūt:
⁊ ea coinquinãt hominē. De corde enī exeunt co
gitationes male: homicidia: adulteria fornica
tiōes, furta: falſa teſtimonia: ⁊ blaſphemie. Hec
ſunt que coinquinant hoiem. Non lotis aūt ma
C nibus mãducare: non coinquinat hominem. Et
2.4.7.ca.teſtes. Luce.19.b. egreſſus inde ieſus receſſit in partes tyri et ſydo
nis. Et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egreſ
ſa: clamauit dicens ei. Miſerere mei domine fi
li dauid. filia mea male a demonio vexatur. Qui
non rñdit ei verbū. Et accedentes diſcipuli ei⁹:
rogabant eum dicētes. Dimitte eam: qꝛ clamat
158 poſt nos.[e] Ipſe autē rñdens ait. Nō ſum miſſus
V mar.7.c niſi ad oues que perierūt domus iſrael.[f] At illa
159 venit ⁊ adorauit eum dicēs. Domine adiuua me
VI Qui reſpondēs ait. Non eſt bonū ſumere panē
filiorum: ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Etiam
domine. Nã et catelli edunt de micis que cadūt
de menſa dominorū ſuorū. Tunc reſpondēs Je
mar.8.a. ſus ait illi. O mulier magna eſt fides tua. fiat ti
bi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illi hora.[g]
160 Et cū tranſiſſet inde. Jeſus venit ſecus mare ga
I lilee. Et aſcendens in mōtem ſedebat ibi. Et ac
ceſſerunt ad eaꝫ turbe multe habentes ſecū mu
tos: cecos: claudos: debiles: et alios multos et
ꝓiecerunt eos ad pedes eius et curauit eos: ita
vt turbe mirarentur: videntes mutos loquen
tes et claudos ambulantes: cecos videntes et
D magnificabant deum iſrael. Jeſus aūt conuoca
mar.8.a. tis diſcipulis ſuis dixit. Miſereor turbe: qꝛ tri
duo iam perſeuerãt mecum: ⁊ nō habent qd̄ mã
ducent. Et dimittere eos ieiunos nolo ne defi
alſ ✝ tanti. ciãt in via. Et dicūt ei diſcipuli. Un̄ ergo nobis
in deſerto panes ✝ tantos vt ſaturemus turbaꝫ
tantã: Et ait illis Jeſus. Quod panes habetis.
At illi dixerunt: ſeptem ⁊ paucos piſciculos. Et
precepit turbe vt diſcumberent ſuper terram.
Et accipiēs ſeptē panes ⁊ piſces gratias agēs

fregit ⁊ dedit diſcipulis: ⁊ diſcipuli dederūt po
pulo: et comederunt omnes et ſaturati ſunt. Et
quod ſuperfuit de fragmentis: tulerunt ſeptem
ſportas plenas. Erant autem qui manducaue
runt quattuor milia hominum extra paruulos ⁊
mulieres et dimiſſa turba aſcendit in nauiculaꝫ
et venit in fines magedan.

Capituli Summa. De ſigno ione prophete
de fermento phariſeoꝝ de epiſcopatu petri quē
increpat ac dicit crucem ſuã tollere debere vnū
quēqꝫ qui velit dominum ſequi et dicit non viſu
ros quoſdaꝫ mortem donec videant filiuꝫ hois
in regno ſuo venire. Ca.XVI. A 161

Et[a] acceſſerūt ad eū phariſei ⁊ ſaducei mar.8.b. IIII
tentantes: ⁊ rogauerunt eum: vt ſignū Joan.6.d. 162
de celo oſtēderet eis.[b] At ille rñdens Luce.12.g.
ait illis. Facto veſpere dicitis: ſerenū V
erit: rubicundū eſt enī celum. Et mane: hodie tē
peſtas: rutilat enim triſte celuꝫ. Faciē ergo celi
diiudicare noſtis: ſigna aūt temporum non po Jone.2.a.
teſtis ſcire.[c] Generatio mala et adultera ſignuꝫ mar.8.b. 163
querit: ⁊ ſignū non dabitur ei niſi ſignū ione pro V
phete. Et relictis illis abijt. Et cum veniſſent di mar.8.b.
ſcipuli eius tranſfretū obliti ſunt panes accipe Lu.12.a.
re.[d] Qui dixit illis. Intuemini et cauete a fermē B 164
to phariſeorum ⁊ ſaduceoruꝫ.[e] At illi cogitabãt II
inter ſe dicentes. Quia panes non accepimus. 165
Sciēs aūt ieſus dixit eis. Quid cogitatis inter VI
vos modice fidei: qꝛ panes nō habetis: Nōdū
intelligitis neqꝫ recordamini quinqꝫ panū et quinqꝫ
milia hominum. Et quot cophinos ſumpſiſtis:
Neqꝫ ſeptem panū et quattuor milia hominuꝫ:
⁊ quot ſportas ſumpſiſtis: Quare non intelligi
tis: qꝛ non de pane dixi vobis: cauete a fermēto
phariſeorum ⁊ ſaduceorum. Tunc intellexerunt
quia non dixerit cauendum a fermento panum: Marc.8.c.
ſed a doctrina phariſeorum et ſaduceorum.[f] Ue Luce.9.c. 166
nit autem Jeſus in partes ceſaree philipi: et in C Joan.6.g. I
terrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quē dicūt
homines eſſe filiū hominis: At illi dixerūt. Alij
iohānem baptiſtã alij aūt heliã. alijs vero hiere
miam: aut vnum ex prophetis. Dixit illis ieſus
Uos autem quem me eſſe dicitis: Reſpondēs
ſymon petrus dixit. Tu es chriſtus filius dei vi 167
ui.[g] Reſpondens autem Jeſus dixit ei. Beat⁹ X
es ſymon bariona: quia caro et ſanguinis nō re
uelauit tibi: ſꝫ pater me⁹ qui in celis eſt. Et ego
dico tibi: quia tu es petrus ⁊ ſuper hanc petrã
edificabo eccleſiam meam et porte inferi nō pre
ualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues re
gni celorum. Et quodcunqꝫ ligaueris ſuper ter
ram erit ligatum et in celis: et quodcunqꝫ ſolue Mar.8.d. Lu.9.c 168
ris ſuper terram erit ſolutum et in celis.[h] Tunc I
precepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent quia
ipſe eſſet Jeſus xp̄s. Exinde cepit Jeſus oſten
dere diſcipulis ſuis: quia oporteret eum ire hie
roſolymã et multa pati a ſenioribus et ſcribis ⁊
principib⁹ ſacerdotū: ⁊ occidi ⁊ tertia die reſur 169
gere.[i] Et aſſumens eum petrus cepit increpare Marc.8.d. VI
illum dicens. Abſit a te domine: nō erit tibi hoc D
Qui conuerſus dixit petro. Uade poſt me ✝ ſa alſ ✝ ſathana.
thanas ſcandalum es mihi: qꝛ nō ſapis ea q̄ dei 170
ſunt ſed ea que hominum.[k] Tunc Jeſus dixit di II Mar.8.d.
ſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire abne Luce.19.d.
get ſemetipſum: ⁊ tollat crucem ſuã: et ſequatur Supra.10.d.
me. Qui enim voluerit aiam ſuam ſaluam face
re: perdet eam. Qui autem ꝑdiderit animã ſuaꝫ

Luce.17.g. propter me inueniet eā. Quid enī prodeſt homi
ni ſi mundum vniuerſum lucref: anime vero ſue
Ro.2.e. detrimentū patiaꝛ? Aut quā dabit homo cōmu
[l] 171 mar.6.a tationē pro anima ſua. [l] Filius enī hominis ven
X Luce.9.c turus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis: ꝛ
[m] 172 Als + opus. tunc reddet vnicuiqꝫ ſm † opera eius. [m] Amen
II dico vobis ſunt quidā de hic ſtantibus qui non
guſtabunt mortem: donec videant filium homi-
nis venientem in regno ſuo.

¶ C. S. In mōte cum moyſe ꝛ helya apparet ꝛ
vox de celo ad eū: inde deſcēdentibus helyā iā
veniſſe ꝛ non eſſe ſuſceptū manifeſtat: puerum lu
naticū ſaluat ꝛ de fide vt granum ſynapis docet
de ſtatere: de ore piſcis. Ca. XVII.

A
Als + aſſumit. ET poſt dies ſex † aſſumpſit ieſus pe-
Als + ducit. trū et iacobū et iohānē fratrē ei⁹: ꝛ †
mar.9.a. duxit illos in montē excelſum ſeorſū
Lu.9.d et trāſfigurat⁹ eſt ante eos. Et reſplē
duit facies eius ſicut ſol. Veſtimēta aūt ei⁹ facta
ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerūt illis moy-
ſes et helyas cū eo loquētes. Reſpōdēs aūt pe
Als + habet et trus: dixit ad ieſum. Dñe bonū eſt nos hic eſſe: ſi
vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum †
moyſi vnū: ꝛ helye vnū. Adhuc eo loquēte: ecce
nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nu
be dicēs. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹ in quo mihi bñ
B cōplacuit: ipm̄ audite. Et audiētes diſcipuli ceci
derunt in faciē ſuā. ꝛ timuerūt valde. Et acceſſit
ieſus: ꝛ tetigit eos dixitqꝫ eis. Surgite ꝛ nolite
timere. Leuantes aūt oculos ſuos neminem vi-
derunt niſi ſolū Ieſum. Et deſcēdētibus illis de
[a] 173 mōte precepit † Ieſus dicēs. Nemini dixeritis
VI Als + illis. viſionē donec fili⁹ hoīs a mortuis reſurgat. [a] Et
mar.9.b interrogauerunt eū diſcipuli dicētes. Quid er-
go ſcribe dicunt quod helyā oporteat † primo
Als + primum. venire? At ille rñdens ait eis. Helyas quidem
ventur⁹ eſt ꝛ reſtituet oīa. Dico aūt vobis qꝛ he
lyas iā venit et non cognouerūt eū: ſed fecerunt
in eo quecūqꝫ voluerūt. Sic ꝛ filius hoīs paſſu-
E rus eſt ab eis. Tūc intellexerunt diſcipuli: qꝛ de
[b] 174 mar.9.c. iohanne baptiſta dixiſſet eis. [b] Et cū veniſſet ad
II Luc.9.c. † turbā: acceſſit ad eū homo genib⁹ prouolut⁹
Als + turbas ante eū dicēs: Dñe miſerere filio meo qꝛ lunati-
cus eſt: ꝛ male patitur. Nā ſepe cadit in ignē: et
crebro in aquā. Et obtuli eū diſcipulis tuis ꝛ nō
potuerunt curare eū. Rñdens autē Ieſus ait.
mar.9.c. O generatio incredula ꝛ peruerſa quouſqꝫ ero
Luc.9.c. vobiſcū? Vſqꝫ quo patiar vos? Afferte huc illū
[c] 175 ad me. Et increpauit illū Ieſus: ꝛ exijt ab eo de
V monīu: et curatus eſt puer ex illa hora. [c] Tūc ac-
ceſſerunt diſcipuli ad ieſum ſecreto ꝛ dixerūt. †
Als + habet ei. Quare nos non potuim⁹ eijcere illū? Dixit illis
Lu.17.d Ieſus. Propter incredulitatē veſtrā. Amē qp-
pe dico vobis ſi habueritis fidē ſicut granū ſy-
napis: dicetis mōti huic: tranſi hinc ꝛ tranſibit:
ꝛ nihil impoſſibile erit vobis. Hoc aūt gen⁹ nō
[a] 176 eijcit: niſi p orationē et ieiuniū. [b] Cōuerſantibus
II autē eis in galilea: dixit illis Ieſus. Filius hoīs
[c] 177 D tradēd⁹ eſt in man⁹ hoīm et occidēt eū et tertia
X mar.9.c. die reſurget. Et contriſtati ſunt vehemēter. [c] Et
Lu.9.c cum veniſſent capharnaū: acceſſerūt q didrach-
mam accipiebant ad petrū. Et dixerūt ei. Ma-
giſter veſter non ſoluit † didrachmā? Ait. Etiā.
Et cum intraſſet domum preuenit eū Ieſus di
Als + didragmi cēs. Quid tibi videꝛ ſimon? Reges terre a qui-
bus accipiunt tributū vel cenſum a filijs ſuis: an
Als + alijs. ab † alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi
l

ieſus. Ergo liberi ſunt filij. Vt aūt non ſcādalize
mus eos vade ad mare ꝛ mitte hamū: ꝛ eū piſcē
qui prim⁹ aſcēderit tolle. Et aperto ore eius in-
uenies ſtaterē: illū ſumens da eis pro me ꝛ † te. Als + habet p.

¶ Cap. Sum. De humilitate pueri de manu ꝛ
pede ꝛ de oculo eruendo: et nec contemnendos
paruulos quorum angelos faciem patris in ce-
lis ſemper videre teſtatur. Correptio fratrum:
quod indulgere debeant alterutrū vſqꝫ ſeptua-
gies ſepties: de eo qui conſeruum propter dena
rios centum ſuffocat. Ca. XVIII.


IN illa hora [a] acceſſerūt diſcipuli ad ie A [a] 178
ſum dicētes: quis putas maior eſt in mar.9.e. II
regno celorū? Et aduocās ieſus paru Luc.9.f
lū ſtatuit eū i medio eorū ꝛ dixit. Amē
dico vobis: niſi conuerſi fueritis et efficiamini ſi
cut paruuli: non intrabitis in regnū celorū. Qui
cunqꝫ ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte:
hic eſt maior in regno celorū. Et q ſuſceperit vnū mar.9.f
paruulū talē in nomine meo: me ſuſcepit. [b] Qui Lu.17.a
aūt ſcandalizauerit vnū de puſillis iſtis q in me [b] 179
credunt expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria II
in collo eius et demergaꝛ in profundum maris.
Ve mūdo ab ſcandalis. Neceſſe eſt enī vt veniāt mar 9.f
ſcandala. Verūtamē ve homini † per quem ſcan Supra.5.e als hꝫ + illi.
dalū venit. [c] Si aūt manus tua vel pes tuus ſcā- D [c] 180
dalizat te: abſcide eū ꝛ proijce abs te. Bonū eſt VI
tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum quā
duas manus vel duos pedes habentem mitti in
ignē eternū. Et ſi oculus ſcandalizat te: erue eū mar.9.g
ꝛ proijce abs te. Bonū eſt tibi vnū † oculum ha Als + cum vno
bentem in vitā intrare: q duos oculos habentē oculo in vitam.
mitti in gehennam ignis. [d] Videte ne contemna [d] 181
tis vnū ex his puſillis. Dico enī vobis: qꝛ ange X
li eorum in celis ſemper vident faciē patris mei
qui in celis eſt. Venit enī filius hoīs ſaluare qd Luce.19.b
perierat. Quid vobis videꝛ? [e] Si fuerit alicui cē Luce.5.a.
tū oues † ꝛ errauerit vna ex eis: nōne † relinquet Als + relinquet [e] 182
nonagintanouē in † mōtib⁹ et vadit querere eā Als + in deſerto V
que errauit? Et ſi cōtigerit vt inueniat eā: amen
dico vobis: qꝛ gaudebit ſup eam magis q ſuper
nonagintanoue que nō errauerant. Sic non eſt
volūtas ante patrē veſtrum qui in celis eſt vt pe
reat vn⁹ de puſillis iſtis. [f] Si aūt peccauerit i te
frater tu⁹: vade ꝛ corripe eū inter te ꝛ ipm̄ ſolū. Luce.17.a.
Si te audierit lucratus eris fratrem tuū. [g] Si 2.cor.15.a. [f] 183
autē non te audierit: adhibe tecum adhuc vnum als + duorū te- V
vel duos: vt in ore † duorū vel triū teſtiū ſtet oē ſtium vel trium [g] 184
verbū. Quod ſi nō audierit eos dic eccleſie. Si 24.q.1.c.in om- X
aūt eccleſiā nō audierit: ſit tibi ſicut ethnicus et nibus. E
publicanus. [h] Amē dico vobis: quecunqꝫ alliga 30.20.c.
ueritis ſuper terrā erūt ligata ꝛ in celo: et que- [h] 18
cūqꝫ ſolueritis ſuper terrā erūt ſoluta ꝛ in celo. [i] V
Iterū dico vobis: qꝛ ſi duo ex vobis cōſenſerint [i] 18
ſup terrā de oī re quācunqꝫ petierint fiet illis a X
patre meo: qui in celis eſt. [k] Vbi enī ſunt duo vel [k] 18
tres cōgregati in noīe meo: ibi ſum in medio eo Luce.17.a. V
rum. Tūc accedēs petrus ad eū: dixit. Dñe quo
tiēs peccabit in me frater meus: ꝛ dimittam ei?
Vſqꝫ ſepties? Dicit illi ieſus. Non dico tibi vſqꝫ
ſepties: ſed vſqꝫ ſeptuagies ſepties. [l] Ideo aſſi- [l] 18
milatū eſt regnū celorū homini regi qui voluit X
rationem ponere cū ſeruis ſuis. Et cū cepiſſet
rationē ponere oblatus eſt ei vnus qui debebat
ei decē milia talenta. Cum autē non haberet vn-
de redderet: iuſſit eum dñs eius venūdari ꝛ vxo
rē ei⁹: ꝛ filios: et oīa que habebat et reddi. Pro
cidens

cidens autē ſeruus ille rogabat eū dicens. Pa-
tientiam habe in me et oīa reddā tibi. Miſert⁹
aūt dñs ſerui illius dimiſit eū: ⁊ debitū dimiſit
ei. Egreſſus aūt ſeruus ille: inuenit vnū de cōſer
uis ſuis qui debebat ei centum denarios. Et te
nens ſuffocabat eū dicēs. Redde quod debes.
Et procidēs cōſeruus eius rogabat eum dicēs
Patientiā habe in me ⁊ oīa reddā tibi. Ille aūt
noluit: ſed abijt et miſit eum in carcerem: donec
mittetur. [d] Et interrogabant eum turbe dicen-
tes. Quid ergo faciemus? Reſpondens autem
9 X C dicebat illis. Qui hꝫ duas tunicas det nō habē
23.q.1.c.parat⁹. ti: ⁊ qui habet eſcas ſimiliter faciat. Venerūt au
⁊.c.quid culpaſ. tem et publicani vt baptizarentur: et dixerūt ad
⁊.c.militare. illum. Magiſter quid faciemus? At ille dixit ad
eos. Nihil amplius ꝙ quod conſtitutum eſt vo
bis faciatis. Interrogabant autem eum ⁊ mili-
tes dicentes. Quid faciemus ⁊ nos? Et ait illis
Neminē concutiatis: neqꝫ calūniā faciatis: ⁊ cō
tenti eſtote ſtipendijs veſtris. Exiſtimāte autē
populo ⁊ cogitantibus omnibꝰ in cordibꝰ ſuis
10 I Mat.3.c de Joanne ne forte ipſe eſſet chriſtus: reſpondit
Mar.1.a joannes dicens omnibus. [e] Ego quidē aqua ba
Joan.1.d ptizo vos: veniet autem fortior me poſt me: cu-
Mat.3.c ius non ſum dignus ſoluere corrigiā calciamen-
D torum eius ipſe vos baptizabit in ſpirituſancto
11 V al's ✠ pmūdabit et igni. [f] Cuius ventilabrum in manu eius: et †
Mat.14.a purgabit aream ſuam: et congregabit triticum
Mar.6.c in horreum ſuum: paleas aūt cōburet igni inex-
12 II tinguibili. Multa quidem ⁊ alia exhortans euā
gelizabat populo. [g] Herodes autem tetarcha
cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore
al's ✠ eum. fratris ſui: et de omnibus malis que fecit hero-
Mat.3.d des adiecit et ſuper hoc omnia. et incluſit † ioā-
13 I Joan.1.a nem in carcerem. [h] Factum eſt autem cū bapti-
E zaretur omnis populus ⁊ ieſu baptizato ⁊ orā-
14 III te: apertum eſt celum ⁊ deſcendit ſpirituſſanctꝰ
corporali ſpecie ſicut colūba in ipſum. Et vox de
al's ✠ cōplacuit celo facta eſt. Tu es filius meus dilectus in te †
Mat.1.a. cōplacui mihi. [i] Et ipſe ieſus erat incipiens qua
ſi annorum triginta vt putabatur filius ioſeph:
qui fuit heli: qui fuit mathat: qui fuit leui: ꝙ fuit
melchi: qui fuit iamne: qui fuit Joſeph: qui fuit
mathathie: qui fuit amos: ꝙ fuit naū: qui fuit he-
li: ꝙ fuit nage: qui fuit maath: qui fuit matathie:
F qui fuit ſemei: qui fuit Joſeph: qui fuit iuda: qui
fuit ioanna: qui fuit reza: qui fuit zorobabel: qui
fuit ſalathiel: qui fuit neri: qui fuit melchi: ꝙ fuit
addi: qui fuit choſan: qui fuit helmadaz: qui fuit
her: qui fuit Jeſu: qui fuit eliezer: qui fuit iorim
qui fuit mathat: qui fuit leui: qui fuit ſymeō: qui
fuit iuda: qui fuit ioſeph: qui fuit iona: ꝙ fuit he-
G liachim: qui fuit melcha: qui fuit menna: qui fuit
mathata: qui fuit nathan: qui fuit dauid: ꝙ fuit
ieſſe: qui fuit obeth: qui fuit booz: qui fuit ſalmō:
qui fuit naaſon: qui fuit aminadab: qui fuit aram
qui fuit eſron. qui fuit phares: qui fuit iude: qui
al's ✠ abraam. fuit iacob: qui fuit yſaac: qui fuit † abrae: qui fuit
al's ✠ ſeruch. thare: qui fuit nachor: qui fuit † ſaruch: qui fuit
ragau: qui fuit phalech: qui fuit heber: qui fuit
ſale: qui fuit chaynaz: qui fuit arphaxat: qui fuit
ſem: qui fuit noe: qui fuit lamech: qui fuit mathu
ſalem: qui fuit enoch: qui fuit iareth: qui fuit ma
laleel: qui fuit chaynam: qui fuit enos: qui fuit
ſeth: qui fuit adam qui fuit dei.

¶ Capituli Summarium. Jeſus plenus ſpiri-
tuſancto regreſſus eſt a iordane ieiunans qua-
draginta diebus eſuriit: et tētatur a diabolo: cō
ſummata tentatione diabolꝰ receſſit ab eo: vſqꝫ
ad tempus. Jeſus regreſſus in virtute ſpiritus
in galileam: et fama exijt per vniuerſaꝫ regionē
de illo venit nazaret: et intrauit ſynagogam ⁊ le
git in libro eſaie prophete. Spiritus domini ⁊c.
omnes teſtimonium dabant: illi dicebant: quia
filiꝰ ioſeph eſt: ieſus dixit. Nemo propheta ac-
ceptus eſt in patria ſua: dixit heliā miſſum cum
fames eſſet in ſarepta ad viduam: et helyſeuꝫ cu
raſſe a lepra naamam ſyrum. Eijcitur de ciuitate
ieſus: et ducitur vſqꝫ ad ſupercilium montis vt
precipitetur: demonium eijcit ieſus ab homine:
ſocrum ſymonis curat: et alios curat manus im
ponens: demones clamabāt cum exirēt. Tu es
filius dei: et increpans nō ſinebat eos loqui: di-
xit opꝫ me euangelizare regnum dei.

Capitulum. IIII.

A

Jeſus [a] aūt plenꝰ ſpirituſctō egreſ- al's ✠ in deſertū a ſpiritu. 15 II
ſus eſt a iordane. Et agebat̃ i † ſpi Mat.4.a
ritu in deſerto diebus quadraginta Mar.1.b 16
⁊ tētabat̃ a diabolo. [b] Et nihil man Deute.8.a V
ducauit in diebꝰ illis. Et cōſumma
tis illis eſuriit. Dixit aūt illi diabolus. Si filius
dei es: dic lapidi huic vt panis fiat. Et reſpōdit
ad illū ieſus. Scriptum eſt: qꝛ nō in pane ſolo vi
uit homo: ſed in omni verbo dei. Et duxit illum
diabolus in montem excelſum et oſtēdit illi om-
nia regna orbis terre in momento temporis et
ait illi. Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam ⁊
gloriam illorum quia mihi tradita ſunt: ⁊ cui vo al's ✠ nō hꝫ p-
lo do illa. Tu ergo ſi procidens † adoraueris co cidens.
ram me erunt tua omnia. Et reſpondens Jeſus B
dixit illi. Scriptum eſt. Dominum deum tuum Deute.6.c.
adorabis. et illi ſoli ſerui es. Et duxit eū in hieru al's ✠ pinnaculū
ſalem: et ſtatuit eum ſuper † pinnam templi: et Mat.4.a
dixit illi. Si filius dei es: mitte te hinc deorſum. Ps.90.
Scriptum eſt enim quod angelis ſuis: manda-
uit de te vt conſeruent te et quia in manibus tol
lent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuū
Et reſpondens ieſus ait illi. Dictum eſt. Nō ten
tabis dominum deum tuum. Et cōſummata om Deut.6.c
ni tētatione: diabolus receſſit ab illo vſqꝫ ad tē- Mat.4.d. 17 I
pus. [c] Et regreſſus eſt ieſus in virtute ſpiritus in Mar.1.a
galileam: et fama exijt per vniuerſam regionem Joan.6.a
de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorū: ⁊ ma C
gnificabatur ab omnibus. [b] Et venit nazareth: Mar.13.g 18
vbi erat nutritus et intrauit ſecundum conſue- Eſa.61.a X
dinem ſuam die ſabbati in ſynagogam et ſurre-
xit legere. Et traditus eſt illi liber eſaie prophe
te. Et vt reuoluit librum inuenit locum vbi ſcri- al's ✠ eorꝫ.
ptum erat. Spiritus domini ſuper me: † pro-
pter quod vnxit me euangelizare pauperibus:
miſit me ſanare contritos corde: predicare ca-
ptiuis remiſſionem: et cecis viſum: dimittere cō
fractos in remiſſionem: predicare annum domi
ni acceptum et diem retributionis. Et cum pli-
caſſet librum reddidit miniſtro ⁊ ſedit. Et om- D
nium in

nium in ſynagoga oculi erant intẽdentes in eum
Cepit aũt dicere ad illos: q: hodie impleta eſt
19 Mar.6.a hec ſcriptura in auribus veſtris.[e] Et omnes te-
I Joan.4.f. ſtimonium illi dabant et mirabantur in verbis
20 Mat.13.g Joan.6.c gratie que procedebant de ore ipſi⁹: et dicebãt.
X Mat.13.g Nonne hic eſt filius ioſeph? Et ait illis.[f] Utiq; di
21 Mar.6.a. Joan.4.f cetis mihi hanc ſimilitudinem. Medice cura te
I 3.reg.17.b. ipſum:† Quanta audiuimus facta in caphar-
als + dixerunt Phariſei ad Jeſum hic. naum: fac et hic in patria tua. Ait autem.[g] Amen
22 dico vobis: quia nemo propheta acceptus eſt
X in patria ſua.[h] In veritate dico vobis: multe vi-
due erant in diebus helie in iſrael quando clau-
ſum eſt celum annis tribus et menſibus ſex cum
facta eſſet fames magna in omni terra: et ad nul-
lam illarum miſſus eſt helias niſi in ſarepta ſy-
E donie ad mulierem viduã. Et multi leproſi erãt
4.reg.4.d in iſrael ſub heliſeo propheta: et nemo eorũ mũ-
datus eſt niſi naaman ſyrus. Et repleti ſunt om-
nes in ſynagoga ira hec audientes. Et ſurrexe-
runt et eiecerunt illum extra ciuitatem: et duxe-
runt illum vſq; ad ſuperciliũ montis ſuper quez
ciuitas illorum erat edificata: vt precipitarent
eum. Ipſe autem tranſiens per medium illorum
II ibat.[i] Et deſcendit in capharnaum ciuitatẽ ga-
Mat.17.d. lilee: ibiq; docebat illos ſabbatis.[k] Et ſtupebãt
Mar.6.c in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ip-
ſius.[l] Et in ſynagoga erat homo habens demo-
III F nium immundum: et exclamauit voce magna di-
als + qui. cens. Sine: quid nobis et tibi Jeſu nazarene?
als + ei vel eũ. Uenisti perdere nos. Scio te † quia ſis ſanctus
dei. Et increpauit illum ieſus dicens. Obmute-
Mar.1.c ſce: et exi ab eo. Et cum proieciſſet illud demo-
G nium in medium: exijt ab illo nihilq; † illum no-
cuit. Et factus eſt pauor in omnib⁹ et colloque-
bantur adinuicem dicentes. Quod eſt hoc ver-
bum: quia in poteſtate et virtute imperat immũ
Mar.1.e dis ſpiritibus et exeunt? Et diuulgabatur fama
II de illo in omnem locum regionis.[m] Surgẽs au-
tem ieſus de ſynagoga intrauit domuz Symo-
nis. Socrus autem Symonis tenebatur ma-
gnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et
ſtans ſuper illam imperauit febri et dimiſit illaz
At continuo ſurgens miniſtrabat illis. Cum au-
tem ſol occidiſſet omnes qui habebãt infirmos
varijs languoribus ducebant illos ad eum. At
als + omnes. ille ſingulis manus imponens curabat † eos.[n]
II Mar.3.b Exibant autẽ demonia a multis clamantia et di
centia: quia tu es filius dei. Et increpans non ſi
III nebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe chriſtuz
[o] Facta autem die egreſſus ibat in deſertum lo-
cũ et turbe requirebãt eum. Et veneruntvſq; ad
ipſum: et detinebant illum ne diſcederet ab eis.
Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus opor
tet me euangelizare regnum dei: quia ideo miſ-
ſus ſum. Et erat predicans in ſynagogis galilee

Capituli Summarium. Cuz turbe irruerẽt
ad eum vt audirent verbum dei aſcendit nauem
petri: docebat de nauicula turbas: Jeſus dixit
petro: duc in altum et laxate retia veſtra in captu
ram: hoc facto concluſerunt piſcium multitudi-
nem: et rete eorum rumpebatur quod cum vide
ret petrus dixit. exi a me quia peccator ſum do-
mine: dixit petro ex hoc eris homines capiens
leproſum mundat: et paralyticum curat: dicit le-
ui ſedenti ad theloneuz. Sequere me: et fecit le-
ui conuiuium: phariſei murmurabant: et ieſus di

cit. Non egent qui ſani ſunt medico etc. phariſei
dicunt ieſu: quare diſcipuli ioannis ieiunant fre
quenter. Poſt hec ieſus dicit ſimilitudinem de
commiſſura veſtimenti noui: et nemo mittit vi-
num nouum in vtres veteres.

Capitulum. V.



Actũ[a] eſt A Mar.4.a [a]29 X
autem cũ
turbe ir-
ruerent in
eum vt audirent ver
bũ dei: et ipſe ſtabat
ſecus ſtagnum: gene
ſareth. Et vidit duas
naues ſtantes ſecus
ſtagnum: piſcatores
autem deſcenderant
et lauabãt retia. Aſcẽ
dens autem in vnam
nauim que erat Sy 24.q.1.c.nõ turbatur.
monis: rogauit eum
a terra reducere puſillum. Et ſedẽs docebat de B
nauicula turbas.[b] Ut ceſſauit autez loqui: dixit [b]30 IX
ad ſymonem. Duc in altũ: et laxate retia veſtra
in capturam. Et reſpondens Symon dixit illi.
Preceptor per totam noctem laborantes nihil
cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cũ
hoc feciſſent concluſerunt piſcium multitudinez
copioſam. Rumpebatur autem rete eorum. Et
annuerunt ſocijs qui erant in alia naui: vt veni-
rent et adiuuarent eos. Et venerunt et impleue als + nõ habet pene.
runt ambas nauiculas: ita vt † pene mergeren-
tur.[c] Quod cum videret ſymon petrus: procidit [c]31
ad genua ieſu dicens. Exi a me domine: quia ho X
mo peccator ſuz. Stupor enĩ circundederat euz
et omnes qui cum illo erant in captura piſcium
quam ceperant. Similiter autem iacobuz et ioã
nem filios zebedei: qui erant ſocij ſymonis.[d] Et Mat.4.c [d]32 II
ait ad ſymonem ieſus. Noli timere: ex hoc iam Mar.1.c
homines eris capiens. Et ſubductis ad terram C [e]33 II
nauibus: relictis omnibus ſecuti ſunt eum.[e] Et
factum eſt cum † eſſet in vna ciuitatum: ecce vir als + veniſſet in vnam.
plenus lepra et videns ieſum et procidens in fa Mat.8.a.
ciem ſuam rogauit euz dicens. Dñe ſi vis potes Mar.1.d
me mundare. Et extendens manum tetigit eum
ieſus dicens. Uolo mundare. Et cõfeſtim lepra
diſceſſit ab illo. Et ipſe precepit illi vt nemini di
ceret: ſed vade oſtende te ſacerdoti: et offer pro
emundatione tua ſicut precepit moyſes in teſti-
nium illis.[f] Perambulabat autez magis ſermo [f]34
de illo et conueniebant turbe multe vt audirent I
et curarentur ab infirmitatibus ſuis.[g] Ipſe au- Mat.4.d. [g]35
tẽ ſecedebat in deſertum et orabat.[h] Et factum Mar.1.e. II
eſt in vna dierum et ipſe ſedebat docẽs. Et erãt Joan.6.a Mat.14.c. [h]36
phariſei ſedentes et legis doctores qui venerãt Mar.6.f II
ex omni caſtello galilee et iudee et hieruſalem et D
virtus domini erat ad ſanandum eos.[i] Et ecce Mar.9.a Mar.2.a [i]37
viri portantes in lecto hominem qui erat para- Joan.5.a. I
lyticus: et querebant eum inferre et ponere an-
te eum. Et non inuenientes qua parte illum in-
ferrent pre turba: aſcenderunt ſupra tectum: et
per tegulas ſubmiſerunt eum cum lecto in me- Mat.9.a.
dium ante ieſum. Quorum fidem vt vidit: dixit.
Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cepe-
runt cogitare ſcribe et phariſei dicentes. Quis
eſt hic qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt
dimittere peccata niſi ſolus deus? At cognouit

autem ieſus cogitationes eorum reſpondens di
xit ad illos. Quid cogitatis mala in cordib⁹ ve-
ſtris? Quid eſt facilius dicere dimittuntur tibi
peccata: an dicere: ſurge et ambula? Ut aūt ſcia
Mat.9.a tis quia filius hominis habet poteſtatē in ter
Mar.2.b ra dimittendi peccata: ait paralytico. Tibi di-
Joan.5.b als ✝ grabatum co ſurge: tolle † lectum tuum ⁊ † vade in domū
als ✝ ⁊ ambula tuā. Et confeſtim conſurgens corā illis tulit le
F ctum in quo iacebat: et abijt in domum ſuā ma-
Mat.9.d. gnificans deum. Et ſtupor apprehendit omnes
Mat.2.a. et magnificabant deum. Et repleti ſunt timore
dicentes: quia vidim⁹ mirabilia hodie. [k] Et poſt
38 hec exijt: et vidit publicanum nomine leui ſeden
II tem ad theloneum: ⁊ ait illi. Sequere me. Et re
39 lictis omnibus ſurgens ſecutus eſt eum. [l] Et fe-
II cit ei conuiuium magnū leui in domo ſua: ⁊ erat
als ✝ murmurauerunt. turba multa publicanorum et aliorum qui cū il-
Mat.9.b lis erant diſcumbentes. Et † murmurabāt pha
Mar.2.c riſei ⁊ ſcribe eorum dicētes ad diſcipulos eius.
21.q.4.c.infideles. Quare cum publicanis et peccatoribus man-
ducatis et bibitis. [m] Et reſpondens ieſus dixit
40 2.q.1.c.vltimo. ad illos. Non egent qui ſani ſunt medico: ſz qui
II Mat.2.b Mat.9.c. male habent. Non enim veni vocare iuſtos ſed
mat.9.b peccatores ad penitentiam. At illi dixerunt ad
mar.2.c. eum. Quare diſcipuli ioannis ieiunant frequen-
B ter et obſecrationes faciunt ſimiliter et phari-
ſeorum: tui autem edunt et bibunt. Quibus ipſe
ait. Nunquid poteſtis filios ſponſi dum cum il-
lis eſt ſponſus facere ieiunare? Venient aūt dies
cum ablatus fuerit ab illis ſponſus: tunc ieiuna-
bunt in illis diebus. Dicebat autem et ſimilitu-
mar.2.c. dinem ad illos: quia nemo commiſſuram a nouo
mar.2.d veſtimento mittit in veſtimētum vetus alioquin
et nouum rumpit: et veteri non conuenit commiſ
ſura a nouo. Et nemo mittit vinum nouū in vtres
veteres: alioquin rumpit vinum nouum vtres ⁊
ipſum effundetur et vtres peribunt. Sed vinū
nouum in vtres nouos mittendum eſt: et vtraq;
conſeruantur. Et nemo bibēs vetus ſtatim vult
nouum: dicit enim vetus melius eſt.

Capituli Summarium. Diſcipuli ſabbato ſpicas vellūt: Jeſus dicit ꝙ dauid in domo dei: panes propoſitionis ſumpſit. Manum aridam habentē curat apoſtolos eligit in monte in loco cāpeſtri multos curat: a lāguorib⁹ q2 virtus ⁊c. Octo beatitudines: poſt hoc dixit. Ve vobis diuitib⁹ ve vobis ⁊c. Dicit. Diligite inimicos veſtros. Qui te percuſſit in maxillam prebe ⁊c. et omni petenti te tribue: prout vultis vt faciāt vobis homines ⁊c. Si diligitis eos qui vos diligunt: que vobis gratia eſt? Mutuū date: nihil inde ſperantes. Eſtote miſericordes: nolite iudicare eadem menſura qua ⁊c. Nūquid poteſt cecus cecum ducere? non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Eijce primo trabem. Unaqueq; arbor de fructu ſuo cognoſcitur. Qui audit ſermones et non facit cui ſimilis eſt.

Capitulum. VI.

41 A Factum [a] eſt autem in ſabbato ſecundo
II mat.12.a primo cum tranſiret per ſata vellebāt
mar.2.d diſcipuli eius ſpicas: et manducabāt
mat.12.a confricantes manibus. Quidam au-
mar.2.d tem phariſeorum dicebāt illis. Quid facitis qđ
1.reg.12.b non licet in ſabbatis? Et reſpondens Jeſus ad
mat.12.a mar.2.d. eos dixit. Nec hoc legiſtis quod fecit dauid cū
als ✝ eſurierit. † eſuriret ipſe et qui cū illo erant: quomodo in-
trauit in domū dei ⁊ panes propoſitiōis ſumpſit
et manducauit: et dedit his qui cum ipſo erant:
quos non licebat manducare niſi tantum ſacer-
dotibus: ⁊ dicebat illis: quia dominus eſt filius mat.12.a
hominis etiam ſabbati. [b] Factum eſt autem ⁊ in mar.2.d 42
alio ſabbato. vt intraret in ſynagogam ⁊ doce- B II
ret. Et erat ibi homo: et manus ei⁹ dextera erat mat.12.a
arida. Obſeruabant autem ſcribe et phariſei ſi mar.3.a
in ſabbato curaret vt inuenirent vnde accuſarēt mat.12.a
eum. Ipſe vero ſciebat cogitationes eorum et mar.3.a Infra.14.a
ait homini qui habebat manum aridam. Sur-
ge et ſta in medium. Et ſurgens ſtetit. Ait autē
ad illos Jeſus. Interrogo vos ſi licet ſabbatis
benefacere an male: animam ſaluā facere an per
dere. Et circumſpectis omnibus dixit homini.
Extende manum tuam. Et extendit: et reſtituta Mat.14.a.
eſt manus eius. Ipſi autem repleti ſunt inſipien 27.q.2.c.plerunque 43
tia: et colloquebantur adinuicem quidnam face II
rent de Jeſu. [c] Factum eſt autem in illis diebus mat.10.c mar.3.b
exijt in montem orare: et erat pernoctans in ora act.1.b 44
tione dei. [d] Et cum dies factus eſſet vocauit di- C
ſcipulos ſuos: et elegit duodecim ex ipſis quos et
apoſtolos nominauit: ſymonem quem cognomi
nauit petrum: et andream fratrem eius: iacobū
et ioannem: philippum et bartholomeum: mat-
theum et thomam. iacobum alphei et ſymonem
qui vocatur zelotes: iudam iacobi et iudam ſca-
rioth qui fuit proditor. [e] Et deſcendens cū illis 45
de monte ſtetit in loco campeſtri: et turba diſci-
pulorū eius: et multitudo copioſa plebis ab om-
ni iudea et hieruſalem: et maritima et tyri ⁊ ſydo
nis qui venerant vt audirent eum et ſanarentur
a languoribus ſuis. Et qui vexabantur a ſpiriti-
bus immundis curabātur. Et omnis turba que
rebat eum tangere quia virtus de illo exibat et 46
ſanabat omnes. [f] Et ipſe eleuatis oculis in diſci-
pulos ſuos dicebat. [g] Beati pauperes: quia ve- 47
ſtrum eſt regnum dei. [h] Beati qui nunc eſuritis mat.5.a V
quia ſaturabimini. Beati qui nūc fletis: quia ri D 48
debitis. [i] Beati eritis cū vos oderint homines mat.5.a V
et cum ſeparauerint vos ⁊ exprobrauerint et eie 49
cerint nomen veſtrū tanquam malum propter V
filium hominis. Gaudete in illa die et exultate:
ecce enim merces veſtra multa eſt in celo. Secū 23.q.10.c.quis Amos.6.a
dum hec enim faciebant prophetis patres eo-
rum. Verumtamen ve vobis diuitibus qui habe
tis conſolationem veſtram. [k] Ve vobis qui ſatu- 50
rati eſtis: quia eſurietis. Ve vobis qui ridetis X
nunc quia lugebitis et flebitis. [l] Ve cum benedi 51
xerint vobis omnes homines. Secundum hec X
enim faciebant pſeudo prophetis patres eorū 52
[m] Sz vobis dico qui auditis. Diligite inimicos V
veſtros: benefacite his qui vos oderunt. Bene 53
dicite maledicentibus vobis: et orate pro calū- mat.5.g V
niantibus vos. [n] Et qui te † percuſſerit in maxillā als ✝ percuſſerit.
vnā prebe illi ⁊ alterā. Et ab eo q̄ aufert tibi veſti
mentū: etiā tunicā noli prohibere. Omni aūt pe
tenti te tribue: et q̄ aufert q̄ tua ſunt ne repetas. 54
[o] Et prout vultis vt faciāt vobis hoies ⁊ vos fa Thobie.4.c V
cite illis ſimiliter. [p] Et ſi diligitis eos qui vos di mat.7.b 55
ligunt: que vobis eſt gratia? Nam et peccato- mat.5.g V
res diligentes ſe diligūt. Et ſi benefeceritis his
qui vobis benefaciūt: que vobis eſt gratia? Si
quidem et peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuū
dederitis his a quibus ſperatis recipere q̄ gra
tia † eſt vobis? Nam et peccatores peccatori-
bus fenerantur: vt recipiant equalia. Verunta- als ✝ erit.
men diligite

men diligite inimicos veſtros benefacite et mu
tuum date:nihil inde ſperātes: ⁊ erit merces ve
ſtra multa:et eritis filij altiſſimi quia ipſe beni
als ✝ reptulit. gnus eſt † ſuper ingratos et malos. Eſtote er
F go miſericordes: ſicut ⁊ pater veſter miſericors
Deu.7.a eſt.[q] Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini. Nolite
mar.7.a cōdemnare ⁊ nō condēnabimini. Dimittite ⁊ di
mar.4.c mittet vobis. Date et dabit vobis. Menſuram
mat.15.c bonam et confertam ⁊ coagitataȝ et ſupereffluē
mat.10.c tem dabunt in ſinum veſtrū. Eadem quippe mē
Joan.13.a ſura qua menſi fueritis remetietur vobis.[r] Di
mat.7.a. cebat autem illis et ſimilitudinem. Nunquid po
teſt cecus cecuȝ ducere? Nonne ambo in foueā
cadunt?[s] Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.
Perfectus autem omnis erit: ſi ſit ſicut magi
ſter eius.[t] Quid autem vides feſtucam in oculo
fratris tui. trabem autem qui in oculo tuo eſt nō
conſideras. Aut quomodo potes dicere fratri
tuo: frater ſine eijciam feſtucam de oculo tuo: ip
ſe in oculo tuo trabem non vides. Hypocrita eijce
ce primum trabem de oculo tuo: et tunc perſpi
cies vt educas feſtucā de oculo fratris tui.[v] Nō
mat.7.c eſt enim arbor bona que facit fructus malos: ne
B q̄ arbor mala faciens fructum bonum. Vnaque
q̄ enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur.[x] Neq̄
enim de ſpinis colligunt ficus: neq̄ de rubo vin
demiant vuam.[y] Bonus homo de bono theſau
ro cordis ſui profert bonum: ⁊ malus homo de
mat.12.c malo theſauro profert malum. Ex abundantia
mat.7.c. enim cordis os loquitur.[z] Quid autem vocatis
mat.7.d me domine domine: et non facitis q̄ dico.[a] Om
nis qui venit ad me: et audit ſermones meos: et
facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit. Simi
lis eſt homini edificanti domum: qui fodit in al
tum et poſuit fundamentum ſupra petrā. Inun
datione autem facta illiſum eſt flumen domui il
li: et nō potuit eam mouere. Fundata enim erat
als ✝ firmam ſupra † petram. Qui autem audit et non facit: ſi
milis eſt homini edificanti domum ſuam ſupra
terram ſine fundamento: in quam illiſus eſt flu
uius: et continuo cecidit. Et facta eſt ruina do
mus illius magna.

Capituli Summarium. Seruum centurio
nis curat filium vidue mortuum ſuſcitat. Joan
nes miſit ad ieſum. Tu es qui ventur⁹ ⁊c. et do
minus commendat ioannem: phariſei et legiſpe
riti conſilium dei ſpreuerunt. Jeſus dicit phari
ſeis: quia dicunt ioannem demonium habere: et
filium hominis voratorem eſſe. Mulier pecca
trix lachrymis pedes ieſu lauit.

A

Capitulum. VII.

als ✝ cōpleſſet. Cum[a] autem † impleſſet omnia verba
mar.8.a ſua in aures plebis: intrauit caphar
naum. Centurionis autem cuiuſdam
ſeruus male habens erat moriturus
qui illi erat precioſus. Et cum audiſſet de Jeſu
miſit ad eum ſeniores iudeorum rogans euȝ vt
veniret et ſanaret ſeruum eius. At illi cum veniſ
B ſent ad ieſum rogabant eum ſollicite dicentes ei
mat.8.a quia dignus eſt vt hoc illi preſtes. Diligit enim
23.q.1.c.noli. gentem noſtram: et ſynagogā ipſe edificauit no
bis. Jeſus autem ibat cum illis. Et cum iam nō
longe eſſet a domo: miſit ad eum centurio ami
cos dicens. Domine noli vexari. Non enim ſum
dignus vt ſub tectum meuȝ intres. Propter qđ
et meipſum non ſum dignum arbitratus vt veni
rem ad te: ſed dic verbo et ſanabitur puer meus
Nam et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitut⁹ mat.8.b.
habens ſub me milites et dico huic vade et va
dit: et alio veni: et venit: et ſeruo meo fac hoc et
facit. Quo audito ieſus miratus eſt: et conuer
ſus ſequentibus ſe turbis dixit. Amen dico vo
bis: nec in iſrael tantam fidem inueni.[b] Et reuer 4.reg.4. C
ſi ſunt q̄ miſſi fuerāt domum: inuenerunt ſeruum [b]66 V
qui languerat ſanum.[c] Et factum eſt deinceps:
ibat ieſus in ciuitateȝ que vocatur naym: ⁊ ibant [c]67 X
cum eo diſcipuli eius ⁊ turba copioſa. Cū auteȝ
appropinquaret porte ciuitatis ecce defunctus
efferebatur filius vnicus matris ſue. Et hec vi
dua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quā
cuȝ vidiſſiſſet dominus miſericordia mot⁹ ſuper
eam dixit illi. Noli flere. Et acceſſit ⁊ tetigit lo
culum. Hi autē qui portabant ſteterunt. Et ait
Adoleſcens: tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat
mortuus: ⁊ cepit loqui: et dedit illum matri ſue.
Accepit autem omnes timor: et magnificabant
deum dicentes. Quia propheta magnus ſurre
xit in nobis: ⁊ q2 de⁹ viſitauit plebē ſuā.[d] Et exijt mat.1.e. [d]68 X
hic ſermo in vniuerſam iudeam de eo: et omnem mat.11.a
circa regionem.[e] Et nunciauerunt ioanni diſci [e]69 II
puli eius de omnibus his. Et conuocauit duos
de diſcipulis ſuis ioannes: et miſit ad Jeſum di
cens. Tu es qui venturus es an alium expecta
mus? Cum autem veniſſent ad eum viri dixerūt.
Joannes baptiſta miſit nos ad te dicēs. Tu es
qui venturus es an alium expectamus? In ipſa
autem hora multos curauit a languoribus ſuis
et plagis et ſpiritibus malis ⁊ cecis multis do D
nauit viſum. Et reſpondens dixit illis. Eūtes † als ✝ nūciate.
renunciate ioanni que audiſtis ⁊ vidiſtis. Quia mat.11.a
ceci vident: claudi ambulant: leproſi mundantur
ſurdi audiunt: mortui reſurgunt: pauperes euā
gelizantur: et beatus eſt † quicunq̄ non fuerit
ſcandalizatus in me? Et cum diſceſſiſſent nuncij als ✝ qui
ioannis: cepit de ioāne dicere ad turbas. Quid mat.11.a.
exiſtis in deſertum videre? Harundinem vento
agitatam? Sed quid exiſtis videre? Hominem
mollibus veſtimentis indutum. Ecce qui in ve
ſte precioſa ſunt et delitijs in domib⁹ regū ſunt.
Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Vtiq̄ di
co vobis: et pluſq̄ prophetam.[f] Hic eſt de quo [f]70
ſcriptum eſt. Ecce mitto angelum meum ante fa II
ciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te.[g] mat.3.a
Dico enim vobis: maior inter natos mulierum mat.11.a.⁊b. [g]71
propheta ioanne baptiſta nemo eſt. Qui autem mat.1.a. V.
minor eſt in regno dei maior eſt illo.[h] Et omnis mar.11.b E [h]72
popul⁹ audiens et publicani iuſtificauerunt deū X
baptizati baptiſmo ioannis. Phariſei autem ⁊
legiſperiti conſiliū dei ſpreuerunt in ſemetipſos
non baptizati ab eo. Ait autem dominus.[i] Cui [i]73
ergo ſimiles dicam homines generationis hu V
ius et cui ſimiles ſunt? Similes ſunt pueris ſe mat.11.b.
dentibus in foro: et loquentibus adinuicem ⁊ di
centibus. Cantauimus vobis † tibijs et non ſal al ✝ nō hȝ tibijs
taſtis: lamentauimus et non ploraſtis. Venit au mat.11.c
tem ioannes baptiſta: neq̄ manducans panem
neq̄ bibens vinum: et dicitis demonium habet
Venit filius hominis manducans et bibens et
dicitis. Ecce homo deuorator et bibens vinum
amicus publicanorum et peccatorum. Et iuſtifi

74 I mat.26.a mar.14.a ioan.12.a F cata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis.[k] Ro-
gabat autem illum quidam de phariſeis: vt mã-
ducaret cum illo. Et ingreſſus domum phariſei
diſcubuit. Et ecce mulier q̃ erat in ciuitate pec-
catrix vt cognouit quod Jeſus accubuiſſet in
domo phariſei: attulit alabaſtrum vnguenti et
ſtans retro ſecus pedes ei⁹: lachrymis cepit ri-
gare pedes eius ⁊ capillis capitis ſui tergebat.
et oſculabatur pedes eius et vnguento vngebat
Uidens autem phariſeus qui vocauerat eũ ait
intra ſe dicens. Hic ſi eſſet propheta ſciret vtiq̃
que et qualis eſt mulier que tangit eũ q꞉ pecca
trix eſt. Et reſpondens ieſus dixit ad illum. Sy
mon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Ma-
giſter dic. Duo debitores erãt cuidam fenerato
ri: vnus debebat denarios quingentos: et alius
quinquaginta. Non habentibus illis vnde red-
derent donauit vtriſq̃. Quis ergo eum plus di
ligit? Reſpondens Symon dixit. Exiſtimo q꞉
is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudi-
caſti. Et conuerſus ad mulierẽ dixit Symoni.
Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuã
G aquam pedibus meis non dediſti: hec autem la
chrimis rigauit pedes meos et capillis ſuis ter
ſit. Oſculum mihi non dediſti. hec autem ex quo
intrauit nõ ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo
caput meum non vnxiſti: hec autem vnguẽto vn
xit pedes meos. Propter quod dico tibi. Re-
mittuntur ei peccata multa: quoniã dilexit mul
tum. Cui autem minus dimittitur minus diligit
Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi pecca-
ta. Et ceperunt qui ſimul accumbebant dicere
intra ſe. Quis eſt hic qui etiam peccata dimit-
tit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſal-
uam fecit. Uade in pace.

Capituli Summarium. In itinere ſequenti
bus ſe viris ac mulieribus parabolam ſeminan
tis dicit de lucerna ſuper candelabrum dicit: ab
ſconditum manifeſtetur: qui habet dabitur illi:
dicit et matrem et fratres ſuos eſſe qui verbum
dei audiunt et faciunt: nauigans tempeſtatem
ſedat: legionem expellit ab homine et in porcos
mittit: et dicit ei redi in domum tuam: de mulie-
re ſanata a profluuio ſanguinis et de filia Jayri
reſuſcitata.

Capitulum. VIII.

75 X A



Et factũ eſt dein-
ceps ⁊ ip
ſe iter fa
ciebat p
ciuitates et caſtel-
la predicans ⁊ euan
gelizans regnũ dei
Infra.24.b. De pe. diſt. 3. c. ſunt plures. et duodecim cum il-
lo: et mulieres ali-
que que erant cura
rate a ſpiritib⁹ ma-
lignis et infirmitati
bus. Maria que vo
catur magdalene de
qua ſeptẽ demonia exierant: et ioanna vxor chu

ze procuratoris herodis: et ſuſanna: et alie mul-
te que miniſtrabãt ei de facultatibus ſuis.[b] Cũ 76 II
autem turba plurima conueniret: et de ciuitati-
bus properarent ad eum: dixit per ſimilitudinẽ mat.13.a
Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et dũ mar.4.a
ſeminat aliud cecidit ſecus viam: et conculcatũ
eſt et volucres celi comederunt illud. Et aliud ce
cidit ſupra petram: et natum aruit: quia non ha-
bebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas:
et ſimul exorte ſpine ſuffocauerunt illud. Et aliud
cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum B
centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet
aures audiendi audiat. Interrogabant autem
eum diſcipuli eius que eſſet hec parabola. Qui-
bus ipſe dixit. Uobis datum eſt noſſe miſteriũ
regni dei.[c] ceteris autem in parabolis: vt viden 77 I
tes non videant: et audientes non intelligant.[d] mat.13.b mar.4.b
Eſt autem hec parabola. Semen eſt verbũ dei. Eſa.6.c. Joan.12.f 78 II
† Qui autem ſecus viam hi ſunt qui audiunt de act.28.f
inde venit diabolus et tollit verbũ de corde eo
rum: ne credentes ſalui fiant. † Nam qui ſupra alſ ✠ quod. mat.13.c.
petram: qui cum audierint cũ gaudio ſuſcipiunt mar.4.b.
verbum. Et hi radices non habent: quia ad tem alſ ✠ quod.
pus credunt: et in tempore tẽtationis recedũt. diſt.49 c.14
Quod autẽ inter ſpinas cecidit: hi ſunt qui au- gibboſus.
dierunt et a ſollicitudinibus et diuitijs et volu-
ptatibus vite euntes ſuffocantur: ⁊ non referũt
fructum. Quod autem in bonam terrã: hi ſunt
qui in corde bono et optimo audientes verbum C
retinent: et fructum afferunt in patientia.[e] Ne-
mo autem lucernam accendens operit eam va- 79 I
ſe: aut ſubtus lectum ponit. ſed ſupra candela- Infra.11.e mat.5.b
brum ponit: vt intrantes videant lumen.[f] Non mar.4.c 80
eſt enim occultum quod nõ manifeſtetur: nec ab mar.10.e mar.4.c
ſconditum quod non cognoſcatur: et in palam mat.13.b 81
veniat.[g] Uidete ergo quid † audiatis. Qui eñi alſ ✠ auditis. V
habet dabitur illi: et quicunq̃ non habet: etiam 82 I
quod putat ſe habere auferetur ab illo.[h] Uene-
runt autem ad illum mater et fratres eius: et
non poterant adire eum pre turba. Et nuncia- mar.4.c
tum eſt illi. Mater tua et fratres tui ſtant foris mar.12.d
volentes te videre. Qui reſpondens dixit ad mar.3.c D
eos. Mater mea et fratres mei hi ſunt: qui ver mat.8.d. 83
bum dei audiunt et faciunt.[i] Factum eſt autem mar.4.d II
in vna dierum[k] Et ipſe aſcendit in nauiculam: et 84
diſcipuli eius: et ait ad illos. Trãſfretem⁹ trans IIII
ſtagnum. Et aſcenderunt. Nauigantibus autẽ
illis obdormiuit. Et deſcendit procella venti in
ſtagnum: et † compellebantur et periclitaban- al ✠ cõplebanſ.
tur. Accedentes autem ſuſcitauerunt eum dicen
tes. Preceptor perimus. At ille ſurgens incre-
pauit ventum et tempeſtatem aque: et ceſſauit:
et facta eſt tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi mar.4.d
eſt fides veſtra? Qui timentes mirati ſunt adin-
uicem dicentes. Quis putas hic eſt: quia et ven
tis et mari imperat: et obediunt ei. Et nauigaue-
runt ad regionem geraſenorum: que eſt contra
galileam. Et cum de naui egreſſus eſſet ad ter-
ram occurrit illi vir quidam qui habebat de-
monium iam temporibus multis: et veſtimento
non induebatur: neque in domo manebat ſed in
monumentis. Is vt vidit Jeſum procidit ante il
lum. Et exclamans voce magna dixit. Quid mi
hi et tibi eſt ieſu filij dei altiſſimi? Obſecro te ne
me torqueas. Precipiebat eñi ſpiritui immũdo
vt exiret ab hoie. Multis eñi tẽporib⁹ arripie-
bat illum

mat.8.d. bat illum:et vinciebatur cathenis et compedi-
mar.5.a bus cuſtoditus et ruptis vinculis agebatur a
E demonio in deſerto. Interrogauit autem illum
ieſus dicens. Quod tibi nomen eſt? At ille dixit
Legio:quia intrauerant demonia multa in eū.
Et rogauerunt illū ne imperaret illis vt in abyſ
mar.5.a. ſum irent. Erat autem ibi grex porcorū multo
rum paſcentium in monte: et rogabant eum vt
mat.8.g. permitteret eis in illos ingredi. Et permiſit† il
mar.5.b. lis. Exierunt ergo demonia ab homine: ⁊ intra
als✝ſukos. uerunt in porcos. Et impetu abiit grex per· pre
ceps in ſtagnum et ſuffocatus eſt. Quod vt vi-
derunt factum qui paſcebant fugerunt et nun-
ciauerunt in ciuitatem et in villas. Exierunt au
mar.5.b. tem videre quod factum eſt. Et venerunt ad ie-
ſum:et inuenerunt hominem ſedentē:a quo de-
monia exierant veſtitū ac ſana mente ad pedes
eius et timuerunt. Nunciauerunt autem illis et
qui viderant quomodo ſanus factus eſſet a le-
gione. Et rogauerunt illū omnis multitudo re-
gionis geraſenorū vt diſcederet ab ipſis: quia
F magno timore tenebantur. Ipſe autem aſcen-
mar.5.b. dens nauim reuerſus eſt. Et rogauit illum vir a
quo demonia exierant: vt cum eo eſſet. Dimiſit
autem eum ieſus dicens. Redi in domum tuam
et narra quanta tibi fecit deus. Et abiit per vni
uerſam ciuitatem predicans quanta illi feciſſet
ieſus. Factum eſt autem cum rediſſet ieſus:ex-
cepit illum turba. Erant enim omnes expectan
tes eum. Et ecce venit vir cui nomen iayrus: et
ipſe princeps ſynagoge erat ⁊ cecidit ad pedes
ieſu:rogans eum vt intraret in domum eius: q2
vnica filia erat ei fere annorum duodecim ⁊ hec
moriebatur. Et contingit dum iret a turbis cō-
mat.9.c. primebatur. Et mulier quedā erat in fluxu ſan
mar.5.c. guinis ab annis duodecim:que in medicos ero
gauerat omnem ſubſtantiam ſuam:nec ab† vllo
mat.9.c. potuit curari:acceſſit retro: et tetigit fimbriam
mar.5.c. veſtimenti eius. Et confeſtim ſtetit fluxus ſan-
als✝villis. guinis eius. Et ait Ieſus. Quis eſt qui me teti-
git? Negantibus autem omnibus dixit petrus
et qui cum illo erant. Preceptor turbe te com-
Di.5.c.ad eius primunt et affligunt:et tu dicis quis me tetigit?
de.pe.di.5.c.in Et dixit ieſus. Tetigit me aliquis. Nam et ego
ter hec byzaꝫ. noui virtutem de me exiſſe. Videns autem mu-
G lier:quia non latuit:tremens venit ⁊ procidit an
te pedes eius:et ob quam cauſam tetigerit eum
indicauit coram omni populo:et quemadmodū
confeſtim ſanata ſit. At ipſe dixit ei. Filia fides
tua ſaluam te fecit. Vade in pace. Adhuc illo lo-
quēte:venit quidam ad principem ſynagoge di-
matt.9.c. cens ei:quia mortua eſt filia tua:noli vexare illū
mar.5.c. Ieſus autem audito hoc verbo reſpondit patri
puelle. Noli timere. Crede tantum et ſalua erit.
Et cum veniſſet ad domum non permiſit intra-
re ſecum quemquam:niſi petrum et iacobum ⁊
ioannem:et patrem et matrem puelle. Flebant
autem omnes et plangebant illam. At ille dixit.
matt.9.. Nolite flere non eſt mortua puella ſed dormit.
mar.5.d. Et deridebant eum:ſcientes quia mortua eſſet.
Ipſe autem tenens manū eius clamauit dicēs.
Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius : et
ſurrexit ↄtinuo. Et iuſſit illi dare mādncare. Et
mat 9.c. ſtupuerunt parentes eius. Quibus precepit ne
mar.5.d. alicui dicerent quod factum erat.

¶ Capituli Summarium. Conuocatis duode
cim diſcipulis dedit illis poteſtatem ⁊ miſit eos
predicare. Egreſſi curabant vbiꝫ. Audiuit h e
rodes omnia que fiebant de ieſu: de quinꝫ pa-
nibus et duobus piſcibus interrogauit diſcipu
los quem dicunt eum eſſe turbe: precepit diſci-
pulis ne cui dicerent ꝙ chriſtus eſſet deus:quia
oportet filium hominis multa pati. Iubet tolle
re crucem. Qui erubuerit ſermones ⁊c. In mō
te transfiguratur. Demoniū quod diſcipuli eiice
re non poterant eiecit. Paſſionem ſuam predi-
cit:cogitant quis eorū maior ſit:dicit ieſus qui
minor eſt inter vos hic maior eſt. Ioannes dicit
vidimus quendam in nomine tuo eiicientem de
monia. Ioannes ⁊ iacobus dicūt. Ieſu domine
vis dicimus vt ignis deſcendat de celo: dicit fi-
lius hominis non habet vbi caput reclinet di-
cit cuidā Ieſus. Sine:vt mortui ſepeliant mor-
tuos ſuos.

¶ Capitulum. IX.

A

Conuocatis[a] autem† Ieſus duode als non habet [a]8.6
cim apoſtolis dedit illis virtutem ⁊ ✝ Ieſus. II
poteſtatem ſuper omnia demonia ⁊ Mat.10.a
vt languores curarēt. Et miſit illos mar.6.a.
mat.10.a
predicare regnum dei ⁊ ſanare infir mar.3.b [b]87
mos. Et ait ad illos.[b] Nihil tuleritis in via:neꝫ mat.10.a II
virgam:neꝫ peram:neꝫ panem: neꝫ pecuniā: mar.6.b.
neꝫ duas tunicas habeatis. Et in quācunꝫ do mat.10.b
mar.6.b.
mum intraueritis ibi manete ⁊ inde ne exeatis. act.13.d.
[c]Et quicunꝫ non receperint vos:exeuntes de mar.6.b
ciuitate illa etiam puluerem pedum veſtrorum mat.14.a.
mar.6.b.
excutite in teſtimonium ſupra illos.[d] Egreſſi au [c]88
tem circumibant per caſtella euangelizantes et II
curantes vbiꝫ.[e] Audiuit autē herodes tetrar [d]89
cha omnia que fiebant ab eo: ⁊ heſitabat eo qđ VIII
diceretur a quibuſdam.quia ioannes ſurrexit a [e]90
mortuis a quibuſdam vero quia Helias appa- II
ruit:ab aliis autem quia propheta vnus de anti
quis ſurrexit. Et ait herodes ioannem ego de-
colaui. Quis eſt autem iſte de quo ego talia au mar.6.c.
dio? Et querebat videre eum.[f] Et reuerſi apo- B
ſtoli† narrauerunt illi quecunꝫ fecerunt.[g] Et mar.6 d. [f]91
aſſumptis illis ſeceſſit ſeorſum in locum deſertū: mar.6.d als ✝ nunciaue VIII
qui eſt bethſaide. Quod cum cognouiſſent tur- runt. [g]92
be ſecute ſunt illum. Et excepit eos et loqueba- III
tur illis de regno dei:et eos qui cura indigebāt
ſanabat.[h] Dies autem ceperat declinare. Et ac [h]93
cedentes duodecim dixerunt illi. Dimitte tur- mat.14.b I
bas vt euntes in caſtella villaſꝫ que circa ſunt Ioā.6.a.
diuertant et inueniant eſcas:quia hic in loco de
ſerto ſumꝰ. Ait autē ad illos. Vos date illis mā-
ducare. At illi dixerūt. Nō ſunt nobis pluſꝗ ꝗn mat.14.b
ꝗ panes ⁊ duo piſces:niſi forte nos eamꝰ ⁊ ema mar.6.c.
mar.14.b
mus in omnē hāc turbam eſcas. Erant autem mar.6.c.
Io.6.a.
fere viri quinꝫ milia. Ait autem ad diſcipulos
ſuos. Facite illos diſcumbere per cōuiuia quin
quagenos. Et ita fecerunt. Et diſcubuerūt om-
nes. Acceptis autem quinꝫ panibus ⁊ duobus
piſcibus reſpexit in celū: ⁊ benedixit† illis ⁊ fre als ✝ illos.
git ⁊ diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent ante
turbas. Et mādncauerūt omnes ⁊ ſaturati ſunt
Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis fragmento C
rum cophini duodecim.[i] Et factū eſt cum ſolus mar.16. [i]94
eſſet orans:erāt cum illo ⁊ diſcipuli. Et interro- mar.8.c.d I
gauit illos dicens. Quē me dicunt eſſe turbe?
At illi reſponderunt ⁊ dixerunt. Ioannē bapti
ſtam:alii autē heliā:alii vero,quia vnus ꝓpheta

de prioribus ſurrexit. Dixit autem illis. Vos au
mat.16.d Mar.8.d tem quem me eſſe dicitis? Reſpondens ſymon
[k]95 Mat.16.c. petrus dixit. Chriſtum dei. [k]At ille increpans il
II mar.8.d. los precepit ne cui dicerēt hoc dicēs quia opor
Matt.16 d tet filium hominis multa pati: et reprobari a ſe
mar.8.d nioribus et principibus ſacerdotum et ſcribis:
[l]96 et occidi et tertia die reſurgere. [l]Dicebat autē
II ad omnes. Si quis vult poſt me venire: abne-
get ſemet ipſum et tollat crucem ſuam quotidie
et ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuā
ſaluam facere perdet illam. Nam qui perdide-
rit animam ſuam propter me ſaluam faciet illā.
mar.8.d. Quid enim proficit homini ſi lucretur vniuer-
D ſum mundum: ſeipſum autem perdat et detrimē
[m]97 Mat.16.d. tum ſui faciat. [m]Nam qui me erubuerit et meos
II mar.9.a. ſermones: hunc filius hominis erubeſcet: cum
[n]98 mat.17.a. Mar.9.a. venerit in maieſtate ſua et patris et ſanctorum
II angelorum. [n]Dico autē vobis: vere ſunt aliqui
hic ſtantes qui non guſtabunt mortem: donec vi
deant regnum dei. Factum eſt autem poſt hec
verba fere dies octo et aſſumpſit petrum et iaco
bum et ioannem: et aſcendit in montem vt ora-
ret. Et factum eſt dum oraret ſpecies vultus ei⁹
altera: et veſtitus eius albus: et refulgens. Et ec
ce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem
moyſes et helias viſi in maieſtate et dicebant ex
ceſſum eius quem completurus erat in hieru-
ſalem. Petrus vero et qui cum illo erant graua
ti erant ſomno. Et euigilantes viderunt maieſta
tem eius et duos viros qui ſtabant cum illo. Et
factum eſt cum diſcederēt ab illo: ait petrus ad
ieſum. Preceptor bonum eſt nos hic eſſe: et fa-
camus tria tabernacula vnum tibi et vnū moy
ſi et vnum helie: neſciens quid diceret. Hec au-
tem illo loquente facta eſt nubes et obumbra-
uit eos et timuerunt intrantibus illis in nubem.
Matt.3.d. mar.1.b. Et vox facta eſt de nube dicēs. Hic eſt fili⁹ me⁹
dilectus: ipſum audite. Et dum fieret vox inuen
tus eſt ieſus ſolus: et ipſi tacuerunt: et nemini di
E xerunt in illis diebus quicq̄ ex his que viderāt.
[o]99 II mat.17.c mat.7.c aſs+illi. [o]Factum eſt autem in ſequenti die deſcendenti-
bus illis de monte: occurrit † illis turba multa.
Et ecce vir de turba exclamauit dicens. Magi
ſter obſecro te reſpice in filium meum quia vni-
cus eſt mihi et ecce ſpiritus apprehendit eum
et ſubito clamat et elidit et diſſipat eum cum ſpu
ma: et vix diſcedit dilanians eum. Et rogaui di-
ſcipulos tuos vt eijcerent illum: et non potuerūt
Reſpondens autē ieſus dixit. O generatio in
fidelis et peruerſa: vſq̄ quo ero apud vos et pa-
mat.17.c mar.6.c. tiar vos? Adhuc huc filium tuum. Et cum acce-
deret eliſit illum demonium et diſſipauit. Et in-
crepauit Jeſus ſpiritum immundum: et ſanauit
[p]100 puerum: et reddidit illum patri eius. [p]Stupe-
VIII bant autem omnes in magnitudine dei. [q]Omni
[q]101 buſq̄ mirantibus in omnibus que faciebat di-
II xit ad diſcipulos ſuos. Ponite vos in cordibus
veſtris ſermones iſtos. Filius enī hoīs futurū
eſt: vt tradatur in manus hominum. At illi igno
rabant verbum iſtud et erat velatum ante eos
vt non ſentirent illud et timebant eum interro-
[r]102 mat.17.d gare de hoc verbo. [r]Intrauit autem cognitio in
II mar.9.c eos quis eorum maior eſſet. At ieſus videns co-
F gitationes cordis illorum apprehendit puerum
mat.18.a et ſtatuit illum ſecus ſe: et ait illis. Quicunq̄
mar.9.c. ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo me re-

mar.9.c. cipit. Et quicunq̄ me receperit recipit eum qui
me miſit. Nam qui minor eſt inter vos omnes:
hic maior eſt. [s]Reſpondens autem ioannes di- [s]103 V
xit. Preceptor vidimus quendā in nomine tuo
eijcientem demonia et prohibuimus eum quia
nō ſequitur nobiſcum. Et ait ad illos ieſus. No
lite prohibere. Qui enī nō eſt aduerſū † vos pro
aſs+nos aſs+nobis. † vobis eſt. [t]Factum eſt autem dum complerē- [t]104
tur dies aſſumptionis eius et ipſe faciem ſuam X
firmauit vt iret in hieruſalem. Et miſit nuncios
ante conſpectum ſuum. Et euntes intrauerunt in
ciuitatem ſamaritanorū: vt pararent illi. Et nō
receperunt eū: quia facies eius erat euntis hie
ruſalem. Cum vidiſſent autem diſcipuli eius ia- G
23.q.4.c. quod cobus et ioannes dixerūt. Domine vis dicimus
ipſe. et 4. conce vt ignis deſcendat de celo et conſumat illos. Et
denti. et c. ea via conuerſus increpauit illos dicens. Neſcitis cu
dicta. ius ſpiritus eſtis? Filius hominis nō venit ani-
mas perdere: ſed ſaluare. Et abierunt in aliud
caſtellum. [v]Factum eſt autem ambulantibus il- [v]10[illegible]
mat.8.b. lis in via: dixit quidam ad illum. Sequar te quo V
mat.8.c. cunq̄ ieris. Dixit illi Jeſus. Vulpes foueas ha
bent et volucres celi nidos: filius autem homi-
nis non habet vbi caput ſuum reclinet. Ait autē
ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Do
mine permitte mihi primum ire: et ſepelire pa-
trem meum. Dixitq̄ ei Jeſus. Sine vt mortui ſe
peliant mortuos ſuos: tu autem vade et annun- [x]10[illegible]
cia regnum dei. Et ait alter. [x]Sequar te domi- X
Mat.8.c ne ſed permitte mihi primū renūciare his que
Mat.8.c domi ſunt. Ait ad illum ieſus. Nemo mittēs ma-
num ſuam ad aratrum et aſpiciens retro aptus
eſt regno dei.

¶ Capituli Summarium. Poſt hoc deſigna-
uit ieſus alios ſeptuagintaduos. meſſis multa.
Mitto vos ſicut agnos. precepta itineris dicit
ve tibi corozaim. Qui vos audit me audit: dicit
videbam ſathanam ſicut fulgur de celo caden-
tem. dicit: confiteor tibi pater et domine etc. Ne
mo ſcit quis ſit filius. Beati oculi qui vidēt que
vos videtis: quidā legiſperitus dicit tentans.
Jeſus dicit homo quidam deſcendebat etc.

Capitulum. X.



A
Oſt[a] hec [a]10[illegible]
autē deſi
gnauit do
minus et
alios ſeptuaginta
duos et miſit illos bi
nos añ faciē ſuā in
oēm ciuitatē et locū
mat.9.d. quo erat ipſe ventur⁹.
Et dicebat illis. [b] [b]108
Meſſis quidem mul- V
ta operarij autē pau
ci. Rogate ergo do-
minū meſſis vt mit-
tat operarios in meſ-
ſem ſuā. [c]Ite: ecce ego mitto vos ſicut agnos in [c]109
ter lupos. [d]Nolite portare ſacculū. neq̄ peram: V
mat.10.b neq̄ calciamēta et neminē per viā ſalutaueritis. [e]In [d]110
quācunq̄ domum intraueritis: primum dicite: II
Mat.10.b. pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis. re- [e]111
Mat.9.d quieſcet ſuper illum pax veſtra. Sin autē ad vos V
B reuertetur

mat.10.b. reuertetur.[f] In eadẽ autem domo manete:eden
tes ⁊ bibẽtes que apud illos ſunt.Dign⁹ eſt enĩ
operarius mercede ſua.[g] Nolite tranſire de do
mo in domum.Et in quamcunq̃ ciuitatem intra
ueritis ⁊ ſuſceperint vos:manducate que appo
nuntur vobis:et curate infirmos qui in illa ſunt
⁊ dicite illis.Appropinquabit in vos regnũ dei.
mat.10.b. [h] In quamcunq̃ autẽ ciuitatẽ intraueritis ⁊ non
ſuſceperint vos:exeuntes in plateas eius dicite.
Etiam puluerem qui adheſit nobis de ciuitate
matt.11.c. vestra extergimus in vos.Tamẽ hoc ſcitote:q͛
C appropinquabit regnum dei.Dico vobis:quia
ſodomis in die illa remiſſius erit q̃ illi ciuitati.
[i] Ve tibi corozaim ve tibi bethſaida:quia ſi in ty
ro ⁊ ſydone facte fuiſſent virtutes que facte ſunt
in vobis:olim in cilicio et cinere ſedentes peni-
terent.Veruntamen tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit
mat.10.b in iudicio quam vobis.Et tu capharnaum vſq̃
mat 11.c. ad celum exaltata vſq̃ infernum demergeris.[k]
8.q.1.c.qui.ſper Qui vos audit me audit: et qui vos ſpernit me
nit. ſpernit.Qui autem me ſpernit:ſpernit eum qui
miſit me.[l] Reuerſi ſunt autẽ ſeptuaginta duo cũ
gaudio dicentes.Domine etiam demonia ſubij
ciuntur nobis in nomine tuo.Et ait illis. Vide-
bam ſathanam ſicut fulgur de celo cadentem.
Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſer
pentes et ſcorpiones:et ſuper omnem virtutem
inimici:et nihil vobis nocebit. Veruntamen in
hoc nolite gaudere: quia ſpiritus vobis ſubij-
D ciuntur.Gaudete autem qđ nomina veſtra ſcri-
mat.12.d pta ſunt in celis.[m] In ipſa hora exultauit in ſpiri
ritu ſancto et dixit. Confiteboꝛ tibi domine pa-
ter celi ⁊ terre:quod abſcondiſti hec a ſapienti-
mat.11.d. bus et prudentib⁹ et reuelaſti ea paruulis.Etiã
Joan.8.c. pater quoniã ſic placuit ante te.[n] Omnia mihi
tradita ſunt a patre meo. Et nemo ſcit quis ſit
mat.13.b filius niſi pater: ⁊ quis ſit pater niſi filius: et cui
mat.22.b. voluerit filius reuelare.[o] Et conuerſus ad diſci
mat.12.c pulos ſuos dixit. Beati oculi qui vidẽt que vos
videtis.Dico enim vobis quod multi prophe-
te: ⁊ reges voluerunt videre que vos videtis et
non viderunt: ⁊ audire que auditis et non audie
E runt.[p] Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit ten
Deut.6.a. tans illum et dicens. Magiſter quid faciendo
Roma.13.c. vitam eternam poſſidebo? At ille dixit ad eum.
Ja.2.b. In lege quid ſcriptum eſt.Quomodo legis? Il
le reſpondens dixit.Diliges dominum deũ tuũ
ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua ⁊ ex omni
bus viribus tuis:et ex omni mente tua: ⁊ proxi-
mum tuum ſicut teipſum.Dixitq̃ illi. Recte re-
ſpondiſti:hoc fac ⁊ viues.[q] Ille autem volens iu
ſtificare ſeipſum dixit ad ieſum.Et quis eſt me⁹
proximus? Suſpiciens autem Jeſus dixit. Ho
mo quidam deſcendebat ab hieruſalem in hieri
co:et incidit in latrones: qui etiam deſpoliaue-
runt eum: ⁊ plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo
relicto. Accidit autem vt ſacerdos quidam de-
F ſcenderet eadem via: et viſo illo preteriuit. Si-
militer ⁊ leuita cum eſſet ſecus locum ⁊ videret
eum pertranſiuit.Samaritanus autem quidã
iter faciens venit ſecus eum: ⁊ videns eum miſe
ricordia motus eſt. Et appropians alligauit
vulnera eius infundens oleum et vinum.Et im-
ponens illum in iumentum ſuum duxit in ſtabu-
lum ⁊ curã eius egit.Et altera die protulit duos
denarios et dedit ſtabulario et ait.Curã illius
habe: ⁊ quodcunq̃ ſupererogaueris ego cũ re-
diero reddam tibi. Quis horum trium videtur
tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones?
At ille dixit.Qui fecit miſericordiam in illum.
Et ait illi ieſus.Vade et tu fac ſimiliter.Factũ
eſt autem dum irent ⁊ ipſe intrauit in quoddam
caſtellum ⁊ mulier quedã martha nomine exce G.
pit illum in domum ſuam.Et huic erat ſoroꝛ no-
mine maria: que etiam ſedens ſecus pedes do-
mini audiebat verbũ illius.Martha autem ſa-
tagebat circa frequens miniſterium.Que ſtetit
et ait. Domine non eſt tibi cure quod ſoroꝛ mea
reliquit me ſolã miniſtrare? Dic ergo illi vt me
adiuuet.Et reſpondens dixit illi domin⁹.Mar
tha martha ſollicita es et turbaris erga pluri-
ma.Porro vnum eſt neceſſarium.Maria opti-
mam partem elegit:que non auferetur ab ea.

¶ Capituli Summarium. Docet orare pater
ſanctificetur nomen tuũ.Commoda mihi tres
panes:omnis qui petit accipit:erat ieſus eijciẽs
demonium:quidã dixerunt in beelzebub eijcit
demonia: regnum in ſeipſum diuiſum deſolabi-
tur.dicit ſpiritus immundus reuertar in domũ
meam.Beatus venter qui te portauit: de ſigno
ione:de lucerna.Lucerna corporis oculus:lauã
dum potius quod intus eſt:dare elemoſynã pro
nunciat:ve multa dicit.phariſei querentes cape
re aliquid ex ore eius.

Capitulum. XI.

Et[a] factum eſt cum eſſet in quodam lo A [a]123
co orans vt ceſſauit: dixit vnus ex di- V.
ſcipulis eius ad eum.Domine.Doce
mat.6.b. nos orare ſicut docuit ioannes diſci-
pulos ſuos.Et ait illis.Cum oratis dicite.Pa-
ter ſanctificetur nomen tuum:adueniat regnũ
tuum panem noſtrum quotidianũ da nobis ho-
die.Et dimitte nobis peccata noſtra ſiquidem
⁊ ipſi dimittimus omni debenti nobis: ⁊ ne nos
inducas in tentationem.Et ait ad illũ.[b] Quis ve [b]124
ſtrum habebit amicum ⁊ ibit ad illum media no X
cte:et dicet illi: amice commoda mihi tres pa-
nes quoniam amicus meus venit de via ad me:
et non habeo quod ponam ante illum.Et ille de
intus reſpondens dicat noli mihi moleſtus eſſe B
iam oſtium clauſum eſt: ⁊ pueri mei mecum ſunt
in cubili:non poſſum ſurgere et dare tibi.Et ille
ſi perſeuerauerit pulſans:dico vobis et ſi nõ da mat.7.a
bit illi ſurgẽs eo quod amicus eius ſit: propter Jo.16.f.
improbitatem tamen eius ſurget: et dabit illi Ja.1.a.
quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vo-
bis. [c] Petite et dabitur vobis: querite et in- [c]125
uenietis: pulſate et aperietur vobis . Omnis V
enim qui petit accipit: et qui querit inuenit: et
pulſanti aperietur: Quis autem ex vobis pa-
trem petit panem? nunquid lapidem dabit illi?
Aut piſcem:nunquid pro piſce ſerpentem dabit
illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget illi
ſcorpionem? Si ergo vos cum ſitis mali noſtis
bona data dare filijs veſtris:quanto magis pa-
ter veſter † celeſtis de celo dabit ſpiritum bo- gr̃s ✝ non hꝫ celeſtis. [d]126
num petentibus ſe?[d] Et erat eijciens demo- V
mat.12.b. nium: et illud erat mutum.Et cum eiecisset de-
mar.3.c. monium locutus eſt mutus : et admirate ſunt [e]127
mat.12.c. turbe.[e] Quidam autem ex eis dixerunt in beel- C II
zebub principe demoniorum eijcit demonia. [f] [f]128
Et alij temptantes ſignum de celo querebant V
ab eo.[g] Ipſe autem vt vidit cognitiones eorum [g]129
II

digit eis. Omne regnum in ſeipſum diuiſum de
ſolabitur: ꝛ domus ſupra domum cadet. Si au-
Matt.12.a. mar.3.c. tem ꝛ ſathanas in ſeipſum diuiſus eſt quomodo
ſtabit regnum eius: quia dicitis in beelzebub
me eijcere demonia. Si autē ego in beelzebub
eijcio demonia: filij veſtri in quo eijciunt? Ideo
ipſi iudices veſtri erunt. Porro ſi in digito dei
eijcio demonia: profecto peruenit in vos regnū
dei. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum:
in pace ſunt omnia que poſſidet. Si autem for-
tior eo ſuperueniens vicerit eum: vniuerſa arma
matt.12.d. als + aduerſuz. eius auferet in quibus confidebat: et ſpolia eius
[h]130 V D diſtribuet. Qui non eſt mecum † contra me eſt:
et qui non colligit mecum diſpergit.[h] Cum im-
mūdus ſpiritus exierit de homine: ambulat per
loca inaquoſa: querens requiem ꝛ non inueniēs
dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et
cum venerit inuenit eam ſcopis mundatam. Et
tunc vadit ꝛ aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecū
nequiores ſe: ꝛ ingreſſi habitant ibi. Et fiunt no
[i]131 X uiſſima hominis illius peiora prioribus.[i] Fa-
ctum eſt autem cum hec diceret: extollens vo-
cem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus
venter qui te portauit: et vbera que ſuxiſti. At il
le dixit. Quinimmo. Beati qui audiūt verbum
[k]132 V dei et cuſtodiunt illud.[k] Turbis autem concur-
rentibus cepit dicere. Generatio hec: genera-
mat.12.c. tio nequam eſt: ſignum querit: et ſignum non da
mar.8.b. bitur ei niſi ſignum Jone prophete. Nam ſicut
8.q.1.c.verum. fuit ionas ſignum niniuitis: ita et erit filius ho-
3.reg.10.a. minis generationi iſti. Regina auſtri ſurget in
2.para.9.a. iudicio cum viris generationis huius: ꝛ cōdem
Jone.3.b. matt.2.b. nabit illos: quia venit a finibus terre audire ſa-
E pientiam ſalomonis. Et ecce pluſquam ſalomō
mat.5.b. hic. Viri niniuite ſurgent in iudicio cum genera
mar.4.c. tione hac: et condemnabunt illam quia peni-
[l]133 II tentiam egerunt in predicatione ione. Et ecce
pluſquam ionas hic.[l] Nemo lucernā accendit ꝛ
in abſcondito ponit neq; ſub modio: ſed ſupra
candelabrum: vt qui ingrediuntur lumē videāt.
[m]134 V mat.6.c. [m] Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si ocu
lus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum luci
dum erit. Si autem neq̄ fuerit: etiam corpus
tuū tenebroſum erit. Vide ergo ne lumen quod
in te eſt tenebre ſint. Si ergo corpus tuum totū
lucidum fuerit non habēs aliq̄ partem tenebra
rum: erit lucidum totum. Et ſicut lucerna fulgo-
[n]135 V F ris illuminabit te.[n] Et cum loqueretur rogauit
illum quidam phariſeus vt pranderet apud ſe.
Jeſus autē ingreſſus recubuit. Phariſeus au
mat.23.c. tem cepit intra ſe reputans dicere. Quare non
baptizatus eſſet ante prandium. Et ait domin9
ad illum. Nunc vos phariſei quod de foris eſt
calicis ꝛ catini mundatis: quod autem intus eſt
veſtrum: plenū eſt rapina et iniquitate. Stulti.
Nonne qui fecit quod de foris eſt: etiā et quod
de intus eſt fecit? Veruntamen quod ſupereſt
date elemoſynam: et ecce omnia munda ſunt vo
bis.[o] Sed ve vobis phariſeis qui decimatis mē
[o]136 V mat.23.c. mat.23.c. tam et rutam et omne olus: et preteritis iudiciū
et charitatem dei. Hec autem oportuit facere ꝛ
[p]137 II mat.5.c. illa non omittere.[p] Ve vobis phariſeis qui di-
ligitis primas cathedras in ſynagogis et ſalu-
[q]138 V tationes in foro.[q] Ve vobis qui eſtis vt monu-
menta que non parent: et homines ambulantes
[r]139 V ſupra neſciunt.[r] Reſpondens autem quidam ex
mat.23.a. legiſperitis ait illi. Magiſter hec dicens etiam
contumeliam nobis facis. At ille ait. Et vobis le G
giſperitis ve: qui oneratis homines oneribus
que portare nō poſſunt: et ipſi vno digito veſtro [s]140 V
non tangitis ſarcinas.[s] Ve vobis qui edificatis
monumenta prophetarum: patres autem veſtri
occiderunt illos. Profecto teſtificamini quod
conſentitis operibus patrum veſtrorum: quo-
niam quidam ipſi eos occiderunt: vos autē edi-
ficatis eorum ſepulchra.[t] Propterea ſapientia mat.23.d.
dei dixit. Mittam ad illos prophetas et apo- [t]141 V
ſtolos: et ex illis occident ꝛ perſequentur vt in-
quiratur ſanguis omnium prophetarum qui ef-
fuſus eſt a cōſtitutione mūdi a generatione iſta
a ſanguine abel vſq; ad ſanguinē Zacharie: qui
periit inter altare et edem. Ita dico vobis re- mat.23.d.
quiretur ab hac generatione.[v] Ve vobis legiſ- [v]142 V
peritis qui tuliſtis clauem ſcientie ipſi non in-
troiſtis: ꝛ eos qui introibant prohibuiſtis.[x] Cū [x]143 X
autem hec ad illos diceret: ceperunt phariſei ꝛ
legiſperiti grauiter inſiſtere ꝛ os eius opprime
re de multis inſidiantes ei: ꝛ querentes aliquid
capere de ore eius vt accuſarent eum.

Capituli Summarium. A phariſeis monet
cauendum ꝛ non timendum eos qui corpus oc-
cidunt dicit: qui me cōfeſſus fuerit: et qui me ne
gauerit. Blaſphemia in ſpiritum ſanctum nō re
mittetur. Spirituſſanctus docet reſpondere et
loqui. Quidam dicit. Magiſter dic fratri meo
vt diuidat mecum hereditatē. Dicit cauere ab
omni auaritia ſimilitudo diuitis. Stulte hac no
cte morieris. Nolite ſolliciti eſſe: conſiderate li-
lia agri: querite regnum dei. Nolite timere pu-
ſillus grex: vendite que poſſidetis ꝛ date elemo
ſynam facite ſacculos: vbi theſaurus ibi et cor.
Sint lumbi veſtri precincti. Jeſus petro dicit.
felicem eſſe bonum diſpenſatorem: veniet domi
nus ſerui in die qua non ſperabit et vapulabit
plagis multis: cui multum datum eſt: multum
queretur ab eo: ignem veni mittere in terram.
Tres in duo: et duo in tres diuidet. Hypocrite
faciem celi et terre noſtis probare ꝛc. Cum va
dis cum aduerſario tuo. De nouiſſimo minuto.

Capitulum. XII.

Multis autem turbis concurrētibus A [a]144 II
ita vt ſe inuicē conculcarent: cepit di-
cere ad diſcipulos ſuos.[a] Attendite mat.16.a. [b]145 V
a fermento phariſeorum quod eſt Mar.8.b.
hypocriſis.[b] Nihil enim opertū eſt Mat.10.c.
quod non reueletur: neq; abſconditum quod 11.q.3.c.nolite ti mere. 22.q.5.in prin.
non ſciatur. Quoniam que in tenebris dixiſtis: Mat.10.c.
in lumine dicentur. Et quod in aure locuti eſtis
in cubiculis predicabitur in tectis. Dico autem
vobis amicis meis ne terreamini ab his qui oc
cidunt corpus. Et poſt hoc non habēt amplius B
quid faciant. Oſtendam autem vobis quem ti-
meatis. Timete eum qui poſtquā occiderit ha-
bet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico
vobis hunc timete. Nonne quinq; paſſeres ve-
neunt diſpondio: ꝛ vnus ex illis nō eſt in obliuio
ne corā deo? Sed ꝛ capilli capitis veſtri omnes De pe.di.1.c. ad hoc.
numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſe Mar.10.d.
ribus pluris eſtis vos. Dico autem vobis: oīs mat.8.d.
quicūq; cōfeſſus fuerit me coram hominibus: ꝛ Matt.10.c.
fili9 hoīs cōfitebitur illū corā angelis dei.[c] Qui [c]146 II
autem negauerit me corā hominibus: negabit
coram

mat.12.c. coram angelis dei.[a] Et omnis qui dicit verbum
mat.3.a. in filium hominis remittetur illi: ei autem qui in
mat.10.b. ſpiritumſanctum blaſphemauerit nõ remittet.[e]
mar.13.b. Cum autem inducẽt vos in ſynagogas ⁊ ad ma
giſtrat⁹ ⁊ ad poteſtates nolite ſolliciti eſſe qua
liter aut quid reſpõdeatis aut q̃d dicatis. Spi
ritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora q̃d
oporteat vos dicere.[f] Ait autem ei quidã de tur
ba. Magiſter dic fratri meo vt diuidat mecum
hereditatem. At ille dixit ei. Homo quis me cõ
ſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos? Dixitq́
ad illos. Videte ⁊ cauete ab omni auaricia: quia
non in abundãtia cuiuſq́ vita eius eſt ex his que
poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illos di
cens. Hominis cuiuſdam diuitis vberes fru
E ctus ager attulit et cogitabat intra ſe dicens.
Quid faciam quod non habeo quo congregem
fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Deſtruã
horrea mea ⁊ maiora faciam: illuc congregabo
omnia que nata ſunt mihi ⁊ bona mea: et dicam
anime mee. Anima habes multa bona poſita in
annos plurimos requieſce: comede bibe: epula
mat.6.c. re. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte ani
mam tuam repetunt a te. Que autem paraſti cu
ius erunt? Sic eſt qui theſaurizat et non eſt in
deum diues.[g] Dixitq́ ad diſcipulos ſuos. Ideo
dico vobis. Nolite ſolliciti eſſe anime veſtre q̃d
mãducetis: neq́ corpori quid † induamini. Ani
alſ ✠ veſtiamini. ma plus eſt quam eſca et corpus plus quam ve
ſtimentum. Conſiderate coruos quia non ſemi
nant neq́ metunt quibus non eſt cellarium neq́
horreum ⁊ deus paſcit illos. Quãto magis vos
pluris eſtis illis. Quis autem veſtrum cogitan
do poteſt adijcere ad ſtaturam ſuã cubitũ vnũ?
D Si ergo neq́ quod minimum eſt poteſtis: quid
de ceteris ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia quo
modo creſcunt. Non laborant: neq́ nent. Dico
autẽ vobis quia nec ſalomon in omni gloria ſua
veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis. Si autem fenum
quod hodie eſt in agro: ⁊ cras in clibanum mit
titur deus ſic veſtit: quanto magis vos puſille fi
mat.6.d. dei? Et vos nolite querere quid mãducetis aut
mat.6.c. quid bibatis ⁊ nolite in ſublime tolli. Hec enim
omnia gentes mundi querunt. Pater autem ve
ſter ſcit quoniam his indigetis. Veruntamẽ q̃
mat.10.c. rite primum regnum dei ⁊ iuſticiam eius et hec
mat.6.c. omnia adijcientur vobis.[h] Nolite timere puſil
lus grex: quia complacuit patri veſtro dare vo
bis regnum.[i] Vendite que poſſidetis ⁊ date ele
moſynam.[k] Facite vobis ſacculos qui non vete
raſcunt: theſaurum non deficientẽ in celis: quo
fur nõ appropiat neq́ tinea corrumpit. Vbi enĩ
mat.6.c. theſaurus veſter eſt: ibi ⁊ cor veſtrũ erit.[l] Sint
E lumbi veſtri precincti et lucerne ardentes in ma
nibus veſtris: et vos ſimiles hominibus expe
ctantibus dominum ſuum quando reuertatur a
nuptijs vt cum venerit et pulſauerit: confeſtim
aperiant ei.[m] Beati ſerui illi quos cum venerit
mar.24.d. dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vo
bis: quod precinget ſe ⁊ faciet illos diſcumbere
⁊ tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecũ
da vigilia: ⁊ ſi in tertia vigilia venerit ⁊ ita inue
nerit: beati ſunt ſerui illi.[n] Hoc autẽ ſcitote quo
niam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veni
mat.24.b. ret: vigilaret vtiq́ et non ſineret perfodi do
mat.12.d. mum ſuã. Et vos eſtote parati: q2 qua hora nõ
mat.14.d. putatis filius hominis veniet.[o] Ait autem ei pe
De pe. diſt.1. c. ſi ſacerdos.
trus. Domine ad nos dicis hanc parabolam an
ad omnes? Dixit autem dominus. Quis pu
tas eſt fidelis diſpenſator et prudens quem con
ſtituit dominus † ſupra familiã ſuam vt det illis alſ ✠ ſuper.
in tempore tritici menſuram? Beatus ille ſeru⁹
quem cum venerit dominus inuenerit ita facien
tem. Vere dico vobis: quoniam † ſupra omnia
que poſſidet conſtituet illum.[p] Quod ſi dixerit alſ ✠ ſuper. F [p]158 V
ſeruus ille in corde ſuo moram facit domin⁹ me⁹
venire: ⁊ ceperit percutere † ſeruos et ancillas: alſ ✠ pueros.
⁊ edere: et bibere: ⁊ inebriari veniet domin⁹ ſer
ui illius in die qua non ſperat ⁊ hora qua neſcit:
et diuidet eum partemq́ eius cum infidelib⁹ po
net.[q] Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatẽ [q]159
domini ſui ⁊ non ſe preparauit ⁊ non fecit ſm vo 23.q.4.c. ea vindicta. X
luntatem eius vapulabit multis. Qui autem nõ
cognouit et fecit digna plagis: vapulabit pau
cis. Omni autem cui multum datum eſt multũ
queretur ab eo: ⁊ cui commendauerunt multum
plus petent ab eo.[r] Ignem veni mittere in ter
ram: et quid volo niſi vt accendatur. Baptiſmo
† autem habeo baptizari: ⁊ quomodo coarctor alſ ✠ baptiſma ſc. [r]160
vſq́ dum perficiatur? Putatis quia pacem ve V.
ni mittere in terram? Non dico vobis: ſed ſepa
rationem. Erunt enim ex hoc quinq́ in domo
vna diuiſi: tres in duos ⁊ duo in tres diuidẽtur: mat.10.d. G
pater in filium ⁊ filius in patrem ſuum: mater in
filiam: ⁊ filia in matrem ſocrus in nurum ſuam: ⁊
nurus in ſocrum ſuam.[s] Dicebat autem ⁊ ad tur [s]161
bas. Cum videritis nubem orientem ab occaſu: mat.16.a V.
ſtatim dicitis nymbus venit: et ita fiet. Et cum
auſtrum flantem dicitis quia eſtus erit ⁊ fit. Hy
pocrite faciem celi ⁊ terre noſtis probare. Hoc mat.5.d.
autem tempus quomodo non probatis? Quid
autem et a vobiſipſis non iudicatis quod iuſtũ
eſt.[t] Cum autem vadis cum aduerſario tuo ad
principem in via: da operam liberari ab illo: ne
forte trahat te ad iudicẽ ⁊ iudex tradat te exacto [t]162
ri: et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi nõ V
exies inde donec etiã nouiſſimũ minutũ reddas. mat.5.d.
¶ Capituli Summarium. Sub exemplo gali
leorum occiſorum monet agendam penitentiã:
de ficulnea infructuoſa. Mulierem decem ⁊ oc
to annis curuã erigit. Archiſynagogo indignã
ti quia curaſſet ſabbato reſpondit: regnum celo
rum grano ſynapis ⁊ fermento ſimile eſſe cõten
dite intrare per anguſtam portam. Neſcio vnde
ſcitis. Nouiſſimi qui erant primi. Herodem vul
pem vocat: hieruſalem que occidis prophetas.

Capitulum XIII.

Aderant[a] autem quidam ipſo in A
tempore nunciantes illi de gali [a]163
leis quorum ſanguinẽ pylatus X
miſcuit cum ſacrificijs eorum.
Et reſpondens dixit illis. Pu
tatis ꝙ hi galilei pre omnibus
galileis peccatores fuerit quia talia paſſi ſunt?
Non dico vobis: ſed niſi penitentiam habueri
tis omnes: ſimiliter peribitis ſicut illi decem et
octo ſupra quos cecidit turris in ſyloa ⁊ occidit
eos: putatis q2 et ipſi debitores fuerint: preter
omnes homines habitantes in hieruſalẽ? Nõ
dico vobis: ſed ſi penitentiam non habueritis:
omnes ſimiliter peribitis.[b] Dicebant autem et
hanc ſimilitudinem. Arborem fici habebat qui [b]164
dam plantatam in vinea ſua ⁊ venit querens fru V

B ctum in illa: ⁊ non inuenit. Dixit autem ad culto
remvinee. Ecce anni tres ſunt ex quo venio que
rens fructum in ficulnea hac. et non inuenio.
Succide ergo illam. Ut quid etiam terrã occu
pat? At ille reſpondens dixit illi. Domine dimit
te illam ⁊ hoc anno vſq; dũ fodiã circa illã ⁊ mit
tam ſtercora. Et ſiquidem fecerit fructum ſinan
tem in futurum ſuccides eam. Erat autem do-
C cens in ſynagoga eorum ſabbatis. Et ecce mu-
lier que habebat ſpiritũ infirmitatis annis de-
cem ⁊ octo: ⁊ erat inclinata nec omnino poterat
ſurſum reſpicere. Quam cum vidiſſet ieſus voca
uit eam ad ſe: ⁊ ait illi. Mulier dimiſſa es ab in-
firmitate tua. Et impoſuit illi manus: et confe-
ſtim erecta eſt ⁊ glorificabat deum. Reſpondẽs
autem archiſynagogus indignans q; ſabbato
curaſſet Jeſus: dicebat turbe. Sex dies ſunt: in
D quib[9] oportet operari. In his ergo venite ⁊ cu
[c]165 ramini: ⁊ non in die ſabbati.[c] Reſpondens autẽ
II ad illum dominus dixit. Hypocrite vnuſquiſq;
veſtrum ſabbato non ſoluit bouem ſuum: aut aſi
num a preſepio ⁊ ducit adequare? Hanc autẽ fi
liam abrae quam alligauit ſathanas: ecce decez
⁊ octo annis: nõ oportuit ſolui a vinculo iſto die
[d]166 ſabbati?[d] Et cuz hoc diceret: erubeſcebant om
X Matt.13.d. nes aduerſarij eius: ⁊ omnis popul[9] gaudebat
[e]167 mat.4.c. in vniuerſis que glorioſe fiebant ab eo.[e] Dice-
II bat ergo. Cui ſimile eſt regnum dei: et cui ſimile
[f]168 eſtimabo illud? Simile eſt grano ſynapis quod
V acceptum homo miſit in hortum ſuum ⁊ creuit ⁊
factum eſt in arborem magnam ⁊ volucres celi
mar.13.d. E requieuerunt in ramis eius. Et iterũ dixit.[f] Cui
ſimile eſtimabo regnum dei? Simile eſt fermen
to quod acceptum mulier abſcondit in farine ſa
[g]169 Matt.9.d. ta tria donec fermẽtaretur totum.[g] Et ibat per
II ciuitates ⁊ caſtella docens: ⁊ iter faciens in hie
[h]170 Mar.7.b. ruſalem.[h] Ait autem illi quidam. Domine ſi pau
V ci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos.
Contendite intrare per anguſtam portam quia
multi (dico vobis) querent intrare et non pote
runt.[i] Cum autem intrauerit paterfamilias et
[i]171 clauſerit oſtium incipietis foris ſtare: et pulſa-
V re ad oſtium dicentes. Domine aperi nobis et
F reſpondẽs dicet vobis. Neſcio vos: vnde ſitis?
Ps.6.d. matt.7.b. Tunc incipietis dicere. Manducauimus co-
ram te et bibimus ⁊ in plateis noſtris docuiſti.
Et dicet vobis. Neſcio vos vnde ſitis: diſcedi-
te a me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fle
tus et ſtridor dentium.[k] Cum videritis abraam
[k]172 mat.8.b. et iſaac et iacob et omnes prophetas in regno
V dei. vos autem expelli foras. Et venient ab oriẽ
te ⁊ occidente: ⁊ aquilone ⁊ auſtro: ⁊ accumbẽt
[l]173 in regno dei.[l] Et ecce ſunt nouiſſimi qui erãt pri
II Mat.19.d Mat.10.a. mi ⁊ ſunt primi qui erãt nouiſſimi.[m] In ipſa die
[m]174 acceſſerunt quidam phariſeorum dicentes illi.
X Exi et vade hinc quia herodes vult te occidere
G Et ait illis. Ite ⁊ dicite vulpi illi. Ecce eijcio de
monia et ſanitates perficio hodie et cras et ter
tio conſumor. Veruntamen oportet me hodie et
cras ⁊ ſequenti die ambulare: quia non capit p
phetam perire extra Hieruſalem.[n] Hieruſalez
hieruſalem que occidis prophetas: et lapidas
[n]175 cos qui mittuntur ad te quotiens volui congre
V mat.23.d. gare filios tuos quemadmodum auis nidũ ſuuz
ſub pennis: ⁊ noluiſti? Ecce relinquetur vobis
domus veſtra deſerta. Dico autem vobis quia
nõ videbitis me donec veniat cũ dicetis. Bene
dictus qui venit in nomine domini.

¶ Capituli Summarium. Hydropicuz curat:
recumbe in nouiſſimo loco. qui ſe exaltat humi-
liabitur: cum facis prandium aut cenam noli vo
care amicos ⁊c. Inuitati ad cenam excuſant ſe:
ſequi ſe et odire parentes: baiulare crucem iu-
bet: parabola volentis edificare turrem: et re-
gis volentis committere bellum qui non renun
ciat omnibus ⁊c. de ſale.

Capitulum. XIIII.

A [a]176
ET[a] factum eſt cum introiſſet † alis non habet ✠ ieſus. X
ieſus in domum cuiuſdam prin- alis ✠ ſacerdotum.
cipis † phariſeorũ ſabbato mã
ducare panem ⁊ ipſi obſeruabãt
eum. Et ecce homo quidam hy [b]177
dropicus erat ante illum.[b] Et V
reſpondens ieſus dixit ad legiſperitos et pha-
riſeos dicens. Si licet ſabbato curare? At illi mat.12.a.
tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum mar.3.a.
ac dimiſit. Et reſpondens ad illos dixit. Cuius Supra.6.b. Supra.13.b.
veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet et non B
continuo extrahet illum die ſabbati? Et non po
terant ad hec reſpondere illi.[c] Dicebant autem [c]178
et ad inuitatos parabolam intendens quomo- X
do primos accubitus eligerent: dicens ad illos
Cum inuitatus fueris ad nuptias non diſcum-
bas in primo loco: ne forte honoratior te ſit inui
tatus ab illo: et veniens is qui te et illum voca-
uit dicat tibi. Da huic locum: ⁊ tunc incipias cũ
rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cum vo-
catus fueris vade recumbe in nouiſſimo loco:
vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice
aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſi C
mul diſcumbentibus.[d] Quia omnis qui ſe exal- mar.4.c. Infra.8.c. [d]179
tat humiliabitur: et qui ſe humiliat exaltabitur. Joan.4.c. V
[e] Dicebat autem et ei qui ſe inuitauerat. Cum fa [e]180
cis prandium. aut cenam: noli vocare amicos X
tuos neq; fratres tuos: neq; cognatos tuos:
neq; vicinos: neq; diuites: ne forte ⁊ ipſi te rein-
uitent: et fiat tibi retributio. Sed cum facis cõ Thobie.4.c.
uiuium: voca pauperes debiles: claudos: et ce-
cos: et beatus eris: quia non habent † retribue alis ✠ vnde tibi tribuant.
re tibi. Retribuetur enim tibi in † reſurrectio- alis ✠ retributione.
ne iuſtorum. Hec cum audiſſet quidam de ſimul D
diſcumbentibus dixit illi. Beatus qui mandu- Mat.22.a.
cabit panem in regno dei. At ipſe dixit ei.[f] Ho- Apocalip.19.b. [f]181
mo quidam fecit cenam magnam: ⁊ vocauit mul V
tos: et miſit ſeruum ſuum hora cene dicere inui-
tatis vt venirent: quia iam parata ſunt omnia.
Et ceperunt ſimul omnes excuſare. Primus di
xit ei. Villam emi: et neceſſe habeo exire et vide
re illam. Rogo te habe me excuſatum. Et alter
dixit. Juga boum emi quinq; et eo probare il- E
la. Rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit.
Vxorem duxi. et ideo non poſſum venire. Et re-
uerſus ſeruus nunciauit hec domino ſuo. Tunc
iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo. Exi cito
in plateas et vicos ciuitatis et pauperes ac de
biles et cecos et claudos introduc huc. Et ait
ſeruus. Domine factum eſt vt imperaſti: et ad-
huc locus eſt. Et ait dominus ſeruo. Exi in vias
et ſepes: et compelle intrare vt impleatur do-
mus mea. Dico autem vobis quod nemo viro-
rum illorum qui vocati ſunt guſtabit cenã meã. F
[g] Ibant autem turbe multe cum eo. Et conuer- mat.10.d. [g]182
ſus dixit ad illos. Si quis venit ad me et non 18.9.14. V
odit patrem ſuum et matrem ⁊ vxorem et filios
⁊ fratres

et fratres ⁊ ſorores: adhuc autem ⁊ animã ſuã
non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non ba-
iulat crucem ſuã ⁊ venit poſt me non poteſt me⁹
matthei.10.d. 2.19.c. mar.8.d. Supra 9.c. eſſe diſcipulus.[b] Quis enim ex vobis volẽs tur
rim edificare: nonne prius ſedens cõputat ſum-
ptus qui neceſſarij ſunt ſi habeat ad perficiẽdũ
als ✠ viderint. ne poſtq̃ poſuerit fundamentũ et non potuerit
perficere omnes qui† vident incipiant illudere
G ei dicentes: q: hic homo cepit edificare ⁊ nõ po
als ✠ nonne. tuit conſummare? Aut quis rex iturus commit
tere bellum aduerſus alium regẽ† non ſedens
prius cogitat ſi poſſit cum decẽ milibus occur
matt.10.d. rere ei qui cum viginti milibus venit ad ſe. Alio
quin adhuc illo longe agente legationẽ mittẽs
matt.5 b. rogat ea que pacis ſunt.[i] Sic ergo omnis ex vo
mat.9.g. bis qui non renũciat omnibus que poſſidet: nõ
poteſt meus eſſe diſcipulus.[k] Bonũ eſt ſal. Si
autem ſal euanuerit: in quo condietur? Neq̃ in
terrã: neq̃ in ſterquiliniũ vtile eſt: ſed foras mit
tetur. Qui habet aures audiendi audiat.

Capituli Summarium. Parabola centum
ouium ⁊ drachme: de gaudio angelorũ ſup vno
peccatore: parabola de filio prodigo.

Capitulum. XV.

A Rant[a] autẽ appropinquantes ei pu
blicani ⁊ peccatores vt audirent illũ
et murmurabant phariſei ⁊ ſcribe di
centes: quia hic peccatores recipit et
mat.19.b. manducat cum illis.[b] Et ait ad illos parabolam
iſtam dicens. Quis ex vobis homo qui habet
centum oues et ſi perdiderit vnam ex illis: non-
ne dimittit nonagintanouem in deſerto: ⁊ vadit
ad illam que perierat donec inueniat eã? Et cũ
inuenerit eã imponit in humeros ſuos gaudẽs
Et veniens domum cõuocat amicos et vicinos
dicens illis. Congratulamini mihi: quia inueni
B ouem meã que perierat. Dico vobis q̃ ita gau-
dium erit in celo ſuper vno peccatore penitentiã
agente: q̃ ſuper nonagintanouem iuſtis qui nõ
indigent penitentia.[c] Aut que mulier habens
drachmas decem ⁊ ſi perdiderit drachmã vnã:
nonne accendit lucernam ⁊ euertit domũ ⁊ que
rit diligenter donec inueniat eam? Et cum inue
nerit conuocat amicas ⁊ vicinas dicens. Con-
gratulamini mihi: quia inueni drachmam quam
perdideram.[b] Ita dico vobis gaudium erit co-
ram angelis dei ſuper vno peccatore penitentiã
agente. Ait autem.[c] Homo quidã habuit duos
C filios: ⁊ dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater
da mihi portionẽ ſubſtantie que me contingit.
Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt multos
dies congregatis omnibus adoleſcentior filius
peregre profectus eſt in regionem longinquã:
⁊ ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxu-
rioſe. Et poſtq̃ omnia cõſummaſſet facta eſt fa
mes valida in regione illa: ⁊ ipſe cepit egere. Et
abijt ⁊ adheſit vni ciuium regionis illius: et mi-
ſit illum in villam ſuam vt paſceret porcos. Et
cupiebat implere ventrem ſuũ de ſiliquis quas
als ✠ ipſe autẽ in ſe reuerſus. porci manducabãt: ⁊ nemo illi dabat.† Inſe au
D tem reuerſus dixit. Quanti mercenarij in domo
patris mei abundant panibus: ego autẽ hic fa
me pereo. Surgam et ibo ad patrem meum et
dicam ei. Pater peccaui in celum ⁊ corã te: iam
non ſum dignus vocari filius tuus. fac me ſicut
vnum de mercenarijs tuis. Et ſurgens venit ad
patrem ſuum. Cum autem adhuc longe eſſet: vi
dit illum pater ipſius. ⁊ miſericordia motus eſt. E
et accurrens cecidit ſuper collum eius: et oſcu-
latus eſt eũ. Dixitq̃ ei filius. Pater peccaui in
celum et coram te. Iam non ſum dignus vocari
filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos.
Cito proferte ſtolam primam ⁊ induite illum: ⁊ 23.q.7.c.quem-
date annulum in manu eius: ⁊ calciamenta in pe admodum.
des eius: ⁊ adducite vitulum ſaginatum et occi F
dite: ⁊ manducemus ⁊ epulemur: quia hic filius
meus mortuus erat: ⁊ reuixit: perierat: et inuen
tus eſt. Et ceperunt epulari. Erat autem filius
eius ſenior in agro. Et cum veniret ⁊ appropin-
quaret domui: audiuit ſymphoniam et chorum
Et vocauit vnum de ſeruis ⁊ interrogauit quid
hec eſſent. Iſq̃ dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occi
dit pater tuus vitulum ſaginatum: quia ſaluum
illum recepit. Indignatus eſt autem et nolebat
introire. Pater ergo illius egreſſus cepit roga
re illum. At ille reſpondens dixit patri ſuo. Ec- G
ce tot annis ſeruio tibi: et nunquam mandatum
tuum preteriui: et nunq̃ dediſti mihi hedum: vt
cum amicis meis epularer: Sed poſtq̃ hic fili⁹
tuus qui deuorauit ſubſtantiam ſuam: cum me-
retricibus venit: occidiſti illi vitulum ſaginatũ.
At ipſe dixit illi Fili: tu ſemper mecum es. et om
nia mea tua ſunt. Epulari autẽ ⁊ gaudere opor
tebat: quia frater tuus hic mortuus erat et re-
uixit: perierat ⁊ inuentus eſt.

Capituli Summarium De villico cui dictũ
eſt redde rationẽ vilicationis: qui fidelis eſt in
minimo: ⁊ in maiori fidelis eſt ⁊c. Nemo poteſt
duobus dñis ſeruire: auari phariſei deridebãt
eum. Ieſus dicit deus nouit corda: lex ⁊ pphe-
te vſq̃ ad ioannem: de apice legis vxorem non
dimittere: de diuite ⁊ lazaro.

Ca.XVI. A

De accu.c.quali-ter. Dicebat autem ⁊ ad diſcipulos ſuos
Homo quidã erat diues qui habe
bat villicum: ⁊ hic diffamat⁹ eſt apõ
illũ: quaſi diſſipaſſet bona illius. Et
vocauit illum ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te?
Redde rationem villicationis tue. Iam enĩ non
poteris villicare. Ait aũt villicus intra ſe. Quid
faciã: quia dominus meus aufert a me villicatio
nem? Fodere non valeo: mendicare erubeſco.
Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villi- B
catione recipiant me in domos ſuas. Conuoca-
tis itaq̃ ſingulis debitoribus domini ſui dice-
bat primo. Quantum debes domino meo? At
ille dixit. Centum cados olei. Dixitq̃ illi. Acci-
pe cautionem tuam: et ſede cito ſcribe quinqua
ginta. Deinde alio dixit. Tu vero quãtũ debes?
Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe
litteras tuas ⁊ ſcribe octaginta. Et laudauit do
minus villicum iniquitatis: q: prudẽter feciſſet:
quia filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in
generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico. Faci- C
te vobis amicos de mammona iniquitatis vt cũ 14.q.5.c.qui
defeceritis recipiant vos in eterna tabernacu- habetis.
la. Qui fidelis eſt in minimo et in maiori fidelis
eſt: ⁊ qui in modico iniqu⁹ eſt ⁊ in maiori iniqu⁹
eſt. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fui-
ſtis: quod verum eſt quis credet vobis? Et ſi in
alieno fideles nõ fuiſtis quod veſtrũ eſt quis da
bit vobis?[a] Nemo ſeruus poteſt duobus dñis
ſeruire. Aut enim vnum odiet et alterum diliget matt.6.c.

aut vni adherebit et alterum contemnet: Non
D potestis deo ſeruire ⁊ mammone.[b]Audiebāt au
[b]192 tem omnia hec phariſei qui erant auari: ⁊ deri
X debant illum.Et ait illis.Uos eſtis qui iuſtifica
tis vos coram hominibus.Deus autem nouit
corda veſtra:quia qd hominibus altum eſt:abo
[c]193 mat.1.b. minatio eſt ante deum.[c]Lex ⁊ prophete vſqꝫ ad
V Matt.5.b. ioannem:ex eo regnum dei euangelizatur: ⁊ om
[b]194 Matt.5.c.r. 19.a. nis in illud vim facit.[b]Facilius eſt autem celum
V E ⁊ terram preterire: q̄ de lege vnum apicem ca
[e]195 Mat.10.b dere.[e]Omnis qui dimittit vxorem ſuam: ⁊ alte
II ram ducit mechatur: ⁊ qui dimiſſam a viro ducit
[f]196 mechatur.[f]Homo quidam erat diues:qui in
X duebatur purpura: ⁊ byſſo et epulabatur quoti
die ſplendide.Et erat quidam mendicus nomi
ne lazarus:qui iacebat ad ianuam eius vlcerib⁹
plenus:cupiens ſaturari de micis que cadebāt
de menſa diuitis ⁊ nemo illi dabat.Sed ⁊ canes
F veniebant: ⁊ lingebant vlcera eius.Factum eſt
autem vt moreretur mendicus: ⁊ portaretur ab
angelis in ſinum abrae.Mortuus eſt autem et
diues: ⁊ ſepultus eſt in inferno.Eleuans autem
oculos ſuos cum eſſet in tormentis vidit abraā
a longe ⁊ lazarum in ſinu eius: ⁊ ipſe clamans di
xit.Pater abraam miſerere mei: ⁊ mitte lazarū
vt intingat extremum digiti ſui in aquam vt re
frigeret linguam meā:q: crucior in hac flamma
Et dixit illi abraam.Fili recordare quia rece
piſti bona in vita tua et lazarus ſimiliter mala.
Nunc autem hic conſolatur:tu vero cruciaris.
De pe.di.3.c. Et in his oib⁹ inter nos ⁊ vos chaos magnū fir
cauendum. matum eſt: vt hi qui volunt hic tranſire ad vos
G nō poſſint:neqꝫ inde huc trāſmeare.Et ait.Ro
go ergo te pater vt mittas eum in domum pa
tris mei.Habeo enim quinqꝫ fratres vt teſtetur
illis ne et ipſi veniant in hunc locum tormento
rum.Et ait illi abraam.Habent moyſen et pro
phetas: audiant eos. At ille dixit.Non pater
abraam:ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos pe
nitentiam agent.Ait autem illi.Si moyſen ⁊ p
phetas non audiunt:neqꝫ ſi quis ex mortuis re
ſurrexerit credent.

¶Capituli Summariū.De ſcādalo:correptio
fraterna:ſeptics in die dimittendum:ſi habueri
tis fidem ſicut granum ſynapis:dicite ſerui inu
tiles ſumus.De decem leproſis mundatis.Re
gnum dei intra vos eſt:ventura predicit de ſeip
ſo: ſicut factum eſt in diebus noe. De die iudi
cij ⁊c.

Capitulum.XVII.

A
[a]197 Mat.18.a. ET[a] ait ad diſcipulos ſuos.Impoſſibi
II mat.9.f. le eſt vt non veniant ſcandala.Ue aūt
illi per quē veniūt.Utilius eſt illi ſi la
pis molaris imponat circa collū ei⁹
⁊ proijciatur in mare:q̄ vt ſcandalizet vnum de
[b]198 puſillis iſtis.[b]Attendite vobis.Si peccauerit
V mat.18.b in te frater tuus increpa illum:et ſi penitentiam
[c]199 mat.18.c. B egerit dimitte illi.[c]Et ſi ſepties in die peccaue
V mat.17.c.r. rit in te et ſepties in die conuerſus fuerit ad te
[d]200 21.b. dicēs:penitet me:dimitte illi[d].Et dixerunt apo
V ſtoli domino.Adauge nobis fidem.Dixit autem
dominus.Si habueritis fidem ſicut granum ſy
napis diceretis huic arbori moro:eradicare et
tranſplantare in mare: ⁊ obediet vobis.[e]Quis
[e]201 autem veſtrum habens ſeruum arantē aut paſcē
X tem boues: qui regreſſo de agro dicat illi ſta
tim tranſi ⁊ recumbe: ⁊ non dicat para quod ce
nem et precinge te ⁊ miniſtra mihi donec man
ducem ⁊ bibam: ⁊ poſt hec tu manducabis ⁊ bi C
bes:Nunquid gratiam habet ſeruo illi:quia fe
cit que ei imperauerat:Non puto.Sic et vos
cum feceritis omnia que precepta ſunt vobis di
cite.Serui inutiles ſumus:quod debuimus fa
cere fecimus.Et factum eſt dum iret in hieruſa
lem tranſibat per mediam ſamariam et galileā.
Et cum ingrederetur quoddam caſtellum:oc
currerunt ei decem viri leproſi.Qui ſteterunt a
longe: et leuauerunt vocem dicentes.Ieſu pre
ceptor miſerere noſtri.Quos vt vidit dixit.Ite D
oſtendite vos ſacerdotibus.Et factum eſt dum
irent mundati ſunt. Unus autem ex illis vt vidit
quia mundatus eſt:regreſſus eſt cum magna vo
ce magnificans deum.Et cecidit in faciem ante
pedes eius:gratias agens.Et hic erat ſamari
tanus.Reſpondens autem ieſus dixit.Nonne
decem mundati ſunt:Et nouem vbi ſunt:Nō eſt
inuentus qui rediret ⁊ daret gloriā deo:niſi hic
alienigena.Et ait illi.Surge vade q: fides tua
te ſaluum fecit.[f]Interrogatus autē a phariſeis E
quando venit regnum dei reſpondens eis dixit
Non veniet regnum dei cum obſeruatione: ne
qꝫ dicent ecce hic aut ecce illic.Ecce enim re
gnū dei intra vos eſt.[g]Et ait ad diſcipulos ſuos
venient dies quando deſideretis videre vnum
diem filij hominis et non videbitis.[h]Et dicent mat.14.b.
vobis.Ecce hic ⁊ ecce illic.Nolite ire neqꝫ ſecte Mar.13.c.
mini.[i]Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub celo F
in ea que ſub celo ſunt fulget:ita erit filius homi
nis in die ſua.[k]Primum autem oportet illū mul
ta pati et reprobari a generatione hac.[l]Et ſicut
factum eſt in diebus noe:ita erit et in diebus fi
lij hominis.Edebant et bibebant et vxores du mat.24.c.
cebant:et dabātur ad nuptias vſqꝫ ad diem qua
intrauit noe in arcam: ⁊ venit diluuium ⁊ perdi
dit omnes.[m]Similiter ſicut factum eſt in dieb⁹
loth.Edebant et bibebant:emebant:et vende G
bant:plantabant et edificabant.Qua die autē
exijt loth a ſodomis:pluit ignē ⁊ ſulphur de ce
lo:et omnes perdidit.Secundum hec erit qua
die filius hominis reuelabitur.[n]In illa † hora al. †die.
qui fuerit in tecto et vaſa eius in domo ne deſcen
dat tollere illa.[o]Et qui in agro ſimiliter non re
deat retro.Memores eſtote vxoris loth.[p]Qui Gene.19.
cunqꝫ queſierit animam ſuam ſaluam facere per Mat.10.d.
det illam.Et quicunqꝫ perdiderit illam viuifica mat.8.d.
bit eam.[q]Dico vobis in illa nocte erunt duo in
lecto vno:vnus aſſumetur et alter relinquetur. mat.24.c.
Due erunt molentes in vnum: vna aſſumetur et
altera relinquetur:duo in agro vnus aſſumetur.
et alter relinquetur. Reſpondentes dicunt illi. mat.24.c.
Ubi domine:Qui dixit illis.Ubicunqꝫ fuerit cor
pus:illud congregabuntur et aquile.
¶Capituli Summariū.Oportet ſemper ora
re de iudice deum non timente: et de vidua de
oratione phariſei:et publicani:qui ſe exaltat hu
miliabitur.Dicit ſinite venire paruulos ad me:
nemo bonus niſi ſolus deus.Dicit quecunqꝫ ha
bes vende et da pauperibus:quam difficile qui
pecunias habent in regnum dei intrabunt: re
muneratio illorū q̄ dimittūt ſua propter deū
predicit paſſionem ſuam ⁊ mortem et ipſi non in
tellexerunt:cecum illuminat.

Capitulum.XVIII.

A 4 X Dicebat[a] autẽ ⁊ parabolam ad il
los q̃m oportet ſemper orare et
nõ deficere: dicẽs. Judex quidã
erat in quadã ciuitate: qui deum
nõ timebat et hominẽ non reue-
rebatur. Uidua aũt quedã erat
in ciuitate illa ⁊ veniebat ad eum
Eccle.35.c. 2.thimo.5.d. dicẽs. Uindica me de aduerſario meo. Et nole-
bat per multũ tẽpus. Poſt hec aũt dixit intra ſe
Et ſi deũ nõ timeo nec hominẽ reuereor: tñ quia
moleſta eſt mihi hec vidua vindicabo illã: ne in
nouiſſimo veniẽs ſuggillet me. Ait aũt dñs. Au-
B dite q̃d iudex iniq̃tatis dicit. Deꝰ aũt nõ faciet
vindictã electorũ ſuorũ clamãtiũ ad ſe die ac no-
cte ⁊ patiẽtiã habebit in illis? Dico aũt vobis
q: cito faciet vindictã illorũ. Uerũtamẽ filiꝰ ho-
minis veniens putas inueniet fidẽ in terra? Di-
xit aũt ⁊ ad quoſdã qui in ſe cõfidebãt tanq̃ iu-
ſti: ⁊ aſpernabant ceteros parabolã iſtã dicẽs.
Duo homines aſcenderunt in tẽplũ vt orarent:
vnus phariſeus et alter publicanus. Phariſeꝰ
ſtans hec apud ſe orabat. Deus gratias ago ti-
bi: q: nõ ſum ſicut ceteri hominũ: raptores: iniu-
ſti: adulteri: velut etiam hic publicanus. Jeiuno
C bis in ſabbato: decimas do omnium q̃ poſſideo.
de pe.diſt.1.c.q̃s aliquando. Et publicanꝰ a longe ſtans nolebat nec oculos
ad celum leuare: ſed percutiebat pectus ſuũ di-
cens. Deꝰ propitius eſto mihi peccatori. Amen
dico vobis. deſcendit hic iuſtificatus in domum
aſs+ſquos. ſuã ab illo: [b] quia omnis qui ſe exaltat humilia-
mat.23.b bitur ⁊ qui ſe humiliat exaltabit. [c] Afferebãt au
mat.19.b mar.10.b tem ad illum et infantes vt eos tangeret. † Quõ
cum viderent diſcipuli: increpabãt illos. Jeſus
D autem conuocans illos dixit. Sinite pueros ve
mat.19.b. nire ad me: ⁊ nolite vetare vos. Talium eſt enim
mar.10.c regnum dei. [b] Amen dico vobis: quicunq̃ non ac
Epo.20.b. mat.19.c ceperit regnum dei ſicut puer: non intrabit in il
mat.10.c lud. [c] Et interrogauit eum quidam princeps di-
mat.19.c mar.10.c cens. Magiſter bone quid faciens vitam eter-
nam poſſidebo? Dixit autem ei ieſus. Quid me
dicis bonũ? Nemo bonus niſi ſolꝰ deus. Mã-
data noſti. Non occides: nõ mechaberis: nõ fur
tum facies: non falſum teſtimonium dices: hono
24.q.1.c.1 ra patrem tuum et matrem. Qui ait. Hec omnia
cuſtodiui a iuuentute mea. [f] Quo audito Jeſus
ait ei. Adhuc vnum tibi deeſt. Omnia quecunq̃
habes vende et da pauperibus et habebis the
E ſaurum in celo: et veni ſequere me. [g] His ille au-
mat.19.c. mar.10.c ditis contriſtatus eſt: quia diues erat valde. Ui
dens autem Jeſus illũ triſtem factũ dixit. Quã
difficile qui pecunias habent in regnum dei in-
trabunt. Facilius eſt enim camelum per foramẽ
mat.19.d. acus tranſire: q̃ diuitem intrare in regnum dei.
Mar.10.d Et dixerunt qui audiebant. Et quis poteſt ſal-
uus fieri? Ait illis. Que impoſſibilia ſunt apõ ho-
mines: poſſibilia ſunt apud deum. Ait autem pe
trus. Ecce nos dimiſimus omnia et ſecuti ſumꝰ
Mat.9.d te. [h] Qui dixit eis. Amẽ dico vobis: nemo eſt qui
Mar.10.d reliquit domum aut parentes: aut fratres: aut
II vxorem: aut filios propter regnum dei: et non re
cipiat multo plura in hoc tẽpore: et in ſeculo fu-
2 turo vitam eternam. [i] Aſſumpſit autẽ ieſus duo-
II decim et ait illis. Ecce aſcẽdimus hieroſolymã:
25.q.1.c.1. et conſummabuntur omnia que ſcripta ſunt per
Mar.10.e F prophetas de filio hominis. Tradetur enim gẽ
tibus: et illudetur: et flagellabitur et cõſpuetur
Et poſtquam flagellauerint occident eum et die

tertia reſurget. [k] Et ipſi nihil horum intellexe- [k]223
runt. Erat autem verbum iſtud abſconditũ ab X
eis: et non intelligebant que dicebantur. [l] Factũ [l]224
Supra.2.g eſt autem cum appropinquaret hierico cecꝰ qui II
mat.20.d dam ſedebat ſecus viam mendicans. Et cum au
mar.10.g diret turbam pretereuntem interrogabat quid
hoc eſſet. Dixerunt autem ei quidam quod Je-
ſus nazarenus tranſiret. Et clamauit dicẽs. Je-
G ſu fili dauid miſerere mei. Et qui preibant incre
mar.10.d pabant eum vt taceret. Ipſe vero multomagis
clamabat fili dauid miſerere mei. Stans autem
Jeſus iuſſit illum adduci ad ſe. Et cũ appropin-
quaſſet interrogauit illũ dicens. Quid tibi vis
de pe.di.1.c. vos faciam? At ille dixit. Domine vt videam. Et Je
laiſent. ſus dixit ei. Reſpice: fides tua te ſaluũ fecit. Et
confeſtim vidit: et ſequebatur illum magnificãs
deum. Et omnis plebs vt vidit dedit laudẽ deo

¶ Capituli Summarium. De zacheo decem
mnarum ſimilitudinem ponit: habenti dabitur
inimicos ſuos ante ſe iubet occidere: ſuper pul-
lum aſine ſedet: turbe deſcendentium ceperunt
deum laudare dicentes. Benedictus qui venit
rex: dixit Jeſus ſi hi tacuerint lapides clama-
bunt: fleuit Jeſus ſuper hieruſalem: et predixit
deſtructionem eius. Ejicit vendentes ⁊ emẽtes
de templo: principes ſacerdotum et ſcribe que-
rebant perdere ieſum.

Capitulum.XIX.

Et[a] ingreſſus perãbulabat hie [a]225 X
A rico. Et ecce vir noie zacheus
⁊ hic princeps erat publicano-
rũ: ⁊ ipſe diues. Et q̃rebat vi-
dere ieſum quis eſſet: ⁊ nõ po-
terat p̃ turba q: ſtatura puſillꝰ
erat. Et p̃currẽs aſcẽdit in arborẽ ſycomorũ vt
videret eũ: q: inde erat trãſiturꝰ. Et cũ veniſſet
ad locũ ſuſpiciẽs ieſus vidit illũ: et dixit ad eum
Zachee feſtinãs deſcẽde: q: hodie in domo tua
oportet me manere. Et feſtinãs deſcẽdit: ⁊ exce-
pit illum gaudens. Et cum viderent omnes mur
B murabant dicentes: quod ad hominẽ peccato-
aſs+dominum. rem diuertiſſet. Stans autẽ zacheus dixit ad †
ieſum. Ecce dimidiũ bonorum meorum domine
Joan.15.c do pauperibus: et ſi quid aliquem defraudaui:
reddo quadruplum. Ait ieſus ad eum. Quia ho
die ſalus domui huic facta eſt: eo quod ⁊ ipſe fi- [b]226
lius ſit abrae. [b] Uenit enim filius hominis quere V
re ⁊ ſaluum facere quod perierat. [c] Hec illis au- [c]227
dientibus adijciens dixit parabolam: eo quod X
mat.25.a eſſet prope hieruſalẽ: et quia exiſtimarent quod [d]228
mar.13.d confeſtim regnum dei manifeſtaretur. Dixit er- II
go. [d] Homo quidam nobilis abijt in regionem [e]229
lõginquam accipere ſibi regnũ et reuerti. [f] Uo V
catis decem ſeruis ſuis dedit eis decem mnas:
E et ait ad illos: negotiamini dũ venio. Ciues au-
tem eius oderant eum: ⁊ miſerũt legationẽ poſt
illum dicentes. Nolumus hũc regnare ſup nos
Et factum eſt vt rediret accepto regno: et iuſſit
mat.25.b vocari ſeruos quibus dedit pecuniam: vt ſciret
quantum quiſq̃ negotiatus eſſet. Uenit autem
primus dicens. Domine mna tua decem mnas
acquiſiuit: ⁊ ait illi. Euge ſerue bone: quia in mo
dico fuiſti fidelis: eris poteſtatem habens ſu-
pra decem ciuitates. Et alter venit dicens. Do
mine mna tua fecit q̃nq̃ mnas. Et huic ait. Et tu
eſto ſuper quinq̃ ciuitates. Et alter venit dicẽs

Domine ecce mna tua quam habui repoſitã in
ſudario. Timui enim te quia homo auſterus es:
tollis quod non poſuiſti et metis quod non ſe-
D minaſti. Dixit ei. De ore tuo te iudico ſerue ne-
quam. Sciebas quod ego homo auſterus ſum
tollens quod non poſui et metens quod non ſe-
minaui. Et quare non dediſti pecuniam meam
ad menſam: et ego veniens cum vſuris vtiq̃ exe-
giſſem illam? Et aſtantibus dixit. Auferte ab il-
[f]230 lo mnam: et date illi qui decem mnas habet. Et
II mat.13.b dixerunt ei. Domine habet decẽ mnas. [f]Dico
mar.4.c autem vobis: quia omni habenti dabitur ⁊ abũ
Supra.8.c. dabit: ab eo autem qui non habet et quod ha-
bet auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos
illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe: adduci
[g]231 te huc et interficite ante me. [g]Et his dictis pre-
V cedebat aſcendens hieroſolymam. [h]Et factum
[h]232 eſt cum appropinquaſſet ad bethphage et be-
II E thaniam ad montem qui vocatur oliueti: miſit
mat.12.a duos diſcipulos ſuos dicens. Ite in caſtellum
mar.11.a quod contra vos eſt. In quod introeuntes in-
mat.12.a uenietis pullum aſine alligatum: cui nemo vnq̃
mar.11.c hominum ſedit. Soluite illum et adducite. Et ſi
quis vos interrogauerit: quare ſoluitis? ſic di-
[i]223 cetis ei: quia dominus operam eius deſiderat. [i]
II Abierunt autem qui miſſi erant et inuenerunt ſi
cut dixit illis ſtantem pullum. Soluentibus au-
F tem illis pullum: dixerunt domini eius ad illos.
Quid ſoluitis pullum? At illi dixerunt. Quia do
minus eum neceſſarium habet. Et duxerunt eũ
ad ieſum. Et iactantes veſtimenta ſua ſupra pul
[k]234 alſ. ✝ illum. lum † impoſuerunt ieſum. Euntem autem illo ſub-
I mat.21.a ſternebant veſtimenta ſua in via. [k]Et cũ appro-
Mar.11.a pinquaret iam ad deſcenſum montis oliueti ce-
Joan.12.b. perunt omnes turbe deſcendentium gaudentes
laudare deum voce magna ſuper omnib⁹ quas
viderant virtutibus dicentes. Benedictus qui
venit rex in nomine domini: pax in celo et gloria
[l]235 in excelſis. [l]Et quidam phariſeorum de turbis
V De hac deſtru- dixerũt ad illum. Magiſter increpa diſcipulos
ctõe hierl'm vide tuos. Quibus ipſe ait. Dico vobis: quia ſi hi ta
pleniſſime p io- cuerint lapides clamabunt. [m]Et vt appropin-
[m]236 ſeph. de bello iu quauit: videns ciuitatem fleuit ſuper illam dicẽs
X daico ⁊ p egeſip Quia ſi cognouiſſes et tu. Et quidem in hac die
pum veriſſimos tua que ad pacem tibi: nunc autem abſcondita
hyſtoriogra- ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: et
phos. circundabunt te inimici tui vallo: et circunda-
G bunt te: et coanguſtabunt te vndique: et ad ter-
mar.24.a ram proſternent te: et filios tuos qui in te
mar.13.a ſunt. [n]Et non relinquent in te lapidem ſuper la-
mat.21.a pidem: eo quod non cognoueris tempus viſita
[n]237 Jo.2.c tionis tue. [o]Et ingreſſus in templum cepit eijce
II Eſa.56.c. re vendentes et ementes: dicens illis. Scriptũ
[o]238 Hiere.7.b. eſt quia domus mea domus orationis eſt: vos
I mat.21.b autem feciſtis illam ſpeluncam latronũ. [p]Et erat
mar.11.c docens quotidie in templo. Principes autẽ ſa-
[p]239 Jo.7.d.⁊.6.c cerdotum et ſcribe: et principes plebis quere-
I bant illum perdere: et non inueniebant quid fa
cerẽt illi. Omnis enim populus ſuſpenſus erat
audiens illum.
¶ C. S. Interrogatus ieſus in qua poteſtate
hec facis: reſpondit baptiſmum Joannis de ce
lo erat an ex hoibus: de colonis vinee qui occi-
derunt ſeruos lapidem quem reprobauerunt ⁊c.
Reddite que ſunt ceſaris ⁊c. de muliere que ſe-
ptem fratres habuit: deus non eſt mortuorum:
ſed viuorum ⁊c. Quod chriſtus ſit filius dauid:
attendite a ſcribis qui voluñt ambulare in ſtolis
qui deuorant domos viduarum.

Capitulum. XX.

Et [a]factum eſt in vna dierum do- A
cente illo populum in templo et
euangelizante conuenerũt prin
cipes ſacerdotum ⁊ ſcribe cum
ſenioribus et aiunt dicentes ad Mat.21.c
illum. Dic nobis in qua poteſta Mar.11.d
te hec facis? aut quis eſt qui dedit tibi hanc po
teſtatem? Reſpondens autem ieſus dixit ad il-
los. Interrogabo vos ⁊ ego vnum verbum. Re
ſpondete mihi. Baptiſmum Joannis de celo
erat: an ex hominibus? At illi cogitabant intra
ſe dicentes: q2 ſi dixerimus de celo: dicet. Qua-
re ergo non credidiſtis illi? Si autem dixerim⁹
ex hoibus plebs vniuerſa lapidabit nos. Cer-
ti ſunt enim Joannem prophetam eſſe. [b]Et re- B
ſponderunt ſe neſcire vnde eſſet. Et Jeſus ait il Mat.21.b
lis. Neq̃ ego dico vobis in qua poteſtate hec fa Mar.12.a
cio. Cepit autem dicere ad plebem parabolam
hanc. Homo quidam plantauit vineam ⁊ loca-
uit eam colonis: ⁊ ipſe peregre fuit multis tem-
poribus. Et in tẽpore illo miſit ad cultores ſer-
uum: vt de fructu vinee darẽt illi. Qui ceſum di-
miſerunt eum inanem. Et addidit alterum ſer-
uum mittere. Illi autem hunc quoq̃ cedentes ⁊
afficientes contumelia dimiſerũt inanem. Et ad
didit tertium mittere: qui et illum vulnerantes
eiecerunt. Dixit autem dominus vinee. Quid fa
ciam? Mittam filium meum dilectum: forſitan E
cum hunc viderint verebuntur. Quem cum vi-
diſſent coloni cogitauerũt intra ſe dicẽtes. Hic
eſt heres. Occidamus illum: vt noſtra fiat here Ps.117.
ditas. Et eiectum illum extra vineam occiderũt. Mat.21.d.
Quid ergo faciet illis dominus vinee? Veniet Mar.12.a.
⁊ perdet colonos iſtos: ⁊ dabit vineã alijs. Quo act.4.b.
audito dixerunt illi. Abſit. Ille autem aſpiciens
eos ait. Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt: la
pidem quem reprobauerunt edificantes hic fa-
ctus eſt in caput anguli? Omnis qui ceciderit
ſupra illum lapidem conquaſſabitur: ſupra quem
autem ceciderit comminuet illum. [c]Et querebãt
principes ſacerdotum et ſcribe mittere in illum
manus illa hora: et timuerunt populum. Cogno D
uerunt enim quod ad ipſos dixerit ſimilitudi- alſ. ✝ iſtam.
nem † hanc. [d]Et obſeruantes miſerunt inſidia- Mat.22.b
tores qui ſe iuſtos ſimularent: vt caperent eum Mar.22.a
in ſermone: ⁊ traderent illum principatui ⁊ po- mat.22.b.
teſtati preſidis. Et interrogauerunt eum dicẽ- mar.12.a
tes. Magiſter ſcimus quia recte dicis ⁊ doces
⁊ non accipis perſonam ſed viam dei in verita-
te doces. Licet nobis tributum dare ceſari: an
non? Conſiderans autem dolum illorum: dixit
ad eos. Quid me tentatis? Oſtendite mihi de-
narium. Cuius habet imaginem ⁊ inſcriptionẽ?
Reſpõdentes dixerunt ei. Ceſaris. Et ait illis. De cleri. coniu.
Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari: et q̃ ſunt c. et parte.
dei deo. [e]Et nõ potuerunt verbum eius reprehẽ mat.22.c
dere coram plebe. Et mirati in reſponſo eius ta E
cuerũt. Acceſſerunt autẽ quidam ſaduceorũ qui mat.22.c
negant eſſe reſurrectionem et interrogauerunt mar.12.b
eum dicentes. Magiſter. Moyſes ſcripſit no-
bis ſi frater alicui⁹ mortuus fuerit habẽs vxo-
rem. et hic ſine † liberis fuerit vt accipiat eam alſ. ✝ filijs.
frater eius vxorem et ſuſcitet ſemen fratri ſuo.
Septẽ ergo fratres erãt: ⁊ prim⁹ accepit vxorẽ
et mortuus

et mortuus eſt ſine filijs. Et ſequēs accepit illaȝ
et ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertius accepit
illam ſimiliter: ⁊ omnes ſeptem et non relique-
runt ſemen ⁊ mortui ſunt. Nouiſſime omniū mor-
tua eſt mulier. In reſurrectione ergo cuius co-
rum erit vxor? Siquidē ſeptem habuerunt eaȝ F
vxorē. Et ait illis ieſus. Filij huius ſeculi nubūt
et traduntur ad nuptias: illi vero qui digni ha-
bebuntur ſeculo illo ⁊ reſurrectione ex mortuis
neqꝫ nubent: neqꝫ ducent vxores: neqꝫ enī vltra
mat.22.c. mori poterunt. Equales enī angelis ſunt et filij
Exo.3.b. ſunt dei: cum ſint filij reſurrectionis. Quia vero
mar.12.c reſurgent mortui ⁊ Moyſes oſtendit ſecus ru-
mat.22.d. bum ſicut dicit dominū deū abraam et deū iſaac
mar.12.d ⁊ deum iacob. Deus aūt non eſt mortuorum ſed
viuorum. Omnes enī viuunt ei. Reſpondentes
autem ei quidam ſcribarum dixerunt ei. Magi
ſter bene dixiſti. Et amplius non audebat eum
quicꝙ interrogare. Dixit auteȝ ad illos. Quo G
ps 109. modo dicunt xp̄m filium eſſe dauid: ⁊ ipſe dauid
Mat.22.d. dicit in libro pſalmorum. Dixit dominus domi-
mar.12.d no meo: ſede a dextris meis: donec ponaȝ inimi
Mar.12.d. cos tuos ſcabellum pedum tuorum? Dauid er-
go dominū illum vocat: ⁊ quomodo filius eius
eſt? Audiente aūt omni populo dixit diſcipulis
ſuis. Attendite a ſcribis qui volunt ambulare in
ſtolis et amant ſalutationes in foro: ⁊ primas ca
thedras in ſynagogis ⁊ primos diſcubit⁹ in cō-
uiuijs. Qui deuorant domos viduarum ſimulā
tes longam orationem. Hic accipiēt damnatio-
nem maiorem.

C. E. S. Dicit hec vidua pauper plus ⁊c. De
templo dicit: non relinquetur lapis ⁊c. quando
hec erunt et quod ſignum cum fieri incipiēt: ſur-
get gens contra gentem: terremotus erunt: in-
iiciēt vobis manus: ponite in cordibus veſtris
de capillo et patientia: de hieruſalem tūc qui in
iudea ſunt fugient de pregnantibus de preſſura
hieruſalem calcabitur a gentibus. erūt ſigna in
ſole et in luna. Virtutes celorum mouebuntur: ⁊
tunc videbunt filium hominis venientem: videte
ficulneam: celum et terra tranſibunt: docet caue
re a crapula et ebrietate: vigilate ⁊c.

A

Capitulum XXI.

24.q.1.c.odi.
Mar.12.d

Eſpiciens aūt vidit eos q̄ mit-
tebant munera ſua in gazophila
tium diuites. Vidit autē ⁊ quā-
dam viduam pauperculā mittē-
tem era minuta duo et dixit. Ve
Mat.24.a. mar. .a re dico vobis q: vidua hec pau-
B per pluſꝙ omnes miſit. Nam omnes hi ex abū-
mat.24.a danti ſibi miſerunt in munera dei: hec autem ex
mar.13.a eo quod deeſt illi omnem victum ſuum: queȝ ha
buit miſit. Et quibuſdam dicētibus de templo
quod bonis lapidibus et donis ornatuȝ eſſet di
als ✝ in quibꝰ vos putatis in ipſis. creditis. Scrutamini ſcripturas ✝ quia vos pu
tatis in ipſis vitam eternam habere. Et ille ſunt
H que teſtimonium perhibent de me: ꝛ non vultis
venire ad me vt vitam habeatis. Claritatem ab
hominibus non accipio: ſed cognoui vos quia
dilectionem dei non habetis in vobis. Ego ve-
ni in nomine patris mei: et nō accepiſtis me. Si
alius venerit in noīe ſuo illum accipietis. Quo
modo vos poteſtis credere qui gloriam ab inui
cem accipitis: et gloriam que a ſolo deo eſt non
queritis? Nolite putare: quia ego accuſaturus
ſim vos apud patrem. Eſt qui accuſat vos moy
ſes: in quo vos ſperatis. Si em̄ crederetis moy
ſi: crederetis forſitā ꝛ mihi. De me enim ille ſcri
pſit. Si autē illius litteris non creditis: quomo
do verbis meis credetis?

¶ Capitu. Summa. De quinqꝫ panibus ꝛ duo
bus piſcibus: et qꝫ eum regem facere voluerūt:
ieſus ſupra mare ambulat. Operamini non ci-
bum qui perit de manna ꝛ pane celeſti loquitur:
ego ſum panis qui de celo deſcendi recedenti-
bus ab eo diſcipulis vnum ex duodecim diabo-
A 46 lum dicit. Capi. VI.
I Oſt[a] hec abijt ieſus trās mare
47 galilee quod eſt tyberiadis. Et
I ſequebatur eum multitudo ma
48 gna: q2 videbāt ſigna que facie
I bat ſuper his qui infirmabātur
als ✝ abijt. 49 [b] ✝ Subijt ergo in mōtez ieſus
mat.14.b. I et ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. [c] Erat autem
Luc.9.b. proximum paſcha dies feſtus iudeorum. [d] Cum
mat.14.b ſubleuaſſet ergo oculos ieſus et vidiſſet q2 mul-
Mar.6.c. titudo magna venit ad eum dixit ad philippū.
Lu.9.b. Unde ememus panes vt manducēt hi? Hoc au
tem dicebat tentās eū. Ipſe enim ſciebat quid
eſſet facturus. Reſpondit ei philippus. Ducen
torum denariorum panes non ſufficiunt eis: vt
vnuſquiſqꝫ modicū quid accipiat. Dixit ei vnus
ex diſcipulis eius andreas frater ſymonis petri
mar.14.b. Eſt puer vnus hic: q̄ habet quinqꝫ panes ordea
mar.6.c. ceos ꝛ duos piſces. Sed hec quid ſunt inter tā
Luc.9.b. B tos? Dixit ergo ieſus. Facite homines diſcum-
mat.14.b bere. Erat autem fenum multum in loco. Diſcu
mar.6.c. buerūt ergo viri numero quaſi quinqꝫ milia. Ac
luc.9.b. dif.36.c. qui iec ecclesiaſticus. cepit ergo ieſus panes: ꝛ cum gratias egiſſet di
ſtribuit diſcumbentibus. Similiter et ex piſci-
bus quantum volebant. Ut autem impleti ſunt
dixit diſcipulis ſuis. Colligite que ſuperauerūt
fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo et im-
pleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex
quinqꝫ panibus ordeaceis ꝛ duobus piſcibus q̄
ſuperfuerunt his qui manducauerūt. [e] Illi ergo
X homines cū vidiſſent quod ieſus fecerat ſignū
dicebant. Q2 hic eſt vere propheta qui vēturus
mat.14.e eſt in mundum. Ieſus ergo cum cognouiſſet: q2
mar.6.f. venturi eſſent vt raperent eum: et facerent eum
Luc.9.b. regem: fugit iterum in mōtem ipſe ſolus. [f] At au
mat.14.c III tem ſero factum eſt deſcenderunt diſcipuli eius
Mar.6.g. E ad mare. Et cū aſcendiſſent nauim venerūt trās
mare in capharnaū. Et tenebre iam facte erāt
et non venerat ad eos ieſus. Mare autem ven-
to magno flāte exurgebat: cū remigaſſent ergo
quaſi ſtadia viginti quinqꝫ aut triginta vident ie
ſum ambulantem ſupra mare et proximum naui
fieri: ꝛ timuerunt. Ille autem dixit eis. Ego ſum
nolite timere. Uoluerunt ergo accipere eum in

nauim: ꝛ ſtatim nauis fuit ad terraz quā ibant.
[g] Altera die turba que ſtabat trans mare: vidit g52
quia nauicula alia non erat ibi niſi vna: ꝛ quia nō X
introiſſet cum diſcipulis ſuis ieſus in nauim: ſed
ſoli diſcipuli eius abijſſent. Alie vero ſuperuene
runt naues a tyberiade iuxta locum vbi mandu
cauerant panem gratias agentes deo. Cū ergo
vidiſſet turba: quia ieſus non eſſet ibi neqꝫ diſci-
puli eius aſcenderunt in nauiculas et venerunt
capharnaum querentes ieſum. Et cum inueniſ
ſent eum trans mare: dixerunt ei. Rabbi quan-
do huc veniſti? Reſpondit eis ieſus et dixit.
Amen amen dico vobis queritis me: non quia
vidiſtis ſigna ſed quia manducaſtis ex panibus
et ſaturati eſtis. Operamini non cibum qui pe-
rit ſed qui permanet in vitam eternam: quem fi-
lius hominis dabit vobis. Hunc enim pater ſi-
gnauit deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid fa-
ciemus vt operemur opera dei? Reſpondit ie- D
ſus et dixit eis. Hoc eſt opus dei vt credatis in mat.16.a.
eum quem miſit ille. Dixerunt ergo ei. [h] Quod mar.8.b. h53
ergo tu facis ſignum vt videamus et credamus ps.77. Sapien.16.c. IIII
tibi? Quid operaris? [i] Patres noſtri mandu- i54
cauerunt manna in deſerto ſicut ſcriptū eſt. Pa X
nem de celo dedit eis manducare. Dixit ergo
eis ieſus. Amen amen dico vobis: non moyſes
dedit vobis panem de celo: ſed pater meus dat
vobis panem de celo verum. Panis enim ve- mat.26.d
rus eſt qui de celo deſcendit: et dat vitam mun- mar.14.d
do. Dixerunt ergo ad eum. Domine ſemper da luc.22.b.
nobis panem hunc. Dixit autez eis ieſus. [k] Ego Infra.13.a. k55
ſum panis vite. Qui venit ad me non eſuriet: et I
qui credit in me non ſitiet in eternum. Sed dixi mat.26.d. mar.14.d l56
vobis: quia et vidiſtis me et non crediſtis. Lu.22.c. ſupra.5.c. X
[l] Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et m57
eum qui venit ad me non eijciam foras. [m] Quia I
deſcendi de celo non vt faciam voluntatē meā: n58
ſed voluntatē eius qui miſit me. [n] Hec eſt ✝ enim X
volūtas eius qui miſit me patris: vt omne quod als ✝ autem.
dedit mihi nō perdam ex eo ſed reſuſcitem illud
in nouiſſimo die: hec eſt autem voluntas patris
mei qui miſit me: vt omnis qui videt filium ꝛ cre
dit in eum habeat vitam eternam: ꝛ ego reſuſci-
tabo eū in nouiſſimo die. [o] Murmurabant ergo E o59
iudei de illo: quia dixiſſet ego ſum panis viuus I
qui de celo deſcendi. Et dicebant. Nonne hic
eſt filius ioſeph: cuius nos nouimus patrem et
matrem? Quomodo ergo dixit hic: quia de ce- mat.13.d
lo deſcendi? [p] Reſpondit ergo ieſus ꝛ dixit eis. mar.6.a.
Nolite murmurare in inuicem. Nemo poteſt ve Lu.4.d. p60
nire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum: Infra.7.b. X
et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcri mat.11.d
ptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles lu.10.d
dei. Omnis qui audiuit a patre et didicit: venit De pe.di.4.c. benedictus.
ad me. [q] Non quia patrē vidit quiſq̄: niſi is qui De conſe.di.2. c.reuera.
eſt a deo: hic vidit patrem. [r] Amen amen dico ſupra.eodem. q61
vobis: qui credit in me habet vitam eternam. F III
[s] Ego ſum panis vite. [t] Patres veſtri manduca r62
uerunt manna in deſerto: et mortui ſunt. Hic eſt X
panis de celo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo mā- s63
ducauerit non moriatur. [v] Ego ſum panis viuus I
qui de celo deſcendi. Si quis manducauerit ex t64
hoc pane viuet in eternum. Et panis quem ego X
dabo caro mea eſt pro mundi vita. [x] Litigabant v65
ergo iudei ad inuicē dicētes Quomodo poteſt I
hic nobis carnē ſuam dare ad manducandū. Di x66
xit ergo eis ieſus. Amē amē dico vobis niſi man X

1.Corin.11.g. ducaueritis carnē filij hominis ⁊ biberitis eius
De conſe. di.2.c ſanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui
q: corpus ⁊.c.in manducat meā carnem ⁊ bibit meum ſanguineʒ
quib⁹ ⁊ c.duplr habet vitam eternam: et ego reſuſcitabo eū in
⁊.c.vtrum ⁊.c.in chriſto. Supra eodem. nouiſſimo die.ᶠCaro enim mea vere eſt cibus et
ᶠ67 ſanguis me⁹ vere eſt potus.ᵍQui māducat meā
I De conſe.di.2.c carnem ⁊ bibit meum ſanguinem in me manet ⁊
ᵍ68 in xpo.⁊ c.inuiſ ego in illo. Sicut miſit me viuēs pater: ⁊ ego vi
V tat.⁊.c.qui man uo propter patrem: ⁊ qui manducat me ⁊ ipſe vi
ducat. uet propter me. Hic eſt panis qui de celo deſcē
G dit. Non ſicut manducauerūt patres veſtri man
24.q.1.c.audi na ⁊ mortui ſunt. Qui manducat hunc paneʒ: vi
uimus. uet in eternum. Hec dicit in ſynagoga docēs in
capharnaū. Multi ergo audientes ex diſcipu
lis eius dixerunt. Durus eſt hic ſermo. Et quis
poteſt eum audire? Sciens auteʒ ieſus apud ſe
metipſum: q: murmurarēt de hoc diſcipuli ei⁹:
ᵃ69 mat.26.f dixit eis. Hoc vos ſcādalizat.ᵃSi ergo videri
I mar.14.g tis filium hominis aſcendentem vbi erat prius.
ᵇ70 Lu.22.g. mat.26.d ᵇSpiritus eſt q̄ viuificat caro nō ꝓdeſt quicq̄.
IIII Verbaᶜ que ego locutus ſum vobis ſpiritus et
ᶜ71 vita ſunt. Sed ſunt quidam ex vobis qui nō cre
X dunt. Sciebat eniʒ ab initio ieſus qui eſſent cre
ᵈ72 dētes: ⁊ quis traditurus eſſet eum.ᵈEt dicebat.
IIII mar.14.d Propterea dixi vobis: quia nemo poteſt veni
ᵉ73 mar.16.e re ad me niſi fuerit ei datū a patre meo.ᵉEx hoc
X 23.q.4.c.diſpli multi diſcipulorū eius abierunt retro: ⁊ iam non
cet. cum illo ambulabāt. Dixit ergo ieſus ad duode
ᶠ74 cim. Nunquid et vos vultis abire?ᶠRespondit
I ergo ei ſymon petrus. Domine ad quē ibimus?
ᵍ75 Verba vite eterne habes.ᵍEt nos credimus et
X cognouimus q: tu es chriſtus filius dei. Reſpō
dit eis ieſus. Nonne ego vos duodecim elegi: ⁊
ex vobis vnus diabolus eſt. Dicebat autē de iu
da ſymonis ſcariothis. Hic enim erat traditu
rus eum cum eſſet vnus ex duodecim.

¶ Ca.S. Jeſus in ſcenophegia aſcēdit ad dieʒ feſtū dicitur ieſu demoniū habes: de turba mul ti credebant in eum: clamat ieſus: ſi quis ſitit ve niat ad me et bibat: cum miniſtris et nicodemo principes contendunt. Ca.VII.

A Poſt hec auteʒ ambulabat ieſus in galileam. Non enim volebat in iudeaʒ ambulare: quia quere bant eum iudei interficere. Erat autem in proximo dies feſtus iu deorum ſcenophegia. Dixerunt autem ad eū fratres eius. Tranſi hinc ⁊ vade in iudeam: vt ⁊ diſcipuli tui videant opera tua que
aliꝰ ✝ tu. ✝ facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: et querit ipſe in palam eſſe. Si hec facis: manife ſta teipſum mundo. Neq̄ enim fratres eius cre debant in eum. Dixit ergo eis ieſus. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratuʒ. Non poteſt mundus odiſſe vos. Me auteʒ odit quia ego teſtimoniū perhi beo de illo: q: opera eius mala ſunt. Vos aſcen dite ad diem feſtum hunc. Ego enim non aſcen
B dam ad diem feſtum illum: q: meum tempus nō
Supra.6.c. dum impletum eſt. Hec cum dixiſſet ipſe manſit in galilea. Vt autē aſcenderunt fratres eius tūc ⁊ ipſe aſcendit ad diem feſtum non manifeſte ſed quaſi in occulto. Judei ergo querebant eum in die feſto: et dicebant. Vbi eſt ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dice bant: quia bonus eſt: alij autem dicebant non. Sed ſeducit turbas. Nemo tamen palaʒ loque batur de illo propter metum iudeorum. Jam au tem die feſto mediante aſcendit ieſus in tēplum et docebat: et mirabantur iudei dicentes. Quo modo hic litteras ſcit: cū non didicerit? Reſpō dit eis ieſus: ⁊ dixit. Mea doctrina non eſt mea ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit volunta tem eius facere: cognoſcet de doctrina vtruʒ ex deo ſit: an ego a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquitur gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui miſit eum hic verax eſt: et iniuſtitia in illo non eſt. Nonne moyſes dedit vobis legē? Et nemo ex vobis facit legē. Quid me queritis interficere? Reſpondit turba ⁊ di
xit. Demoniuʒ habes. Quis te querit interfice C
re? Reſpondit ieſus et dixit eis. Vnum opus fe Infra 8.g.
ci: et omnes miramini. Propterea moyſes de dit vobis circunciſionem: non quia ex moyſe eſt ſed ex patribus. Et in ſabbato circunciditis ho minem. Si circunciſionem accipit homo in ſab bato vt non ſoluatur lex moyſi: mihi cur indigna mini: quia totum hominem ſanum feci in ſabba
to? Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtuʒ Deut 1.c
iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex D
hieroſolymis. Nonne hic eſt queʒ querūt inter ficere. Ecce palam loquitur: et nihil ei dicunt? Nunquid vere cognouerunt principes quia hic eſt chriſtus. Sed hunc ſcimus vnde ſit: chriſtus autem cum venerit nemo ſcit vnde ſit.ᵃClama
bat ergo ieſus in templo docens et dicens. Et mar.11.d.
me ſcitis et vnde ſim ſcitis. et a meipſo non veni lu.10.d.
ſed eſt verus qui miſit me quem vos neſcitis. Infra.8.d.⁊ in fra.8.g.
Ego ſcio eum: et ſi dixero quia neſcio eum: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum: quia ab ipſo ſum: et ipſe me miſit.ᵇQuerebāt ergo eum
apprehendere: et nemo miſit in illum manus: Mat.21.c. ᵇ77
quia nondum venerat hora eius.ᶜDe turba au mar.11.c.⁊.21.a. I
tem multi crediderunt in eum. Et dicebāt. Chri luce.19.g.20.a. ⁊.12.a. ᶜ78
ſtus cum venerit: nunquid plura ſigna faciet q̄ X
que hic facit? Audierunt phariſei turbam mur ᵈ79
murantem de illo hec.ᵈEt miſerunt principes ⁊ I
phariſei miniſtros vt apprehenderent eum.ᵉDi E ᵉ80
xit ergo eis ieſus. Adhuc modicum tempus vo Infra.13.d. I
biſcum ſum: et vado ad eum qui me miſit.ᶠQue ᶠ81
retis me et non inuenietis. et vbi ego ſum vos X
non poteſtis venire. Dixerunt ergo iudei ad ſe metipſos. Quo hic iturus eſt: quia non inuenie mus eum? Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt et docturus gentes? Quis eſt hic ſer
mo quem dicit: queretis me et non inuenietis: ⁊ F
vbi ego ſum vos non poteſtis venire? In nouiſſi Joel.4.c.
mo autem die magno feſtiuitatis ſtabat ieſus et clamabat dicens. Si quis ſitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc au tem dixit de ſpiritu quem accepturi erant cre
dentes in eum. Nondum enim erat ſpiritus da ᵍ82
tus quia ieſus nondum erat glorificatus.ᵍEx il V
la ergo turba cum audiſſent hos ſermones eius ʰ83
dicebant. Hic eſt vere propheta. Alij dicebant V
hic eſt chriſtus.ʰQuidam autem dicebāt. Nun Mat.2.a ⁱ84
quid a galilea venit chriſtus?ⁱNonne ſcriptura Michee.5. X
dicit: quia ex ſemine dauid et de bethleem ca ſupra eodem.d. ᵏ85
ſtello vbi erat Dauid venit chriſtus? Diſſenſio G I
itaq̄ facta eſt in turba propter eum.ᵏQuidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum: ſed nemo

6 X nemo miſit ſuper eum manus.[l] Venerunt ergo miniſtri ad pōtificeſ ⁊ phariſeos: ⁊ dixerūt eis illi. Quare non adduxiſtis illum? Reſponderūt miniſtri. Nūꝙ̄ ſic locutus eſt homo: ſicut hic loquitur. Reſponderunt ergo eis phariſei. Nunquid ⁊ vos ſeducti eſtis? Nunquid ex principibus aliquis crediderit in eum aut ex phariſeis? Sed turba hec que non nouit legem: maledicti ſunt. Dixit nicodemus ad eos. Ille qui venit ad eum nocte qui vnus erat ex ipſis. Nunquid lex noſtra iudicat hominem: niſi prius audierit ab ipſo et cognouerit quid faciat? Reſponderunt: et dixerunt ei. Nunquid ⁊ tu galileus es? Scrutare † ſcripturas ⁊ vide: quia a galilea propheta non ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſquiſꝗ in domum ſuam.

Infra.7.e. Infra.19.g.

Supra.5.f. alſ † nō habet ſcripturas.

¶ C.S. De muliere adultera: ieſus lucē mūdi ſe eſſe predicat: ieſus interrogatus principiū ſe eſſe reſpondit: ꝙ omnis peccator ſeruus ſit: ⁊ ꝙ ieſus ante abraam ſit. Capi. VIII.

A
Lu.21.g. Leui.20.b.

Jeſus autem perrexit in mōtem oliueti: ⁊ diluculo iterū venit in templum: ⁊ omnis populus venit ad eum: ⁊ ſedēs docebat eos. Adducunt autem ſcribe et phariſei mulierem in adulterio deprehenſam: ⁊ ſtatuerūt eam in medio: ⁊ dixerūt ei. Magiſter: hec mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem moyſes mādauit nobis huiuſmodi lapidare: tu ergo ꝗd dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt poſſent accuſare eum. Jeſus autem inclinans ſe deorſum: digito ſcribebat in terraꝫ. Cum † ergo perſeuerarent interrogantes: erexit ſe: ⁊ dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terram. Audientes autem hec vnus poſt vnum exibant incipientes a ſenioribus: ⁊ remanſit ſolus ieſus: et mulier in medio ſtans. Erigēs autem ſe ieſus dixit ei. Mulier vbi ſunt qui te accuſabāt? Nemo te cōdemnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit autem ieſus. Nec ego te condemnabo Vade ⁊ iam amplius noli peccare. Iteruꝫ ergo locutus eſt eis ieſus dicens. Ego ſum lux mūdi. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris ſꝫ habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei phariſei. Tu de teipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum. Reſpōdit ieſus: et dixit eis Et ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo: verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio vnde veni ⁊ quo vado. Vos autem neſcitis vnde venio aut quo vadam. Vos ſecundum carnem iudicatis: ego non iudico quemꝗ̄. Et ſi iudico ego iudiciū meum verum eſt: quia ſolus non ſum ſed ego et qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptum eſt quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo et teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi eſt pater tuus?[a] Reſpondit ieſus. Neꝗ me ſcitis neꝗ patreꝫ meū. Si me ſciretis: forſitan et patrem meum ſciretis.[b] Hec verba locutus eſt ieſus in gazophilatio: docens in templo. Et nemo apprehendit eū quia necdum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis ieſus. Ego vado ⁊ queretis me: ⁊ in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado: vos non poteſtis venire? Dicebāt ergo iudei. Nunquid interficiet ſemetipſum: quia dicit quo ego vado vos non poteſtis venire. Et dicebat eis. Vos de deorſuꝫ eſtis: ego de ſuperius ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis veſtris. Si enim nō credideritis quia ego ſuꝫ: moriemini in peccato veſtro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ieſus. Principium: qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: ſed qui me miſit verax eſt: et ego que audiui ab eo hec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis ieſus. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc cognoſcetis quia ego ſum: et a meipſo facio nihil ſed ſicut docuit me pater hec loquor. Et qui me miſit mecum eſt et non reliquit me ſolum: quia ego que placita ſunt ei facio ſemper. Hec illo loquente multi crediderunt in eum. Dicebat ergo ieſus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si vos manſeritis in ſermone meo vere diſcipuli mei eritis: et cognoſcetis veritatem: et veritas liberabit vos. Reſponderunt ei. Semē abrae ſumus et nemini ſeruiuimus vnꝗ̄. Quo modo tu dicis liberi eritis? Reſpōdit eis ieſus Amen amē dico vobis: quia omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Seruus autem non manet in domo in eternum. Filius auteꝫ manet in eternum. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis. Scio quia filij abrae eſtis: ſed queritis me interficere: quia ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor: et vos que vidiſtis apud patrem veſtrum facitis. Reſponderunt ⁊ dixerunt ei. Pater noſter abraam eſt. Dixit eis ieſus. Si filij abrae eſtis opera abrae facite. Nunc autem queritis me interficere hominem qui veritatē vobis locutus ſum quam audiui a deo. Hoc abraam non fecit. Vos facitis opera patris veſtri. Dixerūt itaꝗ ei. Nos ex fornicatione non ſumus nati. Vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis ieſus. Si deus pater veſter eſſet diligeretis vtiꝗ me. Ego enim ex deo proceſſi: et veni. Neꝗ enim a meipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loquelam meam non cognoſcitis? Quia non poteſtis audire ſermonem meum. Vos ex patre diabolo eſtis: et deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: et in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo. Cum loquitur mēdacium: ex proprijs loquitur: quia mendax eſt ⁊ pater eius. Ego autem ſi veritatē dico non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex deo eſt verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non eſtis. Reſponderunt ergo iudei ⁊ dixerunt ei. Nonne benedicimus nos: quia ſamaritanus es tu ⁊ demonium habes? Reſpondit ieſus. Ego demoniuꝫ non habeo: ſed honorifico patrem meum et vos inhonoraſtis me. Ego autem non quero gloriam meam. Eſt qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit mortem non videbit in eternum. Dixerunt ergo ei iudei. Nunc cognouimus: quia demonium habes. Abraam mortuus eſt ⁊ prophete: ⁊ tu dicis: ſi quis ſermonem meuꝫ ſeruauerit

Margin (left): eis † autem. — 32.q.6. in prin. ⁊ de peni. di.2.c. ſi enim. † rurſus. — B — Infra.9.a ⁊ infra 12.g. — De teſtibus.c. in omni. — C — Deute.7.b mat.18.b. 2.cor.13.a. ſupra.5.f. mat.11.d Luc.10.b. ſupra.7.d mat.11.d. Mar.11.c.⁊ 12.a. Lu.19.g ⁊.20.g ⁊.22.a. ſupra.7.d.

Margin (right): D ſupra.7.d. Roma.3.d ſupra.3.b. Infra.12.c. — Roma.6.b. 2.Pe.2.d E — 1.Joā.3.b F — 2.q.7.c. teſtes. De here. c. cum ex iniuncto. 1.Joā.4.a. ſupra.7.c. Infra.10.d. De preſum.c. nonne. G

alſ. ✠ videbit. non † guſtabit mortem in eternum. Nunquid tu
maior eſt patre noſtro abraam qui mortuus eſt?
Et prophete mortui ſunt. Quem teipſum facis?
Reſpōdit ieſus. Si ego glorifico meipſum: glo
ria mea nihil eſt. Eſt pater meus qui glorificat
ſupra.7.d. me: quem vos dicitis: quia deus noſter eſt: et nō
cognouiſtis eum. Ego autem noui eum: et ſi di
xero quia non ſcio eum: ero ſimilis vobis men
dax. ſed eum ſcio. et ſermonem eius ſeruo. Abraā
pater veſter exultauit vt videret diem meum: vi
dit et gauiſus eſt. Dixerunt ergo iudei ad eum.
7.q.1.c. aduerſitas. Quinquaginta annos nondū habes: et abraam
23.q.3. poſt principium. vidiſti? Dixit eis ieſus. Amen amen dico vobis
anteꝙ̄ abraam fieret ego ſum. Tulerunt ergo la
pides vt iacerent in eum. Jeſus autem abſcōdit
ſe et exiuit de templo.

¶ Ca. Sum. Cecum a natiuitate curat ieſus di
cit in iudicium in hunc mundum veni: vt qui non
vident videant. ¶ Ca. IX.

A ET preteriens ieſus vidit hominē ce
cum a natiuitate. Et interrogauerūt
eum diſcipuli ei9. Rabbi † quis pec
alſ. ✠ quid. cauit: hic aut parētes eius vt cecus
naſceretur? Reſpondit ieſus. Neq
hic peccauit neq parentes eius: ſed vt manife
23.q.2.§.1 ſtentur opera dei in illo. Me oportet operari
ſupra.8 b opera eius qui miſit me: donec dies eſt. Uenit
Infra.12.g. nox quando nemo poteſt operari. Quandiu
de conſe.di.4.c. ante baptiſmū. ſum in mundo: lux ſum mundi. Hec cum dixiſſet
B expuit in terram: et fecit lutum ex sputo: et lini
uit lutum ſuper oculos eius et dixit ei. Uade et la
ua in natatoria ſyloe: quod iterpretatur miſſus.
Abijt ergo et lauit: et venit videns. Itaq vicini et
qui viderant eum prius (q2 mendicus erat) dice
bant. Nonne hic eſt qui ſedebat et mendicabat?
Alij dicebant: q2 hic eſt: alij autem nequaꝙ̄: ſed
ſimilis eſt ei9. Ille vero dicebat: q2 ego ſum. Di
C cebāt ergo ei. Quomodo aperti ſunt tibi oculi.
Reſpondit. Ille homo qui dicitur ieſus lutū fe
cit et vnxit oculos meos: et dixit mihi. vade ad na
tatoriam ſyloe: et laua. Et abij: et laui: et video. Et
dixerunt ei. Ubi eſt ille? Ait. Neſcio. Adducunt
eum ad phariſeos qui cecus fuerat. Erat autem
ſabbatum quando lutū fecit ieſus: et aperuit ocu
los eius. Iterum ergo interrogabant eum pha
riſei: quomodo vidiſſet. Ille autē dixit eis. Lu
tum mihi poſuit ſuper oculos et laui et video. Di
cebant ergo ex phariſeis quidā. Non eſt hic ho
mo a deo: qui ſabbatum non cuſtodit. Alij autem
D dicebāt. Quomodo poteſt homo peccator hec
ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicunt
ergo ceco iterum. Tu quid dicis de illo qui ape
ruit oculos tuos? Ille autem dixit: q2 propheta
eſt. Non crediderunt ergo iudei de illo: quia ce
cus fuiſſet et vidiſſet. donec vocauerūt parentes
eius qui viderat: et interrogauerūt eos dicētes.
Hic eſt filius veſter quem vos dicitis: q2 cecus
natus eſt? Quomodo ergo nūc videt? Reſpon
derunt eis parentes eius et dixerūt. Scimus q2
hic eſt filius noſter: et quia cecus natus eſt: quo
modo autem nunc videat neſcimus: aut quis ei9
E aperuit oculos nos neſcim9. Ipſum interroga
de.cōſe.di.4.c. cum p paruulis. te: etatem habet: ipſe de ſe loquatur. Hec dixe
runt parentes eius: quoniam timebant iudeos.
Jam enim conſpirauerant iudei: vt ſi quis eum
confiteretur eſſe chriſtum: extra ſynagogam fie
ret. Propterea parentes eius dixerūt quia eta
tem habet: ipſum interrogate. Uocauerūt ergo
rurſum hominem qui fuerat cecus: et dixerūt ei. Joſue.7.c.
Da gloriam deo. Nos ſcimus: quia hic homo
peccator eſt. Dixit ergo eis ille. Si peccator eſt
neſcio: vnum ſcio: quia cum cecus eſſem modo vi
deo? Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quo
modo aperuit tibi oculos? Reſpōdit eis. Dixi
vobis iam: et audiſtis. Quid iterū vultis audire?
Nunquid et vos vultis diſcipuli eius fieri? Ma
ledixerūt ergo ei: et dixerūt. Tu diſcipulus illius F
ſis: nos autem moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſci
mus quia moyſi locutus eſt deus: hūc autē neſci
mus vnde ſit. Reſpondit ille homo: et dixit eis.
In hoc enim mirabile eſt: q2 vos neſcitis vnde
ſit: et aperuit meos oculos. Scimus autem quia
peccatores deus nō audit: ſed ſi quis dei cultor
eſt et voluntatem eius facit hunc exaudit. A ſecu
lo non eſt auditū: q2 quis aperuit oculos ceci na Infra.11.c
ti. Niſi eſſet hic a deo: nō poterat facere quicꝙ̄.
Reſponderūt et dixerunt ei. In peccatis natus
es totus: et tu doces nos. Et eiecerunt eum fo
ras. Audiuit ieſus q2 eiecerunt eum foras: et cum
inueniſſet eum dixit ei. Tu credis in filium dei?
Reſpōdit ille et dixit. Quis eſt domine vt credā G
in eum? Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eum: et qui lo
quitur tecum ipſe eſt. At ille ait. Credo domine.
Et procidēs adorauit eum. Et dixit ei ieſus. In
iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non
vident videant: et qui vident ceci fiant. Et audie
runt quidam ex phariſeis qui cum ipſo erant et
dixerunt ei. Nunquid et nos ceci ſumus? Dixit
eis ieſus. Si ceci eſſetis non haberetis pecca
tum. Nunc vero dicitis quia videmus: et pecca
tum veſtrum manet.

¶ Capitu. Sūmariū. Qui non intrat per oſtiū
in ouile: dixit ego ſum paſtor bonus: poteſtatem
habeo ponendi aiam meā. Judei dicunt ſi tu es
chriſtus dic nobis palā: ego et pater vnū ſumus:
ſuſtulerūt lapides iudei vt lapidarēt ieſum: et exi
uit de manibus eorum. Capitulum X.

AMen amen dico vobis: qui nō
intrat per oſtium in ouile ouium A
ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt 1.q.1.§. ordinationem.
et latro. Qui autem intrat per 23.q.4.c. tres
oſtiū paſtor eſt ouiū. Huic oſtia perſonas.
rius aperit: et oues vocem eius De ſacrifi.x. relatum.
audiunt. Et proprias oues vocat nominatim: et
educit eas. Et cum ꝓprias oues emiſerit aū eas
vadit: et oues illum ſequuntur: quia ſciunt vocem
eius. Alienum autē non ſequuntur: ſed effugiunt
ab eo: quia non nouerūt vocem alienorum. Hoc
prouerbium dixit eis ieſus. Illi autem non co B
gnouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis
iterum ieſus. Amen amen dico vobis: quia ego
ſum oſtium ouium. Omnes quotquot venerunt
fures ſunt et latrones: ſed non audierunt eos
oues. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introie
rit ſaluabitur: et ingredietur et egredietur: et
paſcua inueniet. Fur non venit niſi vt furetur: et
mactet: et perdat. Ego veni vt vitam habeant: et
abundantius habeant. Ego ſum paſtor bonus.
Bonus paſtor animam ſuam † dat pro ouibus Joā.2.d.
ſuis. Mercenarius autem et qui non eſt paſtor alſ. ✠ ponit.
cuius non ſunt oues proprie videt lupum venien 23.q.4.c. tres.
tem et dimittit oues et fugit. et lupus rapit et 7.c. q̄s non pōt.
diſpergit

C dispergit oues. Mercenarius autẽ fugit quia
mercenarius eſt: et non pertinet ad eum de oui
De peni. di. 4. ſ. hanc ſocietatẽ. mat. 11. d. lu. 10. d. mat. 20. d mar. 18. d. bus. Ego ſum paſtor bonus et cognoſco oues
meas: et cognoſcunt me mee.[a] Sicut nouit me
pater: ⁊ ego agnoſco patrem.[b] ⁊ animam meam
pono pro ouibus meis.[c] Et alias oues habeo
que non ſunt ex hoc ouili: et illas oportet me ad
ducere et vocem meam audient: et fiet vnũ oui-
le et vnus paſtor. Propterea me diligit pater:
D quia ego pono animam meam: ⁊ iterum ſumã eã.
De cele. miſ. c. in quadam. Nemo tollit eam a me: ſed ego pono eam a me
ipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam: et pote-
ſtatem habeo iterum ſumendi eã. Hoc manda
tum accepi a patre meo. Diſſenſio iterum facta
ſupra. 7. c. 8. f. eſt inter iudeos propter ſermones hos. Dice-
bant autem multi ex ipſis. Demonium habet et
inſanit. Quid eum auditis? Alij dicebant. Hec
verba non ſunt demonium habentis. Nunquid
demonium poteſt cecorum oculos aperire? Fa
E cta ſunt autẽ encenia in hieroſolymis: et hyems
De conſe. diſt. l. ſolemnitatem. erat. Et ambulabat ieſus in tẽplo in portiçu ſa-
lomonis. Circundederunt ergo eum iudei ⁊ di-
cebãt ei. Quouſque animam noſtram tollis? Si
tu es chriſtus: dic nobis palam. Reſpondit eis
ieſus. Loquor vobis ⁊ nõ creditis. Opera que
ego facio in nomine patris mei hec teſtimoniũ
perhibent de me. Sed vos non creditis: quia non
eſtis ex ouibus meis. Oues mee vocem meam
audiunt: et ego cognoſco eas: et ſequuntur me.
Et ego vitam eternam do eis: et non peribunt
in eternum: ⁊ nõ rapiet eas quiſquam de manu mea
F Pater meus quod dedit mihi maius omnibus
24. q. 3. c. quidã vel ariani. ſupra. 8. g. eſt: et nemo poteſt rapere de manu patris mei.
Ego et pater vnum ſumus. Suſtulerunt ergo
lapides iudei: vt lapidarent eum. Reſpondit
eis ieſus. Multa bona opera oſtendi vobis ex
patre meo. Propter quod eorũ opus me lapi
datis? Reſponderunt ergo iudei. De bono ope
re non lapidamus te: ſed de blaſphemia: et quia
tu homo cum ſis: facis teipſum deum. Reſpon-
dit eis ieſus. Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra.
G quia ego dixi dij eſtis? Si illos dixit deos ad
pſ. 81. quos ſermo dei factus eſt ⁊ non poteſt ſolui ſcri
ptura quem pater ſanctificauit et miſit in mun-
alſ ✝ blaſpheme. dum: vos dicitis quia ✝ blaſphemas: quia dixi
filius dei ſum. Si non facio opera patris mei:
nolite credere mihi. Si autẽ facio: ⁊ ſi mihi non
vultis credere: operibus credite. vt cognoſca-
tis et credatis quia pater in me eſt: et ego in pa
tre.[b] Querebãt ergo eum apprehendere: et exi-
mat. 12. b. mar. 3. a. uit de manibus eorum.[c] Et abijt iterũ tranſior
danem: in eum locũ vbi erat ioannes baptizans
primum: et manſit illic. Et multi venerunt ad eũ:
et dicebant quia ioannes quidẽ ſignum fecit nul
lum. Omnia autẽ quecunque dixit ioãnes de hoc
vera erant et multi crediderunt in eum.

¶ Ca. Sum. De ſuſcitatione lazari: collegerũt
principes et phariſei conciliũ: cayphas dicit quia
expedit vt vnus ⁊c. Cap. XI.

A Erat autem quidam languens
lazarus a bethania de caſtello
marie et marthe ſororum eius.
Maria autem erat: que vnxit
dominum vnguento et extersit
pedes eius capillis ſuis: cuius
frater lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſo-

rores eius ad eum dicẽtes. Domine ecce quem
amas infirmatur. Audiẽs autem ieſus dixit eis.
Infirmitas hec non eſt ad mortem: ſed pro glo-
ria dei vt glorificetur filius dei per ✝ eum. Dili- alſ ✝ eam.
gebat autem ieſus martham ⁊ ſororem eius ma
riam et lazarum. Ut ergo audiuit quia infirma-
batur: tunc quidem manſit in eodem loco duo-
bus diebus. Deinde poſt hec dixit diſcipulis
ſuis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei diſci-
puli. Rabbi nunc querebant te iudei lapidare? B
et iterum vadis illuc? Reſpondit ieſus. Nonne alſ ✝ hore ſunt
duodecim ✝ ſunt hore diei? Si quis ambulaue- diei.
rit in die non offendit. quia lucem huius mundi
videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit:
quia lux non eſt in eo. Hec ait: et poſt hec dicit
eis. Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado
vt a ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſci-
puli eius. Domine ſi dormit ſaluus erit. Dixe-
rat autem ieſus de morte eius: illi autem putaue
runt: quia de dormitione ſomni diceret. Tunc
ergo ieſus dixit eis manifeſte. Lazarus mor-
tuus eſt: et gaudeo propter vos vt credatis quo
niam non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit
ergo thomas qui dicitur didimus ad condiſci-
pulos. Eamus et nos ⁊ moriamur cũ eo. Uenit
itaque ieſus: et inuenit eum quattuor dies iam in C
monumento habentem. Erat autem bethania
iuxta hieroſolymam: quaſi ſtadijs quindecim.
Multi autem ex iudeis venerunt ad martham
et mariam vt conſolarentur eas de fratre ſuo.
Martha ergo vt audiuit quia ieſus venit occur
rit illi: maria autem domi ſedebat. Dixit ergo
martha ad ieſum. Domine ſi fuiſſes hic: frater
meus non fuiſſet mortuus. Sed et nunc ſcio: quia
quecunque popoſceris a deo dabit tibi deus. Di
xit illi ieſus. Reſurget frater tuus. Dixit ei mar
tha. Scio quia reſurget in reſurrectione in no-
uiſſimo die. Dixit illi ieſus. Ego ſum reſurrectio
et vita. Qui credit in me: etiam ſi mortuus fue-
rit viuet: et omnis qui viuit et credit in me non
morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique
domine: ego credidi quia tu es chriſtus filius
dei viui qui in hunc mundum veniſti. Et cum hec D
dixiſſet abijt et vocauit mariam ſororem ſuam
ſilentio dicens. Magiſter adeſt et vocat te. Il-
la vt audiuit ſurrexit cito et venit ad eum. Non-
dum enim venerat ieſus in caſtellum: ſed erat ad
huc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei
ergo qui erant cum ea in domo et conſolaban-
tur eam: cum vidiſſent mariam quia cito ſurre-
xit et exijt: ſecuti ſunt eam dicentes. Quia va-
dit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo
cum veniſſet vbi erat ieſus: videns eum cecidit
ad pedes eius et dixit ei. Domine ſi fuiſſes hic:
non eſſet mortuus frater meus. Ieſus autem vt
vidit eam plorantem et iudeos qui venerãt cum
ea plorãtes infremuit ſpiritu et turbauit ſeipſũ
et dixit. Ubi poſuiſtis eum? Dicunt ei. Domi-
ne veni et vide. Et lachrymatus eſt ieſus. Dixe-
runt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum.
Quidam autem ex ipſis dixerunt. Non pote- E ſupra. 9. c.
rat hic qui aperuit oculos ceci nati facere: vt
hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum fremẽs
in ſemetipſo venit ad monumentum. Erat au-
tem ſpelunca et lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait
ieſus. Tollite lapidem. Dixit ei Martha ſoror
eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet:

quatriduanus eſt enim. Dixit ei ieſus. Nonne
dixi tibi: quoniam ſi credideris videbis gloriā
dei? Tulerunt ergo lapidem. Jeſus autem ele-
uatis ſurſum oculis dixit. Pater gratias ago
tibi: quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam
quia ſemper me audis: ſed propter populū qui
circunſtat dixi: vt credant qꝛ tu me miſiſti. Hec
cum dixiſſet voce magna clamauit. Lazare veni
foras. Et ſtatim prodijt ꝙ fuerat mortuus: liga-
tus manus ⁊ pedes inſtitis ⁊ facies illius ſuda-
rio erat ligata. Dixit eis ieſus. Soluite eū ⁊ ſini
te abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad
mariā et marthā et viderāt que fecit ieſus: cre-
diderunt in eū. Quidam autē ex ipſis abierunt
ad phariſeos ⁊ dixerunt eis que fecit ieſus. Col
legerunt ergo pōtifices ⁊ phariſei conſiliū: ⁊ di
cebant. Quid facimus? Quia hic homo multa
ſigna facit. Si dimittimus eum ſic: oēs credent
in eum. Et venient romani ⁊ tollent noſtrū locū
et gentem. Unus autem ex ipſis cayphas nomi
ne cum eſſet pontifex anni illius dixit eis. Uos
neſcitis quicꝙ nec cogitatis: qꝛ expedit vobis
vt vnus moriatur homo pro populo: et non to-
ta gens pereat. Hoc autem a ſemetipſo non di-
xit: ſed cum eſſet pontifex anni illius propheta-
uit: qꝛ ieſus moriturus erat pro gēte. Et non tā-
tum pro gente: ſed vt filios dei qui erāt diſperſi
congregaret in vnum.[a] Ab illo ergo die cogita-
a95 IIII uerunt vt interficerent eum. Jeſus ergo iam nō
in palam ambulabat apud iudeos: ſꝫ abijt in re
b96 I gione iuxta deſertū in ciuitatē que dicitur effrē
ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.[b] Proximū
c97 X autem erat paſcha iudeorū:[c] et aſcenderunt mul
ti hieroſolimam de regione ante paſcha vt ſan-
ctificarent ſeipſos. Querebant ergo ieſum et
colloquebantur adinuicem in templo ſtantes.
Quid putatis: quia non venit ad diem feſtum
iſtum? Dederant autem pontifices et phariſei
mandatum: vt ſi quis cognouerit vbi ſit indicet
vt apprehendant eum.

Margin: F — 11. q. 3. c. ſincere-ra. — De peni. di. 1. § hoc iſtē pi bal. ⁊ c. quem peni tet. — De ſent. exco. a nobis. — Infra. 18. c. — G — Mat. 12. b. — Mar. 3. a — mat. 26. a — mar. 14. a. — Luc. 22. a

¶ C. S. Maria vnxit pedes ieſu et extersit ca
pillis ſuis: iudas fur erat ⁊ loculos habens tur-
ba ex iudeis multa venit non propter ieſum tan-
tum ſed vt lazarū viderent quē ſuſcitauit a mor-
tuis: turba que venerat ad diem feſtū occurrit
ieſu ſedenti ſuper pullum aſine: gentiles quidā
rogabant philippum dicētes: domine venimus
ieſum videre: ieſus reſpondit: niſi granū frumen
ti ⁊c. anima mea turbata eſt. pater clarifica no-
men tuum: venit vox de celo. dicit ieſus: nunc iu-
dicium eſt mundi: et multi ex principibus credi-
derunt in eū: ſed propter phariſeos non confite
bantur. Dixit: non veni vt iudicem mundum: ſed
vt ſaluificem.

Capit. XII.

a98 I Jeſus[a] ergo ante ſex dies paſ-
che venit bethaniam: vbi laza-
rus fuerat mortuus: quem ſu-
ſcitauit ieſus. Fecerunt autem
ei cenam ibi: ⁊ martha miniſtra
bat: lazarus vero vnus erat ex
diſcūbentibus cū eo. Maria ergo accepit librā
vnguenti nardi piſtici precioſi: et vnxit pedes ie
ſu ⁊ extersit pedes eiꝰ capillis ſuis: ⁊ domus im
pleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex
diſcipulis eius iudas ſcariothes: ꝙ erat eū tra
diturus. Quare hoc vnguentū non venit trecē-

Margin: A — mat. 6 a. — Mar. 14. a. — mat. 26. a — mar. 14. a. — Luc. 7. f.

tis denarijs et datum eſt egenis? Dixit autem
hoc: non quia de egenis pertinebat ad eum: ſed
quia fur erat: et loculos habens ea que mitte-
bantur portabat. Dixit ergo ieſus. † Sinite il-
lam vt in diem ſepulture mee ſeruet illud. Pau-
peres enim ſemper habebitis vobiſcum: me au
tē non ſemper habebitis.[b] Cognouit ergo tur b99 X
ba multa ex iudeis quia illic † eſt: ⁊ venerūt non
propter ieſum tantum: ſed vt lazarum viderent
quem ſuſcitauit a mortuis. Cogitauerunt au-
tem principes ſacerdotū vt ⁊ lazarum interfice-
rent: qꝛ multi propter illum abibant ex iudeis ⁊
credebant in ieſum.[c] In craſtinū autē turba mul c10
ta que venerat ad diem feſtum cum audiſſent: qꝛ I
venit ieſus hieroſolymam: acceperunt ramos
palmarum et proceſſerunt obuiam ei: et clama-
bant: Oſanna: benedictus qui venit in nomine
domini rex iſrael.[d] Et inuenit ieſus aſellum ⁊ ſe- d10
dit ſuper eum ſicut ſcriptum eſt. Noli timere fi- V
lia ſyon: ecce rex tuus venit tibi ſedēs ſuper pul
lum aſine.[e] Hec non cognouerunt diſcipuli eius
primum: ſed quando glorificatus eſt ieſus tunc
recordati ſunt quia hec erāt ſcripta de eo: ⁊ hec
fecerunt ei. Teſtimonium ergo perhibebat tur-
ba que erat cum eo quando lazarum vocauit de
monumento: et ſuſcitauit eum a mortuis. Pro-
pterea et obuiam venit ei turba: quia audierunt
eum feciſſe hoc ſignum. Phariſei ergo dixerūt
ad ſemetipſos. Uidetis quia nihil proficimus.
Ecce mundus totus poſt eum abijt. Erant au-
tem quidam gentiles: ex his qui aſcenderant vt
adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad
philippum qui erat a bethſaida galilee: et roga
bant eum dicentes. Domine volumus ieſum vi-
dere. Uenit philippus et dicit andree. Andreas
rurſum et philippus dixerunt ieſu.[f] Jeſus au- f10
tem reſpondit ei dicens. Uenit hora vt clarifi- II
cetur filius hominis.[g] Amen amen dico vobis:
niſi granum frumenti cadēs in terram mortuū
fuerit: ipſum ſolum manet. Si autem mortuum
fuerit multum fructū affert.[h] Qui amat animā
ſuam perdet eam. Et qui odit animam ſuam in
hoc mundo: in vitam eternam cuſtodit eam.[i] Si
quis mihi miniſtrat me ſequatur. Et vbi ego ſum:
illic ⁊ miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtra X
uerit: honorificabit eū pater meus.[k] Nunc ani
ma mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater ſal- II
uifica me ex hac hora.[l] Sed propterea veni in
horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Ue- X
nit ergo vox de celo dicens. Et clarificaui: et ite
rum clarificabo. Turba autem que ſtabat et au-
dierat: dicebat tonitruum eſſe factum. Alij au-
tem dicebant. Angelus ei locutus eſt. Reſpon-
dit ieſus ⁊ dixit. Non propter me hec vox venit
ſed propter vos. Nunc iudiciū eſt mundi nunc
princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi
exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meip
ſum. Hoc autem dicebat: ſignificans qua morte
eſſet moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audi
uimus ex lege: quia chriſtus manet in eternum.
Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filiū ho-
minis? Et quis eſt iſte filius hominis? Dixit er
go eis ieſus. Adhuc modicū lumē in vobis eſt.
Ambulate dum lucem habetis: vt non vos te-
nebre comprehendant. Et qui ambulat in tene-
bris neſcit quo vadat. Dum lucē habetis credi-
te in lucē: vt filij lucis ſitis. Hec locutus eſt ieſu

⁊ abijt

Margin: B — alſ. † fine. — mat. 6. a. — alſ. † eſſet. — de peni. diſt. 2. c. quantumlibet. — Mat. 21. a. — mar. 11. a. — Lu. 19. c. — Eſa. 56. d. — zacha. 9. b. — Mat. 21. a. — C — D — Mat. 26. d — mar. 8. d. — Lu. 9. c. 17. a. — mat. 16. d. — mar. 14. d. — de conſe. di. 3. c. fine. — E — Sapi. 3. b. ⁊ 5. — F

et abijt et abſcondit ſe ab eis. Cum autẽ tanta
ſigna feciſſet corã eis non credebãt in eũ: vt ſer-
alias † prophete Eſa.53.a mo eſaie † impleretur quẽ dixit. Dñe quis cre-
mat.13.b. didit auditui noſtro: ⁊ brachiũ dñi cui reuelatũ
109 mar.4.b. eſt: [m] Propterea non poterãt credere: quia ite-
I mar.8.d. rum dixit eſaias. Excecauit oculos eorum. ⁊ indu
act.28.f rauit cor eorũ vt non videant oculis: ⁊ non intel
ligant corde: ⁊ conuertantur ⁊ ſanẽ eos. [n] Hec di
110 X xit eſaias quando vidit gloriam eius et locutus
eſt de eo. Ueruntamẽ ex principib⁹ multi credi-
derunt in eũ: ſed propter phariſeos non confite
bantur: vt de ſynagoga non eijcerentur. Dilexe-
111 I Supra.9.b.c.9 runt enim gloriã hominũ magis q̃ gloriam dei.
B [o] Jeſus autem clamauit et dixit. Qui credit in
me non credit in me: ſed in eum qui miſit me. Et
qui videt me videt eum qui miſit me. [p] Ego lux
112 X in mundum veni: vt omnis qui credit in me: in te
nebris non maneat. Et ſi quis audierit verba mea
et non cuſtodierit ego non iudico eum. Non enĩ
veni vt iudicem mũdũ: ſed vt ſaluificẽ mundũ.
Qui ſpernit me et non accipit verba mea: habet
qui iudicet eum. Sermo quem locutus ſum ille
iudicabit eum in nouiſſimo die. Quia ego ex me
ipſo non ſum locutus ſed qui miſit me pater ipſe
mihi mãdatũ dedit quid dicã ⁊ quid loquar. Et
ſcio qꝛ mandatũ eius vita eterna eſt. Que ergo
ego loquor ſicut dixit mihi pater ſic loquor.
¶ C.S. Pedes diſcipulorum lauat dicens et
vos debetis alter alterius lauare pedes dixit q̃
mãducat panẽ mecũ leuabit contra me calcaneũ
ſuum: dixit vnus ex vobis tradet me: et ſubiun-
git: cui ego intinctũ panẽ porrexero: tunc intro
iuit in iudã ſathanas: mandatũ nouũ do vobis
vt diligatis inuicẽ: dixit petro: anteq̃ gall⁹ can-
tet ter me negabis ⁊c. Ca.XIII.

A Ante diem feſtum paſche ſciens ie
Luc.22.a ſus qꝛ venit hora ei⁹ vt tranſeat ex
hoc mũdo ad patrẽ: cum dilexiſſet
mat.11.d. ſuos qui erant in mũdo: in finẽ di-
Lu.15.d lexit eos. [a] Et cena facta eſt cũ dia
Supra.6.d bolus iam miſiſſet in cor vt traderet eũ iudas ſy
114 II monis ſcharioth is: [b] ſciẽs qꝛ oĩa dedit ei pater
in manus: ⁊ qꝛ a deo exiuit: ⁊ ad deũ vadit: [c] ſur-
115 X 11.q.2.c.beatus git a cena. ⁊ ponit veſtimẽta ſua. Et cũ accepiſſꝫ
de pe.di.1.c.põe linteũ precinxit ſe. Deinde miſit aquã in peluim
⁊ cepit lauare pedes diſcipulorum: ⁊ extergere
linteo quo erat precinct⁹. Uenit ergo ad ſymo
nẽ petrũ. Et dixit ei petr⁹. Dñe tu mihi lauas pe
des? Rñdit ieſus ⁊ dixit ei. Qđ ego facio tu ne-
ſcis modo: ſcies aũt poſtea. Dixit ei petr⁹. Nõ
lauabis mihi pedes ineternũ. Rñdit ei Jeſus.
Si nõ lauero te: nõ habebis partẽ mecum. Di-
B xit ei ſymon petrus. Dñe nõ tm̃ pedes meos: ſꝫ
et manus ⁊ caput. Dixit ei ieſus. Qui lotus eſt
non indiget niſi vt pedes lauet: ſꝫ eſt mũdus to-
tus. Et vos mundi eſtis ſꝫ nõ oẽs. Sciebat enĩ
quiſnã eſſet qui traderet eũ: propterea dixit nõ
116 eſtis mundi oẽs. Poſtq̃ ergo lauit pedes eorũ
III accepit veſtimenta ſua. Et cũ recubuiſſet iterũ
117 dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? [d] Uos vo
X catis me magiſter ⁊ dñe ⁊ bñ dicitis. Sũ etenĩ
[e] Si ergo ego laui pedes veſtros domin⁹ ⁊ ma-
giſter: ⁊ vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes.
118 mat.10.c. Exemplum enĩ dedi vobis: vt quemadmodum
II luc.6.f ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. [f] Amen amen
dico vobis: nõ eſt ſeru⁹ maior domino ſuo neq̃
apoſtolus maior eſt eo qui miſit illũ. Si hec ſci
tis beati eritis ſi feceritis ea: [g] non de omnibus [g]119
vobis dico. Ego ſcio quos elegerim. Sꝫ vt ad- ps.40. X
impleatur ſcriptura. Qui mãducat † mecũ panẽ alias † meum
leuabit contra me calcaneũ ſuũ. Ammodo dico E
vobis priuſq̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis: qꝛ mat.10.d
ego ſũ [h] Amẽ amẽ dico vobis: q̃ accipit ſi quem luc.10.c
miſero me accipit. Qui autẽ me accipit: accipit [h]120
eum qui me miſit. [i] Cum hec dixiſſet ieſus turba I
tus eſt ſpiritu: ⁊ proſtrat⁹ eſt et dixit. Amẽ amẽ [i]121.
dico vobis: qꝛ vnus ex vobis tradet me. [k] Aſpi- IIII
ciebant ergo adinuicem diſcipuli heſitantes de Mat.26.b [k]122
quo diceret. [l] Erat ergo recumbens vnus ex di mar.14.b. 2.q.1.c.vnus. I
ſcipulis ei⁹: in ſinu ieſu quẽ diligebat ieſus. In- luc.22.c [l]123
nuit ergo huic ſymõ petrus ⁊ dixit ei. Quis eſt Infra.21.f. X
de quo dicit? Itaq̃ cũ recubuiſſet ille ſupra pe
ctus ieſu dicit ei. Domine quis eſt? Reſpõdit ie
ſus. Ille eſt cui ego intinctũ panẽ porrexero. [m] [m]124.
Et cũ intinxiſſet panẽ dedit iude ſymonis ſcha- IX
riothis. Et poſt buccellã introiuit i eũ ſathanas. [n]125
[n] Et dixit ei ieſus. Quod facis fac citi⁹. Hoc au de con.di.2.c.et X
tem nemo ſciuit diſcũbentiũ ad quid dixerit ei. ſancta.⁊.c.ſicut iudas.
Quidam enĩ putabant (qꝛ loculos habebat iu
das) q̃ dixiſſet ei ieſus: eme ea que op⁹ ſunt no alias † nõ hꝫ vt
bis ad diẽ feſtũ: aut egenis † vt aliquid daret. D
Cũ ergo accepiſſet ille buccellã exiuit cõtinuo.
Erat aũt nox. Cũ ergo exiſſet dixit ieſus. Nũc
clarificatus eſt filius hominis: ⁊ deus clarifica-
tus eſt in eo: ſi deus clarificatus eſt in eo: ⁊ de⁹ alias † clarificabit.
† clarificauit eũ in ſemetipſo ⁊ continuo clarifi- Supra.7.c
cabit eum. Filioli adhuc modicũ vobiſcũ ſũ. Supra.8.c
Queretis me et ſicut dixi iudeis quo ego vado Joan.2.b
vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo.
Mandatum nouum do vobis vt diligatis inui-
cem ſicut dilexi vos: vt et vos diligatis inuicem
In hoc cognoſcẽt omnes: qꝛ diſcipuli mei eſtis
ſi dilectionẽ habueritis adinuicem. [o] Dixit ei ſy [o]126
mon petrus. Domine quo vadis? Reſpondit ie I
ſus. Quo ego vado non potes me modo ſequi:
ſequeris autem poſtea. Dixit ei petrus. Quare de pe.diſ.2.c.ſi vult.
non poſſum te ſequi modo? Animam meã pro mat.16.c.
te ponam. Reſpondit ei ieſus. Animam tuã pro mar.14.d
me pones? Amen amen dico tibi: non cantabit luc.22.c
gallus donec ter me neges.
¶ Capituli Summarium. Non turbetur cor
veſtrum: dicit ego ſum via veritas et vita: dixit
philippus: domine oſtende nobis patrem: ſi di
ligitis me mãdata mea ſeruate: ego i patre meo
et vos in me: et ego in vobis: ſi quis diligit me:
ſermones meos ſeruat.

Capitulum.XIIII. A

Et [a] ait diſcipulis ſuis. Non turbetur
cor veſtrũ. Creditis in deum: et in me [a]127
credite. In domo patris mei manſio X
nes multe ſunt. Si quominus dixiſ- de pe.di.4.c.in domo.
ſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et
ſi abiero ⁊ preparauero vobis locum: iterum ve
nio et accipio vos ad meipſum: vt vbi ſum ego
et vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis ⁊ viam ſci-
tis. Dixit ei Thomas. Dñe neſcim⁹ quo vadis.
Et quomodo poſſumus viam ſcire? Dixit ei ie-
ſus. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Nemo venit ad
patrẽ niſi per me. Si cognouiſſetis me: ⁊ patrẽ de pe.di.2.c.ſi enim.
meũ vtiq̃ cognouiſſetis. Et ammodo cognoſce
tis eũ et vidiſtis eum. Dixit ei philippus. Do-
mine oſtende nobis patrẽ: et ſufficit nobis. Di-
xit ei ieſus. Tanto tempore vobiſcum ſum et nõ B
cognouiſtis me? Philippe qui videt me: videt

Supra.5.f et patrē. Quomodo tu dicis oſtende nobis pa
trē? Non credis q: ego in patre: et pater in me
eſt? Verba que ego loquor vobis a me: ipſo nō
loquor. Pater aūt in me manēs: ipſe facit opera.
Nō creditis q: ego in patre: ⁊ pater in me eſt?
Alioquin propter opera ipſa credite. Amē amē
dico vobis: qui credit in me opera que ego fa-
cio ⁊ ipſe faciet et maiora horum faciet: q: ego
Infra.16.d ad patrem vado. [b]Et quodcunq; petieritis pa-
[b]128 alſ + clarificetis. trem in nomine meo hoc faciā: † vt glorificetur
IIII Mar.11.c. pater in filio. Si quid petieritis me in nomine
meo hoc faciam. Si diligitis me: mandata mea
ſeruate. Et ego rogabo patrē et alium paracle-
tum dabit vobis vt maneat vobiſcum in eternū:
C ſpiritum veritatis quem mundus non poteſt ac
cipere: quia non videt eum: nec ſcit eum. Vos
autem cognoſcetis eū: q: apud vos manebit et
in vobis erit? Nō relinquā vos orphanos: veniā
ad vos. Adhuc modicum ⁊ mūdus iam me nō vi
det. Vos aūt videbitis me: q: ego viuo ⁊ vos vi
uetis. In illo die vos cognoſcetis q: ego ſum in
patre meo: ⁊ vos in me: ⁊ ego in vobis. Qui ha-
[c]129 bet mandata mea ⁊ ſeruat ea: ille eſt qui diligit
I me. [c]Qui autē diligit me: diligetur a patre meo
130 mat.21.c mar.10.d Et ego diligam eum: ⁊ manifeſtabo ei meipſum
X de conſe.diſ.2.c. ſpecies. [d]Dixit ei iudas non ille ſcariothis. Domine qd
factum eſt: quia manifeſtaturus es nobis teipm
et non mundo? Reſpondit Jeſus ⁊ dixit ei. Si
quis diligit me ſermonem meum ſeruabit: ⁊ pa-
ter meus diliget eum: ⁊ ad eū veniemus ⁊ man-
[e]131 alſ + ſermo. ſionem apud eum faciemus. Qui non diligit
I D me ſermones meos nō ſeruat. [e]Et † ſermonem
[f]132 quē audiſtis non eſt me⁹ ſ; eius qui miſit me pa
X tris. Hec locutus ſum vobis: apd vos manens.
[f]Paraclet⁹ aūt ſpiritusſanct⁹ quē mittet pater
23.q.1.c.niſi bella. in nomine meo: ille vos docebit omnia: ⁊ ſugge-
ret vobis omnia quecunq; dixero vobis. Pacē
relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quo-
modo mundus dat: ego do vobis. Nō turbetur
cor veſtrum neq; formidet. Audiſtis q: ego dixi
vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me
gauderetis vtiq;: q: vado ad patrē: q: pater ma
ior me eſt. Et nūc dixi vobis priuſq; fiat: vt cum
factum fuerit credatis. Jam nō multa loquar vo
biſcum. Venit enī princeps mūdi huius: ⁊ in me
nō h; quicq;. Sed vt cognoſcat mundus q: di
ligo patrē: et ſicut mandatū dedit mihi pater:
ſic facio. Surgite: eamus hinc.

¶ C.S. Dixit ego ſum vitis vera ⁊ pater me⁹
agricola eſt de dilectione precepta: ſi me perſe-
cuti ſunt ⁊ vos perſequētur: et odio habuerunt
me gratis: dixit: cū venerit paraclet⁹. Ca.XV.

Ego ſum vitis vera ⁊ pater me⁹
agricola eſt. Omnē palmitē in
me non ferentē fructū tollet eū
A ⁊ omnē qui fert fructum purga-
bit eum vt fructū plus afferat.
Jam vos mundi eſtis propter
ſermonē quē locutus ſu; vobis. Manete in me
et ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre
fructum a ſemetipſo niſi manſerit in vite: ſic nec
vos niſi in me māſeritis. Ego ſum vitis vos pal
mites. Qui manet in me ⁊ ego in eo: hic fert fru
ctum multū: q: ſine me nihil poteſtis facere. Si
quis in me non māſerit mittetur foras ſicut pal
[a]133 alſ + eos alſ + ardent. mes ⁊ areſcet ⁊ colligē † eū ⁊ in ignē mittēt et †
IIII mat.2.c Mar.11.c. ardet. [a]Si māſeritis in me et verba mea in vo-
bis manſerint: quodcunq; volueritis petetis et B
fiet vobis. [b]In hoc clarificatus eſt pater meus [b]134
vt fructum plurimū afferatis: et efficiamini mei X
diſcipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi
vos. Manete in dilectiōe mea. Si pcepta mea
ſeruaueritis manebitis in dilectione mea: ſicut
et ego precepta patri mei ſeruaui: et maneo in
eius dilectione. Hec locutus ſum vobis: vt gau
dium meum in vobis ſit: ⁊ gaudiū veſtrū implea
tur. Hoc eſt preceptum meum vt diligatis inui
cem ſicut dilexi vos. [c]Maiorem ac dilectionem de pe.di.5.c.qui vult. [c]135
nemo habet: q̄ vt animam ſuam ponat quis pro de renū.c. niſi 4 verum IIII
amicis ſuis. [d]Vos amici mei eſtis: ſi feceritis que 1.cori.4.d [d]136
ego precipio vobis. Jā non dicā vos ſeruos: q: Ephe.5.a X
ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos au philip.2.d 1.theſ.4.b
tem dixi amicos quia omnia quecunq; audiui a 1.ioan.3.c
patre meo nota feci vobis. Non vos me elegi-
ſtis ſed ego elegi vos et poſui vos vt eatis ⁊ fru
ctum afferatis: ⁊ fructus veſter maneat: vt [e]qd- [e]137
cūq; petieritis patrē in nomine det vobis. [f]Hec C IIII
mando vobis vt diligatis inuicem. Si mūdus [f]138
vos odit: ſcitote q: me priorem vobis odio ha- X
buit. Si de mundo fuiſſetis: mund⁹ qd ſuū erat [g]139
diligeret. Quia vero de mūdo non eſtis: ſ; ego IIII
elegi vos de mūdo: propterea odit vos mūdus. 1.ioan.3.c [g]140
[g]Mementote ſermonis mei quē ego dixi vobis. Infra.18.c.
Nō eſt ſeruus maior dño ſuo. [h]Si me perſecu- [i]141
ti ſunt: ⁊ vos perſequētur. Si ſermonē meū ſer- I
uauerūt: ⁊ veſtrū ſeruabūt. [i]Sed hec omnia fa- mat.10.c [k]142
cient vobis propter nomē meū: [k]q: neſciunt eū Lu.6.c III
qui miſit me. [l]Si non veniſſem ⁊ locutus fuiſſē mat.24.a. mar.13.b [l]143
eis peccatum non haberēt. Nūc aūt excuſatio- Lu.26.c X
nē nō habēt de peccato ſuo. [m]Qui me odit ⁊ pa mat.11.d [m]144
trē meū odit. [n]Si opera non feciſſem in eis que D Lu.10.c I
nemo alius fecit: peccatum nō haberēt. Nūc au Pſa.34. [n]17
tem et viderunt et oderunt: et me ⁊ patrē meū. X
S; vt adimpleať ſermo qui in lege eorū ſcript⁹
eſt: q: odio habuerunt me gratis. Cū aūt vene-
rit paraclet⁹ quem ego mittā vobis a patre: ſpi
ritum veritatis q a patre procedit: ille teſtimo-
nium perhibebit de me. Et vos teſtimoniū peri-
hebitis: quia ab initio mecum eſtis.

¶ Ca. Summa. Abſq; ſynagogis facient vos.
Nunc vado ad eum qui me miſit: et nemo ex vo-
bis interrogat ⁊c. Cū venerit paracletus ille ar
guet mundum de peccato: omnia quecunq; ha-
bet pater: mea ſunt: modicum iam et non videbi
tis me vſq; modo non petiſtis quicq; exiui a pa-
tre meo ⁊ veni in mundum pater mecum eſt.

Capitulum.XVI.

Hec locut⁹ ſum vobis vt nō ſcādalize A [a]146
mini. Abſq; ſynagogis facient vos. [a] mat.24.a mar.13.d luc 21.c I
S; venit hora vt oīs q iterficit vos
arbitreť obſequiū ſe pſtare deo. Et
hec faciēt vobis q: nō nouerunt patrē neq; me.
Sed hec locutus ſum vobis: vt cum venerit ho-
ra eorum reminiſcamini: quia ego dixi vobis. [b] [b]147
Hec autem vobis ab initio non dixi: quia vo-
biſcum eram. Et nunc vado ad eum qui miſit me B
⁊ nemo ex vobis interrogat me quo vadis. S; alſ + implebit.
quia hec locutus ſum vobis: triſtitia † imple-
uit cor veſtrum. Si ego veritatem dico vobis:
expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abi-
ero paracletus non veniet ad vos. Si autem
abiero mittam eum ad vos. [c]Et cum venerit ille
arguet mūdū de pctō: ⁊ de iuſtitia ⁊ de iudicio.
De peccato quidē quia non crediderunt in me

De iuſtitia vero quia ad patrē vado: ⁊ iā nō vi-
debitis me. De iudicio autē qꝛ princeps huius
mūdi iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vo
bis dicere: ſed non poteſtis portare modo. Cū
E autē venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos
de ꝯſe.di.3. c.ſi. omnem veritatem. Non enim loquetur a ſemet-
ipſo: ſed quecunqꝫ audiet loquetur ⁊ que ventura
ſunt annunciabit vobis: ille me clarificabit quia
de meo accipiet et annunciabit vobis. [c] Omnia
48 mat.11.d. quecunqꝫ habet pater mea ſunt. [d] Propterea di
III luc.10.d xi qꝛ de meo accipiet ⁊ annūciabit vobis. Mo-
49 D dicum ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterum modicū
X Supra.14.d. ⁊ videbitis me. qꝛ vado ad patrē. Dixerūt er-
go ex diſcipulis eius adinuicem. Quid eſt hoc
quod dicit nobis: modicū ⁊ videbitis me: ⁊ ite-
rū modicū ⁊ videbitis me: ⁊ qꝛ vado ad patrē.
Dicebant ergo: quid eſt hoc qd dicit nobis mo
dicum? Neſcimus quid loquitur. Cognouit au
tem ieſus qꝛ volebant eum interrrogare: ⁊ dixit
eis. De hoc queritis inter vos: qꝛ dixi modicū
⁊ non videbitis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis
me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et
hiere.31.c flebitis vos: mundus autem gaudebit. Vos au
Jo.4.c
de ꝯſe.di.1.c.bi tem ꝯtriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur
duo. in gaudium. Mulier cum parit triſtitiam habet
E quia venit hora eius. Cum autē peperit puerū
iam non meminit preſſure propter gaudiū: quia
natus eſt homo in mundū. [e] Et vos igitur nunc
quidem triſtitiam habetis. Iterū autē videbo
vos: ⁊ gaudebit cor veſtrum: ⁊ gaudiū veſtrum
nemo tollet a vobis. Et in illo die me nō † inter-
al's ✠ rogabis. rogabis quicqꝫ. Amē amē dico vobis: ſi quid pe
mat.21.c
mar.11.c + tieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Vſqꝫ
Supra.14.b. modo non petitis quicqꝫ in nomine meo. Peti-
1.Ioā.1.d te et accipietis vt gaudiū veſtrū ſit plenū. Hec [f]
X F in prouerbijs locutus ſum vobis. Venit hora cū
iam non in prouerbijs loquar vobis ſed palam
de patre meo annunciabo vobis. In illo die in
nomine meo petetis. Et non dico vobis: qꝛ ego
rogabo patrem de vobis. Ipſe eīm pater amat
al's ✠ amatis. vos: qꝛ vos me † amaſtis: ⁊ credidiſtis: qꝛ a deo
exiui. Exiui a patre ⁊ veni in mundum. Iterū re
linquo mundum ⁊ vado ad patrē. Dicunt ei di-
G ſcipuli eius. Ecce nunc palam loqueris: et pro-
uerbium nullū dicis. Nunc ſcimus qꝛ ſcis oia: ⁊
mat.26.c nō op9 eſt tibi vt quis te interroget. In hoc cre
III mat.14.c. dimus quia a deo exiſti. [g] Reſpondit eis ieſus.
zach.13.c. Modo creditis. Ecce venit hora: et iam venit
X vt diſpergamini vnuſquiſqꝫ in propria ⁊ me ſolū
relinquatis. Et non ſum ſolus: qꝛ pater mecū eſt
[h] Hec locutus ſum vobis vt in me pacē habea
tis in mundo preſſuram habebitis: ſed confidite
ego vici mundum.

Ca. Sum. Subleuatis oculis in celum dixit
pater venit hora: clarifica filium tuum. Jeſus di
ſcipulos commendat patri: pater iuſte mundus
A te non cognouit. Ca. XVII.

Ec locutus eſt ieſus: ⁊ ſubleua-
tis oculis in celum dixit. Pater
venit hora clarifica filium tuū vt
filius tu9 clarificet te. Sicut de-
diſti ei poteſtatē omnis carnis
vt oē qd dediſti ei det eis vitam
eternam. Hec eſt autem vita eterna: vt cogno-
ſcant te ſolum deum verum: et quē miſiſti ieſum
chriſtum. Ego te clarificaui ſuper terram opus
de pe.di.4.c. ſi conſummaui quod dediſti mihi vt faciam. Et
ex bono.

nunc clarifica me tu pater apud temetipſū: cla
ritate quam habui priuſqꝫ mundus fieret apud
te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus quos
dediſti mihi de mundo. Tui erant ⁊ mihi eos de al's ✠ meum
diſti: ⁊ ſermonem † tuū ſeruauerunt. Nunc co- B
gnouerunt quia omnia que dediſti mihi abs te
ſunt. Quia verba que dediſti mihi dedi eis ⁊ ipſi
acceperunt ⁊ cognouerunt vere: quia a te exiui
⁊ crediderunt: quia tu me miſiſti: ego pro eis ro
go. Non pro mundo rogo ſed pro his quos de
diſti mihi quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt:
et tua mea ſunt ⁊ clarificatus ſum in eis. Et iam
nō ſum in mundo: et hi in mundo ſunt: ⁊ ego ad
te venio. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo de cele. miſ.c.cū
quos dediſti michi: vt ſint vnū ſicut et nos. Cū marthe.
eſſem cū eis ego ſeruabam eos in nomine tuo.
Quos dediſti mihi ego cuſtodiui ⁊ nemo ex eis
perijt niſi filius perditiōis: vt ſcriptura implea-
tur. Nunc autē ad te venio: ⁊ hec loquor in mū- E
do vt habeant gaudium meum impletum in ſe- Supra.15.c.
metipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum: et mun
dus eos odio habuit quia non ſunt de mūdo ſi-
cut ⁊ ego non ſum de mundo. Non rogo vt tol-
las eos de mūdo: ſed vt ſerues eos a malo. De
mundo non ſunt: ſicut et ego non ſum de mundo
Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veri-
tas ē. Sicut tu me miſiſti in mūdū: ita et ego mi-
ſi eos in mūdū. Et p eis ego ſanctifico meipſū vt
ſint ⁊ ipſi ſanctificati in veritate. Nō pro eis aūt
rogo tm̄ ſꝫ ⁊ p eis q credituri ſunt p verbū eorū
in me: vt omnes vnum ſint ſicut tu pater in me ⁊
ego in te: ⁊ vt ipſi i nobis vnū ſint: vt credat mū
dus: quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quā
tu deſti mihi dedi eis: vt ſint vnum ſicut et nos D
vnum ſumus. Ego in eis et tu in me vt ſint con- 35.q.10.c.2.
ſummati in vnum ⁊ cognoſcat mundus: quia tu de cele. miſ.c.cū
me miſiſti: et dilexiſti eos ſicut et me dilexiſti. marthe.
Pater quos dediſti mihi volo vt vbi ſum ego
⁊ illi ſint mecum: vt videant claritatem meā quā
dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutio-
nem mundi. [a] Pater iuſte mundus te nō cogno-
uit. Ego autem te cognoui: [b] et hi cognouerunt mat.11.b [a]154
quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuū luce.10.d III
⁊ notū faciā. vt dilectio qua dilexiſti me in eis [b]155
ſit: ⁊ ego in ipſis. X

C. S. Egreſſus ieſus cū diſcipulis ſuis trās
torrentem cedrum: querentibus iuda cum co-
horte ieſum: reſpondit: ego ſum abierunt retror
ſum ⁊ ceciderunt in terram: captio xp̄i: negatio
petri: adiuratio xp̄i ⁊ reſponſio eiuſdem.

Capitulum. XVIII. A

Ec [a] cum dixiſſet ieſus: egreſſus [a]156
eſt cum diſcipulis ſuis trās tor- I
rentem cedron vbi erat ort9 in
quē introiuit ipſe et diſcipuli ei9 act.16.c. [b]157
[b] Sciebat autē ⁊ iudas qui tra mar.14.c
debat eum locum: quia frequen luce.22.d. X
ter Jeſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. [c] [c]158
Judas ergo cum accepiſſet cohortem ⁊ a ponti I
ficibus et phariſeis miniſtros venit illuc cum mat.26.c. [d]159
laternis ⁊ facibus et armis. [d] Jeſus itaqꝫ ſciens mar.14.c X
omnia que ventura erant ſuper eum proceſſit et luce.22.d
dixit eis. Quē queritis? Reſponderunt ei. Je-
ſum nazarenum. Dixit eis Jeſus. Ego ſū. Sta
bat autem et iudas qui tradebat eum cū ipſis
Vt ergo dixit ieſus ego ſum: abierunt retrorſū
⁊ ceciderunt in terram. Iterum ergo interroga

nit eos. Quē queritis? Illi autem dixerunt. Je-
ſum nazarenum. Reſpondit Jeſus. Dixi vobis
quia ego ſum. Si ergo me queritis ſinite hos
abire. Ut impleretur ſermo quem dixit q: quos
dediſti mihi non perdidi ex eis quemꝙ. Symō
160 ergo petrus habēs gladium eduxit eum et per-
I cuſſit potificis ſeruum: et abſcidit auriculā eius
161 mat.26.e dextrā. Erat aūt nomen ſeruo malchus. Dixit
I mar.4.e ergo ieſus petro. Mitte gladium tuum in vagi
162 luce.22.e nam. Calicem quem dedit mihi pater non vis vt
I 24.q.1.c.ſi petr⁹ mat.26.f bibam illum? Cohors autem ⁊ tribunus ⁊ mi-
163 mar.14.f niſtri iudeorum comprehenderunt ieſum ⁊ liga-
X luc.22.f. Supra.11.f uerunt eum: ⁊ adduxerunt eum ad annam pri-
164 E mum. Erat † eñ ſocer cayphe qui erat pontifex
IIII al's + autem. anni illius. Erat autem cayphas qui conſilium
mat.26.f dederat iudeis: quia expedit vnum hominē mo
165 mar.14.f. ri pro populo. Sequebatur autē ieſum ſymon
X luc.22.f petrus: ⁊ alius diſcipulus. Diſcipulus autez il
166 le erat notus pōtifici: ⁊ introiuit cū ieſu in atriū
I pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium fo-
167 ris. Exiuit ergo diſcipulus alius. qui erat no-
X mat.26.g tus pontifici ⁊ dixit oſtiarie ⁊ introduxit petrū.
168 mar.14.g lu.22.g Dixit ergo petro ancilla oſtiaria. Nunquid et
I tu ex diſcipulis es hominis iſti⁹? Dixit ille. Nō
169 ſum. Stabant autem ſerui ⁊ miniſtri ad prunas
X quia frigus erat et calefaciebant ſe. Erat autem
al's + interrogabat. cum eis et petrus ſtans ⁊ calefaciens ſe. Ponti
fex ergo † interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis
D et de doctrina eius. Reſpondit ieſus. Ego pa-
mat.22.e lam locutus ſum mundo. Ego ſemper docui in
170 mar.14.e ſynagoga et in templo quo omnes iudei conue-
I luc.22.f niunt: et in oculto locutus ſum nihil. Quid me
171 mat.26.g mar.14.g interrogas? Interroga eos qui audierūt quid
X luc.22.g mat.26.f locutus ſum ipſis. ecce hi ſciunt q̄ dixerim ego.
172 mar.14.f. Hec autem cum dixiſſet vnus aſſiſtens miniſtro
I luc.22.f E rum dedit alapam Jeſu dicens. Sic reſpondes
173 pōtifici? Reſpondit ei ieſus. Si male locutus
X ſum: teſtimonium perhibe de malo. Si autē be-
174 ne: quid me cedis? Et miſit eum annas ligatū
I ad cayphā pontificem. Erat autem ſymō pe-
175 trus ſtans et calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei.
I Nunquid ex diſcipulis eius es? Negauit ille et
dixit. Non ſum. Dixit ei vnus ex ſeruis pontifi-
cis cognatus eius cuius abſcidit petrus auri-
culam. Nonne ego te vidi in horto cū illo? Ite
rum ergo negauit petrus: ⁊ ſtatim gallus canta
176 mat.27.f uit. Adduxerūt ergo ieſum a caypha in pretoriū.
I mar.15.a Erat autem mane: ⁊ ipſi non introierunt in pre
177 luc.23.a torium vt non contaminarentur: ſed vt mandu-
X carēt paſcha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras:
et dixit. Quam accuſationem affertis aduerſus
F hominem hunc? Reſponderunt et dixerunt ei.
Si non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſe-
mus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum
vos. et ſecundum legem veſtram iudicate eum.
Dixerunt ergo iudei. Nobis non licet interfice
re quemꝙ. Ut ſermo ieſu impleretur quez dixit
ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introi-
178 uit ergo iterum in pretorium pilatus: et vocauit
I ieſum et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Reſpon-
dit ieſus. A temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixe
runt de me? Reſpondit pilatus. Nunquid ego
179 mat.27.b. iudeus ſum? Gens tua et pontifices tui tradide
X mar.15.a luc.23.a runt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit ieſus. Re
gnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc
mundo eſſet regnum meū miniſtri mei vtiꝙ de-
certarent vt non traderer iudeis. Nunc autem

regnum meum non eſt hinc. Dixit itaꝙ ei pila- G 18
tus. Ergo rex es tu. Reſpondit ieſus. Tu dicis II
quia rex ſum ego. Ego in hoc nat⁹ ſum ⁊ ad hoc 18
veni in mundum vt teſtimonium perhibeam ve- X
ritati. Omnis q̄ eſt ex veritate audit vocē meā. 182
Dixit ei pilatus. Quid eſt veritas? Et cum hoc IX
dixiſſet iterum exiuit ad iudeos: et dixit eis. 183
Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autē con III
ſuetudo vobis. vt vnum dimittam vobis in pa- 184
ſcha. Uultis ergo dimittam vobis regem iudeo mat.27.b. mar.15.b I
rum? Clamauerunt rurſum oēs dicentes. Non mat.27.b
hunc ſed barrabam. Erat autē barrabas latro. mar.15.a luce.23.c.
Capituli Summa. Pilatus ieſum flagella-
uit: deriſio: crucifixio inter duos latrones: com
mendatio matris diſcipulo: et potatio aceti: et
mors et ſepultura.

Capitulum. XIX.

Tunc ergo apprehendit pilatus A 18
Jeſum et flagellauit. Et milites II
plectentes coronā de ſpinis im- mat.27.c mar.15.c
poſuerūt capiti eius: ⁊ veſte pur
purea circundederunt eū. Et ve
niebant ad eum ⁊ dicebant. Aue
rex iudeorū. Et dabāt ei † alapas. Exiuit ergo 18
iterum pilatus foras: et dixit eis. Ecce adduco al's + palmas IX
vobis eum foras: vt cognoſcatis quia nullam in 187
uenio in eo cauſam. Exiuit ergo Jeſus portans II
ſpineam coronam: et purpureum veſtimentum.
Et dixit eis. Ecce homo. Cū ergo vidiſſent eū luc.23.a.
pontifices et miniſtri clamabant dicentes. Cru mar.27.c. mar.15.b 18
cifige crucifige eum. Dixit eis pilatus. Accipite mar.27.c I
eum vos et crucifigite. Ego enim nō inuenio in mar.15.b luc.23.c. 189
eo cauſam. Reſponderunt ei iudei. Nos legez B X
habemus et ſecundum legez debet mori: quia fi mat.27.b. 190
lius dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet pilatus hūc mar.33.a IX
ſermonem magis timuit. Et ingreſſus eſt preto luc.33.a 191
rium iterum: et dixit ad ieſum. Unde es tu? Je- X
ſus autem reſponſum non dedit ei. Dixit ergo 23.q.1.c.quid 192
ei pilatus. Mihi nō loqueris? Neſcis quia po- culpatur. III
teſtatem habeo crucifigere te: ⁊ poteſtatem ha- 193
beo dimittere te? Reſpondit ieſus. Non habe- X
res poteſtatem aduerſum me vllam: niſi tibi da-
tum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit
tibi maius peccatū habet. Et exinde querebat
pilatus dimittere eum. Judei autem clamabant E
dicentes. Si hunc dimittis non es amicus ceſa-
ris. Omnis enim qui ſe regem facit contradicit
ceſari. Pilatus autem cum audiſſet hos ſermo-
nes adduxit foras ieſum: ⁊ ſedit pro tribunali in
loco qui dicitur † lithoſtratos hebraice autem al's + licoſtratos.
gabbata. (Erat autem paraſceue paſche hora mar.15.b.
quaſi ſexta) et dixit iudeis. Ecce rex veſter. Illi luc.23.c. 194
autē clamabant. Tolle tolle crucifige eū. Dixit I
eis pilatus. Regem veſtrum crucifigā? Reſpō- mat.23.b mar.15.b 195
derunt pontifices. Non habemus regem niſi ce- luc.23.c D X
ſarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifi- mat.27.c 196
geretur. Suſceperunt autez ieſum et eduxerūt luc.23.e. I
eum. Et baiulans ſibi crucem exiuit in eum qui mar.15.e. 197
dicitur caluarie locum: hebraice autē golgotha. mat.27.e mar.15.c I
Ubi crucifixerūt eū: ⁊ cum eo alios duos: hinc luc.23.e. 198
et hinc: mediū aūt ieſum. Scripſit aūt ⁊ titulū I
pilat⁹: ⁊ poſuit ſuper crucē. Erat aūt ſcriptū: ie- 199
ſus nazaren⁹ rex iudeorū. Hūc ergo titulū mul I
ti iudeorū legerūt: quia prope ciuitatez erat loc⁹ 200
vbi crucifixus eſt ieſus. Et erat ſcriptū hebraice X
grece

greceet latine. Dicebant ergo pilato pōtifices
iudeoꝛum. Noli ſcribere rex iudeoꝛu3: ſ3 qꝛ ipſe
dixit rex ſum iudeoꝛu3. Reſpōdit pilatꝰ. Quod
mat.27.f ſcripſi ſcripſi.[r] Milites ergo cum crucifixiſſent
I mar.15.d eū acceperūt veſtimenta eiꝰ ⁊ fecerunt quatuoꝛ
luc.23.e partes vnicuiq3 militi partē ⁊ tunicā. Erat autē
E tunica incōſutilis deſuper contexta per totum.
Dixerunt ergo adinuicē. Non ſcindamus eam
ſed ſoꝛtiamur de illa cuius ſit. Ut ſcriptura im-
pleretur dicēs. Partiti ſunt veſtimenta mea ſi-
pſa.21. bi: et in veſtem meam miſerunt ſoꝛtem. Et mili-
alſ.✝hoc tes quidem ✝ hec fecerunt.[s] Stabant autē3 iux-
202 ta crucē ieſu mater eius: et ſoroꝛ matris eius ma
X ria cleophe ⁊ maria magdalene. Cū vidiſſet er-
go ieſus matrem et diſcipulum ſtantem que3 di-
ligebat dixit matri ſue. Mulier ecce filius tuus
Deinde dixit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex il
III alſ.✝ſua. la hoꝛa accepit ea3 diſcipulus in ✝ ſuam.[t] Poſt-
alſ.✝iam ea ſciens ieſus qꝛ ✝ omnia ꝯſummata ſunt: vt cō
F ſummaretur ſcriptura dixit. Sitio. Uas autem
mat.27.e. erat poſitum aceto plenum. Illi ergo ſpongiam
mar.15.e. plenam aceto: hyſopo circumponentes obtule
204 luc.23.e. runt oꝛi eius.[v] Cum ergo accepiſſet ieſus acetu3
I mat.27.f dixit. Conſummatu3 eſt. Et inclinato capite tra
mar.15.d didit ſpiritum.[x] Iudei ergo quoniam paraſceue
X luc.23.f. erat vt non remanerent in cruce coꝛpoꝛa ſab-
bato (erat enim magnus dies ille ſabbati.) ro-
de ede. miſ.c. cū gauerunt pilatum vt frangerentur eoꝛum crura
marthe.et.c.in et tollerentur. Uenerunt ergo milites: et pꝛimi
quadam. quidem fregerunt crura: et alterius qui crucifi-
Exo.12.g xus eſt cum eo. Ad ieſum autem cum veniſſent vt
nume.9.d. viderunt eum iam moꝛtuum non fregerunt eius
zacha.12.c crura: ſed vnus militum lancea latus eius ape-
mat.27.g ruit et continuo exiuit ſanguis et aqua. Et qui
mar.15.d vidit teſtimonium perhibuit: et verum eſt teſti-
luc.23.f. moniū eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt ⁊ vos
G credatis. Facta ſunt enī hec vt ſcriptura imple-
Supra.2.a.et.7 g. retur. Os nō comminuetis ex eo. Et iterū alia
mat.27.g ſcriptura dicit. Uidebunt in quem transfixerunt.
mar.15.d. [y] Poſt hec aūt rogauit pilatū ioſeph ab arima-
luc.23.g thia eo q̄ eſſet diſcipulus ieſu: occultus aūt pꝛo
X pter metum iudeoꝛum vt tolleret coꝛpus Ieſu.[z]
Et permiſit pilatus. Uenit ergo et tulit coꝛpus
ieſu. Uenit autem ⁊ nicodemus qui venerat ad
I ieſum nocte pꝛimum: ferens mixturam mirhe et
aloes quaſi libꝛas centu3.[a] Acceperūt ergo coꝛ
pus ieſu: et ligauerunt eum lintheis cum aroma
tibus: ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat autem
in loco vbi crucifixus eſt hoꝛtus: ⁊ in hoꝛto mo
numentum nouum in quo nondum quiſq̄ poſitꝰ
erat. Ibi ergo pꝛopter paraſceuem iudeoꝛū: qꝛ
iuxta erat monumentū: poſuerunt ieſum.
¶ C.S. Reſurrectio: ⁊ qualiter apparuit ma-
rie magdalene: apparēs diſcipulis dedit eis pa
cem ⁊ ſpiritum ſanctum: poſt dies octo clauſis
ianuis apparuit diſcipulis et thome.

Capitulum. XX.

A VNa[a] autem ſabbati maria ma-
mat.18.a gdalene venit mane cum adhuc
mar.15.a tenebꝛe eſſent ad monumentu3
luc.24.a ⁊ vidit lapidem ſublatum a mo
X numento.[b] Cucurrit ergo ⁊ ve-
nit ad ſymonē petrū et ad aliu3
alſ.✝diligebat. diſcipulum quem ✝ amabat Ieſus: et dixit illis.
Tulerunt dominum de monumento: ⁊ neſcimus
vbi poſuerunt eum. Exijt ergo petrus et aliꝰ di-
ſcipulus: et venerunt ad monumentum. Curre-
bant autem duo ſimul ⁊ ille alius diſcipulꝰ pꝛe-
cucurrit citius petro ⁊ venit pꝛimus ad monu-
mentum. Et cū ſe inclinaſſet vidit poſita linthea
mina non tamen introiuit. Uenit ergo ſymō pe- B
trus ſequens ⁊ introiuit in monumentū. et vidit
lintheamina poſita ⁊ ſudarium quod fuerat ſu-
per caput eius non cum lintheaminibus poſitū
ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Tūc er
go introiuit et ille diſcipulus qui venerat pꝛimꝰ
ad monumentum et vidit ⁊ credidit. Nondum
enī ſciebant ſcripturā: qꝛ opoꝛtuit eū a moꝛtuis
reſurgere. Abierunt ergo iteru3 diſcipuli ad ſe-
metipſos.[c] Maria autem ſtabat ad monumen- C [c]211
tum foris ploꝛans: dum ergo fleret inclinauit ſe I
⁊ pꝛoſpexit in monumentū. Et vidit duos ange
los in albis ſedentes: vnū ad caput ⁊ vnū ad pe-
des. vbi poſitū erat coꝛpus ieſu.[d] Dicunt ei illi.
Mulier quid ploꝛas? Dixit eis. Quia tulerunt act.1.b. [d]212
dominum meum: ⁊ ✝ neſcio vbi poſuerunt eum. alſ.✝neſcimus. D X
Hec cū dixiſſet conuerſa eſt retroꝛſum: ⁊ vidit ie
ſum ſtantem: ⁊ non ſciebat quia ieſus eſt. Dixit
ei ieſus. Mulier quid ploꝛas? Quem queris?
Illa exiſtimās quia hoꝛtolanꝰ eſſet dixit ei. Do
mine ſi ſuſtuliſti eum dicito mihi vbi poſuiſti eū
et ego eum tollam. Dixit ei ieſus. Maria. Con-
uerſa illa dixit ei. Raboni quod dicitur magi- E
ſter. Dixit ei ieſus. Noli me tangere. Nondum
enim aſcendi ad patrem meum. Uade autem ad
fratres meos et dic eis aſcendo ad patre3 meū
⁊ patrē veſtrū: deum meum ⁊ deum veſtru3. Ue
nit maria magdalene annuncians diſcipulis: qꝛ luc.24.f [e]213
vidi dominum ⁊ hec dixit mihi.[e] Cum ergo ſero IX
eſſet die illo vna ſabbatoꝛum: ⁊ foꝛes eſſent clau
ſe vbi erant diſcipuli congregati pꝛopter metū
iudeoꝛū venit ieſus ⁊ ſtetit in medio ⁊ dixit eis.
Pax vobis. Et cum hec dixiſſet oſtēdit eis ma Infra eodem.
nus ⁊ latus.[f] Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo do- [f]214
mino. Dixit ergo eis iteru3. Pax vobis. Sicut X
miſit pater: et ego mitto vos. Hec cum dixiſſet mat.18.b
inſufflauit: et dixit eis.[g] Accipipite ſpiritum ſan- F [g]215
ctum: Quoꝛum remiſeritis peccata remittūtur VI
eis: et quoꝛum retinueritis retenta ſunt.[h] Tho- [h]216
mas autem vnus ex duodecim qui dicitur didy- X
mus non erat cum eis quando venit Ieſus. Di-
xerunt ergo ei alij diſcipuli. Uidimus dominu3.
Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibꝰ eius
fixuram clauoꝛum: ⁊ mittam digitum meu3 in lo
cum clauoꝛum: ⁊ mittam manum meam in latus
eius: non credam.[i] Et poſt dies octo iterū erant Supra eodem. [i]217
diſcipuli eius intus ⁊ thomas cum eis. Uenit ie G IX
ſus ianuis clauſis: et ſtetit in medio: et dixit eis.
Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitū
tuum huc: ⁊ vide manus meas ⁊ affer manū tuā
et mitte in latus meum: ⁊ noli eſſe incredulus ſ3
fidelis.[k] Reſpondit thomas ⁊ dixit. Dominus [k]218
meus et deus meus. Dixit ei ieſus. Quia vidiſti Infra.11.g. X
me thoma credidiſti. Beati qui non viderunt ⁊
crediderunt. Multa quidē ⁊ alia ſigna fecit ie-
ſus in conſpectu diſcipuloꝛum ſuoꝛum que non
ſunt ſcripta in libꝛo hoc. Hec autē3 ſcripta ſunt
vt credatis: qꝛ ieſus eſt chꝛiſtus filꝰ dei: et vt cre
dentes vitam ✝ habeatis in nomine eius. alſ.✝eternam.
¶ Ca.S. Poſtea iterum manifeſtauit ſe ieſus
ad mare tyberiadis ⁊ c. de piſcatione petri dixit
petro tertio: paſce oues meas.

Capitulum. XXI.

219 X A Oſtea[a] manifeſtauit ſe iterū ie-
ſus ad mare tyberiadis. Ma-
nifeſtauit autem ſic. Erāt ſimul
ſymō petrus ⁊ thomas qui di-
citur didimus ⁊ nathanael qui
erat a chana galilee ⁊ filij zebe-
dei ⁊ alij ex diſcipulis eius duo. Dixit eis ſymon
luc. 5. B petrus. Uado piſcari. Dicūt ei. Uenimus ⁊ nos
tecum. Et exierunt et aſcenderunt in nauim: et il
la nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam
facto ſtetit ieſus in littore: non tamen cognoue-
runt diſcipuli q2 ieſus eſt. Dixit ergo eis ieſus.
Pueri nunquid pulmentarium habetis? Reſpō
derunt ei non. Dixit eis. Mittite in dexteram
nauigij rethe: et inuenietis. Miſerunt ergo ⁊ iā
non valebant illud trahere pre multitudine pi-
220 X C ſcium.[b] Dixit ergo diſcipulus ille quem dilige-
bat ieſus petro. Dominus eſt. Symon petrus
cum audiſſet quia dominus eſt: tunica ſuccinxit
ſe (erat enim nudus) et miſit ſe in mare. Alij au-
luc. 24. f tem diſcipuli nauigio venerunt. Non enim lon-
ge erāt a terra ſed quaſi cubitis ducentis trahē-
tes rhete piſcium.[c] Ut ergo deſcenderunt in ter
221 IX ram: viderunt prunas poſitas: et piſcem ſuper-
poſitum ⁊ panem. Dicit eis ieſus. Afferte de pi-
222 IX ſcibus quos prendidiſtis nunc. Aſcendit ſymon
petrus et traxit rhete in terram plenum magnis
piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cum
223 IX D tanti eſſent non eſt ſciſſum rhete. Dixit eis ieſus
luc. 24. f. [e] Uenite prandete.[f] Et nemo audebat diſcumben-
224 X tium interrogare eum tu quis es? ſcientes quia
dominus eſt.[g] Et venit ieſus ⁊ accepit panem ⁊
225 IX aſs † dat † dabat eis et piſcem ſimiliter. Hoc iam tertio
manifeſtatus eſt ieſus diſcipulis ſuis cum reſur
226 X rexiſſet a mortuis. Cum ergo prandidiſſent di-
xit ſymoni petro ieſus. Symon ioannis diligis
227 IX me plus his? Dixit ei. Etiam domine tu ſcis q2
amo te. Dixit ei.[i] Paſce agnos meos.[k] Dixit ei
228 X E iterū. Symon ioannis diligis me? Ait illi. Etiam
domine tu ſcis q2 amo te. Dixit ei iterum.[l] Pa-
229 IX ſce agnos meos.[m] Dixit ei tertio. Symon ioan
nis amas me? Contriſtatus eſt petrus q2 dixit
230 X ei tertio amas me: et dixit ei. Domine tu omnia
F noſti: tu ſcis quia amo te. Dixit ei.[n] Paſce oues
231 II meas.[o] Amen amen dico tibi cū eſſes iunior cin-
gebas te: et ambulabas vbi volebas. Cum autē
232 X ſenueris: extendes manus tuas et alius te cin-
get: et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit ſi
gnificans qua morte clarificaturus eſſet deum.
Et cum hoc dixiſſet: dixit ei. Sequere me. Con
uerſus petrus vidit illum diſcipulum quem dili-
Supra 13. e aſs † ad ieſum. gebat ieſus ſequentem qui ⁊ recubuit in cena ſu
per pectus ei9 et dixit. Domine quis eſt qui tra
det te? Hunc ergo cum vidiſſet petr9: dixit † ie-
ſu. Domine hic autem quid? Dixit ei ieſus. Sic
eum volo manere donec veniam. Quid ad te? Tu
G me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres:
quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei ie
ſus: non moritur ſed ſic eum volo manere donec
veniam: quid ad te. Hic eſt diſcipulus ille qui te
ſtimonium perhibet de his: et ſcripſit hec. Et ſci-
mus quia verum eſt teſtimonium eius. Sunt au
tem et alia multa que fecit ieſus que ſi ſcribātur
per ſingula: nec ipſum arbitror mundum cape-
re poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros.

Explicit euangelium ſm Joannem.

Incipit prefatio ſancti hieronymi preſbyteri in omnes epiſtolas ſancti pauli.



Rimū querit quare poſt euangelia que ſupplementum legis ſunt et in quibus nobis exempla ⁊ precepta viuēdi pleniſſime digeſta ſunt voluerit apoſtol9 has epiſtolas ad ſingulas eccleſias deſtinare. Hac autē cauſa factum videtur vt ſcilicet initia naſcentis eccleſie nouis cauſis exiſtentibus preueniret: ⁊ vt preſentia atq3 oriētia reſecaret vitia: et poſt futuras excluderet queſtiones exēplo prophetarum qui poſt editā legē moyſi in qua omnia dei mandata legebantur: nihilomin9 tn̄ doctrina ſua rediuiua ſemper populi comprimere peccata: ⁊ propter exemplum viuendi libros ad noſtrā etiā memoriam tranſmiſerunt. Deinde querítur cur non amplius ꝙ decem epiſtolas ad eccleſias ſcripſerit. Decem ſunt enim cum ea que dicitur ad hebreos. Nā3 reliquę quatuor ad diſcipulos ſpecialiter ſunt porrecte. Ut oſtenderet nouum non diſcrepare a veteri teſtamento: et ſe contra legem non facere moyſi: ad numerū primorum decalogi mandatorum ſuas epiſtolas deſtinauit: et quot ille preceptis a pharaone inſtituit liberatos: totidem hic epiſtolis a diaboli et idolatrie ſeruitute edocet acquiſitos. Nā3 et duas tabulas lapideas duorum teſtamentorum figuram habuiſſe viri eruditiſſimi tradiderunt. Epiſtolam ſane que ad hebreos ſcribitur: quidam pauli non eſſe contendunt: eo quod non ſit eius nomine titulata: et propter ſermonis ſtiliq3 diſtantiam: ſed aut barnabe iuxta tertullianum: aut luce iuxta quoſdam vel certe clementis diſcipuli apoſtolum et epiſcopi romane eccleſie poſt apoſtolos ordinati. Quibus reſpondendum eſt ſi propterea pauli non erit: quia ei9 non habet nomen: ergo nec alicuius erit: quia nullius nomine titulatur. Quod ſi incōueniens abſurdumq3 eſt: ipſius magis eſſe credenda eſt: que tāto doctrine ſue fulget eloquio. Sed quoniam apud hebreorū eccleſias quaſi deſtructor legis falſa ſuſpitione habebatur: voluit tacito nomine de figuris legis et veritate chriſti reddere rationem: ne odium nominis in fronte pretitulati vtilitatem excluderet lectionis. Non eſt ſane mirum ſi eloquentior videatur in proprio ideſt hebreo: ꝙ in peregrino ideſt in greco quo cetere epiſtole ſunt ſcripte ſermone. Mouet etiam quoſdam quare romanorum epiſtola in primo ſit poſita: cum eam non primo ſcriptam ratio manifeſtet. Nam hanc ſe proficiſcentem hieroſolymam ſcripſiſſe teſtatur: cum corinthios ⁊ alios iam ante vt miniſterium quod ſecum portaturus erat colligerent: litteris adhortatus ſit. Unde et intelligi quidam volunt ita omnes epiſtolas ordinatas: vt prima poneretur quamuis poſterior fuerit deſtinata vt per ſingulas epiſtolas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorum

noꝛum namq̃ plerıq̃ tam rudes erãt vt non intelligerent
dei ſe gratia et nõ ſuis meritis eſſe ſaluatos: ⁊ ob hoc duo
inter ſe populi conflictarent. Idcirco illos indigere aſſe-
cõfirmari. rit † corrigi vitia gentilitatis pꝛioꝛa cõmemoꝛans. Coꝛin
thijs autem iam dixit ſcientie gratiam eſſe conceſſaʒ: et nõ
tam omnes increpat ꝗ̃ cur peccantes non increparint re
pꝛehendit ſicut ait. Auditur inter vos foꝛnicatio. Et iterũ
congregatis vobis cum meo ſpiritu tradere huiuſcemo-
1.Corin.5. di ſathane. In ſecũda vero laudãtur: ⁊ vt magis ac magis
Ibidem. proficiant commonentur. Galathe vero iam nullius crimi
nis arguuntur: niſi hoc tm̃ ꝙ caliſſimis pſeudo apoſtolis
crediderunt. Epheſij ſane nulla repꝛehenſione: ſed multa
laude digni ſunt: q: fidẽ apoſtolicã ſeruauerunt. Philip-
penſes etiam multomagis collaudantur: qui nec audire
quidem falſos apoſtolos voluerunt. Theſſalonicenſes ni
hilominꝰ in duabus epiſtolis omni laude pꝛoſequitur: eo
ꝙ non ſolum fidem inconcuſſam ſeruauerint veritatis: ſed
Theſſalo.2.c. etiam in perſecutione ciuiũ fuerint conſtãtes inuenti. Col
locenſes autem tales erant vt cum ab apoſtolo viſi coꝛpo
raliter non fuiſſent hac laude digni haberentur. Et ſi coꝛ-
poꝛe inquit abſens ſum ſed ſpiritu vobiſcum ſum gaudens
et videns oꝛdinem veſtrum. De hebꝛeis vero quid dicen-
1.Theſſa.1.c. dum eſt: quoꝛum theſſalonicẽſes qui plurimũ laudati ſunt
imitatoꝛes facti eſſe dicuntur: Sicut ipſe ait. Et vos fra-
tres imitatoꝛes facti eſtis eccleſiaruʒ dei q̃ ſunt in iudea.
Eadẽ enim paſſi eſtis ⁊ vos a cõtribulibus veſtris: que et
illi a iudeis. Apud ipſos quoq̃ hebꝛeos eadẽ cõmemoꝛat
dicens. Nam et vinctis compaſſi eſtis: ⁊ rapinam bonoꝛũ
Heb.10. veſtroꝛum cum gaudio ſuſcepiſtis: cognoſcentes vos ha-
bere melioꝛem et manentem ſubſtantiam.

Incipit pꝛologus beati Hieronymi pꝛeſbyteri ſpecia
lis in epiſtolam ad Romanos.

Omani ſunt qui ex iudeis ⁊ gentilibus credide
runt. Hi ſuperba contentione volebant ſe alter
utrum ſuperponere. Nam iudei dicebãt. Nos
ſumus populꝰ dei quos ab initio dilexit ⁊ fouit:
nos circuncıſi ex genere abꝛaam: ſancta deſcẽdimꝰ ex ſtir
pe: ⁊ notus retro apud iudeam tantuʒ deus. Nos de egy
pto ſignis dei et virtutibus liberati mare ſicco pertranſi-
uimus pede: cũ inimicos noſtros grauiſſimi fluctus inuol
uerent. Nobis pluit manna dominus in deſerto ⁊ quaſi fi
lijs ſuis celeſte pabulũ miniſtrauit. Nos die noctuq̃ in co
lumna nubis ignıſq̃ pꝛeceſſit. vt nobis in inuio iter oſten
deret. Atq̃ vt cetera eius circa nos immẽſa beneficia ta-
ceamus: nos ſoli digni fuimus dei legẽ accipere: ⁊ vocem
dei loquẽtis audire: eiuſq̃ cognoſcere voluntatẽ in qua le
ge nobis pꝛomiſſus eſt chꝛiſtus: ad quos etiã ipſe ſe veniſ
ſe teſtatus eſt dicẽs: non veni niſi ad oues que perierãt do
mus iſrael: cũ vos canes potius ꝗ̃ homines appellauerit
Deu.5.c Equũ ne ergo eſt vt idola hodie deſerẽtes quibus ab ini
tio deſeruiſtis nobis comparemini: ⁊ non potius in pꝛoſe
litoꝛum locum ex legis autoꝛitate ⁊ conſuetudine depute
mini: Et hoc ipſum non merebamini. niſi quia larga ſemꝑ
dei clementia voluit vos ad noſtram imitationem admit-
tere. Gentes etiam econtrario reſpondebant. Quãto eñ
maioꝛa erga vos dei beneficia narraueritis: tanto maio-
Nu.4. ris vos criminis reos eſſe mõſtrabitis. Semꝑ eñ his om
nibus extitiſtis ingrati. Nam ipſis pedibus quibus ari-
dũ mare tranſitis ludebatis ante idola que feciſtis: ⁊ ipſo
oꝛe quo pauloante ob necem aduerſarioꝛum domino can
taueratis; ſimulachꝛa vobis fieri popoſciſtis: illis oculis
quibus venerando deum in nube vel igne conſpicere ſole
Num.14. batis ſimulachꝛa intuebamini. Manna quoq̃ vobis faſti
dio fuit. et ſemper in deſerto contra dominum murmura-
ſtis: ad egyptuʒ vnde vos manu valida eiecerat redire cu
pientes. Quid plura: Ita patres veſtri crebꝛa pꝛouoca-
tione dominum irritauerunt vt omnes in heremo moꝛerẽ
tur: nec plus ex ſenioꝛibus eoꝛum ꝗ̃ duo homines terram
repꝛomiſſionis intrarent. Sed quid antiqua replicamus
cum etiã ſi illa minime feciſſetis de hoc ſolo nemo vos di-
gnos venia iudicaret: ꝙ dominũ chꝛiſtũ pꝛophetarũ ſem-
per vobis vocibus repꝛomiſſum non ſolum ſuſcipere no-
luiſtis ſed etiam moꝛte peſſima peremiſtis. Quem nos vt
cognouimus ſtatim credidimus cuʒ nobis de eo antea nõ
fuerit pꝛedicatum. Vnde pꝛobatur ꝙ idolis ſeruiuimꝰ nõ
obſtinationi mentis ſed ignoꝛantie deputandum. Qui eñ
cognitum illico ſequimur: olim vtiq̃ ſequeremur ſi antea
gnouiſſemus. Sic aũt vos de generis nobilitate iactatis
quaſi non moꝛum imitatio magis ꝗ̃ carnalis natiuitas fi-
lios vos faciat eſſe ſanctoꝛum. Deniq̃ eſau et iſmahel cũ
de ſtirpe ſint abꝛae minime tamen in filijs reputãtur. His
taliter altercantibus apoſtolus ſe mediũ interponẽs ita
partium dirimit queſtiones vt neutrum eoꝛum ſua iuſtitia
ſalutem meruiſſe confirmet: ambos vero populos ⁊ ſcien
ter et grauiter deliquiſſe. Iudeos quidem ꝙ per pꝛeuari-
cationeʒ legis deum inhonoꝛauerint: gentes vero ꝙ cum
cognitum de creatura creatoꝛem vt deum debuerint vene
rari: gloꝛia eiꝰ in manu facta mutauerit ſimulachꝛa. Vtroſ
q̃ etiam ſimiliter veniam conſecutos: equales eſſe veriſſi-
ma ratione demonſtrat: pꝛeſertim cum in eadem lege pꝛe
dictum ſit ⁊ iudeos ⁊ gentes ad chꝛiſti fidẽ vocandos eſſe
oſtendat. Quamobꝛem viciſſim eos humilians: ad pacem
et concoꝛdiam cohoꝛtatur.

Explicit pꝛologus.

Incipit argumentum in epiſtolã Pauli ad romanos.

Omani ſunt partis italie. Hi pꝛeuẽti ſunt a fal
ſis apoſtolis: et ſub nomine domini noſtri ieſu
chꝛiſti in legẽ ⁊ pꝛophetas erãt inducti. Hos
reuocat apoſtolus ad veram et euangelicaʒ fi
dem ſcribens eis a coꝛintho.

Explicit argumentum.

Incipit pꝛologus ex dictis ſacroꝛum doctoꝛum in epi
ſtolas beati pauli apoſtoli ad romanos.

Rincipia rerum requirenda ſunt pꝛius vt eoꝛuʒ
notitia plenioꝛ poſſit haberi. Tunc enim demũ
facilius poterit cauſe ratio declarari ſi eius oꝛi
go diſcatur. Si ergo epiſtolaruʒ ſcripture poſt
euangelium edite modum et rationem oſtenderimus po-
terit videri verum quod dicimus. Sciendum igitur quod
ſicut in veteri teſtamento poſt legis moſayce eruditioneʒ
vbi culture diuine mandata continebãtur pꝛophetica do-
ctrina fuit neceſſaria que rediuiua populi peccata ſuppli-
cioꝛum denunciatione compeſceret: atq̃ eundem populũ
bonoꝛum repꝛomiſſionibus ad obediendum ac ſeruiẽduʒ
deo viuenti commoneret: ita in nouo teſtamento poſt euã
gelium in quo chꝛiſtiane religionis oꝛdo ⁊ perfecte ſancti
tatis doctrina traditur: epiſtolarum pauli ⁊ alioꝛum pere-
utilis ſecuta eſt doctrina: vt eccleſiam dei cõtra hereticas
prauitates pꝛemuniret: ⁊ ſuboꝛiẽtia vitia reſecaret ⁊ poſt
futuras queſtiones excluderet. Hi ſunt pãni qui ad extra
hendum hieremiam de lacu funibus circũligati ſunt. Epi
ſtolarum ſiquidem doctrina legis et pꝛophetie atq̃ euan
gelij cõſonis teſtimonijs velut triplici fune circũligate de
lacu ignoꝛantie ⁊ infidelitatis peccatoꝛ ad lucem gratie ⁊
veritatis educitur. Inter omnes vero epiſtolarũ ſcripto-
res paulus in tribus et pluribus foꝛe excellit ſcʒ in ope-
ris pꝛofunditate: in fidei aſſertione ⁊ in gratie commẽda-
tione: ſeu ſpei ſublcuatione. In operis pꝛofunditate: quia
hoc opus eſt ceteris pꝛolixius: et ad intelligendum diffici
lius eſt. In fidei aſſertione: quia paulus in lege et pꝛophe
tis peritus ad fidei catholice aſſertionem congrua autoꝛi
tatũ legis ⁊ pꝛophete induxit teſtimonia vt eſſet baſis ſub

in lege ꝛ prophetis ꝓmiſſum occidiſtis. Nos itaq; vobis
digniores ſumus q̇ vt de xp̄o audiuimus in cuȝ credidim⁹
Unde p̱ prophetā dn̄s ait. Populus quē nō cognoui cre-
didit mihi: i auditu auris obediuit mihi. Unde cōſtat nos
non ex induſtria ſed ex ignorātia deliquiſſe. Si eīm ꝓphe-
tas aut apoſtolos ante habuiſſemus idola nō coluiſſem⁹.
Q̄ð autē de generis nobilitate vos iactatis: ſi qua talium
gloria eſt tunc iſmael ꝛ eſau poſſunt pariter gloriari cū de
eiſdem parētibus ſint nati. His itaq; altercātibus apoſto
lus ſe mediū interpoſuit: oēs illoꝝ contentiones hinc inde
dirimēs: ꝛ quaſi bonus cōcionator voce ſonora illos allo-
quens ad vnaȝ oēs cōcordiā adduxit: oſtēdēs nullos illo
rum ſuis meritis eſſe ſaluatos: q2 oēs ꝛ iudei ꝛ gētiles ſub
peccato tenebantur: ſed per gratiā dei liberati ſunt. Pro
altercatione itaq; p̄dicta ſcribit romanis cōfutās modo
gētiles modo iudeos docēs eos humiliari: vt omnia attri
buant gratie dei: ꝛ oſtendēs oībus gratis veniſſe gratiaȝ
fidei ꝛ euangelij xp̄i quam propterea ꝛ grām vocari oſten
dit: q2 nō quaſi debitū iuſtitie reddita eſt ſȝ gratuito data.
Quid enīȝ eſt gratia gratis data donata non reddita. Si
enim tibi debebat̄ anteq̄ grām haberes: merces tibi red
dita eſt non gratia donata. Merito itaq; hec epiſtola pri
ma ponitur: q2 oīm maloꝝ vt p̄dictū eſt radicē perimit.
Aſſignatis rationibus operis numeri ꝛ ordinis epiſtolaꝝ
explicatio quoq; ꝛ vnde quare apoſtolus romanis ſcripſe
rit ſupereſt de materia ꝛ ītētiōe ꝛ modo tractādi exequi.
Generalis oīm epiſtolaruȝ materia eſt doctrina euāgelij.
Intentio eſt monere ad obediendūȝ euangelice doctrine.
Preter hec aūt in ſingulis proprias ītētiōes ꝛ materias
requirimus. Prima itaq; ep̄la materiā habet romanoꝝ
vitia atq; gratie dei dona ad q̄ eos hortat̄. Intentio eſt vi
tia eorūdē increpare ꝛ adverā pacē ꝛ fraternā cōcordiā
ſub manu gratie humiliare. Modus tractādi talis eſt mo
re ſcribentiū epiſtolas ſalutationē p̄mittit in qua tria fa
cit. Cōmendat eīm perſonam ſuam ꝛ negotiū ꝛ autorē ne-
gotij in quibus cōgrue captat beniuolētiā. Poſt ſalutatio
nem vero vtriuſq; partis vitia arguit oſtēdēs gētiles a na
turali ratione ꝛ iudeos a lege exorbitaſſe. Deinde plurib⁹
modis oſtendit iuſtitiā ꝛ ſalutē eque vtriq; eſſe non per le
gem: ſed per fideȝ ieſu xp̄i vt a lege eos tollat ꝛ in ſola fide
chriſti eos conſtituat. Circa fineȝ vero moralis ſubditur
inſtructio atq; in actiōe gratiarū finē tenet epiſtola. Pre-
mittit autem ſalutationem dicens.

¶ Explicit prologus doctorum.

¶ Incipit epiſtola beati pauli ad romanos.

¶ C.S. Oſtendit apoſtolus charitatē ſe habere ad Ro
manos ac deinde vitia eoꝝ redarguit q2 ſequuntur deſi-
deria ſua. Capi.I.

A



PAulus ſer
uus ieſu xp̄i vocatus
apoſtolus ſegregat⁹
in euangeliū dei qð ante ꝓmi-
ſerat per ꝓphetas ſuos in ſcri
pturis ſanctis de filio ſuo q̇ fa
ctus eſt ei ex ſemie dauid ſcd̄z
carnē q̇ p̄deſtinatus eſt fili⁹
dei in ꝟtute ſcd̄z ſpiritū ſancti
ficationis ex reſurrectiōe mor
tuoꝝ ieſu xp̄i dn̄i noſtri p̱ queȝ
accepimus grām ꝛ apoſtolatū
ad obediēdū fidei in oībus gē
tibus pro noīe eius: in quibus
eſtis ꝛ vos vocati ieſu xp̄i oīb⁹ q̇ ſunt rome dilectis dei vo
catis ſanctis. Gratia vobis ꝛ pax a deo p̄re ꝛ dn̄o noſtro
ieſu xp̄o. Primū quidē gratias ago deo meo p̱ ieſuȝ xp̄ȝ p̱ Thimo.1.a.
oīb⁹: vobis q2 fides veſtra annūciat̄ in vniuerſo mūdo. Te
ſtis eīm mihi eſt de⁹ cui ſeruio in ſpiritu meo ī euāgelio filij
ei⁹ ꝙ ſine intermiſſione memoriā veſtri facio ſemper in ora
tionibus meis: obſecrās ſi quomodo tādē aliqn̄ proſperū
iter habeā in voluntate dei veniēdi ad vos. Deſidero eīm
videre vos vt aliquid impartiar vobis gratie ſpiritualis ad
cōfirmādos vos. i. ſimul cōſolari in vobis per eā q̄ inuicē
eſt fidē veſtrā atq; meā. Nolo aūt vos ignorare fratres q2
ſepe ꝓpoſui venire ad vos ꝛ prohibitus ſuȝ vſq; adhuc vt
aliquē fructum habeā in vobis ſicut ꝛ in ceteris gentibus B
grecis ac barbaris ſapiētibus ꝛ inſipientibus debitor ſuȝ
ita ꝙ in me p̄ōptuȝ eſt ꝛ vobis qui rome eſtis euangeliza
re. Non eīm erubeſco euāgeliū. Uirtus enim dei eſt in ſalu
tem omni credenti iudeo primū et greco. Juſtitia enim dei Abacuc 2.a.
in eo reuelatur ex fide in fidē: ſicut ſcriptū eſt. Juſtus autē Heb.10.g.
ex fide viuit. Reuelatur eīm ira dei de celo ſuper omnē im-
pietateȝ: ꝛ iniuſtitiā hominū eorum qui veritatē dei in iniu
ſtitia detinent: q2 qð notum eſt dei manifeſtum eſt in illis.
De⁹ eīm illis † manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius a crea C
tura mundi per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur: alś ✝ reuelau.
ſempiterna quoq; ei⁹ virtus ꝛ diuinitas: ita vt ſint inexcu
ſabiles. Quia cuȝ cognouiſſent deū non ſicut deum glorifi
cauerunt: aut gratias egerūt: ſed euanuerunt in cogitatio
nibus ſuis: ꝛ obſcuratū eſt inſipiēs cor eoꝝ. Dicentes eīm 1.cor.3.b.
ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt gloriā in- Ephe.4.d.
corruptibilis dei ī ſimilitudinē imaginis corruptibilis ho
minis: ꝛ volucrum ꝛ quadrupedum ꝛ ſerpentiū. Propter
quod tradidit illos deus in deſideria cordis eoꝝ in immū
ditiam vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis.
† Quia cōmutauerunt veritatē dei in mēdacium: ꝛ colue-
runt ꝛ ſeruierunt creature potius q̄ creatori: qui eſt bene alś ✝ qui
dictus in ſecula amē. Propterea tradidit illos de⁹ in paſ- Infra.9.a.
ſiones ignominie. Nam femine eoꝝ immutauerūt natura D
lem vſum in eum vſum qui eſt cōtra naturā. Similiter autē 32.q.7.c.vſus
ꝛ maſculi relicto naturali vſu femine exarſerunt in deſide-
rijs ſuis in inuicē maſculi in maſculos turpitudinē operan
tes ꝛ mercedē quā oportuit erroris ſui ī ſemetipſis recipiē
tes. † Et ſicut non probauerūt deū habere in noticia: tra alś ✝ quia.
didit illos de⁹ in reprobū ſenſum vt faciant ea q̄ nō conue-
niant repletos omni iniquitate: malicia: fornicatiōe: auari
cia: nequitia: plenos inuidia: homicidijs: cōtentione: dolo:
malignitate: ſuſurrones: detractores deo odibiles: contume
lioſos: ſuperbos: elatos: inuētores maloꝝ parētibus nō
obediētes: inſipiētes: incōpoſitos ſine affectione: abſq; fe
dere: ſine miſericordia. Qui cū iuſtitiā dei cognouiſſet nō 27.q.1.c.vid.
intellexerūt: qm̄ qui talia agunt digni ſunt morte non ſoluȝ
qui ea faciunt ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

¶ C.S. Redarguit ap̄ls vitia iudeoꝝ: dicens eos in cul
pa gētilibus ſimiles ꝛ quo ad aliquid peiores. Ca.II. A

PRopter qð inexcuſabilis es o hō q̇ iudicas. In Mat.7.a.
quo eīm alterū iudicas teipſum cōdēnas. Eadē 3.q.9.c.nihil
eīm agis q̇ iudicas. Scimus eīm qm̄ iudiciū dei
eſt ſcd̄m veritatē in eos q̇ talia agūt. Exiſtimas
aūt hoc o homo oīs qui iudicas eos q̇ talia agunt ꝛ facis
ea q2 tu effugies iudiciū dei: An diuitias bōitatis ei⁹ ꝛ pa
tientie ꝛ longanimitatis contēnis: Ignoras qm̄ benigni-
tas dei ad † penitentiā te adducit. Secundū autē duritiaȝ alś ✝ patiētia
tuam ꝛ impenitēs cor theſaurizas tibi irā in die ire ꝛ reue
lationis iuſti iudicij dei: q̇ reddit vnicuiq; ſcd̄m opera ei⁹.
His quidē q̇ ſcd̄m patientiā boni operis gloriā ꝛ honorē
ꝛ incorruptionē querētibus vitā eternā. His autēȝ q̇ ſunt
ex cōtentione ꝛ q̇ nō acquieſcūt veritati: credūt aūt iniqui Mat.16.d.
tati: ira ꝛ indignatio tribulatio ꝛ anguſtia in oēȝ animā ho B
minis operātis malū: iudei p̄mū ꝛ greci. Gloria aūt ꝛ ho Ephe.6.b.
nor ꝛ pax omni operanti bonū iudeo p̄mū ꝛ greco. Non col.3.d.
enim eſt acceptio perſonarū apud deū. Quicunq; enim ſi Actuum.10.
ne lege peccauerunt: ſine lege peribunt. Et quicunq; in le 1.Pe.1.c.
ge peccauerunt per legem iudicabūtur. Non enim auditu Mat.7.c.
Ja.1.d.

gis recõciliati ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolum autẽ ſed ⁊ gloriamur in deo p̄ dominũ noſtrum ieſum xp̄m: per quẽ nunc recõciliationẽ accepimus. Propterea ſicut per vnũ hoīem petm̃ in hunc mũdũ intrauit ⁊ per petm̃ mors: ⁊ ita in oẽs hoīes mors ptranſijt: in quo oẽs peccauerũt. (de conſe. di. 4. … in fi. ⁊ c … ſeruit.)

C Uſq; ad legẽ eñ petm̃ erat in mundo. Peccatũ aũt nõ imputabatur cũ lex nõ eſſet. Sȝ regnauit mors ab adã vſq; ad moyſem: etiã in eos qui non peccauerũt in ſimilitudinẽ p̄uaricationis ade: qui eſt forma futuri. Sed nõ ſicut delictum ita ⁊ donũ. Si eñ vnius delicto multi mortui ſunt: multomagis gratia dei: ⁊ donũ in gr̃a vni⁹ hoīs ieſu xp̄i in plures abũdauit. Et non ſicut per vnuȝ petm̃: ita ⁊ donũ. Nã iudiciũ quidẽ ex vno in condẽnationẽ: gr̃a autẽ ex multis delictis in iuſtificationẽ. Si eñ in vni⁹ delicto mors regnauit per vnũ multomagis abundantiã gr̃e ⁊ donatiõis

D ⁊ iuſtitie accipiẽtes in vita regnabunt per vnũ ieſum xp̄ȝ. Igitur ſicut per vnius delictũ in oẽs hoīes in cõdẽnationem: ſic ⁊ p̄ vnius iuſticiã in oẽs hoīes in iuſtificationẽ vite. Sicut eñ per inobedientiã vnius hoīs peccatores cõſtituti ſunt multi: ita ⁊ per vni⁹ obedientiã iuſti cõſtituent̃ multi. Lex autẽ ſubintrauit vt abundaret delictũ. Ubi aũt abundauit delictũ ſuperabundauit ⁊ gratia vt ſicut regnauit petm̃ in morẽ ita ⁊ gratia regnet p̄ iuſtitiã in vitã eternam: per Ieſum xp̄m dominum noſtrum.

¶ C. S. Declarat ap̄ts in peccatis nõ eſſe manenduȝ: ⁊ q̄ ſit virtuoſe operandum. Ca. VI.

A Quid ergo dicemus: manebimus in petõ: vt gr̃a abundet? Abſit. Qui eñ mortui ſumus peccato: quomõ adhuc viuem⁹ in illo? An ignoratis fratres: q: quicũq; baptizati ſumus in xp̄o Ieſu: in morte ipſius baptizati ſumus? Cõſepulti eñ ſum⁹ cũ illo per baptiſmum in mortẽ: vt quomodo xp̄s ſurrexit a mortuis per gloriã patris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulem⁹. (de conſe. di. 4. … populo.) Si eñ cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes q: vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur corpus peccati vt vltra non ſeruiamus peccato. (de. 4. c … li. b.) Qui eñ mortuus eſt iuſtificatus eſt a peccato. Si autẽ mortui ſum⁹ cum † xp̄o credimus: q: ſimul etiã viuem⁹ cũ illo. (… illo.) Sciẽtes quod xp̄s reſurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dñabitur. Qđ eñ mortuus eſt petõ: mortuus eſt ſemel: qđ aũt

B viuit: viuit deo. Ita ⁊ vos exiſtimate vos mortuos quideȝ eſſe petõ: viuentes autẽ deo in xp̄o ieſu. (… c. naptia … de conſe. di. 2. c … ſit.) Non ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore: vt obediatis cõcupiſcẽtijs eius. Sȝ neq; exhibeatis mẽbra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos deo tanq̄ ex mortuis viuentes: ⁊ mẽbra veſtra arma iuſtitie deo. Peccatuȝ eñ vobis nõ dñabitur. Non eñ ſub lege eſtis: ſed ſub gratia. Quid

C ergo? Peccabimus q̄m nõ ſumus ſub lege: ſȝ ſub gratia? Abſit. An neſcitis q̄m cui exhibetis vos ſeruos ad obediẽdum: ſerui eſtis eius cui obediſtis ſiue peccati ad mortẽ ſiue obeditionis ad iuſtitiã. Gratias autẽ deo qđ fuiſtis ſerui peccati: obediſtis autẽ ex corde in eã formã doctrine in qua traditi eſtis. (de conſe. di. 2. c … abundaret … dica ponde …) Liberati autẽ a peccato ſerui facti eſtis iuſtitie. Humanũ dico propter infirmitateȝ carnis veſtre. Sicut enim exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immũdicie ⁊ iniquitati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitie in ſanctificationẽ. (… 47. ca. ol … requiſiti)

D Cum enim ſerui eſſetis peccati: liberi fuiſtis iuſtitie. Quẽ ergo fructuȝ habuiſtis tũc in illis in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorũ mors eſt. Nunc vero liberati a peccato: ſerui autẽ facti deo: habebitis fructum veſtrum in ſanctificatiõem: finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors: gratia auteȝ dei vita eterna: in xp̄o ieſu dño noſtro.

¶ Capi. Summa. Ponit apoſtolus ceſſationem legis veteris que eſt lex mortis: et tractat de lege fomitis.

¶ Capitulum. VII.

A An ignoratis fratres (ſciẽtib⁹ eñ legẽ loquor) q: lex in hoīe dñatur quãto tẽpore viuit. Nã q̄ ſub viro eſt mulier: viuẽte viro alligata eſt legi. (1. cor. 7. b) Si aũt mortuus fuerit vir eius ſoluta eſt a lege viri. Igitur viuẽte viro. vocabit̃ adultera: ſi fuerit cũ alio viro. Si autẽ mortuus fuerit vir ei⁹ liberata eſt a lege viri vt non ſit adultera. Si fuerit cum alio viro. Itaq; fratres mei ⁊ vos mortificati eſtis legi p̄ corpus xp̄i: vt ſitis alte-

trario benedicentes. q2 in hoc vocati eſtis vt benedictio- Pro.12.c.
nem hereditate poſſideatis. Qui enī vult vitam diligere; Jaco.1.a.
et dies videre bonos coherceat linguā ſuam a malo: et la-
bia eius ne loquantur dolū: declinet autē a malo et faciat
bonum inquirat pacē et † perſequatur eā. Quia oculi dn̄i
ſuper iuſtos: ꝛ aures eius in preces eorū vultus autē dn̄i
ſuper faciētes mala. Et quis eſt qui vobis noceat: ſi boni C
emulatores fueritis? Sed et ſi quid patimini propter iu-
ſtitiam beati. Timorē autem eorū ne timueritis vt non cō- Mat.5.a.
turbemini. Dn̄m autem xp̄m ſanctificate in cordibus ve-
ſtris: parati ſemper ad ſatiſfactionē omni poſcenti vos ra
tionem de ea q̄ in vobis eſt ſpe ꝛ fide: ſed cum modeſtia et
timore conſciētiā habētes bonā vt in eo quod detrahunt
de vobis confundantur: qui calumniantur veſtrā bonā in Heb.9.g de conſe. di. c. ſemel.
xp̄o conuerſationem. Melius eſt enim vt benefaciētes ſi
voluntas dei velit pati: q̄ malefacientes. Quia ꝛ chriſtus
D
ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis Diſ.1.c.
vt nos offerret deo mortificatos quidem carne: viuifica- Mat.24.c.
tos autem ſpiritu. In quo et his qui in carcere erant ſpiri Lu.17.f.
tu veniens predicauit: qui increduli fuerāt aliquādo quan De conſe.di.4. c. vero.
do expectabant dei patientiā in diebus. Noe cum fabrica
retur archa in qua pauci. i. octo anime ſalue facte ſunt per
aquā. Quod ꝛ vos nunc ſimilis forme ſaluos facit baptiſ-
ma: non carnis diſpoſitio ſordiū. ſed conſciētie bone inter
rogatio in deum per reſurrectionē ieſu xp̄i a mortuis: qui
eſt in dextera dei deglutiens mortem vt vite eterne here-
des efficeremur: profectus in celum ſubiectis ſibi angelis
et poteſtatibus et virtutibus.

¶ C.S. Inſtruit apoſtolus ad vitandā luxuriā atq̄ gulā A
ac docet hoſpitalitatē ꝛ charitatē proximi: ac exhortatur
ad patientiā ab aduerſarijs fidei. Ca. IIII.

Chriſto igit̄ paſſo in carne: ꝛ vos eadē cogi-
tatiōe armamini: q2 q̄ paſſus eſt in carne de
ſijt a peccatis vt nō iā deſiderijs hominū: ſꝫ vo-
luntate dei qḋ reliquū eſt in carne viuat tēpo
ris. Sufficit enī preteritū tēpus ad volunta
tē gētiū cōſummādā his q̄ ambulauerūt in luxurijs deſide Ephe.4.f. Jac.4.a.
rijs † vinolētijs cōmeſſatiōibus: potationibus: ebrietati-
B
bus ꝛ illicitis idolorum cultibus. In quo admirātur non
concurrētibus vobis in eandē luxurie confuſionē blaſphe De cōſe. di. 5. c. in fine.
mantes: qui reddent rationem ei qui paratus eſt iudicare
viuos ꝛ mortuos. Propter hoc enim et mortuis euange-
lizatum eſt vt iudicentur quidē ſcd̄m homines in carne vi-
uant autem ſcd̄m deum in ſpiritu. Omnium autem finis ap
propinquabit. Eſtote itaq̄ prudentes ꝛ vigilate in oratio
nibus. Ante oīa autem mutuam in vobiſmetipſis charita- 12.q.4.c. ſacramento.
C
tem continuā habentes. Q2 charitas operit multitudinē
peccatorum. Hoſpitales inuicē ſine murmuratione. Vnuſ De pe. di. 1. c. in tantum.
quiſq̄ ſicut accepit gratiā in alterutrū illam adminiſtran- De bap. c. maiores.
tes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratie dei. Si
quis loquitur quaſi ſermones dei. Si quis miniſtrat tāq̄ Prouerb.10.b.
ex virtute quam adminiſtrat deus vt in omnibus honori- Roma.11.a.
ficetur deus per ieſum chriſtum cui eſt gloria et imperium Heb.11.a.
in ſecula ſeculorum. Amen. Chariſſimi nolite peregrina- Philip.1.c. 24.q.3.c.
ri in feruore qui ad tentationem vobis ſit quaſi noui ali-
quid vobis contingat: ſed communicantes chriſti paſſio-
nibus gaudete: vt et in reuelatione glorie eius gaudea-
tis exultantes. Si exprobamini in nomine chriſti beati
eritis: quoniam quod eſt honoris glorie et virtutis dei:
D
et qui eſt eius ſpiritus ſuper vos requieſcet. Nemo au-
tem veſtrum patiatur quaſi homicida: aut fur: aut male-
dicus aut alienorum appetitor. Si autem vt chriſtianus
non erubeſcat

non erubeſcat. Glorificet autē deū in iſto nomine: quoniā
tempus eſt vt incipiat iudiciū a domo dei ſi autez primum
a nobis quis finis eoꝝ: qui non credūt dei euangelio? Et
ſi iuſtus quidē vix ſaluabitur impius ⁊ peccatoꝛ vbi pare Prouer.11.d. ...i.5.c. ⁊ par ...ibus.
bunt. Itaqꝫ ⁊ hi qui patiunt ſecundū voluntatē dei: fideli
creatoꝛi commendent animas ſuas in benefactis.

C. L. S. Apoſtolus informat exiſtētes in ſtatu paſtorali
ac ſtatu iuuenili quo ad humilitatē ⁊ ſobꝛietatē. Ca.V.

Enioꝛes ergo q̄ in vobis ſunt obſecro con
A ſenſoꝛ ⁊ teſtis xp̄i paſſionū: qui ⁊ eius q̄ in
futuro reuelanda eſt: gloꝛie cōmunicatoꝛ.
Paſcite qui in vobis eſt gregem dei: pro
uidentes non coacte ſed ſpōtanee ſecūdū
deū: neqꝫ turpis lucri gratia: ſed volunta
rie neqꝫ vt dominantes in cleris: ſed forma facti gregis ex
animo. Et cum apparuerit princeps paſtoꝝ percipietis
B immarceſſibilē gloꝛie coronā. Similiter adoleſcentes ſub
diti eſtote ſenioꝛibus. Omnes autē inuicē humilitatē inſi
nuate. Qꝛ deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autē dat gra
tiam. Humiliamini igitur ſub potēti manu dei: vt vos exal
tet in tempoꝛe viſitatiōis. Omnē ſollicitudinē veſtrā proij
cientes in eum: qm̄ ipſi cura eſt de vobis. Sobꝛij eſtote et
C vigilate qꝛ aduerſarius veſter diabolus tanq̄ leo rugiēs
circuit querens quem deuoꝛet. Cui reſiſtite fortes in fide
ſcientes eandē paſſionem ei qui in mundo eſt veſtre frater
nitati fieri. Deus autē omnis gratie q̄ vocauit nos in eter
nam ſuam gloꝛiam in chꝛiſto ieſu modicū paſſos ipſe perfi
ciet: confirmabit: ſolidabitqꝫ. Ipſi gloꝛia ⁊ imperium in ſe
D cula ſeculoꝝ amen. Per ſiluanum fidelem fratrem vobis
vt arbitroꝛ breuiter ſcripſi: obſecrans et conteſtans hanc
eſſe veram gratiam dei in qua et ſtatis. Salutat vos eccle
ſia que eſt in babilone collecta: ⁊ marcus filius meus. Sa
lutate inuicē in oſculo ſancto. Gratia vobis omnibus qui
eſtis in chꝛiſto ieſu. Amen.

C Explicit epiſtola beati Petri apoſtoli prima.

C Incipit argumentum in epiſtolam ſecundam.

Jmon petrus per fidez huic mundo ſapiētes
moꝛtuos eſſe declarat: eiſdemqꝫ pietatis quā
ta ſit magnitudo luce ipſa clarius manifeſtat.

C Explicit argumentum.

C Incipit epiſtola ſecunda beati Petri apoſtoli.

C. L. S. Inducit apl's credētes ad firmiter tenendum fi
dei veritatem ex doctoꝛis certitudine. Cap.I.

A Jmon petrus ſeruus
et apoſtolus ieſu xp̄i: his q̄ coequalez no
biſcū ſoꝛtiti ſunt fidē in iuſtitia dei noſtri ⁊
ſaluatoꝛis Jeſu xp̄i. Gratia vobis et pax
adimpleat in cognitione dei ⁊ xp̄i ieſu dn̄i
noſtri. Quō omnia nobis diuine virtutis
ſue que ad vitam et pietatem donata ſunt per cognitionez
eius qui vocauit nos pꝛopꝛia gloꝛia ⁊ virtute: per quē ma
xima ⁊ pꝛecioſa nobis pꝛomiſſa donauit vt per hoc efficia
B mini diuine conſoꝛtes nature fugiētes eius que in mundo
eſt concupiſcentie coꝛruptionem. Vos autem curam om
nem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutē in vir
tute autem ſcientiam: in ſcientia autē abſtinentiā: in abſti
nentia autem patientiam: in patiētia autem pietatē: in pie
tate autem amoꝛem fraternitatis: in amoꝛe autē fraternitatis
tatis charitatez. Hec enim ſi vobiſcum aſſint et ſuperent:
non vacuos nec ſine fructu vos conſtituēt in domini noſtri
ieſu chꝛiſti cognitiōe. Cui enim non pꝛeſto ſunt hec: cecus
eſt et manu temptans: obliuionez accipiens purgationis
veterum ſuoꝛum delictoꝛum. Quapꝛopter fratres magis
ſatagite: vt per bona opera certam veſtrā vocationē ⁊ ele
C ctionem faciatis. Hec enim facientes non peccabitis ali
quando. Sic enim abundāter miniſtrabitur vobis introi

tus in eternū regnum domini et ſaluatoꝛis noſtri ieſu xp̄i.
Pꝛopter quod vos incipiā ſemper commonere de his: et
quidem ſciētes et cōfirmatos vos in pꝛeſenti veritate. Ju
ſtum autem arbitroꝛ ꝙ diu ſum in hoc tabernaculo ſuſcita
re vos in cōmonitione certus ꝙ velox eſt depoſitio taber
naculi mei ſecundū qd̄ et dn̄s noſter ieſus xp̄s ſignificauit
mihi. Dabo autē operā et freqūēter habere vos poſt obi
tum meum: vt hoꝝ oīm memoꝛiam faciatis. Non enim in
doctas fabulas ſecuti notaz fecimus vobis dn̄i noſtri ieſu
chꝛiſti virtutē ⁊ pꝛeſcientiam: ſed ſpeculatoꝛes facti illius
magnitudinis. Accipiēs enim a deo patre honoꝛem ⁊ glo
riam voce delapſa ad eum huiuſcemodi a magnifica glo D
ria: hic eſt filius me' dilectus in quo mihi cōplacuit: ipſuz Mat.3.d. Mar.1.b.
audite. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatā: cum Lu.3.c.
eſſemus cum ipſo in mōte ſancto. Et habemus firmioꝛem
pꝛopheticum ſermonez cui benefacitis attendentes qua
ſi lucerne lucenti in loco caliginoſo donec dies eluceſcat
et lucifer oꝛiatur in coꝛdibus veſtris. Hoc pꝛimum intelli
gentes ꝙ omnis pꝛophetia ſcripture pꝛopꝛia interpꝛeta
tione non fit. Non enim voluntate humana allata eſt ali 2.Thimo.3.d.
quando pꝛophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt
ſancti dei homines.

C. L. S. Excluditur hereticoꝛum falſitas: atqꝫ deſcribit
apoſtolus hereticoꝝ malitiā ⁊ eoꝝ penam. Ca.II.

Uerunt vero et pſeudo pꝛophete in populo: ſi A
cut et in vobis erunt magiſtri mēdaces: qui in
troducent ſectas perditionis: et eum qui emit
eos deum negāt ſuperducentes ſibi celerē per
ditionem. Et multi ſequentur eoꝝ luxurias per quos via
veritatis blaſphemabitur: et in auaricia fictis verbis de
vobis negociabuntur. Quibus iudiciū iam olim non ceſ
ſat: et perditio eoꝝ non doꝛmitat. Si enim deus angelis Job.4.b.
peccantibus nō pepercit: ſed rudētibus inferni detractos
in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reſeruari: et B
oꝛiginali mundo non pepercit: ſed octauū noe iuſtitie pꝛe Gene.7.a.
coꝛem cuſtodiuit diluuiū mundo impioꝝ inducēs: et ciui
tates ſodomoꝛum ⁊ gomoꝛreoꝝ in cinerem redigēs euer
ſione dānauit: exemplū eoꝝ qui impie acturi ſunt: ponens
et iuſtum loth oppꝛeſſum a nephandoꝝ iniuria ac luxurio
ſa conuerſatione eripuit. Aſpectu enī et auditu iuſtus erat Gene.19.c.
habitans apud eos qui de die in diem animam iuſtam ini
quis operibus cruciabant. Nouit deus pios de tentatio
ne eripere. iniquos vero in diem iudicij reſeruare crucian De pe.diſt.2.c.
dos. Magis autē eos qui poſt carnem in concupiſcentia ſi enim verſic.
immunditie ambulant dānationemqꝫ contēnunt audaces rurſus.
ſibi placentes: ſectas non metuūt introducere blaſphemā C
tes. Ubi angeli foꝛtitudine et virtute cum ſint maioꝛes: nō
poꝛtant aduerſum ſe execrabile iudicium. Hi vero velut
irrationabilia pecoꝛa naturaliter in captionem et in perni
ciem in his q̄ ignoꝛant blaſphemantes in coꝛruptione ſua
peribunt percipientes mercedē iniuſtitie. Voluptatē exi
ſtimātes diei delicias coinquinationis et macule delitijs
affluentes in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum: oculos
habentes plenos adulterij et inceſſabilis delicti pellicien Nume.22.c.
tes animas inſtabiles: coꝛ exercitatum in auaricia haben
tes: maledictionis filij derelinquentes rectam viam erra
uerunt ſecuti viam balaam et boſoꝛ qui mercedem iniqui
tatis amauit: coꝛreptionem vero habuit ſue veſanie: ſubiu
gale mutum animal in hominis voce loquens pꝛohibuit
pꝛophete inſipientiam. Hi ſunt fontes ſine aqua et nebule
turbinibus exagitate: quibus caligo tenebꝛarum reſer D
uatur. Superbia enim vanitatis loquentes pelliciunt in Job.2.c.
deſiderijs carnis luxurie eos qui paululum effugiunt qui
in erroꝛe conuerſati libertatem illis pꝛomittentes: cum ipſi
ſerui ſint coꝛruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt:
huius ⁊ ſeruus eſt. Si enim refugientes coinquinationes Jo.8.d.
mundi in cognitione domini noſtri ⁊ ſaluatoꝛis ieſu chꝛiſti De pe.diſt.4.c. ſi refugientes.

his rurſus implicati ſuperantur facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitie: quam poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij. Canis reuerſus eſt ad ſuum vomitum et ſuis lota in volutabro luti.

Prouer. 26. b. 33. q. 1. c. de his.

Cap. Summa. Docet apoſtolus precauere maliciam que proueniet in ſecundo aduētu chriſti ac deſolabitur aduentus eiuſdem. Ca. III.

A

Hanc ecce vobis chariſſimi ſecundā ſcribo epiſtolam: in quibus veſtram excito in commonitione ſinceram mentem: vt memores ſitis eorū que predixi verborum a ſanctis prophetis et apoſtolorū veſtrorum preceptorum dñi ⁊ ſaluatoris. Hoc primum ſcientes ꝙ venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores iuxta proprias concupiſcentias ambulantes: dicentes. Ubi eſt promiſſio aut aduētus eius. Ex quo enim patres dormierunt omnia ſic perſeuerant ab initio creature. Latet eñ eos hoc volentes ꝙ celi erant prius ⁊ terra de aqua ⁊ per aquā conſiſtēs dei verbo per que ille tunc mundus aqua inundatus perijt. Celi autem qui nunc ſunt et terra eodē verbo repoſiti ſunt igni reſeruati in diē iudicij perditionis impiorū hominū. Unum vero hoc non lateat vos chariſſimi: ꝗ vnus dies apud dominū ſicut mille anni et mille anni ſicut dies vnus. Non tardat dñs promiſſionem ſuam ſicut quidam exiſtimāt: ſed patienter agit propter vos: nolens aliquos perire: ſed omnes ad penitētiam reuerti. Adueniet autem dies dñi ſicut fur in quo celi magno impetu tranſieute elementa vero calore ſoluentur terra autem et oīa que in ipſa ſunt opera exurentur. Cum igitur hec omnia diſſoluenda ſint: quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus ⁊ pietatibus: expectantes et properantes in aduentum diei dñi: per quem celi ardētes ſoluentur: et elementa ignis ardore tabeſcent. Nouos vero celos: et nouam terram ⁊ promiſſa ipſius expectamus in quibus iuſtitia habitat. Propter quod chariſſimi hec expectantes: ſatagite immaculati ⁊ inuiolati ei inueniri in pace et dñi noſtri ieſu chriſti longanimitatē ſalutem arbitramini: ſicut ⁊ chariſſimus frater noſter paulus ſecūdum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis: ſicut et in oībus epiſtolis loquens in eis de his in quibus ſunt quedam difficilia intellectu: que indocti ⁊ inſtabiles deprauant: ſicut ⁊ ceteras ſcripturas ad ſuā ipſorum perditionē. Uos igitur fratres preſcientes cuſtodite: ne inſipientiū errore traducti occidatis a propria firmitate. Creſcite vero in gratia ⁊ cognitione dñi noſtri et ſaluatoris ieſu chriſti. Ipſi gloria et nunc et in diem eternitatis: Amen.

1. Thimo. 4. a. 2. Timo. 3. a.

B

Eze. 12. f. Apocha. 3. a. 1. Thes. 5. a

C

Apoca. 21. a.

D

Al's + damnationem.

Explicit epiſtola beati Petri apoſtoli ſecunda.

Prefatio Hieronimi in epiſtolas canonicas Joannis ex libro de illuſtribus viris.

Joannes apoſtolus quem ieſus dilexit plurimū filius zebedei: frater iacobi apoſtoli: quem herodes poſt paſſionem domini decollauerat nouiſſimus omnium ſcripſit euangeliū rogatus ab aſie epiſcopis aduerſus cerinthum aliosꝗ hereticos. Et maxime tunc ebionitarū dogma conſurgens: qui aſſerunt chriſtum ante mariam non fuiſſe. Unde etiam cōpulſus eſt diuinam eius natiuitatem edicere. Sed et aliā cauſam huius ſcripture ferūt. Quod cum legiſſet Mathei Marci et Luce volumina: probauerit quidem textum hyſtorie: et vera eos dixiſſe firmauerit: ſed vnius tantum anni in quo paſſus eſt poſt carcerem ioannis hiſtoriam texuiſſe. Pretermiſſo itaꝗ anno cuius acta a tribus expoſita fuerāt ſuperioris temporis anteꝗ̄ ioannes clauderetur in carcerē geſta narrauit: ſicut manifeſtū eſſe poteſt his qui quatuor euangeliorum volumina legerint: que res diaphoniā que videbatur ioannis eſſe cum ceteris tulit. Scripſit autem vnam epiſtolam cuius exordium hoc eſt. Quod fuit ab initio quod audiuimus et vidimus oculis noſtris quod perſpeximus ⁊ manus noſtre tractauerunt de verbo vite que ab vniuerſis eccleſiaſticis et eruditiſſimis viris cōprobatur. Reliquae autem due. quarum principiū eſt. Senior electe domine et natis eius: et ſequens. Senior caio chariſſimo quem ego in veritate diligo ⁊c. Joānis preſbyteri aſſeruntur: cuius et hodie alterum ſepulchrū apud epheſum oſtenditur: et nōnulli putant duas memorias eiuſdē ioannis euangeliſte eſſe. Super qua re cum per ordinē ad Papiam auditorem eius ventum fuerit diſſeremus. Quartodecimo igitur anno ſecundo poſt neronem perſecutionem mouente domiciano: in pathmos inſulam relegatus ſcripſit apocalipſim. Quam interpretantur iuſtinus martyr ⁊ hyreneus. Interfecto autē domiciano et actis eius ob nimiam crudelitatē a ſenatu reſciſſis: ſub nerua principe redijt epheſum: ibiꝗ vſꝗ ad traianum principē perſeuerās totas aſie fundauit et rexit eccleſias. Confectusꝗ ſenio ſexageſimo octauo anno poſt paſſionem domini mortuus ⁊ iuxta eandem vrbem ſepultus eſt.

Incipit argumentum in epiſtolam beati Joannis apoſtoli primam.

Rationem verbi et ꝙ deus ipſe ſit charitas manifeſtat: et ſuſurrones fratrum nec deum ſcire: nec pios fieri poſſe conſiꝗ diſſertat vt eē cōprobet homicidas: eo ꝙ odiū ſit interfectiōis occaſio.

Explicit argumentum.

Incipit epiſtola beati Joannis apoſtoli prima.

Capi. Summa. Excludit apoſtolus Joannes a ſocietate dei peccatores. Ac affirmat homines immunes non eſſe a peccato niſi per cōfeſſionem. Capitulum. I.



A

Quod fuit ab initio quod audiuimus: quod vidimus oculis noſtris: qđ perſpeximus ⁊ manus noſtre contrectauerunt de verbo vite: et vita manifeſtata eſt ⁊ vidimus et teſtamur ⁊ annunciamus vobis vitam eternam: que erat apud patrē ⁊ apparuit nobis. Quod vidimus et audiuimus annunciamus vobis vt et vos ſocietatem habeatis nobiſcū: et ſocietas noſtra ſit cum patre et cum filio eius Jeſu chriſto. Et hec ſcribimus vobis vt gaudeatis: et gaudium veſtrum ſit plenum. Et hec eſt annunciatio quam audiuimus ab eo et annunciamus vobis quoniam deus lux eſt ⁊ tenebre in eo non ſunt vlle. Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo ⁊ in tenebris ambulamus mētimur et veritatē non facimus. Si autem in luce ambulamus ſicut et ipſe eſt in luce: ſocietatē habemus ad inuicē: et ſanguis Jeſu chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus: quoniā peccatū non habemus: ipſi nos ſeducimus: et veritas in nobis nō eſt. Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt et iuſtus: vt remittat nobis peccata noſtra: et emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniā non peccauimus mēdacem facimus eum ⁊ verbum eius non eſt in nobis.

B

Joh. 16. c. 1. Joan. 1. a. Deu. 9. a. Apo. 1. a.

C

3. Reg. 8. 2. Para. 6.

D

De pen. di. 1. ſi enim natura de cōſe. di. 4. cācreatur.

Ca. Sum. Inducit apoſtolus hoīes ad opus meritorium ac diſſuadet cupiditatem et hereſim. Ca. II.

Filioli mei: hec ſcribo vobis vt nō peccetis. Sed et ſi quis peccauerit aduocatū habemus apud patrē ieſum xp̄m iuſtū: ⁊ ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris: nō pro noſtris autē tantū: ſed

A

etiam

etiam per totius mundi. Et in hoc ſcimus quoniaʒ cognouimus eum: ſi mādata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe deum et mandata eius non cuſtodit: mēdax eſt ⁊ in † eo veritas non eſt. Qui autē ſeruat verbum eius: vere in hoc charitas dei pfecta eſt. In hoc ſcimus qm̄ in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in xp̄o manere debʒ ſicut ille ambulauit ⁊ ipſe ambulare. Chariſſimi non mandatū nouum ſcribo vobis: ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio. Mandatum vetus eſt verbū qd̄ audiſtis. Iterum mādatum nouū ſcribo vobis qd̄ verum eſt ⁊ in ipſo et in vobis: q2 tenebre tranſierunt et verū lumē iam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe et fratrem ſuum odit in tenebris eſt vſq3 adhuc. Qui diligit fratrem ſuū in lumine manet ⁊ ſcandalum in eo non eſt. Qui autē odit fratrē ſuū in tenebris eſt et in tenebris ambulat: ⁊ neſcit quo eat q2 tenebre obcecauerūt oculos ei9. Scribo vobis filioli: qm̄ remittuntur vobis peccata propter nomē eius. Scribo vobis patres: qm̄ cognouiſtis eū qui ab initio eſt. Scribo vobis adoleſcentes: qm̄ viciſtis malignū. Scribo vobis infantes qm̄ cognouiſtis patreʒ. Scribo vobis patres qm̄ cognouiſtis euʒ q̄ ab initio eſt. Scribo vobis iuuenes: qm̄ fortes eſtis: ⁊ verbum dei manet in vobis: et viciſtis malignū. Nolite diligere mūdum neq3 ea que in mundo ſunt. Si quis † diligit mūdum: non eſt charitas patris in eo. Qm̄ omne qd̄ eſt in mundo cōcupiſcentia carnis eſt: ⁊ concupiſcētia oculoꝝ ⁊ ſuperbia vite: que non eſt ex patre ſed ex mūdo eſt. Et mundus † trāſit et concupiſcentia eius. Qui autē facit voluntatē dei manet in eternū. Filioli: nouiſſima hora eſt. Et ſicut audiſtis: q2 antixp̄s venit: nūc antixp̄i multi facti ſunt. Unde ſcimus quia nouiſſima hora eſt. Ex nobis prodierūt: ſed non erāt ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis permanſiſſent vtiq3 nobiſcum. Sed vt manifeſti ſint: quoniaʒ non ſunt omnes ex nobis. Sed vos vnctionē habetis a ſancto: et noſtis oīa. Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritateʒ: ſed quaſi ſcientibus eam et quoniā omne mendaciū ex veritate non eſt. Quis eſt mendax niſi is qui negat quoniam ieſus non eſt chriſtus? Hic eſt antichriſtus qui negat patreʒ et filiū. Omnis qui negat filiū: nec patrē hʒ: qui confitetur filiū et patrem hʒ. Uos quod audiſtis ab initio in vobis permaneat q2 ſi in vobis permanſerit quod audiſtis ab initio: et vos in filio ⁊ patre manebitis. Et hec eſt repromiſſio quā ipſe pollicitus eſt nobis vitā eternā. Hec ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos ⁊ vos vnctionē quam accepiſtis ab eo maneat in vobis: et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de oībus et verū eſt: et non eſt mendaciuʒ. Et ſicut docuit vos manete in eo. Et nūc filioli manete in eo: vt cum apparuerit habeamus fiduciam: et non confundamur ab eo in aduentu eius. Si ſcitis quoniam iuſtus eſt: ſcitote quoniam et omnis qui facit iuſtitiam ex ipſo natus eſt.

¶ C.S. Oſtendit apoſtolus de ſocietate hominuʒ in patria deſcribendo eius perfectionem: ⁊ hortatur ad puritatem mentis ac fraternam charitatem. Capit.III.

Videte qualem charitatē dedit nobis pater: vt filij dei nominemur ⁊ ſimus. Propter hoc mūdus non nouit nos: q2 non nouit eū. Chariſſimi nunc filij dei ſumus: et nondū apparuit quid erimus. Scimus quoniā cum apparuerit: ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et oīs qui habet hanc ſpem in eo ſanctificat ſe ſicut ⁊ ille ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatū et iniquitatē facit. Et peccatū eſt iniquitas. Et ſcitis: quia ille apparuit: vt peccata tolleret: et peccatum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet non peccat. Et omnis qui peccat non vidit eum nec cognouit euʒ. Filioli nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiā iuſtus eſt ſicut et ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit fili9 dei: vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex deo peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet: et non poteſt peccare quoniaʒ ex † deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij dei et filij diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus non eſt ex deo: et qui non diligit fratrem ſuum. Quoniam hec eſt annunciatio quam audiſtis ab initio vt diligatis alterutruʒ. Non ſicut cayn qui ex maligno erat. Et occidit fratrē ſuū. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erāt fratris autem eius iuſta. Nolite mirari fratres ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quoniā tranſlati ſumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in ſe manentem. In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: ⁊ nos debemus pro fratribus animas † ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi et viderit fratrem ſuum † neceſſe habere: et clauſerit viſcera ſua ab eo quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei non diligamus verbo neq3 lingua: ſed opere ⁊ veritate. In hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus: et in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra. Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrū maior eſt deus corde noſtro et nouit omnia. Chariſſimi ſi cor noſtrū non reprehēderit nos: fiduciam habemus ad deum: et quidquid petierimus accipiemus ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus: et ea que ſunt placita coram eo facimus. Et hoc eſt mandatū eius vt credamus in nomine filij eius ieſu chriſti: et diligamus alterutrum ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat mādata eius in illo manet et ipſe in eo. Et in hoc ſcimus: quoniaʒ manet in nobis de ſpiritu quem dedit nobis.

¶ Capituli Summarium. Apoſtolus de verbi incarnatione adiungens de falſis prophetis et antichriſto. et deſcribit perfectionem charitatis: ac hortatur ad eandem.

Capitulum.IIII.

Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſint: quoniā multi pſeudo prophete exierunt in mundum. In hoc cognoſcitur ſpiritus dei. Omnis ſpiritus qui confitetur ieſum chriſtū in carne veniſſe: ex deo eſt. Et omnis ſpiritus q̄ ſoluit ieſum ex deo non eſt: ⁊ hic eſt antichriſtus de quo audiſtis quoniam venit et nunc iam in mūdo eſt. Uos ex deo eſtis filioli: ⁊ viciſtis euʒ: quoniā maior eſt qui in vobis eſt quam qui in mundo. Ipſi de mundo ſunt: ideo de mundo loquuntur: ⁊ mundus eos audit. Nos ex deo ſumus. Qui nouit deū audit nos: qui non eſt ex deo non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis et ſpiritum erroris. Chariſſimi diligamus nos inuicem: quia charitas ex deo eſt. Et omnis qui diligit fratrem ſuum ex deo natus eſt et cognoſcit deuʒ. Qui non diligit non nouit deum quoniam deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis quoniam filium ſuum vnigenitum miſit deus in mundū vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas. non quaſi nos dilexerimus deum: ſed quoniam ipſe prior dilexit nos: et miſit filium ſuum propiciatorem pro peccatis noſtris. Chariſſimi ſi deus dilexit nos: et nos debemus alterutrū diligere. Deum nemo vidit vnq̄. Si diligimus inuicem: deus in nobis manet et charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus: et ipſe in nobis: quoniam de ſpiritu ſancto ſuo dedit nobis. Et nos vidimus et teſtificamur quoniam pater miſit filium ſuum ſaluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt filius dei: deus in eo manet et ipſe in deo. Et nos cognouimus et credimus charitati quam habet deus in nobis. Deus charitas eſt et qui manet in charitate in deo

manet:et deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas dei no
D biſcum.vt fiduciã habeamus in die iudicij.q: ſicut ille eſt
ꝛ nos ſumus in hoc mundo. Timoꝛ non eſt in charitate:ſ;
perfecta charitas foras mittit timoꝛem:quoniã timoꝛ pe
nam habet. Qui autem timet non eſt perfectus in chari
tate. Nos ergo diligamus deum:quoniam deus pꝛioꝛ di
Supra.2.a.ꝛ.b. Joã.14. lexit nos. Si quis dixerit:quoniã diligo deũ ꝛ fratrẽ ſuu;
oderit mendax eſt. Qui enim non diligit fratrẽ ſuum:quẽ
videt: deum quem non videt quomodo poteſt diligere?
Et hoc mandatum habemus a deo vt qui diligit deum di
ligat et fratrem ſuum.

Ca. Sum. Continuãdo de dilectione pꝛoximi agit de
emanatione verbi et de eius manifeſtatione:ac de fiducia
habenda in deum. Ca.V.

A OMnis ꝙ credit qm̃ ieſus eſt xp̃s: ex deo nat⁹
eſt. Et omnis qui diligit eũ ꝙ genuit: diligit et
eum ꝙ natus eſt ex eo. In hoc cognoſcim⁹ qm̃
diligimus natos dei cũ deũ diligamus ꝛ man
data eius faciamus. Hec eſt eñ charitas dei
vt mandata eius cuſtodiamus:ꝛ mandata ei⁹ grauia non
Joã.15.a. ſunt. Quoniam omne quod natum eſt ex deo vincit mũdũ
Et hec eſt victoꝛia que vincit mundu; fides noſtra. Quis
eſt autem qui vincit mundum:niſi qui credit quoniã Jeſus
B De ſũma trin.c. Damnamus. De cele. miſ. in quadam. eſt filius dei? Hic eſt qui venit per aquam et ſanguine; ie
ſus xp̃s. Non in aqua ſolum:ſed in aqua ꝛ ſanguine. Et ſpi
ritus eſt qui teſtificatur:quoniã xp̃s eſt veritas. Quonia;
tres ſunt qui teſtimonium dant in celo: pater: verbũ:et ſpi
ritusſanctus: ꝛ hi tres vnum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimo
Joan.3.de C nium dant in terra:ſpiritus:aqua: ꝛ ſanguis ꝛ hi tres vnũ
ſunt. Si teſtimoniu; hominum accipimus teſtimoniũ dei
maius eſt. Quoniã hoc eſt teſtimoniũ dei quod maius eſt
quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium
dei habet teſtimonium dei in ſe. Qui vero non credit filio
mendacem facit eum:quia non credit in teſtimoniũ quod
teſtificatus eſt deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium
quoniam vitam eternã dedit nobis deus ꝛ hec vita in filio
eius eſt. Qui habet filium dei habet vitã. Qui non habet
filiu; dei vitã non habet. Hec ſcribo vobis:vt ſciatis quo
niam vitam habetis eternam qui creditis in nomine filij
dei. Et hec eſt fiducia quam habemus ad deũ:quia quod
D cunq; petierimus ſecundum voluntatem eius audit nos.
De pe.diſt.1.c.ſacerdotum pꝛ̃t tiam. Et ſcimus quia audit nos quidquid petierimus. Scimus
quoniã habemus petitiones quas poſtulam⁹ ab eo. Qui
ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad moꝛtem: pe
De pe.di.3.c.ſi rex tantus. tat et dabitur ei vita peccanti non ad moꝛtem. Eſt pecca
De pe.diſt.1.c.ſi enim in prin. et ſ. precedenti. tum ad moꝛtem: non pꝛo illo dico vt roget quis. Omnis
iniquitas peccatum eſt:et eſt peccatum ad moꝛtem. Sci
mus quia omnis qui natus eſt ex deo non peccat ſed gene
ratio dei conſeruat eum:et malignus non tangit eũ. Sci
mus quoniam ex deo ſumus: ꝛ mundus totus in maligno
poſitus eſt. Et ſcimus quoniam filius dei venit ꝛ dedit no
bis ſenſum vt cognoſcamus deum verum. ꝛ ſimus in vero
filio eius. Hic eſt verus deus ꝛ vita eterna. Filioli cuſto
dite vos a ſimulachꝛis.

Explicit Epiſtola beati Joannis apoſtoli
pꝛima.

Incipit argumentum in epiſtolam eiuſdẽ.
ſecundam.

VSq; adeo ad ſanctam feminam ſcribit vt ean
dem dominã nõ dubitẽt literis appellare eiuſ
demq; filij s teſtimonium ꝙ ambulent in veri
tate perhibet.

Explicit argumentum.

Incipit epiſtola beati ioannis apoſtoli ſecunda.

Ca. Sum. Hoꝛtatur ioannes electam ad bonum pꝛoſe
quendum et malum precauẽdum:ac ponit cauendi modũ
cum excuſatione de breuitate. Cap.I.

SEnioꝛ electe domine A
et natis eius:quos ego diligo in veritate
ꝛ nõ ego ſolus:ſed ꝛ omnes qui cognoue
runt veritatem pꝛopter veritatẽ que per
manet in vobis et vobiſcũ erit in eternu;.
Sit vobiſcum gratia miſericoꝛdia pax a
deo patre:et a chꝛiſto ieſu filio patris in veritate et chari
tate. Gauiſus ſum valde quoniam inueni de filijs tuis am
bulantes in veritate:ſicut mandatum accepimus a patre. B
Et nunc rogo te domina non tanꝙ mãdatum nouum ſcri
bens tibi:ſed quod habuimus ab initio: vt diligamus al
terutrum. Et hec eſt charitas vt ambulemus ſecundum
mandata eius: Hoc eſt enim mandatum vt quemadmodũ
audiſtis ab initio in eo ambuletis: quoniam multi ſeducto
res exierunt in mundum: qui non confitentur ieſum xp̃m C
veniſſe in carne. Hic eſt ſeductoꝛ et antichꝛiſtus. Uidete
voſmetipſos ne perdatis que operati eſtis: ſed vt merce
dem plenam accipiatis. Omnis qui recedit ꝛ non perma
net in doctrina chꝛiſti: deum non habet. Qui permanet in 24.q.1.c.de.
doctrina: hic patrem et filiũ habet. Si quis venit ad vos:
ꝛ hãc doctrinam non affert:nolite recipere eum in domu;
nec aue ei dixeritis. Qui eñ dicit illi aue: cõmunicat ope D
ribus eius malignis. Ecce pꝛedixi vobis vt in die domini
non cõfundamini. Plura habẽs vobis ſcribere nolui per
chartam et attramentũ. Spero enim me futurũ apud vos
et os ad os loqui:vt gaudium veſtrum plenũ ſit. Salutãt Jo.16.e.
te filij ſoroꝛis tue electe. Gratia tecum. Amen. 1.Joan.a.

Explicit epiſtola beati ioannis apoſtoli ſecunda.

Incipit argumentum in epiſtolam eiuſdem tertiam.

GAium pietatis cauſa extollit:atq; vt in ipa pie
tate maneat exhoꝛtatur diotrepem impieta
tis et ſuperbie cauſa obiurgat: demetrio au
tem bonum teſtimonium perhibet cum fratri
bus vniuerſis.

Explicit argumentum.

Incipit epiſtola beati ioannis apoſtoli tertia.

Cap. Summa. Monet gaium apoſtolus vt in pie
tate permaneat vt a malo declinet cum adiuncta ſalu
tatione. Ca.I.

SEnioꝛ gaio chariſſi A Di.93.c.
mo quem ego diligo in veritate. Chariſſi
me de omnibus oꝛationē; facio pꝛoſpere
te ingredi ꝛ valere:ſicut pꝛoſpere agit ani
ma tua. Gauiſus ſum valde venientibus
fratribus et teſtimonium perhibẽtibus veritati tue: ſicut
tu in veritate ambulas. Maioꝛem hoꝛum non habeo gra
tiam quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. B
Chariſſime fideliter facis quidquid operaris in fratres:
et hoc in peregrinos qui teſtimonium reddiderunt cha
ritati tue in conſpectu eccleſie quos benefaciens dedu
cens digne deo. Pꝛo nomine enim eius pꝛofecti ſunt ni
hil accipientes a gentibus. Nos ergo debemus ſuſcipe
re huiuſcemodi:vt coopera toꝛes ſimus veritatis. Scri C
pſiſſem foꝛſitan eccleſie:ſed is qui amat pꝛimatum gerere
in eis diotrepes:non recipit nos. Pꝛopter hoc ſi venero
commoneam eius opera que facit: verbis malignis gar
riens in nos. Et quaſi non ei iſta ſufficiant neq; ipſe ſuſci
pit fratres: et eos qui ſuſcipiunt pꝛohibet: et de eccleſia
eijcit. Chariſſime noli imitari malu;:ſed quod bonum eſt.
Qui benefacit ex deo eſt: qui autem malefacit non videt D
deum. Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus ꝛ ab
ipſa veritate:ſed et nos teſtimonium perhibemus: et no
ſti quoniam teſtimonium noſtrum verum eſt. Multa ha
bui tibi ſcribere:ſed nolui per attramentum et calamum
ſcribere

ſcribere tibi. Spero autem protinus te videre et os ad
os loquemur. Pax tibi. Salutāt te amici. Saluta tu ami
cos nominatim.

Explicit epiſtola beati Joannis apoſtoli tertia.

Prologus in epiſtolam canonicam iude.

Judas frater iacobi de ſeptē canonicis vnā
paruam epiſtolam reliquit. Et quia de libro
enoch qui apocbryphus eſt in ea ſumpſit te
ſtimonium repudiatur a quibuſdam: tamen
tur tamen autoritate et vetuſtate et vſu me
ruit inter ſanctas ſcripturas computari.

Incipit argumentum in epiſtola beati Jude apoſtoli.

Judas apoſtolus fratres de corruptoribus vie
veritatis ita informat: vt illicitū eſſe diſſeret de
ſubiugo ſemel erutos ſeruitutis denuo operā
ſuam officijs nouare ſeruilibus.

Explicit argumentum.

Incipit epiſtola beati Jude apoſtoli.

C.S. Cōfirmat apl's iudas fideles contra bereticorū
deceptiones ꝑ ſcripturas figurales: ⁊ ſimilitudines natu
rales: atqꝫ fideles in veritate confirmat. Ca. I.

A Judas ieſu xp̄i ſeru⁹
frater autē iacobi his qui ſunt in deo pa
tre dilectis: ⁊ chriſto ieſu cōſeruatis ⁊ vo
catis. Miſericordia vobis et pax ⁊ cha
ritas adimpleatur. Chariſſimi omnē ſol
licitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra
ſalute: neceſſe habui ſcribere vobis: deprecans ſuper cer
Ib ✠ ſanctis. tari ſemel tradite † ſancte fidei. Subintroierūt enim qui
B dā hoīes ꝗ olim preſcripti ſunt in hoc iudiciū impij domi
ni noſtri gratiā trāſferētes in luxuriā: et ſolū dominatorē
⁊ dn̄m noſtrū ieſum xp̄m negātes. Cōmonere aūt vos vo
lo: ſciētes ſemel oīa qm̄ ieſus populum de terra egypti ſal
uās: ſecūdo eos qui non crediderūt ꝑdidit. Angelos vero
qui nō ſeruauerūt ſuū principatū: ſed dereliquerūt ſuū do
micilium: in iudiciū magni dei vinculis eternis ſub caligi
ne reſeruauit. Sicut ſodoma ⁊ gomorra ⁊ finitime ciuita
tes ſimili modo exfornicate: ⁊ abeuntes poſt carnē alterā
C facti ſunt exemplum ignis eterni penā ſuſtinētes. Simili
ter et hi qui carnē quidē maculant dominationē aūt ſper
nunt maieſtatem autem blaſphemant. Cū michael archā
gelus cū diabolo diſputās altercaretur de moyſi corpore
non eſt auſus iudicium inferre blaſphemie: ſed dixit impe
ret tibi deus. Hi autē quecunqꝫ quidē ignorant blaſphe
D mant quecunqꝫ autē naturaliter tanꝙ muta animalia no
2.Pe.2.d uerunt: in his corrumpūtur. Ve illis qui in via cayn abierūt:
et in errore balaā mercede effuſi ſunt ⁊ in contradictione
chore perierunt. Hi ſunt in epulis ſuis macule conuiuan
tes: ſine timore ſemetipſos paſcētes: nubes ſine aqua que
a ventis circumferuntur: arbores autūnales infructuoſe:
E bis mortue: eradicate: fluct⁹ feri maris: deſpumātes ſuas
cōfuſiones: ſidera errantia: quibus procella tenebrarū cō
ſeruata eſt in eternum. Prophetauit aūt de his ſeptimus
ab adam enoch dicēs. Ecce veniet dominus in ſanctis mi
lib⁹ ſuis facere iudiciū cōtra oēs ⁊ arguere oēs impios de
omnib⁹ operib⁹ impietatis eorū: quib⁹ impie egerūt: ⁊ de
omnibus duris que locuti ſunt contra deū peccatores im
2.thimo.4.a pij. Hi ſunt murmuratores querulosi ſm̄ deſideria ſua am
2.thimo.3.a bulantes: ⁊ os eorum loquitur ſuperbiam: mirantes per
2.Pe.3.a. 4.q.3.c.de illis ſonas queſtus cauſa. Vos aūt chariſſimi memores eſto
F te verborū que predicta ſunt ab apoſtolis domini noſtri
ieſu chriſti: qui dicebat vobis: quoniam in nouiſſimis tem
poribus venient illuſores ſecundū deſideria ſua ambulan
tes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregāt ſemetipſos ani
males ſpiritum non habentes. Vos autē chariſſimi ſuper
edificantes voſmetipſos ſanctiſſime noſtre fidei in ſpiritu
ſancto orantes: voſmetipſos in dilectione dei ſeruate: ex
pectantes miſericordiam domini noſtri ieſu chriſti in vitā
eternam. Et hos quidem arguite iudicatos: illos vero ſal
uate de igne rapientes. Alijs autem miſeremini in timore B
odientes eā que carnalis eſt maculatā tunicam. Ei autem
qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato: et conſtitue
re ante conſpectum glorie ſue immaculatos in exultatiōe
in aduentu domini noſtri ieſu chriſti ſoli deo ſaluatori no
ſtro: per ieſum chriſtum dominum noſtrum gloria et ma
gnificentia: imperium et poteſtas ante omnia ſecula ⁊ nūc
et in omnia ſecula ſeculorum Amen.

Explicit epiſtola beati Jude apoſtoli.

Incipit prologus Gilberti in Apocalypſim beati Joannis apoſtoli.

Omnes qui pie volunt viuere in xp̄o (ſicut ait
apoſtolus) perſecutionē patientur iuxta illū. 2.thimo.3.a
Fili accedens ad ſeruitutē dei ſta in iuſtitia ⁊ Eccleſiaſ.2.a
timore ⁊ ꝑpara animā tuā ad tētationē. Tēta
tio nāqꝫ eſt vita hominis ſuper terrā. Ne autē fideles de
ficiant in his cōſolatur eos dn̄s atqꝫ cōfirmat dicēs. Vo
biſcū ſum vſqꝫ ad conſummationē ſeculi: et nolite timere
puſillus grex. Propterea videns deus pater tribulatio
nes quas paſſura erat eccleſia ab apoſtolis fundata ſupra Mat.28.c
petrā xp̄m vt minus timeant diſpoſuit vna cū filio ⁊ ſpi
ritu ſancto eas reuelare. Reuelauit aūt tota trinitas xp̄o
ſecundū humanitatē. Chriſtus vero Joanni per angelum
Joannes eccleſie: de qua reuelatione hunc librū cōpoſuit
Unde ⁊ liber iſte apocalypſis dicitur idest reuelatio: quia
hic continentur que deus reuelauit ioanni ⁊ ioānes eccle
ſie: quāta ſcꝫ eccleſia paſſa ſit in tēpore primitiuo: ⁊ nunc
patiatur ⁊ in nouiſſimis tēporibus antichriſti paſſura ſit:
quādo tanta erit tribulatio: vt ſi fieri poteſt etiā moueant
electi. Et que pro his ⁊ nūc ⁊ in futuro premia ſit ſuſceptu
ra: vt quos denūciata ſupplicia terrerēt: ꝓmiſſa premia le
tificent. Ideo iſte liber inter reliquas ſcripturas noui te
ſtamenti prophetie nomine cenſetur: que alijs eſt excellē
tior ꝓphetijs. Sicut enī nouū teſtamētū ꝑſtat veteri: euā
gelium legi: ita hec prophetia ꝓphetijs veteris teſtamē
ti: qꝛ de chriſto ⁊ eccleſia magna ex parte iam adimpleta
ſacramenta denunciat. Vel etiā ideo: qꝛ cū alijs vnifaria:
iſti trifaria: data eſt prophetia ſimul: ſcꝫ de preterito ⁊ pre
ſenti ⁊ futuro. Ad cuius confirmandā autoritatē: occurrit
etiam autoritas mittētis deferētis ⁊ accipientis. Mittē
tis ſcꝫ trinitatis: deferentis ſcꝫ angeli: ⁊ accipientis ſcilꝫ
ioannis. Cum autem ioanni hec i viſione fuerunt reuela
ta: ⁊ ſint tria genera viſionū: ſub quo genere contineat vi
dendum eſt. Viſio enim alia corporalis: quando videlicet
corporalibus oculis aliquid videmus. Alia ſpiritualis ſeu
imaginaria cum videlicet dormientes vel etiā vigilantes
imagines rerum cernimus quibus aliquid aliud ſignifica
tur: ſicut vidit pharao ſpicas ⁊ moyſes rubum ardere: ille
dormiens iſte vigilans. Alia intellectualis: quando videli
cet ſpiritu ſancto reuelāte intellectui mentis veritatē mi
ſteriorū ſicut eſt capimus quomodo vidit ioānes ꝗ in hoc
libro referuntur. Nō enī figuras tantū ſpiritu vidit ſedet
⁊ earū ſignificata mēte intellexit. Vidit aūt ioannes ⁊ ſcri
pſit in pathmos inſula relegat⁹ a domitiano in exilio prin
cipe impiiſſimo hac eū ad ſcribendum compellente cauſa
qꝛ dū exul teneretur a domitiano in pathmos inſula in ec Joan.1.
cleſijs quib⁹ preerat multa pullulauerūt atqꝫ inoleuerunt
vitia atqꝫ diuerſe hereſes. Erant enim quidam heretici
ibi dicētes xp̄m nō fuiſſe ante Mariā qꝛ temporaliter de
ea natus erat. Quos ioannes in principio euangelij ſui re
darguit dicēs. In principio erat verbū. Et in hoc libro eū
dicit. Alpha ⁊ o idest principium ⁊ finis. Dicebant etiam
quidam eccleſiam pondere tribulationum ante finē ſecu
li defituram: et pro labore non premiū eternū ſuſcepturā.

Hoꝛum ergo erroꝛes volens deſtruere ioannes: oſtendit
chꝛiſtum pꝛincipium eſſe in finem. Unde. Eſaias. Ante me
Eſa.43.b. non eſt foꝛmatus deus ⁊ poſt me non erit. Et eccleſiā per
exercitium tribulationum non deſinere ſed proficere: ⁊ ꝓ
his brachium eternum recipere. Scribit autē ioannes ſe
ptem eccleſijs aſie: et earū ſeptē epiſcopis de pꝛedictis
inſtruens ⁊ in eis per eam totam generalem eccleſiam do
cens. Eſt ita materia ioannis in hoc opere ſtatus ſpecia
liter aſiane eccleſie necnon ⁊ totius videlicet que in pꝛeſen
ti patiatur ⁊ in futuro receptura ſit. Intentio vero leiꝰ eſt
mouere ad patientiam: que ſeruanda eſt: tum qꝛ bꝛeuis la
Apoca.22.c. boꝛ: tum qꝛ pꝛemium magnum. Modus tractandi talis.
Pꝛimo pꝛemittit pꝛologum ⁊ ſalutationem vbi reddit au
ditoꝛes benignos ⁊ attentos, quo pꝛemiſſo accedit ad nar
rationem. Ante narrationē vero, oſtendit xp̄m eſſe ab eter
no ſine pꝛincipio ⁊ fine. Inducens ipſum loquentem. Ego
Apoca.1.a. ſum alpha ⁊ o: ideo pꝛincipium ⁊ finis. Poſtea accedens
ad narrationem diſtinguit ſeptem viſiones quibus termi
natis iſte liber conſummatur. Pꝛemittit autem pꝛologū
dicēs. Apocalypſis ieſu xp̄i: ſubaudis hec eſt: ſicut in alijs:
viſio eſaie hec eſt. ⁊ parabole ſalomonis he ſunt.

¶ Explicit pꝛologus gilberti in apoca
lypſim beati Joannis apoſtoli.

¶ Item alius pꝛologus in apocalypſim.

Jo.13.f. Jbidem.19.e. Joan.2.a. Joannes apoſtolus ⁊ euangeliſta a xp̄o electus
atq̧ dilectus in tanto amoꝛe dilectiōis vberioꝛ
habitus eſt vt in cena ſupꝛa pectus eius recum
beret: ⁊ ad crucem aſtanti ſoli matrem pꝛopꝛiā
commendaſſet: vt quem nubere volentem ad amplexum
virginitatis aſciuerat ipſi etiam cuſtodiendam virginem
tradidiſſet. Hic itaq̧ cum pꝛopter verbum dei ⁊ teſtimo
nium ieſu xp̄i in pathmos inſulamꝰ ſoꝛtiretur exilium: illic
ab eodē apocalypſis pꝛeoſtēſa deſcribitur vt ſicut in pꝛin
cipio canonis: id eſt libꝛi geneſeos incoꝛruptibile pꝛinci
pium pꝛenotatur: ita etiam incoꝛruptibilis finis per virgi
Apoca.22.c. nem in apocalypſi redderetur dicentis. Ego ſum alpha ⁊ o:
initium ⁊ finis. Hic eſt iohannes qui ſciens ſuperueniſſe ſi
bi diem egreſſionis de coꝛpoꝛeꝰ conuocatis in epheſo di
ſcipulis deſcēdit in defoſſum ſepulture ſue locum: oꝛatio
neq̧ completa reddidit ſpiritum: tam a doloꝛe moꝛtis fa
ctus extraneus: quam a coꝛruptione carnis noſcitur alie
nus. Cuius tamen ſcripture diſpoſitio vel libꝛi oꝛdinatio:
ideo a nobis per ſingula nō exponitur: vt neſciētibꝰ inqui
rendi deſyderium collocetur: ⁊ querentibus laboꝛis fru
ctus: ⁊ deo magiſterij doctrina ſeruetur.

¶ Explicit pꝛologus.

¶ Incipit argumentū beati hieronymi pꝛeſby
teri in Apocalypſim beati Joannis.

Apocalypſis ioannis tot habet ſacramenta quot
verba. Parum dixi ⁊ ꝓ merito voluminis laus
omnis inferioꝛ eſt. In v̄bis ſingulis multiplices
latent intelligentie.

¶ Incipit leber apocalypſis beati ioan
nis apoſtoli.

¶ Capituli Summarium. Joannes ſcribit ſeptem eccle
ſijs que ſunt in aſia de teſtimonio de his que opoꝛtet fieri
cito qui vidit ſeptem candelabꝛa aurea: ac in medio can
delabꝛoꝛum ſimilem filio hominis: ac ponitur Joānis tre
pidatio. Capitulum.I.



Apocaly a
pſis ieſu xp̄i: quā
dedit illi deꝰ pa
lam facere ſeruis
ſuis: que opoꝛtet fieri cito: ⁊ ſi
gnificauit mittens per angelū
ſuum ſeruo ſuo ioanni qui teſti
monium perhibuit verbo dei:
⁊ teſtimonium ieſu xp̄i queciiq̧
vidit. Beatꝰ qui legit ⁊ qui
audit verba ꝓphetie huius et
ſeruat ea que in ea ſcripta ſūt. Infra.22.c.
Tempus enim pꝛope eſt ioan B
nes ſeptem eccleſijs que ſūt in Diſt.19.c. cōſe.
aſia. Gꝛatia vobis ⁊ pax ab eo qui eſt ⁊ qui erat ⁊ qui ven
turꝰ eſt: ⁊ a ſeptē ſpiritibus qui in conſpectu thꝛoni eius
ſunt: ⁊ a ieſu xp̄o qui eſt teſtis fidelis pꝛimogenitꝰ moꝛtuo
rum et pꝛinceps regum terre: qui dilexit nos et lauit nos Heb.9.c.
a peccatis noſtris in ſanguini ſuo: et fecit nos regnum et 1.Joan.1.a.
ſacerdotes deo et patri ſuo. Ipſi gloꝛia ⁊ imperium in ſe Eſaie.2.c.
cula ſeculoꝛum. Amen. Ecce venit cum nubibus ⁊ videbit Item.4.b. et.44.a.e.
eum omnis oculus. et qui eum pupugerunt: et plangent ſe 45.b.
ſuper eum omnes tribus terre etiam: amē. Ego ſū alpha Mat.24.a. Judic.1.c.
⁊ o: pꝛincipiū ⁊ finis dicit dominus deus qui eſt ⁊ qui erat Infra.22.c.
et qui venturus eſt omnipotens. Ego ioannes frater ve C
ſter ⁊ particeps in tribulatione ⁊ regno et patientia in ie
ſu chꝛiſto: fui in inſula que appellatur pathmos pꝛopter
verbum dei et teſtimonium ieſu xp̄i. Fui in ſpiritu in domi Infra.4.a.
nica die. Et audiui poſt me vocem magnam tanq̄ tube di
centis. Quod vides ſcribe in libꝛo: ⁊ mitte ſeptem eccle Infra.4.a. 19.c.
ſijs que ſunt in aſia epheſo: ⁊ ſmyꝛne: ⁊ pergamo ⁊ thiaty
re: et ſardis ⁊ philadelphie: ⁊ laodicie. Et conuerſus ſum D
vt viderem vocem que loquebatur mecum. Et conuerſus
vidi ſeptem candelabꝛa aurea: et in medio ſeptem candela
bꝛoꝛum aureoꝛum ſimilem filio hominis veſtitum podere
⁊ pꝛecinctum ad mammillas zona aurea. Caput autē eius
et capilli erant candidi: velut lana alba: ⁊ tanq̄ nix et ocu
li eius velut flamma ignis: ⁊ pedes eius ſimiles auricbal
co ſicut in camino ardenti. Et vox illius tanq̧ vox aquarū
multarū: ⁊ habebat in dextera ſua ſtellas. ſeptē. Et de oꝛe al. ✠ bis ac.
eius gladius † vtraq̧ parte acutus exibat ⁊ facies eius ſi Infra.19.c. Mat.17.a.
cut ſol lucet in virtute ſua. Et cum vidiſſem eum cecidi ad Eſaie.44.a.
pedes eius tanq̄ moꝛtuus. Et poſuit dexteram ſuā ſuper Infra.22.c. Eſaie.11.f.
me dicens. Noli timere. Ego ſum pꝛimus ⁊ nouiſſimus et Job.52.c.
viuus ⁊ fui moꝛtuus: ⁊ ecce ſum viuens in ſecula ſeculoꝛū: Infra.1.b. al. ✠ cato.
et habeo claues moꝛtis ⁊ inferni. Scribe ergo que vidiſti al. ✠ myſteriū
⁊ que ſunt ⁊ que opoꝛtet fieri † poſt hec. † Sacramentum
ſeptem ſtellarum quas vidiſti in dextera mea: ⁊ ſeptem cā
delabꝛa aurea ſeptem ſtelle angeli ſunt ſeptem eccleſiarū
⁊ candelabꝛa ſeptem: ſeptem eccleſie ſunt.
¶ Capituli Summarium. Infoꝛmat apoſtolus eccleſiā
epheſinam ac eccleſiam ſmyꝛnenſem. ⁊ deinde eccleſiā per
gamenſem atq̧ eccleſiam thiatyꝛenſem: ac ponitur diſcre
tio bonoꝛum a malis.

¶ Capitulum.II. A

Et angelo epheſi eccleſie ſcribe. Hec dicit qui te
net ſeptē ſtellas in dextera ſua: qui ambulat in
medio ſeptē cādelabꝛoꝛū aureoꝛū. Scio opera
tua ⁊ laboꝛē ⁊ patientiam tuā: ⁊ quia non potes
ſuſtinere malos. Et tētaſti eos qui ſe dicūt apoſtolos eſſe
⁊ nō ſunt: ⁊ inueniſti eos mēdaces. Et patientiā habes et B
ſuſtinuiſti pꝛopter nomē meū: ⁊ non defeciſti. Sed habeo Infra.3.a. Luce.12.a.
aduerſum te pauca: qḋ charitatē tuā pꝛimā reliq̄ſti. Me De pe.diſ.1.c. ſunt q̄ arbitrātur.
moꝛ eſto itaq̧ vnde excideris: ⁊ age penitētiā: ⁊ pꝛia opa
fac. Sin autē venio tibi: ⁊ moueco cādelabꝛū tuū de loco
ſuo niſi penitētiā egeris. Sꝫ hoc habes: qꝛ odiſti facta ni

colaitarum

Caim poſſeſſio vel lamentatio:ſiue acquiſitus vel acquiſitio.
Cainam:poſſidens populuꝫ vel lamentatio populi:ſiue acquirēs eos, vel acquiſitio eoꝛum
Caynam:poſſidens donum vel lamentatio gratie:ſiue acquirens gratiā:aut acquiſitio donationis.
Caleb:canis vel quaſi viride:ſiue quaſi coꝛ aut quaſi omne coꝛ.
Calephadem.
Calitba:quaſi viridis:aut quaſi omne coꝛ.
Caliſtenes:miſeria humilium vel conſummatio reſponſionis.
Calubi:canis meus:vel quaſi viridis meꝰ ſiue quaſi coꝛ meum:aut quaſi oē coꝛ meū
Claudius:ſpes tranquilla vl̃ ſpes trāquillitatis.
Claudia idem.
Clauthomō:locꝰ fletus vel locus fletuum
Camua ſtatio vel reſurrectio.
Camuel ſtans deo vel reſurrectio dei.
Camuelite:ſtātes deo vl̃ reſurrectiōes dei
Camōh: ſtatio in aq̄ vel reſurrectio inutilis.
Canna fundus vel calamus ſeu preparās vel preparatio. Notandū itaq꜄ ꝙ noſtruꝫ latinū canna de lingua hebꝛea ſumptū ſit.
Canaan:commutatus:vel commutatio.
Cananeus:idem.
Chanath:elatio vel zelotypia.
Candacis: cōmutans vel cōmutatio.
Candē:clāgoꝛ vl̃ recurſus:ſeu retinēs aut retentio.
Cappadocia:manus toꝛtoꝛis vel manꝰ exploꝛatoꝛis:ſeu manꝰ dño redimēs:aut manus redempta domino.
Cappadoces:manus toꝛtoꝛum vel manꝰ exploꝛatoꝛuꝫ:ſiue manus redempti domino:aut manu domino redimentes.
Capparis:manus redempta vel manꝰ redemptio:ſiue manus toꝛtoꝛis:aut manus exploꝛatoꝛis.
Caſeh:eccleſia vel congregatio.
Capſeel:congregans deo vel eccleſia dei.
Captoꝛ: capadox vel cappadocia:ſiue manus toꝛtoꝛis:aut manus exploꝛatoꝛis.
Capturim:capadoces manu toꝛquens:ſiue manus toꝛtoꝝ:aut manus exploꝛatoꝝ
Charcamis: vꝛbs attrectans: vel ciuitas congregatoꝛum.
Charchan:ciuitas gratie vel oppiduꝫ donationis.
Charchar inueſtigatoꝛ vel inueſtigantes ſiue oppidum vigilans.
Caree:caluus vel caluitiens:ſiue occurrēs: ignis aut occurſus igneus
Careim:decaluās eos:aut decaluatio eoꝛum.
Cariath:vꝛbs murata vel ciuitas ſeu oppidum vel villa.
Cariathaim perfecte vocata vel pfecta vocatio:ſeu villa eoꝛum:aut oppidum eoꝛum
Cariathma:villa eoꝝ vl̃ ciuitas populoſa
Cariatharbe:villa quatuoꝛ:vl̃ ciuitas quatuoꝛ.i.adam:abꝛaam:iſaac ꝛ iacob: qui ibi ſepulti ſunt.
Cariathbaal:vꝛbs viroꝛuꝫ vel ciuitas hñs ſeu villa deuoꝛans:aut oppidum vetuſtuꝫ
Cariathdēna:villa ſilens: vel villa ſilentiꝫ
Cariatharī: villa deficiens: vel oppidum defectionis.
Cariathiarim:villa ſyluarum: vel ciuitas ſaltuum:ſeu villa deficiens eis: aut villa defectionis eoꝛum.
Cariathim:ciuitas maris:vel oppidū marium.
Cariathſepher:villa pulchꝛitudinis:vel ciuitas literarum.
Cariarchaa:ciuitas penitētie: vel oppidū patientie:ſeu villa dolentium: aut ciuitas deſolatoꝛum.
Carie:caluus:vel caluitium ſiue occurrens ignis:aut occurſus igneus.
Carioth:occurrens igneum: vel occurſus igneus ſiue caluus reſpondens: aut caluitium tempoꝛale.
Carith:occurrēs ignis vel occurſus igneꝰ
Carmelus:mollis vel tenellus ſiue cognoſcens circuncīſionē:aut ſcientia circūciſiōis
Carmelite molles vel tenelli: ſeu ſciētes circuncīſionem:aut cogniti circuncidētibus.
Carmi:vinea mea:vl̃ cognitio mea ſiue aq̄ cognoſcens:aut cognitio aque.
Carmite: vinee mee:vel cogniti mei: ſiue agnoſcentes aquas:aut cognitiōes aquaꝝ
Carnaim:coꝛnua vel deſcenſiones:ſeu cōcidens fluctum:aut diuiſio cōmotionis.
Carino coꝛnua vel defenſio
Carmō:coꝛnu iniquū vel defenſio inutilis. ſeu concidens merentes: aut diuiſio murmurantium.
Caromel:mollicies vel teneritudo:ſeu cognoſcens circunciſionem: aut ſcientia circunciſionis.
Caromelite:molles vel teneri:ſeu ſcientes circunciſionē:aut cogniti circuncidētibus.
Carpum:ſcientem clare:vel cognoſcētem perſpicue.
Carthago:ſcrutatio vel conſummatio:ſeu vꝛbs meditans:aut ciuitas ſolennis.
Cartaginenſes:ſcrutantes:vel conſummati: ſeu ciues ſolēnes:aut vꝛbane meditātes
Chartam:perfecta vocatio vel vocationeꝫ perfecit:ſiue vꝛbs populi:vel ciuitas eoꝛum
Carthus:perfecte vocatus:vel perfecta vocatio quod apud nos melius efficitur per q literam vt dicatur quartus.
Caſaia.ſummus dominus:vel pꝛincipiuꝫ domini.
Caſeon:dure foꝛtes:vel duri foꝛtitudie ſeu ſummitas inutilis:aut pꝛincipiuꝫ murmurationis.
Caſphia:ſummitas liberās dominuꝫ: vel pꝛincipium liberationis domini.
Caſphoꝛe ſummitas liberans montes vel pꝛincipium liberalis iracundie
Caſia ſummus dñi vel pꝛincipiū domini.
Caſim ſummitas vel pꝛincipium: ſiue ſummitas eoꝛum:aut pꝛincipium eoꝛum.
Caſim meſſis vel menſis:ſeu ſumme vigilans:aut pꝛincipium vigilie.
Caſis:ſummitas viri:vel pꝛincipiuꝫ aſſumptionis.
Cathat:moꝛſus pcti:vel cōgregās tēpoꝛe.
Cathet:moꝛdēs vitā vel cōgregās panide
Canda:clāgoꝛ robuſtꝰ vel patientia foꝛtis
Canere:clangoꝛ tube:aut clāgens tenoꝛe
Caue penitentia vel patientia ſeu buccina
Ex iſto hebꝛeo videt eē tractū nr̃m latinū

¶ Hic c poſt c.

CEdar:meroꝛ vel tenebꝛe:ſeu merēs aut tenebꝛoſus.
Cedemoth:antecedens vel pꝛius.ſiue oꝛientalis :aut oꝛiens.
Ceden:oꝛiens vel oꝛientalis.
Cedes:antecedens vel oꝛientalis.
Cedma:antiquoꝛum.vel antecedens: ſiue oꝛientalis aut oꝛiens.
Cedmonei:antecedēs:vl̃ antiqua triſtitia ſeu pꝛioꝛes:aut oꝛientales.
Cedmihel:oꝛiens deo:vel anteceſſio dei.
Cedron:triſtis meroꝛ vel inutilis doloꝛ.
Celatha:congregatio vel eccleſia venit.
Cephas.petrus vel firmitas ſyꝛum eſt nō hebꝛeum.
Cephira:expiatio vel manus diſſipata.
Ceobiara:expians vigilem eius vel manū diſſipatam ſuſcitans.
Ceila:ad fundā iaciens vel ſuſcitās eā ſiue tollens ſibimet aut ſuſtollens ſemetipſam.
Celaia: vox domini: vel extollēs ſibimet dominū.
Celaſtithbam:vallis gigantium vel humilitas foꝛtium.
Celeab:vindicās pꝛem vel vindicatio pꝛis
Celeia:vallis dñi:vel cōgregatus dño:ſeu vindicans dñm aut vindicatio dñi.
Celeon:vindicans doloꝛem:vel vindicatio iniquitatis.
Celeſſiria:vindicans aram:vel vindicatio ſublimitatis.
Celethei: occidentes:vel exterminatoꝛes.
Celeuma:antecedens vel oꝛientale.
Celita:quaſi viridis vel eccleſia veniens.
Celmo:vallis robuſta:vel congregatio foꝛtitudinis.
Clemens eccleſiaſtes vel concionatoꝛ.
Cleophas:concionem tranſcendēs:vel cōgregatio tranſeuntis.
Cleopatra:congregās agnitos: vel cōcionem diſſoluens.
Cembel:oꝛiens deo vel anteceſſio dei.
Cenna:zelotes vel zelotypus.
Cenereas.poſſidens ſectatoꝛes vel poſſeſſio ſectatoꝛum.
Cendebeus:zelotes ſufficiēs ad intellectū vel zelotypus abundanter intelligens.

Cenereth

Cenereth: ſignū cytharevel quaſi lucerna.
Cenerotb: q̄ſi lucerne vel cytharar ſigna.
Cenez: zelotipus vel zelotes ſiue poſſeſſor contempt⁹: aut poſſeſſio contemptibilis.
Cenes: zelotypi vł zelotes: ſiue poſſeſſores contēpti: aut poſſeſſiones contēptibiles.
Ceni: es meū vel erarius meus: ſiue nidus meus: aut poſſeſſio mea.
Cepſam: eccleſia vel congregatio.
Cepſam: cōgregans eos vel venatores.
Cereas: occidens facturam: vel extermina tor plaſmationis.
Cerethi: occidētes vel exterminatores.
Cereceus: tenebroſus: vel tenebreſcens.
Creta: vocata vel vocatio conſummata inter ſyrum ⁊ hebreum mixtum eſt.
Cretes: vocati vel vocatione ꝯſummati.
Cretenſes: idem.
Ceſar: poſſidēs pn̄ceps: vel poſſeſſor: principatus.
Ceſarea: poſſeſſio principis: vel poſſeſſio principalis.
Ceſeletbaor: poſſeſſa principi lucis: vł poſſeſſio luminis aduenientis.
Ceſion: durus fortitudine: vł duritia fortitudinis.
Cetheus: fixus vel abſciſſus: ſiue cōfract⁹ aut mentis exceſſio.
Cethim: fixi vel abſciſſi: vel confracti: aut mente excedentes.
Cethimoth: figēs tp̄s vel abſcindēs viſionem: ſeu cōfracta tpe: aut inſania viſionis.
Cethron: tenebre: vel thimiama.
Cethron: tenebrās eos vel thimiama eorum.
Cethura: iuncta vel copulata: ſiue thimiama offerens: aut mente excedens lumini.

Dic i poſt c.

Cilicia: cecus vel luctus: ſiue aſſumptio: vel vomitus eius.
Cina: lugens vel luctus vel poſſidens aut poſſeſſio.
Cinam: lugens eos vel poſſidens eos: ſiue luctus eorum: aut poſſeſſio eorum.
Cineus: luctus vel poſſeſſio.
Cinei: lugentes vel poſſidentes.
Cinoth: lamentatio: vel lamētationes: ſeu lugens tempore.
Cintus: luctus vel poſſeſſio: qđ apud nos melius effert̄ per q literā vt dicat̄ quintus.
Cyprus: meror vel triſtitia.
Cyprius: merens vel triſtis.
Cipriarches: merens princeps vel triſtitia principis inter hebreum ⁊ grecū mixtū eſt.
Circus: hereditas vel hereditator.
Cirinus: heres vel hereditas: quod apud nos melius effertur per q literā vt dicatur quirinus.
Cirene: hereditas vel hereditatio.
Cirenei: heredes vel hereditantes.
Cirenenſes: hereditans: vel hereditātes.
Criſpus: ſciens vel cognitio.
Cis: vir mouens vel durus.
Ciſon: durus iniquus: vel vir mouens dolorem.
Ciſō: letificās eos: vel duritia eorum: ſiue impegerūt in eos aut vomit⁹ murmurationis.
Citij: amentes vel ſtupētes: ſeu mirantes: aut admiratio.
Citbij: conſciſſi vel plage conſummationis

Dico poſt c.

Coph: vocatio vel cōcluſio: ſiue auis aut excuſſio.
Cobath: mordētes vł congregati: ſiue morſus: aut congregatio.
Cobila: inueterans: aut inueteratio.
Cobilaam: inueterans populum: aut inueteratio populi.
Coho: excuſſio vel preſtolatio: ſiue preſtolans aut excutiens.
Colaia: vox facta ſiue vocis factio: aut vox domini: aut vox dominica.
Colaza: vox vidētis: vel vox fortitudinis.
Colonia: vox eorum vel reuelatio eorum.
Coloniculſes: voces eorū vel reuelationes eorum.
Coloſſis: vocis facte obediens: vel vocis facte obedientia.
Coloſſenſes: vocis facte obedientes: vel vocis facte obedientie.
Colozai: vox fornicaria: vel fictio ductionis.
Coloes omnes vel cōcluſio ſiue inueſtigātes aut conſummatio.
Condimeus: ſciphus vel phiala.
Corban: donum vel oblatio
Corbana: donū eius: vel oblatio eius.
Corbanam: donū gratie: vel oblatio gratificationis.
Cornelius: intelligens circūciſionē vel intelligentia circūciſionis.
Coſam: diuinās vel diuinatio ſiue diuinās eis: aut diuinatio eorum.
Cozbi: calix immenſus: vel immola mihi.

Dic u poſt c.

Cur: gelu vel frigus.
Cus: durus vel vomens vir.
Cutha: biuium vel duplicitas.
Cuthei. duplices vel in biuio.
Cuba: canis vel latrator.
Cubai: canis meus: vel latrans mihi.

Hucuſq; per ſimplicem c literam .i. ſine aſpiratione lecta ſunt principia nominum Ex hinc que ſequūtur aſpiratione addita id eſt per ch grecum legenda ſunt. Sciendum tamē eſt q hebreus ſermo non habet ch literā: ſed nomina que apud nos per hanc leguntur apud eos ſcribūtur per heth que duplici aſpiratione profertur.

Chabol: q̄ſi germen vel quaſi germinans.
Chabon: quaſi intelligens: vel quaſi intelligentia.
Chabonim: liba vel cruſtula: ſeu quaſi intelligens eos: aut quaſi intelligentia eorum.
Chabonim: manus ſpinar: vel aceru⁹ ſpinarū: ſiue p̄parantes aut preparationes.
Chabor cōiungens vel incantator: ſeu coniunctio: aut incantatio.
Chabul: diſplicitū vel indignatio.
Chabri: quaſi grauitas: aut quaſi elatio.
Chachon: ſculpens vel ſculptura.
Charſuar: fortis vir: vel robuſta viri ſuſcitatio.
Chalaal: contecta regio commixtionis vel contectio regionis fermentate.
Chalachat: paſcens vel nutricās: ſeu pabulum: aut nutrimentum.
Chalaad: paſcens martyres vel cōſummatio teſtimonij.
Chalamach. omnē fortitudinem habens: vel omnis fortitudinis habitudo.
Chalamaar: oē amarū: vł ois amaritudo.
Chalamath: menſus eſt: vł conſummauit ſiue conſummatus aut conſummatio.
Chalume: oēs vel ois ſeu omnes nos: aut conſummatio futura.
Chalchal: paſcens vel nutriens: ſeu pabulum aut nutrimentum.
Chaldea: quaſi fera vel q̄ſi feritas: ſeu q̄ſi demonium: aut quaſi mamilla.
Chaldei: quaſi fere: vel quaſi feroces: ſiue quaſi demones: aut quaſi mamille.
Chale: cōtecta regio: vel cōtectio regionis.
Caleph: canis vel q̄ſi viride: ſiue quaſi cor aut quaſi omne cor.
Chalech: idem.
Chaleſeum: contegens regio eos vel contecta regio eorum.
Chalphi: contegens regionem erroris vel contectio regionis illaqueate.
Cham calid⁹ vel callidus: ſiue calor vel calliditas.
Cham: ſurgens vel reſurrectio: ſeu neceſſitas aut neceſſarius.
Chamaal: fidelis commixtio. vel ſimilitudo deſpectionis.
Chamā: fidelis vel fidelitas: ſeu fidelis populo aut fidelitas populi.
Chaman ſimilis vel fidelis dono: aut ſimilitudo gratificationis.
Chamoam fidelis populo: aut ſimilitudo eorum.
Chamon: ſurgens dolor vel callidus meror: ſeu callida iniqtas: aut neceſſitas murmurationis.
Chamos: congregans vel congregatus ſiue quaſi attrectans: aut quaſi attrectatio.
Chamuel: calens deo: vel calidus dei ſeu dei neceſſitas: aut dei reſurrectio.
Chamuelite: calentes deo vel calidi dei: ſiue deo neceſſarij: aut deo reſurgentes.
Chamur calefact⁹ ros vel calefactio roris.
Chamur: ſurgens dolor vel neceſſarie parturiens: ſeu calens dolore: aut caliditas parturientis.
Chana: zelus vł emulatio: ſeu poſſedit eos aut poſſeſſio eorum.
Chanaā: ſuſpirans vel motus eorum ſiue humilis aut negociator.
Chanaā: zelus populi vel emulans populum: ſiue poſſidens populos aut poſſeſſio populorum.
Chanaā: poſſidēs donū vel emulator gr̄e
Chanaan: erubeſcens vel reuerſus eſt ſiue quaſi monentes: aut quaſi reſpondentes.
Chanaan: pauperculus: vel negociator: ſiue poſſidēs donum: aut emulator gratie.
Chanana: humilians eum vel negotians ei: ſeu poſſidens donum ei⁹: aut emulator gratie eius.
Chananeus: poſſidens vel poſſeſſio.
Chanane⁹: emulator vł zelotes ſiue p̄para

tus aut negotiator.
Chananei:poſſidentes vel poſſeſſiones.
Chananei:zelotipi vel emulatores ſeu pre parati aut negotiatores.
Chanaam:humilitas vel ipſe pauperculꝰ ſiue mutabilis.
Chanaan.pauperculus meꝰ vel negotiās mihi ſiue poſſidens donum meū:aut emulator gratie mee.
Chananei:humiles vel poſſidētes ſeu zelotipi aut emulatores.
Capſael congregans deo vel eccleſia dei.
Characha:ira furens vel foramē iraſcibile.
Charada: exercitus vel caſtra filiorū iſrl.
Charalla: ciuitas laudis vel oppidum laudationis.
Charadyra vel foramen ſiue furibūdꝰ aut iraſcibilis.
Charam.fodiens eos vel effoſſio eorum.
Charrā.lyra vel ira:ſiue furor aut foramina
Charcathan veſtigans peccatum vel inueſtigatio temporis.
Charith.diuiſio vel conſciſio ſiue cognitꝰ aut cognitio.
Charmanios:agnus congregatꝰ vel agnitio quaſi armētū.
Charnum vinea grata aut cognitio aque
Charſena: furor abundans vel occurſus anguſtie
Charcha:perfecta vocatio vel perfecit vocationem.
Charcham perfecta vocatio doni vel perfecit vocationem gratie.
Caſaloth:ſpes eorum vel q̄ſi pupilantes.
Caſbi:calix in me:vel immola mihi:ſiue calix meus:aut imolatio mea.
Caſbon:calix meroris:vel immolatio iniquitatis:ſiue calix murmurās:aut immolatio inutilis.
Chaſed.quaſi copulantes:vel quaſi populantes ſunt vero ipſi chaldei mutato noie.
Chaſaleu:ſpes eius vel ſperans in eum.
Chaſelon fortis duritia vel fortitudine durus
Chaſeth:meſſor vel meſſio:ſiue durus fortis aut durus fortitudine.
Chaſphim:immolans oīi vel calici innuēs
Caſleu:ſpes eius vel ſperās in eum.
Caſloim:cōſummatio vel omnis dolor ſiue incendēs aut incendium.
Caſlon:ſcelus vel triſtitia:ſiue protectus aut protectio.
Chazbi:mendacium vel iniquitas.
Chaſib:fictio vel mendacium.
Chebron:coniugium vel incātatio ſeu videns ſempiterne:aut viſio ſempiterna.
Chedel:ſignum pauperis vel ſcientia tabularum.
Chelbon:lactei vel albentes.
Chelcia:pars domini:vel partiens dn̄s.
Chelciam:pars domini eſt:vel partiēs dominus eſt.
Chelian:incendium domini eſt:vel cōſummatio domini eſt.
Chelion:incendium vel cōſummatio.
Chelimath:pars doni vl̄ donatio partita
Chelon: ab initio vel conſummatio: ſiue omnis dolor aut reuelatio eorum.
Chelud:ſignum deſtinans vel ſcientia.
Chenne quaſi cythara vel quaſi lucerne.
Chenereth: ſignū cythare vel q̄ſi lucerna.
Chenereth.idem.
Chennereth:quaſi lucerne vel ſigna cythararum.
Chennereth idem.
Chennor:canticum vel cythara: ſeu agnitum lumen aut agnitio luminis.
Cherelotb.viſio ſigni vel vidiſti ſignum.
Cherethim.diſponentes: vel diſpoſitiōes eorum.
Cheretboro:cognite auferens:vel cognita oblatio.
Chelmel:molle vel tenerum:ſiue agnus teneri:aut cognitio circunciſionis.
Cheros:glacies vel ſolitudo.
Cherub ſcientia multiplicata vel ſcientie plenitudo.
Cherubin:immaculata pictura vel ſciētia multiplicata:ſeu ſcientie plenitudo:aut q̄ſi plures ſcientie et intellectus.
Cherubin idem.
Cheſlon: protegens vel protectio:ſeu ſcelus aut triſtitia.
Cheſlon conſummatio vel omnis dolor ſiue incendens eos.aut incendium eorum.
Cheth:percutiens vel percuſſio.
Chethealud:ſignum inſanie:vel fortitudo iniquitatis.
Chetlis:percuſſa generatio vel percutiens generationem.
Chetim:ſignati vel metum ſeu formidantes aut inſanientes.
Chidon:ſcutum vel clipeus.
Chiphara:expiās:vel expiatio:ſeu catulꝰ eius aut manus diſſipati: quod autem diximus catulum:leonem ſignificat quē greci dimeon vocant.
Chilaab:vindicās prēz:aut vīdicatio prīs
Chiſil:robuſtus vel fortitudo.
Chiſloth:ſtulti ſignum : vel ſtultitie ſignificatio.
Chiū:vindicans eos:vel vindicatio eorū.

¶ Hic o poſt ch.

Choa: eccleſia vel congregatio.
Choadad:maximū vel precipuum.
Chobal:condemnans vel cōdemnatio.
Chobar.gratitudo vel iuxta electū.
Chodchod:cartago vel cartaginenſes.
Chodonaſer:capiens plaſma vinum vel captura viui plaſinatis.
Chodorlagomar: quaſi generatio manipuli vel quaſi habens decoꝝ manipulum.
Chodorlaomor:idem.
Choeleth : eccleſiaſtes grece:concionator latine.
Chomarim:editui vel ianitores.
Chomor:laſcens vel prouocans:ſiue laceſſiones vel prouocationes.
Choneniās: pcuſſus dn̄o:vel pcuſſio dn̄i.
Chobar:decaluans prēz:vel caluaria prīs
Chore clamās vel glauus:ſiue glacies aut caluitium.
Choreb: ardor vel ſiccitas:ſiue coruus:aut ſolitudo.
Choreb menſa vel maſſa:ſiue tentans aut tentatio.
Choreꝰ : iracundus vel liber:ſiue farinatꝰ aut de foramine.
Chorrei : liberi vel iracundi : ſiue farinati aut de foraminibus.
Chorrebthi :diſperdens vel diſperſio : ſeu diſſipans aut diſſipatio.
Chori: caluus meus:vel clamans mihi :ſiue caluitium meum:aut glacies mea.
Chorite : glacioſi mei:vel clamantes mihi ſiue calui mei:aut caluities mea.
Chorei : farina vel farinatus:ſeu poſt me: aut foramina mea.
Chorinthus:vrbanꝰ:vel oritur ipſe:ſeu cōuerſatio coꝝ aut admiſtratio reipublice.
Chorinthij:ciues vl̄ cōuerſantes ſibi :ſeu decuriōes coꝝ:aut publici admiſtratores
Chorographia:regiones deſcripte:vel regionum deſcriptio.
Chorozai : hoc ſecretum mihi:vel hoc miniſterium meum.
Chorozaim:idem.
Chos:calix potatio.
Choſi:calix meus vel potatio mea
Choſan:calix donatus vel potum gratificationis.
Choum:congregans eos vel congregatio eorum.
Chozbi:iniquitas vel mendacium.
Chozabeth : iniqua domus vel mendacij habitaculum.

¶ Hic u poſt ch.

Chub : grauitas vel condemnatio.
Chum:percutiens vel percuſſio.
Chus.etiops vel tenebroſus.
Chuſai : niger vel tenebroſus vultur : vel deuorans
Chuſan:tenebrans eos vel nigredo eorū.
Chuſan : tenebrans domum vel nigredo gratificationis.
Chuſamaſathaaz : tenebroſa iniquitas vl̄ nigredo impietatis.
Chuſi:niger mihi:vel tenebrans me.
Chuſi:ſecretum vel ſilentium:ſiue archanū aut profunditas.
Chuſa:duritia iſta vel tenebroſus iſte.
¶ Sequitur interpretationes hebraicoꝝ nominum incipientium a D litera.

Daba:diuus vel prodinium.
Dabai diuus meus vel prodinium meum.
Dabat:diuus vel prodinium.
Dabrath:oraculum vel loquela.
Dabereth oraculum fontium:vel locutio puteorum.
Dabreiamin:paralipomenon grece:verba dierum latine.
Dabir loquens vel loquela: ſiue loquens deo:aut oraculum dei.
Dabira:loquens ei vel eloquentia eiꝰ:ſiue loquitur ei deus:aut ciuitas literarum.
Dabri: loquens vel locutio:ſiue oraculū vel eloquentia.
Dachar compungens vel compunctio:ſiue compungentes aut compunctiones.
Dadan:iudicās:vel iudiciū:ſiue ſolitarius
aut fra

aut fratruelis eoꝛum.

Daca.fortis malicia vel iudicium maledictionis.

Dacei:foꝛtis maligne vel iudices maledicti.

Dapbeca.adheſio vel remiſſio:ſiue adherens aut pulſatio.

Dapbenem:pulſans oculus ſiue adheſio fontis.

Daphaim:ſignū operū vel ſigni opatio.

Dagan:triticū vel frumētum ſeu piſcis donatus aut piſcis gratificatus.

Dagō:piſcis meroꝛis vł piſcis triſtitie ſeu piſcis iniquus aut piſcis inutilis.

Daias foꝛtis dño vel pauperculus dñi.

Dalaian:bauriēs dño eſt:vel pauperculus domini eſt.

Dalani:egens pauper vel egena pauptas.

Damula:ſitula vel paupercula.

Dalmatia grandis egeſtas vel magnitudo egeſtatis.

Dalmatica:grandis egeſtas vel magnitudo paupertatis.

Dalmanuta:ſitula quomodo pauper:vel paupertas requieſcens ſuperius.

Dalmaim:ſanguis vel ſanguines:ſeu ſanguinum aut ſanguineus.

Damaris ſilēs caput vel ſilentiū capitis.

Damaſcus: ſanguis ſacci vel ſanguineus ſaccus.

Damaſcus:ſanguinem bibens vel ſanguinem pꝛopinans:ſiue ſanguinis potus aut ſanguinis oſculum.

Damaſceni:ſanguinē ſacci vel ſanguinū oſcula.

Damaſceni ſanguinē bibētes:vel ſanguinem pꝛoinantes: ſiue ſanguinum potatores aut ſanguinee potationes.

Damna cauſa vel iudicium: ſeu ſilens:vel ſilentium.

Dan cauſa vel iudicium.

Dana cauſa eius vel iudicium eius.

Danite:iudices vel cauſatoꝛes.

Daniel:cauſa dei:vel iudiciū dei:ſiue iudicans deo aut iudicauit me deus.

Daram:auſtralis vel affricanus.

Dardabe: generatio cognita:vel generatio cognitionis

Darius:fertilis aut augmentatus.

Daron:affrica vel plaga auſtralis.

Daſem frenum vel retinaculum.

Dathā donum eoꝛū vel donum ſufficiens

Dathemam:donum foꝛmidoloſō vel doni ſufficientiam accipiens.

David:foꝛtis manu:vł vultu deſiderabilis

℃Dice poſt d.

Debalam: delectās ſeculo vel delectatio ſecularis.

Debabaſeth apes deſecans vel eloquētia deſecata.

Deblata:palata vł oppꝛobriū:greco autē ſmone deblata Iouis auites interpretatꝛ.

Deblathaim:palate vel oppꝛobria ſeu palate eoꝛum aut oppꝛobria eoꝛum.

Debela:delectans ſeculo vel delectatio ſecularis.

Debelathaim: lateres vel maſſe quas ſolent compingere de recentibus ficis:quas hebꝛei debelath nuncupant.

Debera locutio vel vſum timens

Debir:loquens vel loquela ſiue vſum timens:aut vſū timoꝛ.

Debon:ſufficiens ad intellectum:vel abūdanter intelligens.

Debogad ſufficiens ad intellectum tentationis vel abundāter intelligens accinctū latrunculum.

Delboꝛa:apis vel loquax:ſiue eloquens: aut eloquentia.

Deda:adherens vel pulſans ſeu remittēs aut remiſſio.

Deda:plantata vel plaſmata ſiue ſubtilitas aut plaſmatio.

Dedan:hoc iudicium vel tale iudicium.

Dedana:generatio eiꝰ vel generatio eoꝝ

Depheca:pulſans vel adherens:ſiue pulſatio aut remiſſio.

Delaia:hauriens dominum vel pauperculus domini.

Delcans egens vel egeſtas.

Delethan egens vel egeſtas eoꝛum.

Deleth.tabule vel tabularū ſeu pauper: aut ianua.

Delphon pauper facie:vel egenus cōtemplatoꝛ.

Delo:ianua vel paupertas.

Delthi:pauper egens vel paupertatis egeſtas.

Demas ſilens vel terrenus:ſiue ſilentium aut ſanguineus.

Demetrius:nimiū perſequēs vel vehementer incedens ſeu foꝛtis ad perſequendū aut robuſtus virga deiicere.

Demna:cauſa vel iudicium ſiue ſilens aut ſilentium.

Demophon:ſilentium ſubiti meroꝛis: vel ſanguineus eructās.

Demon:ſanguineus meroꝛ:vel ſufficiens iniquitas.

Demonium:ſanguineus meroꝛ eis:vel ſufficiens iniquitas eoꝛum.

Denaba:iudiciū ferēs vel iudiciū afferēs

Dennaba idem.

Dennahaba:cauſa patris vel ſilentiū fraternitatis.

Derben loquens vel filius generationis.

Derbens.loquax vel generatus.

Delthon.loquela percutiens vel generatio percuſſionis.

Deſan:foꝛtis elephantus vł foꝛtitudo elephantis.

Deſſan:foꝛtis dignitas vel pinguedo eleuationis.

Deſeth murus vel micatio:ſeu pariēs aut calcatio.

Deſon:foꝛtis pupilla:vel calcauit eā ſyꝛo ſermone:hebꝛaico aūt pinguedo interpꝛetatur aut cinis id eſt fauilla holocauſtoꝝ

Deuhel:agnoſcāt deū vel agnoſcat deus.

℃Dici poſt d.

Diabolus:deſluēs vł deoꝛſum grece autem dicitur criminatoꝛ aut clauſus in ergaſtulo.

Diaphanea.illuminans vel dilucidum.

Diana:egritudines ſuſcitās ve egrotationum ſuſcitatio.

Diapſalma:percantatio vel ſpūſſancti ceſſatio:ſiue amen:aut fiat:greco autē ſermone interpꝛetatur vocum diſiunctio.

Dibon ſufficiens ad intellectum:vel abundanter intelligens.

Dibongad:ſufficiens ad intellectum tētationis vel abūdanter intelligens accinctū latrunculum.

Dimaon: ſufficit eis doloꝛ vel ſufficit eis meroꝛ:ſiue ſufficientia murmurationis eoꝛum:aut ſufficiētia iniquitatis eoꝛum.

Dimona:ſublimitas vel ſatis numerans.

Dina cauſa hec vel iudicium iſtud.

Dinei:iudices hi vel cauſidici iſti.

Dionyſius:dijudicatus vel vehemēter fugiens.

Dioſcoꝛe pulchri ad tegendā: vel pulchre contegentes ſunt aut gemini caſtoꝛes.

Dioſcoꝛus pulchꝛe contegens vel pulchꝛe ad tegendum.

Dioſpolis: abnuens vel abꝛenunciatio.

Diotrepes:ſpecioſus inſulſus:vel decoꝛ inſaniens.

Diſan foꝛtis elephantus vel foꝛtitudo elephantis.

Diſon cinis aut pinguedo:ſeu foꝛtis pupilla:aut calcatio eius.

Diſine:ad occidentem:vel occidentalis.

Diſir:quercus vel ilex.

℃Dic o poſt d.

Doch:commotus:ſiue ſollicitus aut ſollicitudo.

Dodan:patruus domino eſt:vel patruelis domini.

Dodanim:patruus vel patruelis.

Dobec motus.vel moꝛtuus ſiue ſollicitus aut ſollicitudo.

Domin:rubꝛa vel aſcenſus ruffoꝛum.

Domina:ſilens vel ſilentium.

Don iudicium vel iudicatoꝛ.

Doꝛ natiuitas vel generatio.

Doꝛam:generans populos vel generatio populoꝛum.

Doꝛcbas caprea vel damula.

Doꝛda natiuitas foꝛtis vel generatio deſyderabilis.

Doꝛmin:generatus excelſe:vel generatio exaltata.

Doꝛmim:generatiōes excelſe vel generationum exaltatio.

Doꝛax genitus furoꝛ vł generationis medicamentum.

Doꝛacaphet natiuitas adnētns humilis vel generatio paruuli venientis.

Doſitheus:calcatio inſipida:vel vnctionē foꝛmidans.

Dothaim:pabulū vel viride eoꝝ ſiue ſufficiens defectio:aut ſufficientia defectionis.

℃Dicu poſt d.

Dudi:ſolitarius vel fratruelis.

Dui:decus vel pulchritudo.

Duel:decoꝛans dñm vel pulchritudo dei.

Duina:tacens vel ſilentium ſiue gaudiū et leticia

Durach:loquaꝝ vel locutio:ſeu loquēs:frater vel locutio fratris.

Durā:pulchritudo vel loquela:ſeu loquēs populo aut pulchritudo eorum.

Druſila:generis pacifica:vel generationē pacificans.

¶ Sequitur interpretatio nominum incipientium a litera E.

EBal:vallis vetus vel vetꝰ vorago:ſeu vallis deficiens aut aceruus lapidum.

Ebrona:trāſiens vel trāſitio:ſiue tranſcendens aut tranſgreſſio.

Ebrona:incātator vel incantatio:ſiue coniugium aut viſio ſempiterna.

Ebroni:tranſiens mihi vel tranſitio mea: ſiue tranſcendens aut trangreſſio mea.

Ebroni: tranſiens mihi vel tranſitio mea: ſiue coniugiū meum aut viſio ſempiterna.

Ebronite:trāſeuntes me:vel mihi:ſeu trāſitus mei:aut tranſgreſſiones mee.

Ebronites:incantatores mei:,vel incantationes mee:ſeu cōiugati mihi aut videntes ſuper me.

¶ Hic d poſt e.

EDada:ornata vel voluptuoſa.

Edema: voluptas eius vel delicioſe ornata.

Edemium:voluptates delicioſe vel ornata diuitioſe.

Eden.voluptas vl'ornatus ſeu diuitie aut delicie.

Edenna:voluptas pulchra vel delicie pulchre:ſiue ornatus pulchrā aut diuitie pulchritudinis.

Edes voluptas vigilie vl'ornatꝰ cōſurgēs ſeu diuitie effuſe aut delicie reſurgentes.

Edes:delicias tollens vel voluptuoſa plaſmatio.

Ediſſa:delicata mulier:vel voluptuoſa aſſumptio.

Edna voluptuoſa pulchra vel ornamētum pulchritudinis.

Ednas: ornatū tollens vel diuitioſa plaſmatio:ſiue delicatus ſerpēs aut voluptuoſus coluber.

Edom:rufus vel fuluus:ſiue terrenus:aut ſanguineus.

Edoma: rufa vel terrena:ſiue rubens:aut ſanguinea.

Edraꝫ:inundatio paſtus mei vel inundatio paſcit me.

Edraim:inūdatio malorum vel natiuitas peſſimorum ſiue deſcenſio paſtorū aut inundatio pabulorum meorum.

¶ Hic f poſt e.

EFfraim:creſcens vel auctus ſiue augmentum aut fertilitas.

Effraemite:augentes vl'aucti:ſiue fertiles aut creſcentes.

Effra: videns vel frugifera ſeu fertilis aut puluerulenta.

Effrata:idem.

Effratei:fertiles aut frugiferi:ſiue vidētes aut puluerulenti.

Effrem: auctus vel creſcēs:ſeu fertilis aut fecundus.

Effron:puluis meroris vel puluis inutilis: ſiue puluis eorum aut vltio iniquitatum.

Effeta:adaperire vel apertus ſis.

Effa:menſura vel effundens ſiue: reſolutꝰ aut reſolutio.

Effai:mēſura mea vel defectio mea:ſiue effundens me aut diſſolutus mihi.

Effarath: diſſolutio vmbraculi vel effuſio viſionis conſummate.

Effenerus: effundens decorem vel diſſoluens imagines.

Effer:menſura conſurgens vel effuſus vigilijs ſiue diſſolutus pelliceꝰ aut reſolutio.

Efferite:effuſi vigilijs vel mēſure conſurgētes:ſiue diſſoluti pelicei aut reſoluētes cōſurrectionem.

Effermeſtha:mēſura effundens variū vel conſurrectio diſſoluens varietatem.

Effeſum:cōſilium meū vel anima mea:ſeu finis eorum aut voluntas mea in ea.

Effeſij: voluntas mea vl'aīa mea in eis ſeu fines eorum aut conſiliatores mei.

Effrer:fecunditas aut augmentatio.

Effi:menſura trium modiorū vel tres modij menſurati.

Ephoth ſupindumentū:vel ſuphumerale.

Ephesiba:menſura rectitudinis:vel voluntas mea in ea.

¶ Hic g poſt e.

EGbathan:ſolēne mandatū humile vel leta domus reſponſionis.

Egbathanis:ſolēne mandatū humilis viri vel leta domus reſponſionis aſſumpte.

Egeus:letus vel ſolennis.

Egyptus:tenebre vel anguſtie ſiue tribulatio coāguſtās aut coāguſtatio tribulatiōis

Egyptiacus: tenebroſus vl'coanguſtatus ſiue tribulatione coāguſtatus aut coanguſtatione tribulatus.

Egla:vitula vel iuuenca:ſiue ſolēnis aut feſtiuitas eius. Ipſa eſt michol vxor dauid q̄ genuit ei iethrā in cuius partu occubuit.

Eglaim:vitule vel iuuencule:ſiue ſolennecis aut feſtiuitates eorum.

Eglon:vitulus meroris vl'iuuenculus iniquitatis: ſiue ſolenne murmur:aut feſtiuitas inutilis.

¶ Hic l poſt e.

ELa:maledicta vel ipſi: ſiue terebinthus aut arbuſtula.

Ellaath:ad ſolum vel ad ſolitariū:ſiue ad vnum aut maledictio peccati.

Elada:dei ſeruus vel dei teſtimonium:ſeu maledictio fortis:aut terebinthus deſyderabilis.

Ellada:ad ſcientia vel ſenſum ſeu laus ſeruitutis aut dei ſcientia. Syro aūt ſermone interpretatur ſuper hanc.

Elade:aſtenſio vel ad aſcenſum ſiue domini ſeruitus:aut maledictio teſtimonij.

Elam:orbis vel ſeculum: aut poſtis aut ſuperliminare.

Elam:veſtibulum vel comparatio ;ſeu deſpiciens aut oppoſitio.

Elamite:orbes vel ſecula ſeu poſtes aut ſuperliminaria.

Elamite:veſtibula vel comparati ſeu deſpicientes aut appoſiti.

Elas maledictus ipſe vel faciēs operationes

Elaſa:operatio ad faciendū:ſeu laudeꝫ faciens aut laudabilis plaſmatio.

Ellaſa:operatio ad faciendum: ſiue deum ſuſtollens aut dei plaſmatio.

Ellaſar:hanc ſeparās vel hec ſeparatio :ſiue deum declinans aut dei declinatio.

Ellaſar:laudās carcerē vel laus ſuſtollētiū vigilātes aut laudās plaſmatiōeꝫ ſuſcitātes

Elath:vnuꝫ vel vnitas : ſiue ſolitarius:aut ſolitudo.

Elath:aulones:vl' terebinthꝰ:ſiue deo peccans:aut maledictus ipſe peccator.

Ellane:applicās vel perſecutio ſiue applicabitur aut perſequetur.

Elbon:deo fortis vel robuſtus fortitudine.

Elcham : pars eorū vel teſtimoniūꝫ eorum ſiue deo ſurgens aut dei neceſſarius.

Elchaim:pars eorū vel teſtimonium eorum ſeu dei portio aut dei poſſeſſio.

Elchath:portio vel portiuncula:ſeu portio temporis aut portiuncula peccatoris.

Elcheſe:aduocatio vel aduocata.

Elcheſeus:aduocās vel aduocatus.

Elcheſi:aduocatꝰ meus vl'aduocatio mea.

Eldea:ad ſcientiam vel de ſcientia.

Eleale:cōſcenſio vel ad conſcenſionem.

Eleamā:dei mei decꝰ vl'dei mei pulchritudo

Eleazar:deus meus adiutor vel dei mei adiutorium.

Eleazarus:deus meus adiutor conſilij vel deus meus adiuuans feſtinanter.

Eleb:deus pater vel dei paternitas.

Elecb:portio vel portiuncula

Elecbite particule vel portiones.

Electe:aſcendentes vel aſcenſiones ſiue aſcendens vel aſcenſio.

Ellel laudans vel laudatio.

Elem:poſtes vel ſecula:ſiue veſtibuluꝫ aut ſuperliminare eorum.

Elama:poſtis eorū vel ſeculuꝫ eius vel deū accipiens:ſiue deum colens.

Elemon:ſcientia dei vel aſcenſio.

Ellenon:greci vel grecorum.

Eleon:diuinitas vel ad laborantes:ipſe eſt mons oliueti: de quo dn̄s coram diſcipulis aſcendit in celum.

Eleſa ad inſulam vel ad faciendū ſiue deuꝫ ſuſtollens aut dei plaſmatio.

Eleutherus:ſeculum honorans vel exercituum cohabitatio.

Eliab:deꝰ meꝰ pr̄ vel dei mei paternitas

Eliab vana abſconſio vel nequaq̄ abſconditus:ſiue deus meꝰ pater eiꝰ:aut dei mei paternitas ei.

Eliachim:deus meus reſuſcitabit vel deus meus frater eorum.

Eliada:deus meꝰ cognouit:vel deꝰ meꝰ audiet:ſiue dei mei fiꝰ aūt dei mei teſtimoniū.

Eliade idem.

Eliadan:deus meꝰ cognouit eos vel deus meus audiet eos:ſiue deus meꝰ ſeruiet eis: aut deus meus teſtificator eorū.

Eliā deꝰ meꝰ ppl's vl'dei mei pplo ſiue deꝰ meꝰ mirabil' eis aūt deꝰ meꝰ miraculū eorū.

Eliaſub:deus meus iacturā incēdens aut deus meus plaſmationem conuertens.

Eliatha:deus meus tu vel deus meus veni ſiue deo meo peccans aut deo meo tẽpus.
Eliathan.deo meo cadẽs vel dei mei calidus vel deo meo ſurgens aut dei mei neceſſarius.
Elicu : veſtibula vel maledicti ſeu poſtes: aut ſuperliminaria.
Eliada:deus meus nouit aut ſciã dei mei.
Elidad:dei mei patruus:vel deꝰ meus patruelis.
Elidabe:deus meus ſcit ipſum eſſe vel deꝰ meus ſcit ipſum viuere:ſiue deus meus nouit ſuſceptos aut deus meus nouit ſuſcipiendos.
Elidelach: aceruus emiſſus germinis:vel emiſſio germinis aceruati ſiue deus meus ſcit portionẽ:aut deꝰ meus nouit particulã.
Eliezer : deus meus fortis vel deus meus adiutor ſiue deo meo ſeparatꝰ:aut dei mei ſanctificatio.
Eliphal:deus meus mirabilis vel dei mei miraculum.
Eliphaleeh : deus meus diuidens : vel dei mei diuiſio:ſiue deus meus mirabiliter ſaluans viuentes:aut deus meus mirabiliter liberans pauidos.
Eliam:dei mei populus vel dei mei cõgregatio.
Eliaman:deus meus donãs:vel deꝰ meus dominãs ſiue deo meo donante.
Elimas:tranſgredi faciẽs:vel ad tranſgreſſionem ingrediens.
Elimelech:ad regem vel ad principez ſiue dei mei regnum aut deus meus regnator.
Elion:excelſus vel ſublimitas ſiue dei dolor:aut deo inutilis.
Elionai:ſublimis vultur:vel excelſus deuorator.
Elioreb:dei mei hyẽs aut dei mei tẽpeſtas.
Eliſa : ad inſulã aut dei mei ſaluatio.
Eliſabeth:dei mei ſeptima vel deus meus cognouit:ſiue dei mei iuramentuz : aut dei mei ſaturitas.
Eliſaph:dei mei ſpecula:vel deus meꝰ ſpeculator:ſiue deus meus abſcõdens :aut dei mei abſconſio.
Eliſaph:dei mei labiũ vel dei mei vinculuz ſeu dei mei ſpeculum aut dei mei anguſtia.
Eliſaphan:dei mei lepꝰ vel dei mei hericiꝰ ſiue dei mei ſpeculator aut dei mei vinculũ.
Eliſabe:dei mei ſalus vel deus meus defẽdit me.
Eliſama:deus meus audiuit vel deꝰ meus exaudiuit.
Eliſar : dei mei princeps vel dei mei velamen:ſiue pater meꝰ fortis:aut pater meus coanguſtans.
Eliſe:dei mei ſalus vel dei mei protectio.
Eliſeth:dei mei ſalus vel deus meus hic eſt ſiue deus meus ſaluãs vitam aut deus ſaluans pauidos.
Eliſua: dei mei ſalus vel dei mei protectio.
Eliſue:idem.
Eliſuer: dei mei murus vel deo meo continẽs:ſiue pater meꝰ fortis aut pater meus coanguſtans me.
Eliud:deus meus dñs vel deus meus iſte.
Elmadan:dei mei mẽſura vel dei mei enumeratio.
Elmelech:dei mei regnũ vel deꝰ regnator.
Elmodab:dei regnatio vel dei natiuitas.
Elmodab:dei menſura vel ad matrez eius precipuam.
Elmon contemnens vel contemptus.
Elmon : locus vel ille:ſiue hic aut contemnens me.
Elmõdablataim: contẽnens palatas aut contemptus opprobriorum.
Elnathã addens vel adiectio ſiue ad dantem aut dei donatio.
Elnatham:dei donatio vel deo donatus.
Elo:deus vel deitas.ſiue exercitꝰ eiꝰ : aut exercitus eorum.
Elocuporia:turme militum : vel opes eorum
Eloi:deus meus vel deitas mea.
Eloim:deus eis vel deitas eorum.
Elom:exercitum fortitudinis vel exercitatus fortitudine.
Elon:quercus vel roboreus:ſeu regio campeſtris aut exercitus fortitudinis.
Eloth:arietatio vel arietis ſinum ſiue deo reſpondens aut deitas temporalis.
Elathaba:vana abconſio vel nequaquam abſconditus.
Elthaci : vanus vomitus:vel nequaquam vomens.
Elthece:proferens vel prolatio eorum.
Elthecem:protulit vel prolatio.
Ethecen: pferens fontẽ vel prolatio oculi.
Eltholeth:natiuitas vel ad natiuitatem.
Eluan:exaltatus vel exaltatio.
Elud:gloriabundus vel accipiens gloriaz.
Elul:deum dolens:vel deum parturiens.

Hic m poſt e.

Emach :vallis vel profunditas.
Emachim:valles:vel profunditates eorum.
Emachuel.vallis diuina vel profunditas eorum.
Eman:callidus vel accipiens:ſiue calor eorum aut formido eorum.
Emath:formidans eos vel acceptio eorum ſiue indignãs rigide aut idignator rigidus.
Ematheus formido eorum:vel accipiens. eos ſiue indignans rigide:aut indignatio rigido.
Emaus mater feſtinans vel deſyderium conſilij.
Emma:mater vel deſyderium.
Emmaz:mater eorum vel deſyderans eos.
Emanuel: nobiſcum deus vel nobiſcum diuinitas.
Emaus:mater feſtinãs vel deſyderiũ conſilij
Emathaſis:vallis cõcidens:vel vallis concíſionis.
Emmer:verbum vel ſermo ſiue ſermocinãs aut ſermocinatio.
Emim:gentes vel populi ſiue horrẽdi aut terribilis.
Emona:calor eius val accipiens eum.
Emor:aſinus:vel aſineus:ſiue loquax aut amaricans.
Emorim:aſini vel aſinei ſeu loquentes aut amaricati.
Emoſith:mater lux mea vel deſyderans deſyderium.

Hic n poſt e.

Enna:fons vel oculus.
Ena:ecce hic ſunt vel ecce oculus ſiue fons ei aut oculus eius.
Enach:fortis vel potens:ſiue gigas:aut terribilis.
Enachim:fortes vel potentes ſeu gigãtes aut terribilis.
Enada : fons acutꝰ vel oculi exacutio ſiue fons ſufficiens:aut oculus teſtimonij.
Ennada:idem.
Enadab:fons ſpontaneus:vel oculus voluntarius.
Enadã:oculus iudicans vel oculus iudicij.
Enagallim:fons triſtitie vel oculꝰ vitulorum.
Enai:fons meus vel oculus meus.
Enaim:ecce hec ſunt:vel ecce ſunt oculi:ſiue fontes eorum aut oculi eorum.
Enan :nubes vel ecce hec ſunt : ſiue fontes eorum aut oculi eorum.
Enarath:ecce concepit vel ecce conceptio.
Enathã:ad dantẽ:vel deo dante ſiue fons datus eis:aut oculus donationis eorum.
Enathon:dans gratiaz vel dantis gratia. ſiue fons datus iniquus aut oculus datus reſponſioni.
Encenia renouata dedicatio vel renouamina dedicationis.
Endad:fons ſolitarius:vel oculus ſubtilis.
Endor:fons generationis vel oculus naturalis.
Encam:ecce iſta:vel ecce hec ſunt.
Eneas pauper vel miſer:ſiue reſpondens aut reſponſio.
Engaddi:fons hedi vel oculus tẽtationis.
Engallim:fons inundans vel oculus trãſmigrans ſiue fons reuelationis aut oculus tranſmigrationis.
Enganni:fons orti:vel oculus elationis.
Engamm:fons hortorum vel oculus elationis eorum.
Embel : gratia mea deo vel gratia mea dei.
Enoch : dedicauit vel dedicatio ſiue edificans aut cum deo ambulans.
Enochite dedicantes vel dedicauerũt ſiue edificantes:aut cũ deo ambulantes.
Enom:ecce ſunt vel ecce hec ſunt ſeu fons robuſtus aut oculus fortitudinis.
Enon:curſus meroris vel oculus meroris ſeu fons triſtitie:aut fons murmurationis.
Ennon:curſus meroris : vel oculꝰ iniquus ſeu fons triſtitie:aut fons murmurationis.
Enos:hõ deſptꝰ ſeu inuocãs aut violentus.
Enremon:fons congregans aut oculus ſublimis.
Enſames: fons ſolis vel oculus mandans humilia.

Hic p poſt e.

Epafras:creſcens vel augmentũ:ſiue frugifer aut equidem videns.
Epafrodíton:fertile vel frugiferum aut fecunditas.
Epafroditus:frugifer vel fecũdus ſeu fertilis aut fecunditas.
Epicina : ſupra luctum vel ſupra lugentia

Epicurei:ſupra cutem vel ſupra curantes
Eponechium:ſupra vel ſuperindumentuʒ.

¶ Hic r poſt e.

ERan:vacue fecit vel vacuefactio.
Eraſtus:frater meus videns vel fratris mei viſio:ſatis abſurdū vocabulum ſi
gnatum.
Ereth:vigil vita vel effuſus pauore.
Ergab:lapis vel lapideus.
Enoth:ebrietas vel ſolitudo.
Erina : anathema meroris:vel anathema
triſtitie.
Erman:auferēs vel ablatio vel anathema
noſtrum:aut anathematizatio gratie.
Ermen:anathema triſtitie vel anathemati
zans merorem.
Eroon:dolor vel dolorum ſiue in facie eo-
rum aut in facie dolorum.

¶ Hic ſ poſt e.

ESaam:confirmans vel innitens : ſi
ue ſuſtollens gratiaʒ aut plaſmatio
donationis.
Eſaban:ignis in eo vel ignis in eis.
Eſabam:confirmo vel innitor:ſeu innitēs
aut confirmatus.
Eſabim : voluntas meroris:vel voluntas
fortitudinis.
Eſai:incenſum vel inſule libatio.
Eſſai:idem.
Eſſaion:voluntas meroris : vel conſilium
triſtitie.
Eſſaon:idem.
Eſſamma:innitēs mihi vel confirmatio mea
Eſaongaber : voluntas vel iuuenilis : ſeu
fortis operatio:aut cōſilium confortate tri
ſtitie.
Eſau:facineus vel factura.
Eſau:vanus vel fruſtra:ſiue rubēs aut acer
uus lapidum.
Eſoai:ignis maritus vel ignea maritatio
Eſban:ignis in eo vel ignis in eis.
Eſoch:ventus vel flatus ſiue ignis vanus
aut ignis vetus.
Eſbon:flatus meroris vel ſingultum triſti-
tie.
Eſcha:cōtēnēs vel habitās deſpectionem
Eſchani contemnentes vel habitantes de
ſpectionem.
Eſchaboth:ve glorie vel cecidit gloria:ſeu
ve glorioſo aut gloriatio habet occaſum.
Eſchol:botrus vel ignis omnis ſeu totus
ignis aut totus igneus
Eſda miſericors vel miſericordia,
Eſdod:effuſio vel incendium,
Eſdon:incendia vel incendētes ſiue ignis
patruelis:aut ignis patrui mei,
Eſdras:adiutor vel auxiliuʒ ſiue miſericor
dia dn̄i aut miſericordia matutina.
Eſdrelon: miſecordia dei vel miſericordia
mea deus meus.
Eſdrin:adiuuans merentes vel miſericors
iniquitatibus.
Eſbon:ſingultum triſtitie:vel cogitatio me
roris.
Eſer:vicinus vel vicinitas,
Eſeli:vicinus meus vel vicinitas mea,
Eſeliam:prope dominus eſt vl' domino p-
pinquans eſt.
Eſemel:gemma vel electrum.
Eſer:plaſma vel electio.
Eſphara:fracturaʒ apperiens vel inſlaap
tio regionis,
Eſu: vicin⁹ meus vel vicinitas mea ſeu fa
ctura laborans aut plaſmatio laborioſa.
Eſmona:feſtinans vel feſtinatio.
Eſna:ignis vel ſecundans: ſeu ediſſerens
aut ediſſertio.
Eſrai:indigena val orientalis.
Eſribel:auxiliū dei vel auxiliatus a deo.
Eſrom:ſagittā videns vel ſagitta viſionis
ſiue iraſcens fortis iaculo gregum.
Eſron atrium eius vel atrium eorum: ſiue
atrium triſtitie aut atriū iudicātis iudicia
Eſronite:ſagittam vidētes vl' ſagitte viſio
nū ſiue iraſcentes aut fortes iaculis gregū.
Eſronite:atria eius:vel atria eorū ſeu atria
iuſtitie aut atria iudicantis iudicia.
Eſtha:ignis vel cogitatio.
Eſthama:ignis manens vel cogitatio do-
loris.
Eſthamo idem.
Eſthamos:ignis manēs vel cogitatio do-
lorum.
Eſthabol:ignis gementium vel ignis par-
turientium.
Eſtabolite:ignee gementes vel ignee par-
turientes.
Eſthabome:cogitans dolorem vel cogita
tio doloris.
Eſthabul:ignis dolentium:vel ignis par-
turientium.
Eſthomma cogitans vel cogitatio:ſiue cō
citans aut contignatio.
Eſthemo:ignis manens vel cogitatio do-
loris.
Eſthemon idem.
Eſtemoe:feminis vel venter muliebris.
Eſthon:ignis meroris vel cogitatio iniqui
tatis.

¶ Hic th poſt e.

EThai:robuſtus meus vel protectio
mea.
Ethaia:fortis dn̄s vel protectio dn̄i.
Ethalon:incunabula meroris: vel repoſi-
tio triſtitie.
Etham:fortis vel robuſtus ſiue fortis eo-
rum aut protectio eorum.
Etham:aſcendens vel aſcenſio: ſeu fortis
dono aut robuſtus gratie.
Ethani robuſti vl' robuſtor: ſeu fortes do-
no aut fortes gratie.
Ethebel:robuſtus deo vel protectio dei.
Ethema:merens vel lugēs ſiue meror aut
luctus.
Ether formido vel incunabulum,
Etheus:ſtupēs vel formi dans:ſiue ſtupi-
dus aut formido.
Ethi metum vel timuerunt:ſeu ſtupor aut
obſtupuerunt.
Ethei:metuʒ vel timuerunt ſeu ſtupidi:aut
obſtupuerunt.
Ethim: p̄fectio vel fortitudo:ſeu fortis eis
aut p̄fectio eorum.
Ethiopia:caligo vel tenebre,
Ethiopes: tenebroſi vel caliginoſi.
Ethnici: pagani vel gentiles.
Ethuel:robuſtus deo:vel fortitudo dei.

¶ Hic u poſt e.

EUa:ve vl' vita:ſeu calamitas aut ma
ter viuentium.
Eubolus:cohabitator vel cohabitatio.
Euchodia:apprehendēs dn̄m vel apphen
ſio domini.
Eud:gloriabundus vel accipiens gloriam
Eudona:apprehendens dn̄m vel apprehē
ſio domini.
Euech: eſt vl' deſyderat : ſeu deſyderās aut
deſyderauit.
Euergens:torcular peſſimum vel vera op-
preſſio.
Eueus:ferus vel peſſimus:ſiue ferox : aut
lapides colligens.
Eufrata:frugifera vel puluerulēta:ſeu eg-
dem videns aut de cinere veniens.
Eufrates:creſcens vl' frugifer:ſiue hum⁹
aut puluerulentus.
Eufrates:idem.
Eui: ve mihi aut calamitas mea.
Euith : ferales vel feroces ſiue deſyderant
aut deſyderium meum.
Euil ſtultus vel inſipiens.
Euila:dolens vel parturiens: ſiue ſtolid⁹
aut in principio.
Euilath:idem.
Euilmerodath:ſtulte amarus vel incipien
ter amaricans.
Euim:iniqui:vl' iniquitates:ſeu ve eis:aut
calamitas eorum.
Eunienis:orans viſcera viri:vel cōmiſcēs
ex ipſis aſſumptum.
Eunice:honorans vel honoramentum
Eupater:honoratos ſeparans:vel commi
ſcens ſeparatores.
Eupolemus:honorans ore contuſus.
Eulis:commiſcens ora malleatorum.
Euricbon:ducens inferius vel commiſcēs
deorſum.
Eutices:amens vel inſulſus:grece autem
dicitur fortunatus.
Euticus:idem.

¶ Hic x poſt e.

EXbathams:ſolenne mandatū humi
le:vel leta domus reſponſionis.
Extaſis:mente excedēs vel mētis exceſſio

¶ Hic z poſt e.

EZaba:yſopus vel humilitas:
Ezabi:yſopus meus vel humilitas
mea.
Ezabo:videns vel viſio.
Ezazon:videns ſurſum vel videns in ſupe
rioribus.
Ezead:videns ſeruitutem:vel fortis teſtifi
cator.
Ezeca:auxilium vel confortatio.
Ezechias :auxilium dn̄i vl' confortauit me
dominus.
Ezal:videns deum vel fortitudo dei.
Ezer : auxilium vel fortitudo:ſiue ſepara-
tus aut ſanctificatus.
Ezia: videns dn̄m vel fortitudo domini.
Eziel:videns deū vel fortitudo dei.

Ezion:videns dolorem vel videns iniquitatem.
Ezir:ſanctificans vigilem vel fortitudo vigilie.
Eſrael:ſemen dei vel atrium ſiue auxilium dei:aut auxiliatus a deo.
Ezral:ſeminās mihi vel atrium meum.
Ezraites:atrium meū vel ſeminator meꝰ.
Eſras:auxilium vel ſeminator.
Ezrel:ſemen dei vel auxiliator deꝰ.
Ezri:ſemen meū vel auxiliator meus.
Ezrichaz:ſemen meū vel auxiliator meus neceſſarius.
Ezriel.ſemen meū deo vel auxiliator meꝰ deus.
Ezro:ſemen eius vel atriū eius ſiue auxilians eum aut auxiliatus ab eo.

¶ Sequitur interpretatio nominū incipientium a litera. F.

FAce:aperiēs vel oris aſſumptio.
Face idem.
Faccia: aperiens dño vel aſſumens deum.
Facia aperiente dño vel os aſſumens ei.
Facbud:viſitans vel viſitatio.
Fada:redemptus vel redemptio.
Fadai: redēptus meus vel redēptio mea.
Fadaia:redēptus dño vel redēptio dñi.
Fadaſſur:vallatꝰ vel redēptio fortis:ſeu redimens anguſtiatos:aut redemptio acerbitatis.
Fadaſſurite:vallati:vel redempti fortiter ſeu redimentes anguſtias :aut redemptiones acerbitatum.
Fadath:redimens tempus vel redemptio peccatoris.
Fadias redemptus domino vel redēptio domini.
Fado:redimens eū vel redemptio eius.
Faddon:redimens merentes vel redēptio iniquitatum.
Fagiel:occurſio dei vel occurrit mihi deus
Fagur:hiatus vel os pelliceum:ſiue occurrens lumini aut occurrens incendio.
Fahab:euidens teſtis vel operarius vite.
Fahel:idem.
Falathi:ſaluator meus vel ſaluatio mea.
Falaia:cadens dño vel occaſus dñi.
Falaſar:cadēs princeps vel occaſus dñi.
Faldas:cadens germen vel ruina paupertatis.
Faleam cadens populus vel occaſus eorum.
Falech:diuidēs vel diuiſus ſeu diuiſit me: aut diuiſio mea.
Falel :cadens dño vel occaſus dei.
Faleſar:cadente principe vel occaſus carbonis.
Faleth:ſaluās vel ſaluatio ſiue occaſus vite aut cadens pauore.
Falethi ſaluās me vel ſaluatio mea ſeu occaſus vite me:aut cadens pauoris mei.
Falnaſar:cadens princeps vel occaſus inutilis.
Falon cadens merore:vel caſus iniquitatis.
Falonites:cadēs murmurās vel caſus inutilis.
Falthei:euadens vel liberatus:ſiue ſaluatori meo:aut ſaluationi mee.
Falthias euadēs a domino:vel liberatus domini ſeu ſaluat me dominus: aut ſalus mea domino.
Falthiel euadens a domino vel liberatus dei:ſeu ſaluat me deus:aut ſalus mea deo.
Fallu:mirabilis aut admiratio.
Falluite:mirabiles aut admirātes.
Fanuel:cōtemplans deum aut facies dei.
Fara:ferox vel ferus ſiue onager:aut ferocitas.
Farri: gluto vel inſatiabilis:ſiue onager meus aut ferocitas mea.
Farao nudauit virum aut diſſipauit eū ſeu denegās virum aut diſcooperiens eum.
Faraonechao: denudās pcuſſus vel diſſipans preparatus ſeu denegās pcuſſiones aut diſcooperiēs preparationem.
Fara:auus vel ſuccreſcens : ſeu diuidens aut diuiſio.
Faraſim:ſuccreſcens eis vel augmētū eorū ſeu diuidens eos aut diuiſio eorum.
Farati:hiatus vel hiauit:ſeu hiāte me aut hiatio mea.
Faraton:hiatus iniquus vel auolatus triſtitie.
